a *Expecta*. Cas. Vt ego certus sum de illa *vna*, ita tu quicunq; linitus es, expecta: & vt consequaris, non remisse agas, sed fortiter; & confortetur, ne lasseris: & si mala veniant, expecta quod credis, sustine quod pateris.

† robora, fortis esto, & fortifica. † expecta.

a ¶ Etiamsi tardum est hoc amanti. b ¶ Qui non fallit. c ¶ Aug. tolera vstionem renum viriliter, & vstionem cordis fortiter.

a Expecta Dominum † viriliter age, & confortetur cor tuum, & † sustine Dominum.

a ¶ Aug. non negatum putes, quod nondum accipis; non desperatione deficias; quia dictum est, sustine Dominum. ¶ Perseueranter, non triduo.

1 2 3 4

NICOLAVS DE LIRA.

1 Expecta, *id est, per virtutem spei beatitudinem ab ipso expectādo.*
2 Viriliter, *de bono in melius proficiendo.*
3 Et confortetur, *virtute diuinę gratiæ, quæ stabilit cor: propter quod dicitur Hieb. xiij.* Optimum est gratia stabilire cor.
4 Et sustine. *patienter ferendo eius disciplinæ flagellum: quia* ipse vulnerat, & medetur; percutit, & manus eius sanabunt, *Iob. v.c.*

Moraliter autem potest exponi psal. iste, vt sit oratio cuiuslibet sapientis ad vnctionem regiam, seu pontificalem se deuotè præparantis: quia primo debet petere constantiam contra insultus malignorum spirituum; secundo diligentiam circa diuinum cultum; tertio perseuerantiam in bonis, vt pertingat ad finale præmium, quia qui perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit, *Mat. x.c.*

MORALITER.

† 1 *Expecta.* per firmam spem. Et 2 *Viriliter.* procedendo de virtute in virtutem.
4 *Et sustine.* per longanimitatem.

ADDITIO I.

In psalmo xxvj. Dominus illuminatio mea: *vbi dicitur in postilla:* exquisiuit te facies mea. *In his verbis cum dicit psal.* Exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram: *videtur propriè petere visionem facialem diuinam, in qua vltima beatitudo consistit. De illa enim dicit Apostolus j. Cor. xiij.* Tunc autem facie ad faciem: *quod notanter innititur in præmissis verbis. Sed quia talis visio facialis non habetur de communi lege in statu viæ: idcirco per verbum*
B *futuri temporis subiunxit,* Faciē tuam Domine requiram, *id est, perseueranter instabo, vt inueniam, & sic in prædictis verbis magis videtur petere Psalmista gratiam consummatam, quæ est in gloria; quam gratiam ænigmaticam, quæ pertinet ad viam: cum tamen subdit,* Ne auertas faciem tuam à me, *potest intelligi de gratia, prout in postilla, quia per eam deuenitur ad facialem visionem, quam principaliter petiuit.*

ADDITIO II.

In eodem ps. xxvj. vbi dicitur in postilla: Quoniam pater meus, id est, Adam. *Cum Psal. dicit:* Pater meus & mater mea dereliquerunt me, *ad literam potest intelligi propriè de Dauid, qui cum esset minimus fratrum, contemptus fuit à parentibus: vnde nolebant eum præsentare Samueli ad vnctionem, quasi contemptibile eum relinquentes: à Domino tamen per Samuelem fuit assumptus, vt patet j. Regum xvj. hac in glo. & pertinet ad sensum literalem, quia ad propriā historiam ipsius Dauid. Quod autem subditur,* Legem pone mihi Domine &c. *continuatur propriè cum prædictis, secundū hanc expositionem sic, Nā quia ad regem pertinet regere populum secundum legem diuinam: idcirco regi præcipiebatur, Deut. xvij. vt scriberet sibi librum legis diuinæ, & assiduè in eo legeret: & hoc est quod dicitur:* Legem pone &c.

REPLICA.

E *In psa.* Dominus illuminatio *pauca ponit Bur. sed quæ ponit magis tendunt ad literæ discontinuationem quam expositionem, præsertim circa illum passum:* Quoniam pater meus & mater mea, &c. *Quem sic exponit, quo † parentes Dauid contēnendo eū & abiciendo, noluerūt eum Samueli præsentare ad vnctionē, quasi contemptiuè eū derelinquēdo. Illud autē non videtur verum, quod parentes Dauid illud fecerint ex contēptu, sed quia non præsumebant de iuniore: nec de illa prima vnctione facta per Samuelē factus est psalmus iste, quia factus est post mortē Saul, vt dicit beatus Hier. Illa autem vnctio longe ante mortem Saul facta est, vt patet j. Reg. xvj. Etiā hoc videtur, quia tempore primæ vnctionis, Dauid nihil habuit aduersi, quod timeret, prout hic allegat di.* Si exurgat aduersum me prælium &c. *imo statim post primam vnctionem factus est amicissimus ipsi Saul: eius psaltes, armiger, & gener, quæ omnia patet j. Re per totū: quāuis post factus sit Saul eius persecutor, de qua hunc psa. non fecit prout beatus Hier. sentit: & suprà allegatum est.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psalmus huic.* Per Dauid aliquando intelligitur caput, id est, Christus: aliquando corpus, id est, ecclesia; interdum vtrumque
C simul, id est, totus Christus intelligitur, vt hic.

Cass. Psal. tertius, qui breuiter de passione & resurrectione.

Cass. Hic proponitur Christus (etsi adeò dignus) non in se confidere, sed totū à Deo petere; vtile exemplū b iustis

PSAL. XXVII.

b D te Do. Cas. Oratio tēpore passionis habita.

c

Theo. Dictus psalmus à Dauide cùm Saulem fugeret; & ab ijs, qui amici existimabantur, insidijs peteretur: tales erant Ziphæi, & alij permulti. Illud autem, *Ne sileas à me,* ex translatione eorum, qui vocati non respondent; & *lacum* mortem vocauit, sepulchrum enim vt lacus effoditur.

c *Ne sileas.* Minus est in Hebræo: & Hierony. obelo antepositō quasi iugulandum notauit. Sed additum à septuaginta propter duo, quæ Christus in F passione petijt, scilicet in clarificando protectionem, & à morte 1 resuscitationem.

2 *Ne sileas &c. & assimilabor, &c.* Hier. † petram

3 Ex eo, quòd verbum 4 mihi semper vnitur, non talis homo sum, quales cæteri, qui nascuntur in profundam miseriam sæculi.

Aug. vbi quasi si sileas non cognoscitur verbum tuum.

☞ a *Ad*

¶ Christum.

Psalm. huic Dauid XXVII.

a ¶ Ego homo. b ¶ Aug. ne vnitatem verbis separes ab eo, quod homo sum ¶ In resurrectione. ¶ Sed respondeannuendo, id est, resuscitādo

D te Domine † clamabo, † Deus meus nē si- a ¶ Nec ad horam, sed & hoc in passione exaudi protegendo, & post clarifica. b ¶ Si siluerit

leas à me, nē quando taceas à me, et assimi- quales cæteri, qui nascuntur in profundam miseriam sæculi.

† clamauī.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XXVII.

Materia. 1 D te Domine. *Huic psalmo præmittitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hieron, sicut psal. præcedenti: propter quod ex dictis patet expositio. De materia autem huius psalm. & tempore quo factus fuerit, videtur mihi saluo meliori iudicio, quod Dauid fecit hunc psalmum in persequutione Absalon contra ipsum: quando Dauid fugiens de Ierusalem timore Absalon, ascendebat cliuum olinarum nudis pedibus incedens, flens & operto capite; & Sadoch & Abiathar apportauerunt arcam Dei, volentes ipsum concomitari, Et ascendit Abiathar ad consulendum Dominum, vt habetur j. Reg. xv. sed tunc non habuit responsum, propter quod Dauid reputauit Deum sibi nō esse adhuc placatum, propter quod iussit arcam reportari in ciuitatem ad locum suum, sua comitiua reputans se indignum: & tunc ascendens summitatem montis, vnde tabernaculū Domini clarè videbatur, ex illo loco orauit versa facie ad locum sanctum, sicut solitus erat facere, quando veniebat ad locum illum; sicut & nunc fideles a loco, vnde potest videri ecclesia alicuius sancti, ibi adorāt: & verisimile est, quod tunc fecerit ps. istum pro sua liberatione ab illa persecutione, & per spiritum intellexerit se exauditum. Et secundum hoc diuiditur iste psalmus: quia primo ponitur ipsius Dauid deuota petitio; secundo eius exauditio, ibi,* Benedictus Dominus. *Circa primum dicit sic* Ad te Domine, *id est, magno affectu orabo: & quæ sit oratio subditur.*

2 Deus meus, *Denegando mihi responsum per spiritum tuum, sicut negasti mihi petenti per Abiathar sacerdotem.*

3 Nequando. *Repetitio est eiusdē ad maiorē affectus expressionem.*

4 Et assimilabor. *id est, reputabo me mortuum, si non des mihi responsum.*

1 Exau-

MORALITER.

† 1 *Ad te Domine, &c.* Psalmum istum literaliter exposui de Dauid fugiente de Ierusalem propter Absalon, & Deum orante pro sua liberatione. Moraliter autem potest exponi de quolibet fideli in afflictione mentis vel corporis posito, liberari petenti à Domino; & sic dicit:

1 *Ad te Domine,* mentaliter & vocaliter orando.

2 *Ne sileas.* Nam silere Dei vel non tacere, est orantis postulationem efficaciter exaudire. 4 *Et as.* id est, perditis, nisi des supple effectum meæ petitionis: ideo subditur,

† 1 *Exau-*

☞ a *Ad templum.* CAS. A secundum morem Iudæorũ, quibus præceptum est, vt vbicunq; essent ad illam partem a orarent, vbi Ierusalem esse scirẽt: quod & Iesus legem implens fecit. Vel ad cælum, vnde auxiliũ speramus.

✻ BASI. & THEO. Nondum templo ædificato, templum tabernaculum nominat, B in quo mẽte non corpore precabatur. Vt Daniel in Babylone fenestras versus Hierusalem aperiens.

b *Da illis.* CAS. Præcedere est, non optare, secundùm quod intenderunt non secundum quod inde peruenit: vel optat iustitiam Dei in hoc seruari.

C ✻ BASI. & THEO. Non ad imprecationem spectãt, quæ dicta sunt, sed ad iustã sententiam.

c *Quoniam non, &c.* CAS. Et si deessent opera, hoc sufficeret damnationi, quod nõ intellexerunt per legẽ & prophetas, quæ inuisibiliter Deus operatur per me, nec etiã visibilia.

d *Destru.* AVG. vt nihil mihi noceat, nec pòst ecclesiæ tuæ, vel meæ.

a ¶ Aug. in miseriam huius vitæ, vel in infernum. b ¶ Ne fileas sed. c ¶ De liberatione à malis.

labor dẽscendentibus in†lacũ. Exãudi Domine voc † orãtio- 1
a ¶ Cas. quia oro, quod fecit ante traditionem pro creditoris; & quia manus in cruce extollo, non pro culpa, sed vt ecclesiam constituam. b ¶ Cas. in cruce ad salutẽ eorũ, qui sunt templum vel opera nõ de primo.
nis meæ dũm oro ad te, dum extõllo manus meas ad †tẽplum 2
a ¶ Exaudi. b ¶ Cas. & si tradis non eo voto quo illi ad mortẽ; & ne perdas, damnando, sicut illi intendunt, quia sunt peccatores, & operãtur iniquitatẽ. i. mortem meam: & quia loquuntur pacem dolosè, vnde subdit.
sanctum tuum. Nẽ simul tradas me cum peccãtoribus, †& cũ 3
a ¶ Scimus quia à Deo venisti magister.
operantibus iniquitatem ne perdas me. Qui loquuntur pacẽ 5
a ¶ Aug per carnem, qui non pertransiui sed appropiaui. ¶ Id est, mecum, qui sum proximus eorũ. b ¶ Odium. c ¶ Ideo iustitiæ concedo.
b cum proximõ suo, mãla autem in cordibus eorum. Dã illis se- 6
¶ Quia hoc iustum est. a ¶ Aug. quia mala affectantes, bona inuenire non possunt. ¶ Aug. mala fecerunt, mala adinuenerunt: dicentes quòd seductor essem, & non Deus.
cundum opera eorum, & secundum * nequitiam † adinuen- 7
a ¶ Etsi alijs prosit, quod fecerunt: tamen secundum opera da eis. ¶ Aug in quibus studiosi, quia cepe-runt crucifixerunt linguis, & si non manibus, instinctu, etsi non actu; hoc ideo dicit, ne se per alios excusent, quæ inter opera eorum sunt pessima.
tionũ ipsorum. Secundũ opẽra manuũ eorũ † tribue illis, red- 8
a ¶ Aug. sicut fallaciam pro veritate reddebant. fallacia eorum eos fallat. b ¶ Cas. quia mala pro bonis.
c ¶ Aug. hæc retributio: vt quem maleuolo animo hominem tentauerunt, non cognoscerent Deum, quo consilio pater incarnatum miserit.
c dẽ retribũtionẽ eorũ ipsis. Quoniã non intellexẽrunt opera 9
a ¶ Nec ipsis visibilibus operibus moti sunt, quæ porrecta sunt vsque ad oculos eorum per quæ ad inuisibilia ducerentur. b ¶ Non vt in melius ędifices, vel, excæcabis, non ad horam: vnde, Missi te vt euellas, dissipes & destruas, disperdas & ædifices & plantes.
d dñi, & in operã manuũ eius † destrues illos, & non ædificabis 10
a ¶ Non ex diffidentia oro, quia audiuit, vnde, Benedictus sit.
e eos. Benedictus Dominus, quoniã exaudiuit vocẽ deprecatio- 11 12
a ¶ Ita. b ¶ Tanta patientis mei. c ¶ In immortalitate resurgentis.
nis meæ. Dñs † adiũtor meus & protẽctor me⁹, & in ipso spera- 13 14
a ¶ Sic. Resurrexit ¶ Immunitate peccati. ¶ Quæ in Adam defloruit, vel, refloruit in resurrectione quæ prius immunitate peccati floruit in conceptione. b ¶ Non timoris necessitate.
uit cor meũ, & adiut⁹ sũ. † Et reflõruit caro mea, & ex volũta- 15 16 17 18
¶ Nõ timore sub lege, sed liberè cum lege. a ¶ Vade iam metu mortis consumpto. ¶ Confitebuntur mei in quibus ego. b ¶ Aug. in pugna contra diabolum. ¶ Non se fortè putet plebs, vt suã iustitiã cõstituat c ¶ Post pugnam, saluos factos per Christum in immortalitate proteget.
te mea cõfitẽbor ei. Dñs fortitũdo † plebis suæ & † protẽctor † 19 20
¶ Id est illos, quos Christus ad salutem elegit, protegit hic in lucta, ne lædantur à diabolo. a ¶ A malis seculi. ¶ Quod ego iam resuscitatus interpello. b ¶ Qui & meus est. ¶ Quia omnia mea tua sunt. ¶ Auge virtutibus vel numero.
g saluationũ Christi sui est. Salũũ fac populũ tũũ dñe, & bene- 21 22 23 24 25
a ¶ In hac temporali vita. b ¶ In æternum hinc tollo eos. ¶ Æternam vitam.
h dic † hæreditati tuę: & † rẽge eos, & extollẽ illos vsq; ĩ † æternũ.
i pere per totum hoc seculum vsque in finem.

† Fac eis, quod ipsi alijs fecerũt & retribuerunt.

† Fortitudo mea & scutum meum. † Et exaltauit cor meũ & cantico meo cõfitebor & celebrabo illũ.

† hæreditatem tuam. ‡ pasce.

e *Bene.* CAS. Auditus in resurrectione gratias agit, subdens de salute credentium. D † deprecationis.

✻ THEOD. Bonam habitudinem ex lætitia recepi. † adytũ, locum secretum, & abditũ tẽpli.

✻ BASIL. Cùm ante ex fuga malam valetudinem contraxissem. † animam meam.

f *Do.* CAS. Idem qui adiutor meus, & protector est fortitudo plebis, quę in eo cõfidit, & protector ne lædãtur, & tu ô domine. *malignitatem affectionum.

✻ BASIL. & THEOD. E Christũ seipsũ nominat. Est enim nomen commune Vatum, Sacerdotum & Regum. † operum, studiorum, † da eis.

g *Saluum.* Ecce quanta spes credẽtiũ, cũpro eis orat: passus pro eis iudex est & aduocatus. † destruet illos, & non ædificabit illos.

✻ THEO. Dauid Saulẽ fugiens, cum quo subditi conspirarunt, pro ipsis apud Deũ precabatur, siquidem præuidebat futuram eorum cõuersionem, neque rationem habebat iniustitiæ illorum, sed tantum futurę seruitutis. † ipsorũ est vel fit.

h *Et rege, &c.* CAS. ne declinent ad praua. † fortitudo

i *Extolle, &c.* à terrenis ad petenda æterna & intellectu scripturarum, & bono o- † salutariũ, * seculum.

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Exaudi Domine. *id est, ne differas longè me exaudire.*

2 Dum extollo, &c. *Quia versa facie orabat ad locum, vbi erat tabernaculum, in quo loco per spiritum sciebat fundandũ esse templũ.*

3 Ne simul tradas mec. pecc. *Qui sunt digni morte temporali.*

4 Et cum &c. *perditione gehennæ. Et qui sunt illi ostendit: dicens:*

5 Qui loquuntur. *id est mecum & de talibus erat Achitophel, qui fuerat consiliarius Dauid & similiter Absalon, qui in verbis & signis fingebat se diligere Dauid, vt patrem suum, & tamen machinabatur contra Dauid in malum, quia Absalon de consilio Achitophel conspiranit contra patrem, vt habetur ij. Regum xv.*

6 Da illis sec. op. *eos secundũ demerita punĩedo, quod dixit Dauid nõ zelo vindictæ, sed iustitiæ.* 7 Et secundum. *secundum nequitiam ab eis studiosè inuentam, quia de consilio Achitophel, sub specie deuotionis, tuit Absalon ad locũ conspirationis fiẽdæ contra patrẽ. ij. Re. xv. a.*

8 Secundum opera. *Repetitio est eiusdem ad maiorẽ expressionem.*

9 Quoniam non int. op. do. *id est, opera à Domino præcepta, quæ sunt sancta & bona: talia non intellexerunt practicè, quamuis Achitophel qui erat valde sapiens, intellexerit speculatiuè.*

10 Et in opera. *Quia Absalon sine filio mortuus, & interfectus est, vt habetur ij. Regum xviij. & Achitophel suspendio interijt, ij. Reg. xvij. Et vtrumque contigit iudicio diuino.*

11 Benedictus. *Hic consequenter describitur petitionis Dauid exauditio, quam in spiritu præuidit in generali, non tamen quantum ad omnes conditiones particulares. Dicit igitur,* Benedictus Dominus, *tanquam gratus de diuino beneficio.*

12 Quoniam exaudiuit. *id est, exaudiendam reuelauit.*

13 Dominus adiutor, *In factis arduis:*

14 Et protector. *In periculis.* 15 Et adiutus. *Eo quod sperauit vere corde & ore.* 16 Et refloruit. *Quia ex lætitia cordis interiori fit quædam refluentia in carne exteriori, secundũ quod dicitur Prou. xvij. d.* Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus autẽ tristis exsiccat ossa. 17 Et ex volun. *id est, motu propriæ deuotionis.*

18 Confitebor. *confessione laudis. Et quid confiteatur, subdit dicens:*

19 Dominus. *q. d. Ego & plebs mea, cũ simus pauci, non possemus resistere, nisi virtute diuina.* 20 Et protector saluat. Christi, *id est mei, qui sum Christus eius, quia per eum in regem vnctus. Et quia ad bonum principum pertinet desiderare bonum populi sui, ideo subdit Dauid,*

21 Saluum fac &c. *scilicet in periculis.*

22 Et benedic. *Multiplicando populum tuũ in bonis temporalibus, & spiritualibus.* 23 Et rege *ne deuient à vijs iustitiæ.*

24 Et extolle. *perducendos ad celsitudinem cælestis gloriæ.*

25 Vsque in æternum. *id est, sine fine. Moraliter autem potest exponi psalmus iste de quolibet fideli posito in afflictione corporali, vel mentali: & ideo deuotè se petit liberari diuinitus; & sentiens se à Domino exauditum, studet ei deuotè regratiari. Cætera patent.*

☞ PSAL-

MORALITER.

† 1 *Exaudi vocem & c. Dum extollo manus meas ad templum sanctũ tuum,* id est, ad cælum: de quo dicitur psalmo decimo octauo b. *In templo eius omnes dicent gloriam.*

3 *Ne simul tradas &c.* id est, tradi permittas.

4 *Cum peccatoribus &c.* Et qui sint illi subditur:

5 *Qui loquuntur pacem cum proximo suo &c. Da illis &c.* Hoc dicitur denuntiatiuè, vel etiam optatiuè: non zelo vindictę, sed iustitiæ diuinæ.

11 *Benedict.* Sicut afflictus deuotè petit liberari, sic liberat⁹ Deò debet magnificè regratiari, dicẽs: *Bened. do.* & patet litera vsq; ibi:

16 *Et refloruit ca. mea &c.* quia deuotio mentis resultat ad corpus, psa. lxxxiij. a. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deũ viuũ.*

19 *Dominus for. &c.* id est, humiliũ, nomine plebis significatorũ.

20 *Et protector saluationum &c.* in mẽbris suis, sicut enim in eis patitur, Act. ix. a. *Saule, Saule, quid me persequeris:* sic saluari dicitur in eis. Et quia gratitudo de bono prẽstito disponit ad aliud impetrandum, ideo subditur,

21 *Saluum fac populum &c.* In periculis futuris.

22 *Et benedic &c.* Multiplicando in bonis.

23 *Et reges eos,* in via morum.

24 *Et extolle illos,* vsque ad regnum cælorum.

‡ MORA-

GLOSSA ORDINARIA.

A 2 *Psal. Dauid in consummatione.* CAS. arca à Philisteis reducta, Dauid fecit ei tabernaculum, ad quod hortatur hostias offerre: Sic Christus à iure diaboli reduxit ecclesiam, de cuius perfectione propheta hic loquitur, scilicet quod septē donis Spiritus sancti eam replet, & in eis confirmat; & sic promouet, & post remunerabit. Vnde monet fideles, vt se offerant tali consummatori.

✠ THEODOR. In Hexaplo titulum hūc non inueni, ex quo nōnulli putant, Dauid hunc psalmum edidisse cùm arcam reduceret: sed psalmus aliā habet vaticinationem de Ezechia, hortāte populum de victis B Assyrijs ad sacra peragenda; cedris Assyrios, ob altitudinē & frequentiam; Vnicorni Israelem, quia vnicum Deum colit similes dicens, & de Christo Apostolos, filios Dei, fideles ex gentibus filios arietum nominans.

a ¶ Prophetæ. b ¶ Perfectione ecclesiæ in hoc sæculo, vbi contra diabolum militatur.

Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi XXVIII.

a ¶ Cas. vosipsos in fide & operibus. b ¶ Non iræ vel perditionis. c ¶ Aug. vosipsos, quos per euangelium Apostoli genuerunt, duces gregum.

Afferte Domino † filij Dei, afferte Domino filios arietum. Afferte Domino glōriam & † honōrem, afferte Domino gloriam nomini eius, adōrate Dominum in † atrio sancto eius.

a ¶ Aug non corruptos erroribus, b ¶ Aug. per opera vestra bona glorificetur Deus, & honoretur, c ¶ Quod patri æqualis.

a ¶ Imperium in rebus. ¶ Etiam. b ¶ Aug. gloriosè per orbem innotescat.

a ¶ Aug. in dilatato corde & sanctificato: quia ex charitate est omnis sanctitas. ¶ Alias: in aula sancta.

1 Afferte Domino filij Arietum, afferte Domino filios Arietum.
2 Afferte Domino gloriam & honorem.
3 Afferte Domino gloriam nominis eius, adorate Dominum in atrio sancto eius.
4 Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas.
5 Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.
6 Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.
7 Et comminuet eas tanquam vitulum Libani, & dilectus quemadmodum filius monocerotis.
8 Vox Domini intercidentis flammam ignis.
9 Vox Domini concutientis desertum, & commouebit Dominus desertum Cades.
10 Vox Domini præparantis cervos, & revelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam.
11 Dominus diluvium inhabitare facit, & sedebit Dominus rex in æternum.
12 Dominus virtutem populo suo dabit, Dominus benedicet populum suum in pace.

b ¶ Afferte Domino. CAS. Prius monet sacrificia offerre.

c Filios arietum. AVG. Quia non deest impugnatio, Vel,

Afferte vos filios arietum. AVG. id est, apostolorū qui cornibus, id est, vtriusque testamenti autoritatibus valuerūt contra hæreticos, & superstitiones & idola, quæ quasi dura frōte diruerunt: hinc est quòd mitra pontificalis duo habet cornua.

Matth. 13 g Quia *omnis scriba doctus in regno cælorum profert de thesauro cordis sui noua & vetera.* Et sexta mansio filiorum Israel de Ægypto

Exod. 15. d. venientium fuit *Elim* & interpretatur *arietes*: vbi fuerunt duodecim fontes, per quos duodecim Apostoli; & septuaginta duæ

C palmæ, & septuaginta duo discipuli ad prædicandum missi significantur.

✠ THEODOR. Similia sunt hæc ijs, quę apostolis dicta sunt, *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes illos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.*

2 Tim. 1, b Mysticè. Vox *Domini*. CASS. Prædicatio Christi intus mentes terruit, quod est, spiritum timoris dedit Iudæis & gentibus.

GRE. Iste ab imo ascendit, i. à spiritu timoris ad spiritum sapientiæ: quia agit de constitutione ecclesiæ, quæ incipit à spiritu timoris. Esaias à summo descendit. d. *Et requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini.* Et hoc ideo, quia agit de Christi incarnatione, in qua *seipsum exinaniuit,*

Esa. 11. a

Philip. 2, a *formam serui accipiens.* Nec intonare Christus destitit, donec daret virtutem, id est, pietatem, quæ timori comparata, virtus est, id est, cultus erga Deū, quē exhibuit postquam offendere Deum timent. Addit etiam Deus *magnificentiam*, id est, scientiam quæ magnificos facit, vt qui in cultu Dei sunt, sciant quomodo agāt in præsenti. Dominus etiam *confringet cedros*, id est, altos de gentibus, & *cedros Libani*, id est, altos de Iudæis, tempore vltimi introitus, ita franget, & humiliabit, vt & quælibet aduersa nō refugiāt pati: quod est, dabis spiritum fortitudinis, vt sint fortes in his, quæ spiritu scientiæ cognoscunt. Cedrus, quæ est altissima arbor, nisi succisa, inutilis est, in sua radice manens, non facit vtiles fructus: sic superbia, quæ peccata nobis intulit. In Libano monte pascuali vituli ad sacrificia enutriebantur: *Comminuet* ergo, *vt vitulum Libani*, id est, humiliabit, vt immolentur pro Christo; dilectus Christus, vnicornium, id est, Iudæorum, qui in vna lege superbiunt; filius, superbiam comminuet; vel, quid mirum si illi comminuentur? dilectus enim cōminuetur, secundum quod Iudæorum filius.

1 † filios arietū, vel ô fi lij fortium, aut ô fortes
2
3 Afferte do. mino filios arietum.
4
5
6 E † gloriæ vel magnificentia sanctitatis aut adorate in aula maiestatis eius Domini.

Aliter, cùm Deus sit, non videtur posse comminui. *Intercidentis flammam ignis. Ignis* est fomes peccati; *flamma*, quæ inde exijt, consensus est, actus & consuetudo: sed Dominus interrumpit, dato spiritu consilij. Hoc fortibus conuenit, ne si otiosi, erūpat flamma ab igne. *Desertum*, gentes; *Desertum Cades*, id est, qui à sancto legis sunt deserti. *Cades* enim interpretatur *sanctum legis*, Iudæi, qui non habent sanctum legis, id est, spiritualem intellectum, hos Dominus concutit.

HIER. Vt agricola sterilem terram, vt fructificet, id est, dat intellectum, vt scripturas etiam secundum anagogen percipiant, quod fit in mente bene pacata consilio; per intellectum autem scripturarum prouehit & facit ceruos, qui conscendant mōtem F sapientiæ de diuina essentia. Et hoc non solùm gentibus, sed & Iudeis in vltimo reuelabit, ea scilicet, quæ de deitate sunt cōdēsa. Ecce quomodo à timore vsque ad sapientiam ascendit cum omnibus enim timor, castus scilicet, associatur. Omnis qui in tēplo sic cōsummato est, dicet gloriam Qui ergo non dicit gloriā, non in templo est. Quare, date gloriam; ideo etiam, quia hoc tēplū dns facit habitare intra fluētes & submersos, vt arcā inter fluctus; vel illos sanctos, qui sunt tēplum, habitare facit illæsos; & in illo tēplo sedebit potēs & regnans, vsquequo æternitas veniat, & dabit virtutem, & eandem benedicet in pace æterna.

✠ THEOD. Vox hæc è cælo allata apud Iordanem, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Porrò tonitruum vocem ipsam appellat, tanquam totum orbem terrarū per sancta euangelia penetrantem; similiter filios tonitrui Apostolorum

☞ colle-

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XXVIII.

1 AFferte Domino *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Psal. Dauid; *in translatione vero Hier. dicitur* Cantici Dauid; *& in idem redit: & patet expositio ex dictis supra psal. xxij. & xxiij. De materia autē huius psal. dicit Hier. in prologo huius libri, quod Dauid fecit hunc ps. in consummatione tabernaculi, quod fecit ad reponendum arcam Domini, vt habetur j. Paral. xvj. Quo consummato erat ibi Deo deuotè offerendum & seruiendum: & secundum hoc iste psal. diuiditur in duas partes, quia primo Dauid inuitat ad offerendum Deo deuotè: secundo declarat, quod seruiendum est ei humiliter. & prompte, ibi,* Vox Domini. *Circa primum dicit sic:* Afferte Domino fil. *id est, vos filij Israel, qui estis filij Dei, tanquam ab eo specialiter electi, secundum quod ipse dicit Exod. iiij. f.* Filius meus primogenitus Israel. *Vel aliter,*

2 Filij Dei, *id est, vos sacerdotes & ministri, qui inter filios Israel estis specialiter electi ad cultum Dei.*

3 Afferte Domino. *Hoc dicitur propter iuge sacrificiū, in quo offerebantur quotidie duo agni immaculati, vnus in mane, & alius in vespere: & per hoc intelliguntur aliæ oblationes & sacrificia quę offerebantur medio tempore; quia ante sacrificium matutinum non poterat fieri aliqua oblatio seu sacrificium. Similiter nec post iuge sacrificium vespertinum.*

4 Afferte Domino. *omnia opera vestra bona ad eius gloriam dirigendo, secundum quod dicit Apostolus j. Cor. x. g.* Omnia in gloriam Dei facite. *Hoc autem facit fides operans per dilectionem, in quibus consistit cultus Dei interior: propter quod dicit Aug. in enchiridion:* Fide spe & charitate diligitur Deus seu colitur.

5 Afferte do. *id est, nomini eius tetragrammaton, quod habebatur in tanta reuerentia apud Hebræos, quod non nominabatur in publico, sed tantum in templo in benedictionibus sacerdotum super populum.*

6 Adorate Dominum in atrio sancto. *id est. sacerdotum, vbi fiebant sacrificia; quod erat sanctius alio atrio, in quo erant alij vulgares ad adorandum & audiendum verbum diuinum.*

☞ 1 Vox

MORALITER.

† 1 *Afferte Domino.* Secundum Hieron. Dauid fecit hunc ps. in consummatione tabernaculi ad reponendum arcam Domini, vt ibi Deo seruiretur deuotè j. Paral. xvj. & hoc vsquequo consummaretur templum à Salomone.

Mysticè verò potest exponi de ecclesia materiali, in qua offertur agnus, qui tollit peccata mundi, & ad hoc primo ponitur in uitatio cùm dicitur,

2 *Afferte Domino*, id est, vos ecclesiæ ministri.

3 *Afferte Domino filios arietum.* id est, agnum immaculatum per omnia legis sacrificia figuratum.

4 *Afferte Domino filios arietum.* id est, agnum immaculatum per omnia legis sacrificia figuratum.

5 *Afferte Domino.* sibi de omnibus bonis vestris gloriam & honorem attribuendo.

6 *Ado.* licet enim vbiq; sit adorād⁹, in loco tamē sacro deuotius.

Vox Domini. Hìc consequenter ponitur multiplex ratio, quare deuotius in ecclesia sit adorādum, & accipitur ex diuinis beneficijs. Primum est baptismi collatio, in quo fiunt fideles membra Christi per aquam regenerationis, quod notatur cùm dicitur:

† 1 *Vox*

☞ collegiũ nominauit, ob admirabilem diuinámque theologiæ vocem meminit aquarum multarum. Non enim Iordanes solus illam gratiam accepit: verum in omni fonte & mari, baptismatis mysterium perficitur, diuina imploratione aquarum naturam naturam sanctam efficiente.

a *Vox Domini super aquas. &c.* Cas. de cõstitutione ecclesiæ, vbi virtutes Spiritus-sancti cũ magno præconio enumerat.

✠ Theodo. Congruentia his Actuum historia nos edocet. Nam inde discimus, quomodo Dominus Christus adhortatus est suos, dicens, *Manete in ciuitate, donec induamini supernam virtutem*, & *facta est de cælo vox tanquam aduenientis spiritus vehementis*, &c. Cæterũm *Vocem* dicit Spiritussanctus gratiã quæ Apostolos robore & potentia impleuit, atque magnificos reddidit.

b *Libani.* Libanus interpretatur candidatio. *Cedri Libani*, id est, alti homines in terrenis elati, quos Deus confringendo comminuet, i. de superbia ad se per dilectum filium reducet: & hoc spiritu fortitudinis comminuet, sicut vnicornis captus cõminuitur.

✠ Theo. Cedri sunt idolorum alta delubra, quæ nihil fructus colentibus afferebant: nam Cedri sunt proceræ, esculẽtum verò fructũ afferre minimè solẽt. *Vitulũ Libani.* i. Hierusalẽ: sæpi⁹ enim Libanũ Hierusalẽ nũcupat, vt, *Aperi Libane ianuas tuas, & deuoret ignis cedros tuos.* Vitulus est ille qui fact⁹ est in Horeb; quẽ vt Moses cõminuit, sic idola omnia confringentur. Populus autem qui Deo credidit erit dilectus, vnicam honorãs diuinitatem.

c *De sertũ.* Cas. Aug. Iudaicũ populum. Cades regio est: in qua est Sina. Cades loc⁹ est vbi aqua de petra data; quodmodo spiritualiter de duro corde quãdo ad fidẽ cõuertitur: vnde emãat aqua viua.

✠ Theod. Cum Apostolorum chorus ignitam Spiritussancti gratiam accepisset, illustrabatur, sed non comburebatur. In futura vita gemina vis ignis bifariã diuisa, hęc quidẽ virtutis athletas illustrat; hæc verò peccati studiosos cõburit. Aquila & Symmachus ☞

a ¶ Quia. b ¶ Christi. c ¶ Iudæos. ¶ Populos gentium. d ¶ Cæs. de nube carnis terribiliter pœnitentiam prędicauit. ¶ Ipse Christus postquam vocem misit populis & perterruit, conuertit in se & habitabat in eis.

a Vox Dñi super aquas: Deus † maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas. Vox Domini in † virtute, vox Domini in magnificentia. Vox Domini † confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani. Et † comminuet eas tãquam vitulum † Libani, & dilectus † quẽadmodum filius † vnicorniũ. Vox Domini † intercidentis flammam ignis, vox Domini † concutientis desertũ, & cõmouebit Dominus desertũ Cades.

a ¶ Populos gentium. b ¶ Aug. Christi iam in ipsis habitantis. c ¶ Aug. potentes faciens eos.
a ¶ Magna faciens in eis. ¶ Miraculorum, vel operum. b ¶ Aug contritione cordis humilians superbos.
a ¶ Per pœnitentiam. b ¶ Aug elatos nitore nobilitatis terrent. c ¶ Per ignobilia, quæ elegit. ¶ Aug. Ablata altitudine eorum deponet eos ad imitationem humilitatis suæ, qui vt vitulus ad victimam crucis ductus est per nobiles seculi. Vnde, Astiterunt reges terræ & principes &c.
a ¶ Aug vnicus patris exinaniuit se nobilitate sua, & factus est homo sicut filius vnicornium, id est, Iudęorum iactantium suam singularem iustitiam.
a ¶ Augustinus transeuntis sine lęsione per ardorem persequentium, vel diuidentis furentem iram illorum, vt alij conuertantur, alij non.
a ¶ Aug commouentis ad fidem gentes, quæ erant sine Deo, sine lege & prophetis. b ¶ Intelligibilia faciet verba legis. ¶ Aug tunc celebrari faciet verbum Scripturarũ, quod à Iudæis non intelligentibus deferebatur.

† Libano, & Sarion. † sicut. † succidens † vel partu-rire faciet desertũ, id est, deserti feras & bestias. † gloriæ. † potentia. † cõfringẽs. † exiliré faciet. † vnicorniorum. Num 20. b.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Vox Domini. *Hic consequenter Dauid declarat quòd Deo sit obediendum prompte, & hoc per multa exempla virtutis diuinæ, cui nullus potest resistere. Primum est exemplum de transitu maris rubri, cũ dicitur:* Vox Do. *quia sicut dictum fuit Exod. xiiij. de nube intermedia inter castra Israel, & Ægyptiorum, diuino iussu processerunt tonitrua & fulgura, subuertentia rotas curruum Ægyptiorum, & aqua reuersa sunt super Ægyptios, ideo subditur,*

2 Dominus super aquas multas. *Secundum exemplum est in datione legis, quę facta est in terroribus diuinæ virtutis, secundum quod dicitur Exod. xix. c.* Iam aduenerat dies tertius, & mane inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua & micare fulgura, & nubes densissima operuit montem, clangórque buccinæ vehementius perstrepebat, *& quantum ad hoc dicitur,*

3 Vox Domini in veritate, *postea locutus est Dominus di.* Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti. *Et consequenter ponuntur decem decalogi præcepta: & quantum ad hoc dicitur,*

4 Vox domini in magnific. *Loquebatur enim sicut rex magnificus imponens præcepta. Et quia filij Israel fuerunt valde perterriti, secundum quod dicitur ibi,* Et perterriti, ac pauore concussi, steterunt procul, dicẽtes Moysi: Loquere tu nobis & audiemus, nõ loquatur nobis dominus, ne fortè moriamur, *& quantum ad hoc dicitur,*

5 Vox Domini confring. cedros, *id est, maiores illius populi, qui confracti timore, sic loquebantur Moysi.*

6 Et confringet dominus cedros Cades. *hoc additur ad denotandum magnitudinem principum illius populi, qui erant capita tribuum. In monte enim Libani crescunt maiores cedri quàm alibi.*

7 Et comminuet eas tanquam vitul. Lib. *id est. sicut vitulũ pascentem* 8 Et dilectus, *scilicet Moyses, qui fuit Deo dilectus & hominibus, vt habetur Eccle. xlv.*

9 Quemadmodum filius vnicor. *id est, securus & imperterritus, sicut vnicornis. In translatione autem Hie. iuxta Hebræũ sic habetur:* Et disperget eas quasi vitulum Libani, & Sarion quasi filius rhinocerontis. *Et eadem est sententia, quia multũ territi disperguntur; vnde de filijs Israel dicitur vbi suprà.* Perterriti ac pauore concussi steterunt procul. Et Sarion, *id est, filius, per quem intelligitur Moses Deo prædilectus. sicut filius; quasi* filius rhinocerontis, *id est, ita impauidus sicut rhinoceros, quod idem significat quod vnicornis. Tertium exemplum est de vindicta Domini facta in deserto de Core & complicibus eius, vt habetur Num. xvj. e. Ex quibus aliqui fuerunt combusti per ignem à Deo immissum, & ali qui à terra absorpti, & quantum ad hoc dicitur,*

10 Vox Domini interci. &c. *quia Aaron pro illa plaga sedanda obtulit thymiama: & sic cessauit incendium, secundum quod dicitur Numer. xvj. g.* Obtulit thymiama: & stãs inter mortuos & viuos pro populo deprecatus est, & plaga cessauit.

11 Vox Domini. *quia tunc fuit terræmotus, & terra aperuit os suũ, & deglutiuit Chore, Dathan & Abyron, & tabernacula eorum.*

12 Et commouebit Do. des. Cades. *hoc additur, quia hoc factum accidit in deserto Cades, vbi manserunt filij Israel longo tempore, vt habetur Deut. j. Quartum exemplum ponitur cùm dicitur,*

☞ 1 Vox

MORALITER.

† 1 *Vox Domini.* tunc enim super Christum facta est vox Dei patris: *Hic est filius meus dilectus* &c. Matth. iij. d.

2 *Domini super aquas,* quia omnibus aquis tunc data est virtus regeneratiua in inuocatione sanctæ trinitatis.

3 *Vox Domini in virtute.* Hîc ponitur secundum beneficium, quod est fidei catholicæ diuulgatio per virtutem datam apostolis, aliisque discipulis, Mar. vlt. d. *Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis:* quod notatur cùm dicitur:

4 *Vox Domini in magnifi.* nam Dei spiritus prædicatoribus loquebatur Ma. x. c. *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.*

Vox Domini. Hîc ponitur tertium beneficium quod est subiectio principum fidei Christianæ maximè tempore Constantini, quod notatur, cùm dicitur,

5 *Vox Dom. confr. cedros.* Per altitudinem cedrorum significatur magnitudo principum terrenorum, quę fuit fracta per verã humilitatem, quando iugo Christi colla voluntariè submiserunt.

7 *Et comminuet eas tanquam vit. Libani.* Id est, pascentem in Libano, qui est animal humile. Imperator autem Constantinus intantum fuit per humiliationem sui comminutus, quod vicario Christi minimum officium, scilicet stratoris, exhibuit.

8 *Et dilectus &c.* id est, Christus à Deo patre prædilectus, & quasi vnicornis, constans & impauidus, supple, fecit humiliationem principum dictam.

9 *Vox Dom. intercid. flam.* Hîc ponitur quartum beneficium, quod est condescensio diuina in passione martyrum multorum: quod notatur cùm dicitur,

10 *Vox Domini.* Multi namque martyres illæsi steterunt in medio ignis: & quoniam ex hoc multi Gẽtiles moti fuerunt ad credendum Christo, subditur.

11 *Vox Domini concutien. des.* id est, Gentilitatem, quæ sicut desertum, culta non fuerat doctrina legis & prophetarum.

12 *Vox Dom. præparan. cerv.* Hîc ponitur quintum beneficium, quod fuit illuminatio doctorum ecclesiæ, & sic tanquam cerui cornibus sacræ scripturæ hæreticos represserunt.

† 1 *Vox*

a ¶ Perficientis. b ¶ Aug. qui superant & repellunt venenosas linguas. c ¶ Aug. opacitates illas librorum, & vmbracula mysteriorum, vbi liberè pascantur. ¶ Aliàs syluas.

Vox Domini † præpárantis cẽruos, & reuẽlabit condensa & a ¶ Aug. in ecclesia quasi vnusquisque pro suo dono laudat Deum. b ¶ Huius sæculi.

a in tẽplo eius † omnes dicent gloriam. Dominus † diluuium b ¶ Sanctos in ecclesia quasi in arca constitutos. b ¶ Deinde. ¶ Super eam. c ¶ Regnans in eis in æternum. d ¶ Quia. ¶ Aug. contra procellas sæculi, quia non est pax in hoc sæculo.

inhâbitare facit & sedẽbit Dominus rẽx in æternum. Dõmi- a ¶ In præsenti. ¶ Et. b ¶ Aug. in seipso pacem illis dans. ¶ Vnde pacem meam do vobis. ¶ Exemplo suo alios admonet.

nus virtutem populo suo dãbit, dõminus benedicet populo suo in pace.

† parturire facit ceruas, detegit syluas.
† vnusquisque dicet.

A machus legunt; *parturientis*; & desertum gentes Deo destitutas nominat, quas aduentu suo concutiet, vt salutem pariat, propterea sanctum nominat, hoc enim *Cadus* sonat.

a *Dominus*, quid constitutæ ecclesiæ fiat ostendit.

B ✠ Theo. Natura ceruis insitum est reptilia despicere: hoc Apostolis Dominus dedit. *Deus* enim ait *vobis potestatem concedere super serpentes*. Vt autem

c *Dominus virtutem populo, &c.* ✠ Theod. Martyrum victoriam & ecclesijs pacem concessam prædixit.

C tem est inauditum, vt
1 cerui omne genus fe-
2 rarum cornu feriant;
3 sic vt Apostoli omnẽ
4 philosophiam illitera-
5 ti redarguerent.
6 b *Diluuium*. Cas.
7 aquas baptismi, qui
8 purgat crimina mun-
9 di.
10
11 ✠ Theo. Nã à torrente
12 iniquitatis terram in-
13 undatam renouabit.

† diluuium inhabitauit i. in diluuio sedit, sub. vs eũ immittat vel vt sedeat.

D

☞ PSAL-

NICOLAVS DE LYRA.

☞ Vita futura quæ & qualis sit secundum Iudæos & Saracenos.

1 Vox Domini præparan. cer. *Dicunt Hebræi*: Vox Domini occidẽtis ceruos. *Hier. in translatione iuxta Hebraicũ dixit*: Vox domini obstetricans ceruos; *& secundum hoc ista litera multipliciter ponitur. Rab. Sal. exponit eam de tempore Messiæ, in quo, vt dicit, Iudæi abundabunt omnibus delitijs ac bonis: & sic ad voluntatem eorum Dominus interficiet ceruos, & alia animalia syluestria, quæ sunt comestibilia. Sed hoc dictum fundatur supẽr errorem eorum, qui dicunt vitam futuram fore animalem, cibis indigentem, sicut dixi plenius super Gen. j. Et in hoc errore conueniunt cum Tartaris & Saracenis. Dictio autem Hebraica hic posita aquiuoca est, ad designandum occisionem, obstetricationem, & præparationem. Secundum autem translationem Hiero. iuxta Hebraicum exponitur de virtute Dei, dantis ceruis virtutem pariendi, & etiam nutriendi fœtus, ita quod supplet ibi vicem obstetricis. Secundum autem literam communem potest exponi de terra Neptalim, secundum quod scribitur Gen. xlix c.* Neptalim ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis: *quod exponitur a doctoribus Hebræis & Latinis, eo quod in sorte Neptalim erat terra primitiua ante alias sortes proferens fructus suos sicut cerua velocius currit alijs animalibus: & propter hoc de illis fiebant sacrificia in solennitate paschali de grani nouis; & tunc Leuitæ cantabant diuinas laudes, quæ sunt eloquia pulchritudinis. Secundũ hoc igitur per ceruos hic intelliguntur fructus de terra Neptalim veloces ad matureſcendũ præalijs animalibus, quæ quidem velocitas fiebat diuina virtute omnia producente: & secundum hoc dicitur*; Vox Domini præ. cer. *Et quia de illis fructibus fiebat oblatio in sollennitate paschali, vt dictum est, ideo subditur*,

2 Et reuelabit cõdensa, *id est, atrium sacerdotum & templum, quia tunc aperiebantur ad solennius celebrandum diuina, & dicitur*

3 Condensa: *eo quod vulgus non habebat illuc accessum liberum.*

4 Et in templo eius. *Quia tunc diuina laudabantur per Leuitas & sacerdotes. Tamen hic accipitur templum pro tabernaculo, quod præparauit arca Domini: & frequenter accipitur vnũ pro altero in vet. testa.*

5 Dominus diluuium. *Hic consequenter ponitur quintum exemplum de diluuio, quod tempore Noe fuit inductum diuina virtute super terram, ad puniendum hominum maliciam, vt habetur Genes. vij. & quantum ad hoc dicitur*: Dominus diluuium, *id est, terram dissipatam per diluuium.*

6 Inhabitare facit *per multiplicationem hominum & animalium, quæ in arca reseruauit.*

7 Et sedebit Dominus, *tanquam index omnium,*

8 Rex in æternum: *secundum illud Esa. xx. b.* Multiplicatur eius imperium, & pacis eius non erit finis. *Vltimo Dauid imprecatur populo suo bona, dicens,*

9 Dominus virtutem, *scilicet patientiæ in aduersis,*

10 Dabit populo, *id est, det. Hebræi enim non habent modum optatiui: sed pro eo vtuntur futuro indicatiui modi.*

11 Dominus benedicet, *id est, benedicat.*

12 Populo suo, *eum in temporalibus & spiritualibus multiplicando,*

13 In pace. *Quia sicut dicit Priscianus: Si quæratur, quid est summũ bonum in vita? bene respondetur pax. Mystice posset exponi psalmus iste de materiali ecclesia, in qua quotidie offertur agnus immaculatus Iesus Christus ad honorem Dei patris, sen totius Trinitatis, cui seruiẽdum est, & promptè obediendum propter mirabilia quæ facit in cælo & interris. Primo mirabili, cor respondet sacramentum baptismi, secundum illud j. Cor. x. a.* Omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari. *Secundo verò exemplo correspondet publicatio euangelij, per quam consolati sunt cedri Libani, id est, principes sæculi, submittentes humiliter colla sua iugo fidei. Tertio exemplo correspondet repressio ignis iussu Dei comburendi virtutem emittentis in multis martyribus, sicut patet ex eorum legendis: & terram otus opprimens tyrannos & eorum ministros, & corruere faciens templa idolorum, sicut patet in legendis plurium martyrum. Quartum verò exemplum representat primitiuæ ecclesiæ statum, quia tunc, sicut terra primitiua protulit multos fideles gaudenter, & promptè currentes ad martyrium: quod fuit materia exultationis ciuium cælestium in templo gloriæ Deũ ingiter laudantium. Quintum exemplum præfiguravit status mundi ante incarnationem Christi, in quo, Deo permittente suo iusto iudicio, inundauit diluuium vitiorum: sed per Christum & apostolos tanquam per alterum Noe, & filios eius, habitata est terra ex multiplicatione fidelium.*

Ecclesia mirabilibus quinque repræsentatur.

☞ PSAL-

MORALITER.

† 1 *Vox Domini*. Quoniam obscura scripturæ declarata fuerunt per ipsos, subditur:

2 *Et reuelabit con.* Ex hoc autem surgit laus in ecclesia: propter quod subditur:

4 *Et in temp. eius omnes dicent gloriam.*

5 *Dominus diluuium.* Hic ponitur sextum beneficium, quod est repressio multitudinis peccatorum, & quantum ad hoc dicitur;

5 *Dominus diluuium.* Ante publicationem fidei fuit in gentibus diluuium peccatorum: sed hoc diluuium Dominus repressit, quãdo in ecclesia de gentibus collecta fecit suum habitaculũ, & sic *vbi superabundauit delictum superabundat gratia*, ad Rom. v. d.

† MORA-

ADDITIO.

In psalmo xxviij. Afferte Domino *vbi dicitur in post.* Vox Domini obstetricãs ceruas. *Apud Hebræos duplex est vita futura. Prima est in tempore Messiæ, per eos adhuc expectati, in qua vitam animalẽ gerendo, gerendo, cibis & potibus indigebunt, sicut & modo, nisi quod abũdantius, & supra modum, & delectabilius credunt se talia habituros. Secũda est in alio sæculo, in qua secundum principaliores & magis autenticos, non credunt habere vitam corporalem, sed spiritualem tantum: vnde non conueniunt in hoc errore cum Saracenis, &c.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psalmus cantici in dedica.* Avgvst. Supra de consummatione tabernaculi tempore belli: hîc autem est psalmus lætitiæ, quia domus dedicatur, id est, confirmatur, quæ in æterna pace manebit: corpore innouato non tantùm Christi, sed etiam totius ecclesiæ. Totus Christus loquitur in hoc psalmo, quia quædam capiti, quædam corpori, quædam vtrique conueniunt.

a ¶ Lætitiæ. b ¶ Quæ modo in capite, post futura est in membris. ¶ Christi.

Psalmus cántici in dedicatione domus Dauid. XXIX.

Avg. Psalmus breuiter de passione & resurrectione: vt passio non terreat, quos spes resurrectionis lætificat.

b *Domus Dauid.* Cas. Totus Christus sponsus & sponsa, vna domus domus Dei est: quia in Christo plenitudo gratiæ habitauit, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Hæc domus quãtum ad caput, id est, Christum, fabricata est in eius conceptione: dedicata verò in eius resurrectione, quando immortalitatis gloria confirmatus est; Quantũ verò ad ecclesiam, quotidie fabricatur: dedicabitur autem in futuro, quando sancti resurgentes stabunt in magna constantia fulgẽtes vt sol. Dicitur autem hæc domus secundum presentẽ statũ, tabernaculum, vt in præcedentis psalmi titulo, quandiu in ea militatur. Domus verò, secũdũ statũ futurũ quãdo in ea quieſcitur.

Cas. Primò agit de dedicatione sua: & iubet sanctos idem sperantes laudes dicere.

PSALMVS XXIX.

A a *Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti.*

✠ THEODOR. Nec Beatus Dauid templum construxit, nec psalmi verba ei, qui constr uxit tēplum, conueniūt. Est autem psalmus dictus in Ezechiam, qui victis Assyrijs, & morbo, magnam celebritatem Dedicationi similem instituit; & in naturam humanam, cuius figuram B gessit, quæ diuina benignitate renouata est, & resurrectionem recepit.

¶ Aug altitudinem tuam laudabo in dedicatione, quia tunc non iucundabuntur inimici super nos, vt modo.
a ¶ Aug. iam in spe, & in futuro susceptus in re.

Exaltabo te Domine, quoniam † susceptisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Dominè Deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in † lacū. Psallite domino sancti eius: & cōfitemini memoriæ sanctitatis eius. Quoniā

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

† exaltasti (sustulisti)

¶ In resurrectione, dedicando. a ¶ Delectari vel iucundari permisisti. ¶ Vel iucundasti. b ¶ Aug. qui per orbē varijs persecutionibus me conati sunt opprimere.
a ¶ Exponit susceptionem.
a ¶ Iam non gero ægrum corpus, sed glorioſum, & immortale. ¶ Hic in spe, & in futuro in re. ¶ Et
b ¶ Hiero. expositione hoc non eget, manifestum est enim animam Christi cum animabus sanctorum de inferno eductam à Deo.
a ¶ Ab his persequentibus. ¶ In resurrectione iam cum eis amplius sim.
b ¶ Quibus similis videbatur. ¶ Aug. de corruptione profundæ cæcitatis, quia immunis à peccato; & corruptione carnis, quia impassibilis. ¶ Vel saluum fecisti. c ¶ Profunditatem sæculi, vel inferni. d ¶ Aug. quia surrexit caput, idem sperent membra.
¶ Vos sancti eius. ¶ Opere. a ¶ Id est, laudate eum: b ¶ Aug. quia ex bonitate memor fuit sanctificare vos. ¶ Quia sanctitatis, qua nos sanctificauit, non est oblitus hoc toto tempore, quo vos eratis eius obliti. c ¶ Ideo psallite & confitemini.

† sepulchri F

C ✠ BASI. & THEO. Cùm enim Dominus nostras primitias accepisset, omnem naturam per ipsas salute dignam fecit, & ludibrio esse inimicis, & hostibus dęmonibus non sinit.

b *Domine Deus meus clamaui ad te, &c.* AVG. Christus, ex quo homo infirmus, ex hoc & orans, pro nobis mediator inter Deum trinitatem & homines peccatores. Quia infirmus, appropinquat nobis. Quia non iniquus, iungitur Deo. Etiā in hoc tamen: quod homo nobis præest vt caput, in quo sunt omnes sensus præ cæteris membris. Super hunc iucundati sunt inimici in cruce, sic & super suos iucundantur in passionibus, sed non in dedicatione.

✠ THEOD. hoc Ezechiæ conuenit; humanæ naturæ non sic, neque enim Deum deprecata est: lachrymas igitur, quæ erant in morientibus & ægrotantibus, pro precibus posuit, inexplicabilem Dei bonitatem ostendens.

c *In lacum.* HIERON. id est, de lacu inferni, vbi animę peccatorum sunt, ne, sicut illi, præceps caderem in mortem.

✠ THEODOR. Non enim omnes hac gratia digni sunt.

d *Confitemini, &c.* AVGVS. Quia ex bonitate & sanctitate sua, nō nostra memor fuit nostri.

e *Quoniam ira.* AVG. id est, vindicta, qua vindicauit in nos primum peccatum, quod morte soluistis.

✠ THE. *Iram*, castigationem vocat: *Vitam* vero voluntati adscribit: Vult enim vitā, nō iram; sed mala illa nobis ipsis asciscimus. Deus mortem non fecit, nec delectatur interitu viuentium.

☞ a *Adve-*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XXIX.

Dedicatio domus Dauid.

1 Exaltabo te Domine. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hieron. iuxta Hebraicum* psalm. pro dedicatione domus Dauid. *Circa quod sciendum, quod ista dedicatio non fuit domus Dauid, in qua habitant, licet aliqui hoc dicant & male; quia non legitur illius domus aliqua dedicatio: sed templi ædificati per Salomonem; quod hic dicitur domus Dauid, quia voluit templum ædificare: vt habetur ij. Reg. vij. a* sed de mandato Domini ædificium fuit retardatum vsque ad tempus Salomonis filij sui. *Dauid tamen tradidit ei descriptionem templi, & ædificiorum in circuitu, & vtensilium: & præparauit impensas faltem pro magna parte, vt habetur j. Par. xxviij propter quod hic dicitur, domus Dauid. Dicunt autem Hebræi, & satis verisimiliter, prout plenius declaratum fuit ij. Reg. viij. & ij. Paral. vj. quod in dedicatione templi, cùm sacerdotes portantes arcam, vellent eam transferre de tabernaculo Dauid in quo fuerat, & introducere intra sancta sanctorum, portæ templi clauserunt se, nec fuerunt reseratæ, donec Leuitæ cantantes ps. cxxxj. venirent ad locum illum:* Propter Dauid seruum tuum, ne auertas faciē Christi tui. *id est, Salomonis in regem inuncti. Et tunc portæ fuerunt reseratæ. Quod videntes omnes populi, cognouerunt quod peccatum Dauid de adulterio Bethsabeæ & homicidio Uriæ erat totaliter à Deo remissum: & vsque ad tempus illud plures de populo tenebant contrarium. Igitur Dauid hoc præuidens in spiritu, fecit hunc psal. in quo describit prædicti peccati commissionem ex sua fragilitate, & eiusdem remissionē ex Dei misericordia & benignitate. Et secundum hoc iste psalmus diuiditur in duas partes: quia primo Dauid diuinam confitetur benignitatem tatem, vel bonitatem. Secundo propriam fragilitatem, ibi,* Ego autem dixi. *Circa primum, Dauid primo Dei bonitatem confitetur. secundo alios ad idem hortatur, ibi:* Psallite Domino. *Circa primum dicit sic:*

2 Exaltabo te, *nomen tuum publicè collaudando.*

3 Quoniam susceptisti, *In tua gratia, post tanta flagitia à me perpetrata, scilicet in adulterio Bethsabeę & homicidio Uriæ.*

4 Nec delectasti inimicos, *scilicet Achitophel & Absalon, qui inducebant populum ad me persequendum, allegantes contra me prædictum flagitium, tamen finaliter non fuerunt delectati, quia Achitophel se suspendit, & Absalon in bello interijt, & magna pars populi sequentis ipsum.*

5 Domine Deus me. clamaui, *corde & ore.*

6 Et sanasti, *à prædicti peccati vulnere.*

7 Domine eduxisti, &c. *Quia propter dicta flagitia eram dignus gehenna. sed tu saluasti me tua misericordia.*

8 Psallite Domino. *Hic consequenter alios hortatur ad laudandū Deum de misericordia sibi facta di.* Psallite Domino sancti eius, *id est, sacerdotes diuino cultui deputati & sanctificati.*

9 Et confitemini, &c. *confessione laudis, ad quorum confessionem cum dicerent,* Memento Domine Dauid, *apertæ fuerunt portæ templi, vt dictum est ps. præcedenti: & sic omnibus apparuit, peccatum Dauid à Deo dimissum.*

10. Quoniam ira. *scilicet cito transiens: vnde in Hebræo, & in trāslatione Hier. iuxta Hebraum cùm habetur,* Quoniam ad momentum ira eius. & vita in voluntate eius; quia non vult Deus mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat *Ezech. xviij.* Quia eius misericordia superexaltat iudicium, *Iacob ij. c.*

☞ 1 Ad

MORALITER.

† 1 *Exaltabo te Domine.* Dicunt Hebræi, quod in dedicatione templi per Salomonem ædificati, cùm sacerdotes vellēt inducere arcam in locum suum, portę clauserunt se: & cùm Leuitæ cāntantes psalmum cxxxj. venissent ad locum istum: *Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui,* aperuerunt se: & per hoc cognouit populus peccatum Dauid de adulterio Bethsabeę & homicidio Uriæ, à Deo esse remissum. cuius contrarium plures adhuc tenebant. Ergo Dauid hoc præuidens in spiritu, fecit hunc psalmum, in quo confitetur Dei bonitatem & propriam fragilitatem.

MORALITER autem potest exponi de quolibet fideli, qui reuelatione Dei, vel cōiectura probabili, cognoscit aliquod grauе peccatum à Deo sibi remissum: & sic primò confitetur diuinam bonitatem. d. *Exaltabo te do.* Te laudando corde & ore.

3 *Quoniā susc. ep. me.* In filium adoptiuū per gratiā iustificantem.

4 *Nec delectasti inimicos, &c.* id est, dæmones qui lætantur de peccatorum perditione.

5 *Domine Deus me. clam. ad te.* Tanquā ad medicū animæ meæ.

6 *Et sanasti me.* à peccati vulnere.

7 *Domine eduxisti animam meam.* Liberando eā ab obligatione ad gehennam: & quoniam sic liberatus non solum debet Deum laudare, sed etiam ad hoc alios inuitare. ideo subditur:

8 *Psallite Domino sancti eius.* id est, ab eo sanctificati.

9 *Et confitemini,* confessione laudis.

10 *Memoriæ sancti.* opera eius sancta deuotè memorando.

11 *Quoniam ira.* id est, punitio.

† *In*

☞ A

a *Ad vesperum.* AVG. Quia ira in indi. eius, ad vesperum demo. fletus; quia vita in voluntate, ad matu. læti. Vespere incepit post meridiem, vbi lux sapientiæ à peccante homine recessit, quando morte damnatus est, & extunc durat fletus, quandiu in laboribus & tentationibus populus Dei expectat diem domini. Mane est, cùm lux oritur fideli, quæ occidit peccanti: vnde & dominus mane surrexit, idem promittens nobis. Vespere sumus sepulti in paradiso in culpa & pœna, & surgimus die tertio: id est, tempore gratiæ post tempus ante legē, & sub lege.

HIERO. *Ad vesperum demo. fle.* quia passo, & sepulto domino, apostoli & mulieres in fletu & gemitu

B

morabātur; *Et ad matutinum lætitia*: quia mane venientes ad sepulchrum, gloriam resurrectionis ab angelis acceperunt.

b *Fletus.* CAS. Demorabitur hominibus respicientibus ad vesperum, quo Adam declinauit, & à paradiso exiuit: sed lætitia

C

erit respicientibus, ad matutinum quo Christus surrexit.

✻ THEODOR. hoc accidit & tempore Ezechiæ, & communis salutis. Nam Assyrij nocte plagam acceperunt, & mane, quos terruerant, Iudæos lætitia impleuerunt. Ezechiæ vesperi mortis sententiam Esaias attulit, manè faustum vitæ nuncium. Cum apostoli crucem lugerent, mulieres resurrectionis lætitiam attulerunt.

c *Ego autē.* Quomodo ante dedicationem egerit & eā meruerit.

AVG. CAS. Vespere facit. Sed ego, dum in paradiso esset mihi abundantia, dixi, non mouebor ab hoc bono, credens diabolo dicenti: *Non morte morieris.* Sed ô domine, in *voluntate tua præstitisti decori meo virtutem*; quod est, non ex me bonus eram & fortis, sed ex te. Quod vt ostenderes, *auertisti faciem tuam*, hoc est, foras misisti me de paradiso: iam verò hîc positus *clamabo ad te &c.*

✻ BASIL. & THEODOR. hoc & Adam in paradiso, antequam deceptus esset, sperauit; & Ezechias, cum Assyrium vicisset.

d *Auertisti.* CASS. Deus à Christo, facie, exponendo eum passioni & morti; & sic Christus turbatus est, Matt. xvj. d. *Tristis est anima mea vsque ad mortem.*

e *Conturbatus.* AVG. Quod tempus conturbationis & miseriæ recolens, & in eo positus, audio vocem capitis pro me moriturī, dicentis, *Ad te domine clamabo.*

f *Quæ vtilitas in sanguine meo.* AVG. Necessitatem ostendit, per quam non finit eū descendere in corruptionem.

g *Dum descendo in corruptionem.* AVGV. Si enim statim non resurgo, & corpus corrumpitur, nemini annuntiabo, nullum lucrabor.

AVG. Confessio gemina est, nunquā sine ea simus: quando malè est nobis in tribulationibus, cōfiteamur peccata nostra; Quando bene est in exultatione iustitiæ, confiteamur laudem Deo.

h *Audiuit dominus.* CAS. Quomodo eam accepit, scilicet dedicationem, pertractat. Dixi, clamabo, deprecabor, sed me deprecantem exaudiuit dominus.

i *Concidisti saccum meum.* CAS. Saccus, vestis est aspera, in vsum laboris, vel tempore tristitiæ cōcessa, vt Niniuitis, id est, caro humana,

☞

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Ad vesperum, &c. *q.d. si in vespere inducat fletum puniendo peccatores, cito transibit, & in mane dabit lætitiam, eos consolando.*

2 Ego autem dixi. *Hic consequēter Dauid confitetur propriam fragilitatem. Et circa hoc primo, declarat suam miseriam; & secundo Dei clementiam, ibi,* Audiuit dominus. *Circa primum dicit,* Ego autem dixi &c. *in principio regni mei, quando abundauī bonis temporalibus et spiritualibus.*

3 Non mouebor in æternum, *à via veritatis & iustitiæ. Ex hoc enim, quod in persecutione Saulis positus diu innocentiam seruauerat (vt patet ex decursu. j. Regum) de catero eandem innocentiam se tenere confidebat: ideo dicebat,*

4 Domine in voluntate &c. *fuit enim decorus corpore, vt habetur j. Regum. xvj. & magis mente, virtutis decore. Verumtamē quia in hoc nimis confidebat, Deus ad horam eum dimisit, & sic grauiter peccando fragilitatem suam cognouit: & hoc est quod additur,*

5 Auertisti faciem tuam, *ad horam, me relinquendo fragilitati meæ.*

6 Et factus sū contur. *quia per Sathanam in flagitia grauia deiectus.*

7 Ad te domine clamabo. *corde, & ore.*

8 Et ad Deum meum deprecabor, *pro dictorum peccatorum remissione, allegando quod sequitur,*

9 Quæ vtilitas in sanguine meo dum &c. *id est, in peccato meo, quo merui, quod sanguis meus effunderetur.*

10 Dum descendo in corruptionem, *id est, si propter eum incurram mortem corporis & gehennæ? q.d. nulla. vnde sequitur,*

11 Nunquid confitebitur tibi puluis, *scilicet corporis mei incinerati. q. d. non: & ideo melius est vt mihi remittas culpam, & pœnam æternam, eam commutando in pœnam temporalem.*

12 Audiuit dominus. *Hic consequenter confitetur diuinam clementiam di.* Audiuit dominus, *deprecationem meam exaudiendo,*

13 Et misertus est mei, *meum flagitium remittendo:*

14 Dominus factus est adiut. *Insultus Sathanæ à me repellendo.*

15 Conuertisti planctum meum, *de peccati commissione,*

16 In gaudium mihi, *de eius remissione:*

17 Concidisti saccum meum, *vestem lugubrem deponendo.*

18 Et circundedisti me lætitia, *Interius consolando. Hoc autem factum fuit, quādo post peccatum Bethsabeę & Urię commissum, ieiunauit Dauid, & fleuit, iacens super terrā, infirmato paruulo de Bethsabea*

☞ *nato,*

MORALITER.

† † *In indignatione &c.* q.d. punitio non procedit ex absoluta Dei voluntate, sed magis vita gratiæ, Ezech. xviij. c. *Nolo mortem peccatoris sed vt magis conuertatur & viuat.* 1 *Ad vesperum*, scilicet peccati, quod tenebras inducit, † *Demorabitur fletus*, scilicet pœnitentiæ, per quem impetratur lux gratiæ: ideo subditur, † *Et ad matutinum lætitia*, quia tunc oritur iustitiæ sol, qui est lætitię causa. 2 *Ego autem.* Hic recognoscit propriam fragilitatem, dicens, *Ego autem dixi in abundantia mea*, id est, abundantia temporali, vel spirituali, elatus ex ea, 3 *Non mouebor in æternum*, à rectitudine iustitiæ, 4 *Domine in voluntate tua*, & non ex mea iustitia, † *Præstitisti decori meo virtutem*, id est, imagini tuæ, quā habeo ex dono naturæ, addidisti virtutem gratiæ. 5 *Auertisti faciem &c.* propter elationem meam ex donis tuæ gratiæ, 6 *Et factus sum conturbatus*, propter grauitatem sequentis casus. 7 *Ad te domine clamabo*, vt remittas mihi peccata, & allegabo quod subditur, 9 *Quæ vtilitas in sanguine* q.d nulla. 11 *Nunquid confitebitur tibi puluis*, scilicet corporis incinerati. q. d. non: ideo melius videtur, quod remittas culpam mihi. 12 *Audiuit.* hîc confitetur diuinam clementiam, vt oppositā iuxta se posita magis eluceſcant di. *Audiuit domi.* me deprecantem, 13 *Et misertus est mei*, Per suam pietatē: 14 *Dominus factus est adiut.* Contra Sathan. 15 *Conuertisti planctum.* secundum illud Aug. *Peccator de peccato doleat, & de dolore gaudeat.*

---

† momentum in ira eius, & vita in beneuolentia eius (vel, per momentū iraſcitur, & per beneuolentiā ſuam dat vitam. † pernoctabit (veladerit.

† ſtare feciſti in mōte meo fortitudinem (vel, tribuiſti robur mōti meo. † dominum

† Audi domine, & miſerere mei, domine eſto adiutor mihi. † chorum

4. reg. 19. 20. Ioan. 20.

† Quid mihi profuit vixiſſe. † foueā (vel ſepulchrū.

Confeſſio gemina eſt: aut peccati, aut laudis. F

† ſoluiſti (i exuiſti me veſte lugubri)

† in matutinum exultatio. † 6 q. 1. ciuitate. E

† quiete (vel felicitate. i. cùm ſecundæres erant.

Gene. 3.

1. par. 32.

☞ A mana, quę scissa est moriendo: & prodijt frumentum glorioſę resurrectionis, vel diuinitatis. Vel, pœna peccati, qua in resurrectione destructa, prolata est diuinitas antè occulta: sicut quod saccus integer celat, scissus aperit.

Avg. Saccus de capris vel hædis, mortalitas; quam de peccatoribus Christus traxit vel accepit: vnde, *Dum mihi molesti essent induebar cilicio*, vt

a ¶ Aug. gloria immortalitatis. b ¶ Non plangat humilitas. c ¶ Quia semel passus.
¶ Aug. conscientia peccati, timore mortis, vel iudicij. Et hæc est gloria mea, vt in ęternum confitear tibi, quod nil ex me, sed omnia ex te, qui es Deus meus omnia in omnibus.

a ſti me lętitiâ. Vt cántet tibi gloria mea & non † compungâr: 1 2 3 domine Deus meus in ęternum confitebor tibi.

✠ Ba. Ezechias facco indutus Deo contra Assyrios preces obtulit, lætatus accepta quindecim annorum accessione. † fileat.

Psal. 34. b Natura humana obspem resurrectionis gaudet.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *nato, vt habetur. iij. Regum. xij. Postea mortuo puero surrexit de luctu, & mutata veste lugubri lotus, & vnctus est, in signum exultationis. Cognouit enim peccatum suum dimissum quantum ad culpam, & pœnæ partem propter luctum suum, & pueri mortem.* 1 Vt cantet tibi gloria. *Laude publica & clara.* 2 Et non compun. *remorsu cõscientiæ meę, & peccati commissione: quod cognoui esse dimissum, quantum ad reatum culpæ.* 3 Domine Deus meus. *Quia in patria erit confessio laudis diuinę perfecta psal. lxxxiij. a.* Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. *Moraliter posset exponi psal. iste de quolibet fideli, qui reuelatione diuina seu probabili coniectura cognoscit, aliquod graue peccatum à Deo sibi dimissum: propter quod gratias agit collaudando Dei bonitatem, & recognoscendo suam fragilitatem.*

MORALITER.

† 1 *Vt cantet tibi gloria mea* id est, conscientia pura, Gala. vj. *Gloria nostra nostra hęc testimonium conscientiæ nostræ,*

3 *Domine Deus.* Confessione laudis: nam in patria est laus iugis.

B

ADDITIO.

In psal. xxix. Exaltabo te. *vbi dicitur in posti.* Dicunt autem Hebræi. *Hoc dictum Hebræorum nullam videtur habere verisimilitudinẽ, sicut dictum est suprà in additione super psal. xxiij. Nec etiã omnes expositores Hebræi hoc dicunt. Nam Rabi Abenhazra, qui magis propriè sequitur sensum literalem, hunc psalm. exponit de dedicatione domus Dauid, de qua licet non legatur facta aliqua solennitas, cum illa non erat constructa ad sacra, siue sacrificia ministranda; verisimile tamen est, vt aliqua iucunditas in sua dedicatione fieret, cum illa fuit prima domus ad honorem regiæ dignitatis in populo Israelitico constructa. Addit etiam Abenhazra, quod Dauid per aliquod tempus ante prædictam dedicationẽ ęgrotauit, & conualuit: & sic de vtroque gratias agens hũc psal. composuit, secundum quam positionem satis est litera applicabilis. Quæ quidem expositio magis videtur admittenda, quam expositio Ra. Sa. Tum quia illa presupponit miraculum, de quo debuisset fieri mentio: Ista autem non presupponit aliquid præter cursum naturalem; Tum quia de remissione adulterij, & homicidij sunt alij psalmi propij, vnde non est necessarium, vt circa hoc psalmus iste versetur.*

REPLICA.

E *In expositione psalmi*: Exaltabo te domine. *Burg. præfert Rabi Abenhazra Rabi Salo. Et secundum illum exponit istum psal. de dedicatione domus Dauid, addens quod Dauid ante illam dedicationem ægrotauit & conualuit: & sic de vtroque gratias agens hunc psalmum composuit. Sed hęc expositio ea facilitate contemnitur qua probatur. Nulli enim auctoritati scripturæ innititur: quod est argumentum apud Burg. valde commune. Nec est verisimile Dauid domũ suam dedicasse, cum antè ex posti, locus fuerit prophanus, in quo actus cultus diuini publicè fieri non consueuerunt. Nec de ęgrotatione & conualescentia Dauid scripturam allegat. Fundatur igitur illa expositio super sola voluntate & imaginatione. Etiam non est verisimile, quod Dauid fecit psal. singularem hunc de his, quę contigerunt solum secundum cursum naturalem: qualia sũt illa de quibus dicit Abenhazra, prout vult Bur. Et cum postillator exponit hunc psalmum de gratiarum actione Dauid pro remissione peccati adulterij & homicidij: valde eleganter Burg. instat dicens, quod de illa materia sunt alij psalmi, facti. Vbi respõdeo quod non est inconueniens de vna materia plures esse psalm. à Dauid factos vt patet discurrenti per librum psalmorum.*

C

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem psalmus.* Avg. *Extasis*, hîc accipitur pauor perturbati populi de persecutione omniũ gentiũ, & defectu fidei per orbem.

Cas. Contra pauorem spes & oratio præmittitur, cũ certitudine liberationis, & gaudio. Hic psal. imbecillitatem humanitatis exprimit, & beneficia Dei, vt videns se nemo superbiat, videns misericordiam nõ paueat. Qui dignatus est pro nobis homo fieri, non dedignatur nos transfigurare in se, & loqui verbis nostris, vt & nos loquamur suis. Moriturus ergo ex nostro, non in se sed in nobis pauebat. Quod enim paues, tuũ est, vt te agnoscas: quod speras, donũ dei est. Loquitur Christus in propheta, & membris: vna persona est sponsus & sponsa, vnde Esaias, *Sicut sponsus alligauit mihi mitrã, et sicut sponsam ornauit me ornamentis. Erunt duo in carne vna*, ergo & in voce vna.

Esa. 61. d. Gene. 2. d.

Avg.

a ¶ Christum. b ¶ Dirigens. c ¶ Loquentis in persona Christi, vel ecclesiæ.
d ¶ Excessu mentis, qui fit pauore, vel mente rapta ad superna.

† vide psal. 4.

a

b

† In finẽm psalmus Dauid pro extasi XXX.

a ¶ Aug. fauor non est sine spe. ¶ Non in me.
b ¶ Id est, nunquam, dum mihi vt homini simili cæteris insultatur.
c ¶ Quæ ad horam prodest.

I N te dómine sperauí, non confundar in ætẽr- 1 2 ere. dicit enim: *Dixi in excessu mentis meæ, proiectus sum à facie oculorum tuorum.* Videtur autem mihi hic psalmus dictus cum ab Absalone persecutionem pateretur.

Avg. Prior loquitur redemptor, inde redempti, gratias agentes. Inde diu de perturbatione prophetæ vox interponitur prope, finem, & in fine.

Avg. Hic describitur humiliatio Christi, martyrumque: vnde sequitur exaltatio.

✠ Basil. & Theo. Nec in Hebræo, nec in alijs interpretibus est hic titulus, sed tantum in quibusdam exemplaribus: cæterum videtur ea, quæ contra Vriam facta sũt, innu-

PSALMVS XXX.

b *I N te domine sperani &c.* Avg. Est confusio æterna, de qua liberari petit: Et est temporalis ad horã, scilicet quæ prodest.

☞ ✠ Basil.

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs XXX.



N te Domine, &c. *Hic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriã psal. Dauid. *Et in translatione Hiero. iuxta Hebraicum:* Victori psal. Dauid: *Et patet expositio ex dictis suprà psal. x. & iiij. In aliquibus autem libris additur,* Pro extasi: *sed non est in Hebræo, nec in translatione Hieron. iuxta Hebraicum; & ideo videtur ab aliquo doctore appositum: forsan pro eo quod infrà dicitur*: Ego autem dixi in excessu mentis meæ &c. *Excessus enim mentis & extasis idem significãt. Ex titulo autẽ apparet autor psal. scilicet Dauid: sed materia non apparet; propter quod variè exponitur. Dicunt enim aliqui, quòd Dauid fecit hunc psal. loquens in persona populi de captiuitate Babylonica liberati, præuidens in spiritu hanc liberationem. Aliqui autem dicunt, quòd fecit hunc psal. loquens in persona populi Israel liberati de seruitute Philistinorum per ipsum Dauid. Sed litera huius psal. non videtur bene cõcordare: propter quod Rabi Salo. dicit, quod fecit hunc psalm. existens in persecutione Saulis, pro qua multos psal. fecit, quia longo tẽpore durauit: & fecit hunc psal. gratias agendo, eo quod multa pericula præterita iam euaserat, & orando pro euasione præsentium, et futurorum quæ formidabat. Igitur secundum hanc sententiam, quæ videtur mihi litera magis consona, psalmus iste diuiditur in duas partes: quia primò Dauid ostendit persecutionis suæ acerbitatem; secundò diuinę retributionis æquitatem, ibi*, Erubescant impij. *Prima in duas, quia primò ostenditur confidentia Dauid stabilitas; et secundo persecutionis atrocitas, ibi*, Miserere mei quoniã tribulor &c. *Circa primum dicit sic* Dauid, 1 In te do. &c. *Sicut in proiectore forti.* 2 Nõ cõfun. in ęter. *Licet confundar ad tempus: quia erat exul, et fugitiuus, et tanquam læsor regię maiestatis.*

☞ 1 In iustitia

MORALITER.

1 *In te domine.* Secundum Hebræos Dauid in persecutione Saul fecit hunc psalmum, & etiam plures alios: nam illa persecutio durauit per tempus longum; & in hoc psalmo gratias agit de euasione periculorum præteritorũ, & orat pro euasione futurorum. Moraliter autem potest exponi de quolibet fideli postulante de persecutione dæmonis liberari. Et primò declarat suam cõfidentiam, dicens, 1 *In te domine.* Qui vis omnes homines saluos fieri. 2 *Non confundar.* Quia per tuam bonitatem pœnam æternam commutabis in temporalem.

† 1 *Iniustitia*

☞ A ✻ Basil. & Theodor. Multo dedecore peccatum me circundedit, obsecro ne diu mecum permaneant.

a *Accelera.* Aug. in faciendis, in soluendis animabus & huiusmodi, vt eruas tertia die, non differas in communem resurrectionē; quod vt sit, esto mihi protector tātus, quantū decet esse Deū.

b *Esto mihi.* Aug. Dixit iustitiam da, à peccatis erue, protege: Nunc dicit, esto domus refugij. *Domus refugij*, ecclesia, in qua salui homines, vt in arca. Affirmat liberationem.

munitā. B ✻ Basil. Euangelico sermoni id conuenit, quo prudentem eum ostendit, qui ædificauit domum suam supra petram.

† munitio, propugnaculum.

† reti c *Educes.* Cas. De morte ad superna, vt frustra sint Iudæorum consilia.

d *De laqueo quem absconderunt.* Aug. per duas portas diabolus tentat, cupiditatis, & timoris. Per cupiditatem tentauit primò Christum tribus modis, scilicet gula, auaritia, vana gloria; Et inde per timorem passionis. Ita omnes sanctos, vnde, *Educes me de laqueo.*

† Luc. 13. f Per duas portas tētat diabolus. Matt. 4. a. † Odi. C

✻ Basil & Theodor. Symmachus, & *curabis me*: cæterum per laqueum, Achitophelis consilium intelligit.

† cognouisti in tribulationibus † manus

e *In manus* Cas. Nota eum ta'eum hîc loqui qui in passione eadem verba protulit.

Augvst. *In manus.* Ex his verbis, quæ in cruce dixit, admonet se in hoc psal. locutum esse.

✻ Theodor. *Manus*, auxilium nominauit. q.d. animam meam tuo auxilio commendaui.

a ¶ Aug. quia meam non inuenis; in ea, quam das, libera. ¶ In mea damnārer. b ¶ A morte.
c ¶ Proxima mihi humili. ¶ Hæc fecit Deus quando filium misit. d ¶ Misericordiam.

a num, in iustitia tua liberā me. Inclinā ad me aurem tuam, ac-
a ¶ Aug. ne differas in finem seculi segregare me à peccatoribus.
¶ Aug. non est diu quod finitur, & tibi tardum videtur.
b ¶ Cas. id est esto mihi ô Deus protector & quasi domus, quo refugiens saluus fiam.

celerā vt eruas me. Estō mihi † in Deum protectorem, & in
a ¶ Cum periclitor. ¶ Aug. Sunt qui fugiunt à te, cuius oculis omnia nuda sunt. Sed mihi nihil restat nisi fugere ad te. b ¶ Et ideo non alium quæro.

dōmum † refugij, vt saluum me facias. Quōniam † fortitu-
a ¶ Ad tolerandos persecutores. b ¶ Ad relinquendum eos in fine malorum per mortem.
c ¶ Vt per me innotescas omnibus gentibus. d ¶ Aug. vt glorificeris, non quia ego dignus.

dō mea & † refugium meum es tu, & propter nomen tuum
a ¶ Ne aberrem. ¶ Aug. dux mihi eris, id est, per omnia sequar voluntatem tuam; paulatim aggregando mihi sanctos ad implebis corpus meum. b ¶ Aug. vt validus sim ad escam.
c ¶ Etiam de passionibus erues. d ¶ Insidiis.

c deducēs me & † enutries me. Educes me de † laqueo hoc
a ¶ Cas. contra quam nulla potest aduersitas.

quem absconderunt mihi, quoniam tu es † protector meus.
a ¶ Vnde iam. b ¶ Cas. potestati tuæ commendo, citò recepturus.
c ¶ Fidelis populus de passione redēptus, de resurrectione capitis lætus dicit, gratias agēs. ¶ Quia in Christo.

e † In mānus tuās commendo spiritum meum, rēdemisti me
a ¶ Aug. non fallens in promissione. ¶ q.d. me redemisti, sed.
b ¶ Aug. fallam beatitudinem seculi, cum & pro vita male quis agit, & tamen eam perdit.

domine Dēus veritatis. † Odisti obseruantes vānitates, † su-
¶ Quid. a ¶ Qui non obseruo vana. b ¶ Qui non est vanitas, sed veritas & vita. c ¶ Ideo.

f peruacuē. Egō autem in dōmino speraui: exultabō & † læta-
a ¶ Quę non fallit: non in mea iustitia. b ¶ Exponit misericordiam.
c ¶ Aug. quā me vanitati in spe subiecisti.

g h bor in misericordia tua. Quōniam respexisti † hūmilitatem
a ¶ Et ideo, quia humilitas placet. b ¶ Aug. timoris legal. vt charitate libera seruiat.
¶ Cas. Peccatis, quibus se homo exoluere nequit. c ¶ Victis necessitatibus.

i meam, † saluāsti de nēcessitatibus animam meam. Nec
a ¶ Vt non respirarem in libertatem
b ¶ Aug. in potestate diaboli cupiditate vitæ illaqueantis, morte terrentis.
¶ Aug à cuius manibus liberantur, qui bene viuunt, & bene moriuntur: qui autem male, concluduntur.
c ¶ Aug. ab angustijs timoris in libertatem deduxisti charitatem meam in resurrectione domini, simili promissa mihi. ¶ Aug iam facilem mihi fecisti viam, quę aliquando difficilis fuit.

k conclūsisti me in † mānibus inimici, statuisti in lōco
a ¶ Affectus. b ¶ Statuisti pedes meos &c. sed contra sunt mali pauorem incutientes, vnde precor. Miserere mei. c ¶ Et necesse est.

l spatioso pēdes meos. Miserēre mei domine, quōniam

f *Ego autem in domi.* Cas. De gaudio, quia
1 sperat in domino, qui
2 odit vanos.
3 g *Exultabo, & læta.*
4 Cas. Exultare est cū
5 magna alacritate animi gaudere: Lætari † vt petra fortis.
6 tēperata affectione.
h *Humilitatem meā.* Pro infirmitate, & † petra
pro ipsa virtute humilitatis accipit.
i *Necessitatibus ani.* Aug. *Necessitates* sunt
8 infinitæ, nescire cor † duces (vel moderaberis)
alterius; suspicari non † fortitudo mea.
bene de amico fideli;
vel bene de infideli;
10 nescire qualis cras e-
11 ris; nolle mori, & tamen mori; sequi ve- E
12 teres consuetudines, † frustra (vanas) Rom. 7. d.
13 vnde, *Infelix ego ho-* † iucundabor.
14 *mo, quis me liberabit*
15 *de corpore mortis hu-*
16 *ius?* qui sic humilis est † afflictionem.
saluatur, in præsenti
ex parte, & in futuro
17 plenariè.
18 k *In loco spatioso pe.*
19 Cass. *Locus spatiosus* liberè eundi
ad patriam virtutum,
charitas: Sed quia caro infirma, & vrgent mala, *miserere.*
20 l *Miserere mei domi.*
21 Cas. Iam pauor enar-

☞ ratur

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 In iustitia tua libera me, *Quia confido de ea, non de mea.*

2 Inclina ad me aurem tuam. *Loquitur de Deo more humano, cuius est aurem suam inclinare ad illud, quod vult audire, vel exaudire.*

3 Accelera vt eruas me, *ne deficiam in persecutione.*

4 Esto mihi in Deum protectorem, *in præsentibus periculis:*

5 Et in domum refugij, vt saluum me facias, *pro futuris.*

6 Quoniam fortitudo mea &c. *Homines enim illi, qui erāt de tribu Iuda & Dauid, non audebant eum recipere, timore Saulis regis: imò etiam cum eo erant in persecutione Dauid, secundum quod dicitur j. Regum. xxiij.* Quod si in terra se absconderit, perscrutabor eum in cunctis milibus Iuda.

7 Et propter nomen tuum deduces, *per talem viā, quod Saul non poterit me capere.* 8 Et enutries me. *scilicet in desertis locis, vbi non possum ab hominibus victualia habere.*

9 Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi, *id est, de occultis insidiis Ziphęorum, & consimilium, quas faciebant contra Dauid in fauorem Saulis, vt habetur primi Reg. xxiij.*

10 In mānus tuas domine commendo spiritum meum, *quia non habeo protectionem, seu defensionem ex parte hominum.*

11 Redemisti me &c. *quia Dauid de seruitute Ægypti redemptus fuerat in patribus antiquis.*

12 Odisti

12 Odisti obseruantes vanitates *id est, somnia, auguria, & consimilia, per quorum obseruationem aliqui sperant euadere periculum.*

13 Superuacue, *quia talis obseruatio inutilis est, imò nociua: quia est, superstitiosa.*

14 Ego autem in domino speraui, *non in talibus somniis vanis.*

15 Exultabo & lætabor in misericordia, *me liberante ab angustia: quia sicut persecutio est causa tristitiæ, sic liberatio est causa lętitiæ.*

16 Quoniam respexisti humilitatem. Excelsus *enim* Deus humilia respicit, *secundum quod dicitur psal. cxxxvij.*

17 Saluasti de necessitatibus, *id est de periculis vrgentibus, in quibus homo est necessitatus.*

18 Animam meam, *id est, vitam meam. Et quæ fuerunt illa pericula vrgentia, subditur,* 19 Nec conclusisti me in manibus, *scilicet, Saulis & exercitus eius qui cingebant Dauid, & viros eius in modum coronę, ita quod Dauid desperabat se posse euadere, vt habetur. j. Regum. xxiij.* 20 Statui. &c. *quia tunc ex ordinatione diuina nuntius venit ad Saul, dicens:* Festina & veni: quia infuderunt se Philisthijm super terram; *& sic fuit compulsus recedere, & Dauid, qui fuit conclusus. potuit, quo voluit, abire.* 21 Miserere mei domine &c. *Hic consequenter describitur persecutionis acerbitas, cum dicitur,* Miserere mei domine quon. tribulor *pondere malorum præsentium, & timore futurorum imminentium.*

✻ 1 Contur.

MORALITER.

1 *In iustitia tua libera me* & non in mea.

3 *Accelera vt eruas.* Ne deficiam tentatione.

4 *Esto mihi in Deum protectorem.* vt adiuues me actu pugnantem, & me suscipias ad te refugientem: & subditur ratio,

6 *Quoniam fortitudo &c.* non propter meum meritum.

† *Deduces me*, in via morum.

8 *Et enutries*, pabulo verbi tui, & sacræ eucharistiæ.

9 *Educes me de laqueo.* Nam aliquando fit tentatio sub specie boni. Sequitur:

10 *In manus tuas com. spir.* vt egredientē de corpore suscipias ipsū.

12 *Odisti*

12 *Odisti obseruantes. va.* qui per vias superstitiosas credunt euadere mortem, vel infirmitatem. 14 *Ego autem in domino*; & non in talibus remediis vanis & superstitiosis. 15 *Exultabo & lætabor &c.* quia me liberauit tua gratia. 16 *Quoniam respexisti humilitatem.* oculo misericordiæ. 17 *Saluasti de necessitatibus.* in grauibus tentationibus adiuuando eam. 19 *Nec conclusisti me in manibus.* id est, concludi permisisti per actum, vel consensum mortalis peccati. 20 *Statuisti in loco spatioso*, per libertatem spiritussancti. 21 *Miserere mei domine* Hic consequenter allegat dæmonis sæuitiam, qui frequenter grauius inuadit homines Deo gratos: ideo dicit, *Miserere mei domine quoniam tribulor.* pondere tentationis.

ratur, id est, quot & quanta ea perturbant, contra quæ est oratio,

A a *Tribulor.* Avgv. Cum prius dixit: *Statuisti in loco spatioso pe. &c.* Sed alijs locus spatiosus, ex liberationis gratulatione; alijs ex tribulatione, angustia.

✻ Basil. & Theodor. *Ob excandescentiam oculus meus turbatus est.* Cum te irritassem ob peccatum, lachrimari continnè cogor. *Ventrem* autem hic, cogitationum cellam vocauit.

† præ indignatione.

B b *Conturbatus.* Avg. Irascitur pro peccatis palearum, non tamen odit in quo extingueretur oculus. *Venter* pro interioribus, quæ turbantur, quando nec corripi possunt impij, quibus non clamat clarè, sed intus ingemiscit: *quia defecit in do. vi.* videns non proficere, quod prædicat. Nã vita perfectorum est profectus aliorum.

† Impegit (corruit) propter iniquitatẽ mea fortitudo mea, & ossa mea cõputruerunt (vel corrosa sunt. Alij credunt legendũ, decidit in calamitate fortitudo mea: Alij, impegit præ indignatione mea, vel, tormento quo torquebar.

✻ Basil. & Theodor. huius inopiæ historia meminit, & ait, *Sobi Osephei filius, Naas Amanites, & Berzalai Galaadites attulerunt triticum & hordeum, et farinam, & fabam & lentes* & alia quædam Dauidi & populo, quoniam dixerunt populum esurire, & sitientem dissolutum esse in solitudine. Hebræi, *præ iniquitate*; lingua enim sua, peccatum appellant paupertatem & miseriam.

C 2. Reg. 17.

c *In ira oculus.* Avg. In ira persecutorum turbatur *oculus*, id est, ratio. Et *anima* sensualitas, *Venter*, id est, caro. Vel *oculus*, hi per quos alij vident, *Anima*, quorum exemplo alij viuunt, *Venter* debiles; vt ab omnibus gradibus quæratur Deus.

Cass. Vel intellectus turbatur, & animus confunditur, quando pericula formidantur: & venter id est, memoria, quæ notitias rerum quasi escas recipit. Hic memoria habens reposita promissa Dei, turbatur imminentibus periculis: hinc est turbatio & metus; *Quoniam defecit &c.* quasi, per longas, & graues passiones ad mortem perducta est præsens vita; *anni*, longa vita durans ad pœnas. Vel, *vita*, id est, confessio fidei defecit. Virtus animi infirmatur, vt tæderet etiam viuere in paupertate, in indigentia plenitudinis: quia humana fragilitas nihil boni habet in se. *Ossa*, fortitudo corporis. q. d. nec in animo nec in corpore vlla potest esse hominis præsumptio.

Ira duplex

Avg. Ira per vitium oculum mentis cęcat; ira per zelum turbat: quia & hæc, concussa mente, contemplationem dissipat, quę non est nisi inquieta mente; sed inde post paululum plus proficit ad videndum.

a ¶ Non dico mortior, sed tribulor, quia de morte iam non terreor, sed de cruciatibus. b ¶ Propter iram. ¶ Cæ. ratus turbasti oculum, quem habebam in te, & animam & memoriam, qua tenebam quid pro me pertuleris, & quid mihi promiseris. c ¶ Interior.

a b c tribulor: conturbatus est † in irâ oculus meus, anima mea 1 † 2 venter meus. Quoniam defecit in dolore vitâ mea, & 3 4

a ¶ Cæ. tempora, quę hic ago. ¶ Non morte tolluntur. b ¶ Aug. quia iniquitas abundat, refrigescit charitas multorum. ¶ Non in claris vocibus. c ¶ Et. ¶ Alias egestate.

d ânni mei in gẽmitibus. † Infirmâta est in paupertate virtus 5 †

a ¶ Firmitas mea. ¶ Fortes etiam pro peccantibus turbati sunt.

b ¶ Aug omnes iniquos, qui torquentur pro sceleribus vsque ad confessionem scelerum suorum: sed horum opprobrium supero; cuius confessionem non mors, sed cruciatus sequitur. c ¶ Aug. Id est, his qui sunt deteriores omnib. alijs, inimicis meis, vt falsis Christianis, qui sunt peiores Iudæis & paganis.

e mea, & ôssa mea conturbata sunt. † Super omnes inimicos 6

a ¶ Qui iam proximi fidei mex

meos factus sum opprobrium * vicinis meis † valde, & ti- 7

a ¶ Aug ipsis notis timorem incussi exemplo horribilis tribulationis.

b ¶ Aug. qui etiam nouerunt, quod sit ecclesia, foras fugerunt faciendo schismata & hæreses, & eis sum oblitus vt à corde eorum mortuus.

¶ Hiero. Id est intelgebant inuisibilem spem meam, in exteriora & visibilia fugerunt à me.

f mŏr notis meis. Qui videbant me, foras † fugerunt à me, 8 9

a ¶ Obliti sunt me, quasi mortuus sim à corde ipsorum.

g † obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde. Fa- 10 11

a ¶ Aug. visus sum mihi periisse, visibus domini viuens, & nullum lucrifaciens, acquisitos non retinens.

¶ Et tacui.

h ctus sum tanquam vas perditum quoniam audiui vitu- 12 13

a ¶ Hiero. multi me vituperant sequentes circumitum temporum: & nolentes in patriam reuerti mecum.

i perationem multorum † commorantium in circumitu.

Semei maledicta intelligit.

e *Super om.* Avg. Peius paganis & Iudæis viuunt mali Christiani; quos Ezechiel comparat sarmentis: Hæc in vite prævalent sylue stribus lignis, quia fecerũt fructum: prę cisa solus ignis expectat, cum de illis faber aliquid facere non possit. *Vicinis opprobrium*: quia

Ezech. 15.

† Præcunctis aduersarijs meis vel omnibus hostibus meis, † & (vel ẽt) † nimium. ‖ migrãe runt.

† pauper circũquaque.

iã volẽtes credere, deterriti sũt mala vita falsorũ Christianorũ grauantium nauem, pro quibus timent & noti, ne omnes tales sint. F

Cas. Vel apud omnes inimicos, vel maiori opprobrio habitus, quàm illi qui digni eo; & *vicinis*, parentibus, vel iam creditoris, & *notis* familiaribus.

f *Qui videbant me.* Hierony. *Foras* Christum, id est, qui hominem purum putabant.

g *Obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde.* Cas. Vel excidi à corde eorum, vt mortuus, cuius memoria cum corpore sepelitur. de cuius reparatione desperatur. *Vas perditum*, mortuus Iesus abiiciendus putatur.

h *Vituperationem mul.* Avg. Vituperantur pro malis omnes Christiani à circumeuntibus, & nũquam intrantibus, quia rotam temporis sequuntur, qui & nos vituperando eijcere volunt. Vnde *in eo dum conuenirent.* Sed ego quid contra? *In te sperani*: in hoc nemo fallitur, in alijs imitandis sæpe; *Deus meus es tu*: non quisquam homo.

i *In circumitu. In eo dum conuenirent simul.* Cas. Errorum, vt qui

☞ legem

NICOLAVS DE LIRA.

1 Conturbatus est in ira oculus *Ista ira erat per zelum, non per vitium: tamen ex ea dicitur oculus corporis turbari, quia passio ira maximè apparet in facie, & in oculis potissimè.*

2 Anima mea. *Quia ira per zelum oculum mentis turbat: sed ira quæ est per vitium, illum excęcat.*

3 Et venter meus. *Quia passio ira immutat totum corpus.*

4 Quoniam defecit in dolore vita *id est, ad defectionem fuit disposita ex doloribus, & angustijs: vnde de ipso dicitur. iij. Regum. j. a.* Et rex Dauid senuerat, habebatque ætatis plurimos dies. Cumque operiretur vestibus non caleſiebat: *& tamen tunc non habebat nisi lx. annos: quia xxx. annorum erat, cum regnare cœpisset, & xl. annis tantum regnauit, vt habetur ij. Regum v. Quod enim ita citò venit ad senium & mortem, vna causa fuit, scilicet propter dolores et angustias, quas in persecutione Saulis sustinuit.*

5 Infirmata est in pauper &c. *In illa enim persecutione multas paupertates sustinuit tanquam fugitiuus, vnde et ab Achimelech panes esuriens petiit, vt habetur j. Reg. xxj. & ab Nabal subsidium victus, vt habetur j. Reg. xxv. Ex defectu autẽ victus debilitatur corporis virtus.*

6 Super omnes &c. vicinis, *Quia eis pro opprobrio dicebatur, quod erant amici proditoris regis licet falso.*

7 Et timor notis meis. *Quia timore Saulis non audebant eum recipere, & timebant occasione eius damnificari à rege.*

8 Qui videbant me, foras *Hoc est, in desertis, vbi eram fugitiuus.*

9 Fugerũt à me, *Timentes ne imponeretur eis, quod esset de mea gẽte.*

10 Obliuioni datus sum, *scilicet, amicorum meorum.*

11 Tanquam mortuus. *De quo dicitur vulgariter: mortuus non habet amicum.*

12 Factus sum tanquam vas perditum &c. *De quo nullus sperat recuperationem.* 13 Quoniam audiui &c. *Vnde & Nabal, cuius mansio erat in Carmelo, in quo Dauid & viri eius sæpe latitabant, vituperauit Dauid et viros eius dicens:* Quis est Dauid, & quis est filius Isai? *Quasi diceret, nullius momenti. Et subditur,* Hodie increuerunt serui, qui fugiunt dominos suos &c.

☞ 1 In eo

MORALITER.

1 *Conturba. est in ira &c.* scilicet dæmonis contra me excitata.

† † *Oculus meus.* scilicet interior, qui plus frequenter turbatur in talibus.

2 *Anima mea,* id est, voluntas mea, quæ mouet alias potentias, sicut anima corpus.

3 *Et venter meus.* id est, memoria mea, in qua reponuntur sententiæ sacræ, sicut cibi in ventre.

4 *Quoniam defecit in dolore.* id est, defectioni appropinquauit.

† *Et anni mei in gemitibus.* Propter tribulationis pondus, quod significatur per hoc quod subditur: 5 *Infirmata est &c.* Et quoniam diabolus ad nocendum bonis vtitur malis hominibus, tanquam membris suis, ideo subditur, † *Factus sum opprobrium vicinis.* me deridendo. 7 *Et timor notis meis*, id est, carnalibus amicis, ne habeant pati: quia sunt de sanguine meo.

8 *Qui videbant me, foras fuge.* Ne inculpentur ex mea societate.

10 *Obliuioni datus sum.* Illis qui diligebant me.

12 *Factus sum tanquam vas perditum* secũdum æstimationem hominum. 13 *Quoniam audiui vituperationem &c.* Sicut canes mordent canem percussum.

† 1 In eo

☞ legem carnaliter & nō spiritualiter intelligunt, vel qui punctum veritatis in me non attingunt. *Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* Vel in circumitu, id est, appetitu temporalium.

a *Sortes meæ.* CAS. vel tempora vitæ.

AVG. quia quando vis, viuimus, vel morimur: ideo *eripe.*

† cōsulant ✻ THEOD. Tempora siue sortes, vicissitudines rerum nuncupat: pacem & bellum, diuitias, mendicitatem.

† cogitauerunt

B AVG. etsi iustus, & occultus ordo electionis apud te est: ego tamen, quem hoc latet, ad tunicam domini inconsutilem, id est, veritatem ecclesiæ domini sorte perueni, id est, gratia electionis. Sors non est aliquid mali, sed res in humana dubietate diuinam indicans voluntatem. Sors hîc est gratia, quę sine meritis, quos vult, elegit.

† manibus

† Lucere fac

C

† efficiātur † mēdacia

b *Illustra.* CAS. Manifestam fac beneuolentiam tuam super me: vt sicut de moriente desperant, ita de resurgente confidant.

† contēptu

Psal. 41. a.

AVG. *Illustra fa.* appareat, qui ad te pertineat cum modò sit cōfusio. Vnde alibi, *Discerne causam meam*; ne tamen se iustificare videatur, subdit, *Saluum me fac in misericordia*, non in mea iustitia.

c *Inuocaui.* AVG. Inuocas Deum, quando in te vocas eum, & quando quando in domum cordis tui eum inuitas.

D

d *Muta fiant.* CASSI. Quæ hîc garrula, dum non timent iudicium. Muta in pœnis, in inferno.

✻ BASIL. & THEODO. Achitophelis mortem prædicit, cuius consilium, superbiam & contemptionem iure appellauit, quoniā contra patrem persecutionem excitauit.

a ¶ Cas. omnes, non pauci: graulus, quod consilio geritur plurimorum.

In eo dum † conuenirent simul aduersum me † accipere ani- 1 Hebrei prę contēptu, † vt accipe- 2
a ¶ Aug. id est facere, vt consentiret eis anima mea, quam ne mors liberet, consilium fecerunt, quo mori non finerent. b ¶ Sciens quia potestas talium nulla est. c ¶ Quia maledictus omnis qui spem suam ponit in homine.

mam meam † cōsiliati sunt. Egō autem in tē speraui domi- 3 græcè ἐξελέσθαι rent
a ¶ Quia non mutatus es, vel nonne saluum facies qui emendas. b ¶ Non homo c ¶ Aug. in tua potestate: d ¶ Aug Causa & ordo electionis meæ hominibus incognitus. ¶ Non enim video cur me de impiis elegisti.

ne, dixi Deus meus es tū, in mānibus tuis † sortes meæ. † Eri- 4 e *Quæ loquuntur.* Aptè opponit iusto iniquitatem.
a ¶ Tu autem. b ¶ Diaboli, & omnium ministrorum eius, qui nobis inuident regnum cælorum. c ¶ Malis Christianis. ¶ Aug maxime illi persequuntur ecclesiam, qui cum sint Christiani, nolunt bene viuere.

pē de † manu inimicōrum meorum, & à pērsequentibus 7 f *Superbia & in abusione* CAS. Quia creatura cōtra creatorem, 5 & peruerso vsu beneficiorum Dei, qui, præter cætera, propter eos venit.
a ¶ Et. ¶ Aug Notam fac hominibus, qui putant me negligi, quia facies tua super me intendat, & quod ego tibi seruiam, cum confusio sit permissis malis cum bonis.

me. † Illūstra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac 9 g *Quam magna.* CAS. quæ bona Dei contra prædicta mala, quæ leuiant ipsa mala. 10
a ¶ Non erubescam insultantibus mihi malis ex eo quod inuocaui te; vel, causa est quare non confundar.

in misericordia tua domine, nōn † confundar, quoniam in- 11 AVG. Ista cernens & mirans exclamat propheta: Quam mul- 12
a ¶ Propriè, quod non mali. b ¶ Non aliud. c ¶ Precor vt non confundar. ¶ Aug. Potius qui lapides inuocant, & vmbris infernalibus, sociantur; hanc confusionem timebat iste. ¶ Cas. manifestaris tuis in me sacramentis. ¶ In inferno, vt potius dicant, nos insensati, vitam eorum æstimabamus insaniam.

uocāui tē. Erubēscant impii & † deducantur in infernū, mūta 13 tis modis copiosa est dulcedo tua: Cas. quā 14
a ¶ Quæ de me fingunt falsa. b ¶ Vel Christum, vel etiam suos.

† fiant labia † dolosa. Quæ loquūtur aduersus iustum † iniqui 15 etiam eos, quos emen- 16
a ¶ Aug Superbientes & contemnentes Christum quasi hominem crucifixum: cum ipsi floreant in mundo contra quos clamat, quam magna. b ¶ Sed. ¶ Quo corrigis, parcis, promittis.

tate, in supērbia & in † abusione. Quā magna multitudo † dul 17 das, multum amas. sed 17 ne securi negligen- 18
18 tius agāt, abscondisti

† durū (sub. verbum)

eis dulcedinem tui amoris, quibus vtile est timenti te. Et hoc est quod subdit, *Abscondisti*, vt plus desideretur, in futuro verò patebit.

✻ THEOD. Aquila & Symmachus, *Quam repositam occultasti timentibus te.*

† bonitatis

☞ a *A con-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 In eo dum conuenirent, &c. *Scilicet Saul, & exercitus eius.*

✻ 2 Accipere animam meam. *Quia de morte mea tractabant.*

3 Ego autem in te, &c *Tanquam in meo protectore.*

4 Dixi Deus meus es tu. *Per veram fidem, & cultum.*

5 In manibus tuis. *id est, sortes tam vitæ quam mortis meæ sunt in tua dispositione. In Hebræo habetur:* In manibus tuis tempora mea, *id est, ad viuendum quantum tibi placuerit, & non plus.*

6 Eripe me de manu inimi. &c. *Saulis & suorum complicum.*

7 Et à persequentibus. *Quacunque alia occasione.*

8 Illustra faciem tuam super seruum tuum, *id est, super memetipsum, me tua gratia illustrando.*

9 Domine non confundar. *Ab aduersarijs captus, seu acerbitate persecutionis impatiens factus.*

10 Quoniam inuoca. te. *Quia potens es me exaudire.*

11 Erubescant. *Descripta acerbitate persecutionis, hîc consequenter describitur æquitas diuinæ retributionis: & primò quantum ad persequentes secundo quantum ad persecutionem sustinentes, ibi,* Quam magna. *Circa primum dicit:* Erubescant impij, *non potentes assequi suū intentum in persecutione iustorum: sicut tyranni intendentes per tormenta auertere martyres à fide, & non valentes erubescant, & confundebantur de eorum tolerantia, sicut patet de Daciano, & sancto Vincentio, & de Paschasio & sancta Lucia, & multis alijs; & Saul persequens Dauid eum capere non valens, reuertebatur in domum suā confusus. j. Regum 23. & 24.*

12 Et deducantur in infernum, *Post vitam istam, si in sua malitia perseuerent. Hoc autem dicebat Dauid, non zelo vindictæ, sed zelo diuinę iustitiæ, cui est applaudendum, secundum illud Psal.* 17. Lætabitur iustus cùm viderit vindictam.

13 Muta fiant labia dolosa, *scilicet, Saulis, qui aliquando vocabat Dauid filium, sicut habetur j. Reg. 24. d. vbi dicitur,* Dixit Saul: Nunquid hæc vox tua est fili mi Dauid? & leuauit Saul vocem suam, & fleuit quasi ei compatiens ad horam, *tamen postea quæsiuit eum ad mortem. Et labia habitatorum Ceilę & Ziphęorum, qui prætendebant amicitiam ad Dauid in verbis, & tamen quærebant eum tradere in manu Saulis, vt patet j. Reg. 23. & 26.*

14 Quæ loquuntur aduersus iu. *Id est, memetipsum, qui etiam, nihil eis nocui, sed bene feci.*

15 Iniquitatem. *De me dicentes, quòd quærerem malum Sauli regi, secundum quod habetur* j. *Regum xxiij.*

16 In superbia & in abusione. *Quia aliqui de Dauid loquebantur superbè, iactantes se vt caperent regis inimicum; & aliqui in abusione mendaciter detrahentes ipsi Dauid, vt haberent gratiam Saulis.*

17 Quàm magna. *Hîc consequenter describitur æquitas diuinę retributionis, quantùm ad sustinentes patienter persecutionem propter Deum. Et primò facit Dauid quod dictum est; secundò ex hoc inuitat fideles ad patienter sustinendum, ibi,* Diligite dominum, *Circa primum dicit,* Quàm magna, *id est, valde magna.*

18 Multitudo dul. &c. *In futura beatitudine:* quia oculus nō vidit, nec auris audiuit quę præparasti diligētibus te, vt habetur *Esa. 64. b*

✻ 1 Perse-

MORALITER.

1 *In eo dum conuenirent.* scilicet, dæmones & mali homines.

2 *Accipere animam meam consiliati sunt,* Illi per culpam, & isti per pœnam.

3 *Ego autem in te sperani.* Tanquam in forti protectore.

4 *Dixi.* in verbo cordis & oris.

† *Deus meus es tu: in manibus tuis sortes.* id est, gloria corporis & animę: quæ sors est hæreditas electorum.

9 *Eripe me. de. ma. inimi. &c.* id est, dæmonum:

7 *Et à persequentibus.* id est, iniquis hominibus

8 *Illustra faciem tu. sup. seruū &c.* Consolando ipsum.

† *Non confundar &c.* Et sic mea confusio redundaret in te quodammodo.

14 *Erubescant.* Post quam ostendit inimicorum sæuitiam, hîc cōsequenter petit diuinam iustitiam, dicens, *Erubescant etc.* id est, dæmones tua virtute deuicti.

12 *Et deducantur in infernū* Tanquam ad locum sibi debitum.

13 *Muta fiant labia dolosa.* Sub specie boni malum suggerentia.

14 *Quę loquuntur aduersus iustum iniquitatem.* Dæmones enim sunt superbissimi, & abutuntur bonis naturalibus: & sic in superbia & abusione loquuntur contra iustum, sicut patet de Sathan loquente contra Iob iniquè.

17 *Quàm magna.* Hîc ostenditur Dei misericordia erga afflictos iniustè, quia reddit eis magnas consolationes pro tribulatione: Ideo dicitur, *Quam magna*, id est, valde magna,

18 *Multitudo.* Quia reseruat eis bonum infinitum obiectiuè degustandum, supereminenter continens quicquid dulcedinis potest excogitari.

a *A conturbatione.* AVG. Vt iam nullam conturbationem humanam patiatur, etiam modo tribulati, mente intrantes ad vultum Dei, non turbantur.

b *Proteges.* CAS. ne promissio tantum futuri turbaret, hoc addit proteges, ne noceantur.

c *Benedictus.* CAS. quasi, quid vltrà? plenitudinem beneficij laude concludit, comparans illud suæ imbecillitati. Et loquitur propheta, vel populus fidelis.

✠ THEODOR. Symmachus habet *Benedictus Dominus, qui misericordiam eius mihi illustrauit, tanquam in ciuitate munita.* i. vt ciues valido aggere vrbem vallant, sic me sua benignitate circundedit.

d *Mirificauit.* AVG. Misso spiritu totum mundum repleuit, qui dicitur ciuitas circunstantię: populus Dei in Iudæa erat quasi in medio gentium; modò verò in omnibus gentibus circunstantibus est populus Dei, in quibus diffusa est misericordia; prius in Ierusalem, quasi in vase, vnguentum Christi seruabatur: sed nunc tanquam de fracto vase vnguentum per mundum diffusum est, vnde, *Vnguentum effusum est nomen tuum.*

CAS. Vel, mirificauit Deus pater misericordiam; id est, incarnationem verbi, in ciuitate circunstãtiæ, id est, in Ierusalem, quæ est in medio gentium, quasi templum fidei, vnde circuniectis gentibus veritas fulsit: quia ibi Christus docuit, passus est, & cætera sacramenta compleuit. Et dicitur *ciuitas circunstantia*, eò quòd à gentibus circumstatur. Et *cor terrę*, quasi vmbilicus mundi. Iuxta illud: *requieuit in corde terræ.*

e *Ego dixi in excessu.* AVGVST. Timoris nostri typũ in Petro attende, qui videns dominum super aquas ambulantem, putans phantasma timuit. Cui dominus: *Ego sum, noli timere.* Confisus Petrus dixit: *Dòmine si tu es, iube me venire ad te.* Descendit enim, & cœpit ire intrepidus, tanquam in illo sperans. *Videns autem ventum validum timuit: & cùm cœpisset mergi clamauit: domine pereo.* Hoc est quòd iste ait: *Ego dixi in excessu meo* &c. Iesus autem porrigens manum leuauit eum; Hoc est quod subditur, *Ideo exaudisti vocem orationis meæ.*

AVGV. *In excessu mentis.* Vel rapta mente vidit altitudinem, ex qua sentit se proiectum valde longè: vel excessit à ratione timendo.

✠ THEODORETVS. Ecstasim peccatum iure appellauit: nam viam virtutis incedens destitit ab illa, & aberrauit.

f *A facie oculorum tuorum.* AVG. Si in facie tua essem, non timerẽ: sed si dixi, motus est pes, misericordia tua adiuvnde, *Ideo exaudisti.* Ideo quia cõfessus sũ, nõ superbus extiti, sed meũ cor accusaui.

g *Diligite dominum omnes &c.* CASSI. Conclusio oratoria, vel hortatoria, pro prædictis obtinendis.

AVGV. prædicta expertus iam nos hortatur, quasi; tribulatus sum, timui, clamaui, non sum confusus: ità vos.

h *Sancti eius.* AVGVS. Quorum est diligere Deum; quia non amant mundum, neque quæ in mundo sunt; amicus mundi huius, inimicus Dei constituitur. Discę ergo non diligere mundum, vt

---

a ¶ Aug. Seruasti non communem impijs. b ¶ Aug. hanc dulcedinem, non subtrahens eis, qui vsque in finem expectant.

cedinis tuę domine, quã † abscõndisti timentibus te. † Per

a ¶ Non tantum timent. b ¶ Ita vt non erubescant de spe sua. c ¶ Aug. Non laret eos, qui non secundum Adam, sed secundũ alium hominis vsum, etsi multi inde dubitant.
¶ Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Matth. x. b

feci*sti* † eis qui sperãt in tẽ, in cõspectu filiorũ hominum.

a ¶ Ita est eis perfecta dulcedo quod. ¶ Ne videantur ab impijs. b ¶ Cas. vere videant dum mali turbabuntur damnati. ¶ Notitiæ ruę.

Abscõndes eos in abscondito † faciẽi tuæ, † à conturbatione

a ¶ Aug. Et hic interim dum maledictæ linguæ obstrepunt, negantes futura, proteges in tabernaculo fidei earum rerum quas Dominus pro nobis gessit & pertulit. ¶ In futuro.
b ¶ Ecclesia Catholica

hominũ. † Protegẽs eos in tabernaculo tuo, à † cõtradictio-

a ¶ Aug. Omnium schismatum & hæresum. b ¶ Aug. Quoniam post emendationem persecutionum, omnibus mirabilem fecit misericordiam suam per orbem terrarum, non tantum in Ierusalem.

ne linguarum. Benedictus Dominus, quoniam † mirificauit

a ¶ Id est, toto orbe terrarum. b ¶ Populus fidelis loquitur.

misericordiam suam mihi in ciuitate † munita. Ego autem

a ¶ Cum horribiliter sęuirent in me gentes. b ¶ Videris ventum validum timuit, & cum cœpisset mergi, clamauit: Domine pereo. c ¶ Si enim me respiceres, non ita pati fineres: vnde, Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua adiuuit me.

dixi † in excessu mentis meę: proiectus sum † à facie ocu-

a ¶ Aug. Modum ponens emendationi, & ostendens me ad te pertinere.
¶ Nec timentem & pusillanimem abiecisti. ¶ Extendens manum leuauit eum.
b ¶ Indilate.

lorũ tuorum. † Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum

a ¶ Nimis intenderem. ¶ Corde. b ¶ Proliis. c ¶ Iterum hortatur propheta.
d ¶ Autorem tanti beneficij.

clamarem ad tẽ. Diligitẽ Dominum omnes sancti eius:

NICOLAVS DE LIRA.

1 Perfecisti, *id est, perfectam rem fecisti, & præparasti.*

2 Eis qui sperant in te, *Spe debita, quę est ex gratia & meritis proueniens.*

3 In conspectu filiorum hominũ, *Qui non timent nec erubescunt suam spem ostendere coram hominibus eos persequentibus.*

4 Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, *id est, coram facie tua, qua hominibus mundi est abscondita.*

5 A conturbatione hominũ. *Quia* visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace, vt *habetur Sapien. iij. a. Et quia non solùm protegit eos in futuro seculo, sed etiam aliquando in præsenti, ideo subditur,*

6 Proteges eos &c. *Specialiter eos protegens in præsenti seculo,*

7 A contradictione linguarum, *scilicet ab illis, qui linguis suis tractabant de morte eorum: & quia istud contigit ipsi Dauid ab habitatoribus Ceilæ, qui tractabant inter se, ipsum tradere in manibus Saulis, (vt habetur j. Regum xxiij.) ideo gratias agendo, subdit, dicens,*

8 Benedictus dominus, quoniam mirificauit misericordiã, *Me liberando mirabiliter,*

9 In ciuitate munita, *id est, in Ceila, in qua credidit eum Saul capere, eo quod erat ciuitas fortis, & clausa, secundum quod habetur j. Reg. xxiij. a.* Nuntiatum est autem Saul, quòd venisset Dauid in Ceilam, & ait Saul: Tradidit eũ dominus in manus meas, eo quòd clususque est introgressus vrbem in qua portę & seræ sunt.

10 Et ego autẽ dixi &c. *In translatione Hiero. iuxta Hebręum habetur;* Ego autem dixi in stupore meo; *stupor enim est quidam excessus mentis. Dauid autem tunc fuit positus in magno stupore, quando audiuit quòd Saul veniebat ad obsidendum eum & quòd viri Ceilæ traderent eum in manu Saul. Et tunc dixit* Dauid *domino,*

11 Proiectus sum &c. *q. d. videtur quod ego sim positus extra custodiam tuam.*

12 Ideo exaudi. &c. *me mirabiliter liberando.*

13 Dum clamarem ad te, *corde & ore, positus in tãta anxietate.*

14 Diligite dominum. *Hìc consequenter inuitat fideles ad patienter tolerandum, dicens,* Diligite dominum omnes sancti eius, *ità quòd non recedatis ab amore eius positi in tribulatione.*

✠ 1 Quoniam

MORALITER.

† 1 *Perfecisti eis qui sperant in te,* scilicet in tua prædestinatione, quæ est immutabilis.

3 *In conspectu filiorum hominum,* Illi nanque coram hominibus ostendunt se sperare in domino, qui coram eis opprobria & afflictiones constanter sustinent pro ipso.

4 *Abscondes eos in abscondito faciei &c.* id est, in tua faciali visione, quæ est alijs abscondita.

5 *A conturbatione hominum,* id est, à malis vitæ præsentis & futuræ.

6 *Proteges eos in tabernaculo &c.* id est, in cælo empyreo, de quo dicitur psal. xiiij, a. *Domine quis habitabit in tabernaculo &c.*

7 *A contradictione linguarum.* Contra eos nunc latrantium: propter quod subditur gratiarum actio, cum dicitur,

8 *Benedictus dominus, quoniam mirificauit misericordiam &c.* id est, mirificam ostendit.

9 *In ciuitate munita,* scilicet cælesti, munita bono infinito.

10 *Ego autem dixi in excessu mentis meæ;* dum anxiaret malis præsentis vitæ,

11 *Proiectus sum à facie &c.* tanquam res proiecta:

12 *Ideo exaudisti vocem orationis meæ,* reddens consolationem maximam pro modica tribulatione.

14 *Diligite dominum.* Hìc ex prædictis inducuntur fideles ad viriliter sustinendum, cùm dicitur, *Diligite dominum,* animas vestras pro ipso ponendo, si fuerit necesse.

‡ 1 *Quoniam*

☞ dum vt discas diligere Deum: auerte vt conuertaris, funde vt implearis.

a *Requiret dominus &c.* AVGVST. Etiam hic aliquando, si nulli hoc faceret, non videretur vigilare diuina prouidētia: si omnibus, non seruaretur diuina patientia.

b *Abundanter facientibus.* qui non citò pœnitent.

c *Superbiam.* pro omni

omni vitio, quia radix omnium.

✻ THEODOR. suffert Deus qui quodammodo fastu vtuntur, ad ostendendum diuinam bonitatem, insatiabiles, & elatos condigna pœna plectit: ideo addit, *abundanter facientibus superbiam.*

a ¶ Vt seruiat creatori.

b ¶ Etiam in futuro à sanctis, quando si iustus vix saluabitur, impius vbi parebit. 1. Petri. 4. d.

c ¶ Aug. His, qui abundanter faciunt superbiam: qui nec conuicti conuertuntur, quia multum superbiunt.

a b † quoniam veritātem requiret dominus, & rētribuet † abundanter faciētibus superbiam. † Viriliter agite, & cōforte-

a ¶ Aug. Contra nos: vel, qui eum contemnunt faciendo contra iussa eius.

b ¶ Quasi, retribuet, interim ergo. c ¶ Ne sit otiosa dilectio.

d ¶ Etsi grauia occurrant, quę supra dixi, ¶ Aug. vt bonum sine defectu operantes tempore suo metatis.

d tur cor vestrum, omnes qui sperat is in domino.

1 *Requiret dominus &c. bene remunerando vos pro vestris angustiis, & laboribus.*
2 *Et retribuet abundanter facientibus superbiam &c. id est, vestris persecutoribus, eos debite puniendo: ideo subditur,*
3 *Viriliter agite, in bonis perseuerando & prosperando,*
4 *Et confortetur cor vestrum, tribulationes sufferendo.*
5 *Omnes qui speratis in domino, spe debita, quæ est certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis prouenientes. Expositio autem huius psal. & sequentis & consimiles, licet sint historiales seu literales respectu ipsius Dauid: sunt morales respectu nostri, scilicet inquantum Dauid dedit nobis exempla virtutis.*

1 Et

¶ fideles (vel veraces custodit) † Roborate vos: & roboretur (vel obfirmet, sub. Deus)

this qui abundantes faciunt.

1 d *Viriliter agite &c.* Virtus totius psal. ne carnis fragilitas timeat tot mala seculi.

2 4 5 ☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ PSAL.

MORALITER.

† 1 *Quoniam veritatem requiret dominus*, nos remunerando.

2 *Et retribuet abun.* vestros aduersarios puniendo: ideo subditur.
3 *Viriliter agite.* & patet sententia.

2 *Et*

† MORAL.

ADDITIO.

In psal. xxx. In te domine speraui: *vbi dicitur in po.* igitur secundum hanc sententiam. *Litera huius psal. non potest rationabiliter videri consona sententię Rab. Sa. quam sequitur postillator: nam iste versus,* In manus tuas commendo spiritum meum, *qui est propriè principium psal. necesse est vt exponatur de Christo, qui clamans in cruce eadem verba formaliter pro se protulit, vt patet Luc. xxiij. Et ideo sicut psalm. iste xxj: qui incipit,* Eli eli, lama azabthani, hoc est Deus meus vt quid dereliquisti me? *quę fuerunt verba in cruce clamantis, exponitur ad literam de Christo: pari ratione iste psal. vbi ponuntur hæc verba à Christo etiam in cruce prolata, scilicet,* In manus tuas commendo &c. *Exponendus est principaliter de Christo, sic tamen, vt quandoque Christus de se loquatur, secundum naturam assumptam; quandoque de membris suis, quę sunt corpus eius misticum, scilicet ecclesia Vnde secundum glo. in hoc loco:* Qui enim dignatus est pro nobis homo fieri, non dedignatur nos transfigurare in se. *vnde in hoc psa. vtendum est regula Isidori, quæ ponitur in prologo super Gene.*

In hoc igitur psal. Christus primum, secundum quod homo, orat: In te domine speraui. *Quę verba vsque ibi,* Educes me de la. quem absconderunt mihi, *inclusiue, faciliter possunt applicari Christo in agone passionis existenti &c.*

Secundo cum dicit, In manus tuas domine commendo spiritum meum: *sunt propria verba ab ipso Christo prope suam sanctam expirationem prolata, vt dictum est. In quibus verbis* spiritum, *id est animam à corpore in proximo separandam, Deo commendat.*

Consequenter Christus tertio in persona corporis sui mystici per huiusmodi passionem redempti, gratias agens dicit: Redemisti me domine Deus veritatis, *vbi Christus, qui est veritas, Deus veritatis vocatur, quia fecit quod promisit, quia huiusmodi redemptionis Christi non sunt participes illi, qui finem suum in vanitatibus seculi ponunt: sed tantum illi qui huiusmodi vanitatibus dimissis in domino sperant, & in ipsius misericordia lætantur, ideo sequitur,* Odisti obseruantes vanitatem superuacue. Ego autem in domino speraui, exultabo & lętabor in misericordia tua: *vbi ostenditur redemptio huiusmodi misericordiæ diuinæ attribuenda, potius quam meritis. Vnde & vlterius dicit:* Quoniam respexisti humilitatem meam, *id est, infirmitatem, scilicet quod non poteram propriis actibus, seu meritis redimi, ideo,* Saluasti, de necessitatibus animam meam, *hoc est, de necessitate mortis spiritualis, in qua multa miseriordia includuntur, & ideo pluraliter de necessitatibus dicit.*

Consequenter Christus quarto secundum naturam assumptam dicit: Neque conclusisti me in manu inimici, *quia in sepulchro positus, & ab inimicis custoditus, non fuit in manibus eorum conclusus, sed potius de illa clausura exiuit in spatiosum locum, scilicet in statu gloriosæ libertatis. Vnde,* Statuisti in loco spacioso pedes meos. *Et possunt hęc verba specialiter referri ad hoc, quod Christus post resurrectionem iuit in Galileam, in montem, quem discipulis suis statuerat, vbi & pedes eius glorioſos tenuerunt, Matth. xxviij. Et quia statim post resurrectionem gloriosam Christi eius corpus misticum fuit in maximis tribulationibus & persecutionibus, tam Iudæorum quam Romanorum, vt patet in Actibus apostolorum, & in alijs gestis discipulorum Christi,*

Ida-

Idcirco consequenter Christus quinto in persona corporis sui mystici dicit orando: Miserere mei domine, quoniam tribulor &c. *quæ omnia faciliter applicantur ecclesię primitiuę in his tribulationibus constitutæ vsque ibi,* Super omnes inimicos &c. *Circa quod sciendum, quod ecclesia post Christi resurrectionem non solum fuit afflicta seu tribulata ab inimicis, scilicet Iudęis & paganis, qui de directo eam persequebantur, sed etiam à falsis Christianis, & pseudoapostolis, de quibus ij. Corin. xj. f.* Periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in falsis fratribus. *Falsi enim Christiani male viuentes, similiter & pseudoapostoli falsa dogmatizantes, opprobrium & etiam timorem subuersionis in religione Christiana (quantum in se erat) causabant, pro quibus omnibus Christus in persona ecclesiæ dicebat:* Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis *vt per* inimicos *intelligatur Iudæi seu pagani,* per vicinos *pseudoapostoli, qui magis videbantur appropinquare ad sequelam Christi, licet falsę,* per notos *vero falsi Christiani vulgares, & sic cum dicitur,* Vicinis meis & notis meis: *intelligendum est sub sensu ablatiui casus, non datiui, ex quorum peruersitate sequebatur tanta diffamatio in vita & doctrina ecclesiæ, quod simplices infideles viam salutis inquirere ab ipsa doctrina ecclesię discedebant. Ideo sequitur:* Qui videbant me foras fugiebant à me. *Et Mors Christi salutifera tradita erat fere obliuioni,*

Vnde sequitur sexto in persona Christi: Obliuioni factus sum tanquam mortuus à corde, & factus sum quasi vas perditum: *quia per talem falsam doctrinam & infamiam quodammodo crux Christi videbatur euacuari, j. Cor. j. Cætera autem, quæ sequuntur, faciliter sunt applicabilia ad diuersas & varias tribulationes, persecutiones, opprobria, & comminationes ecclesiæ primitiuæ post resurrectionem Christi vsque ibi,* In manibus tuis sortes meæ, *vbi in Hebræo habetur,* In manibus tuis tempora mea, *cuius sensus est, quia ecclesia in hoc seculo constituta, tanquam nauis in medio maris, quandoque fluctibus seculi agitatur, quandoque vero procellis in auram conuersis aliquali lętatur tranquillitate, vt habetur infra psalm. cvj. & in euangelio: & hæc sunt tempora, quæ in manibus Dei profitetur esse ecclesia, dicens,* In manibus tuis tempora mea. *q. d. tam in tempore fluctuationis, quam in tempore serenitatis, in te speraui, quia Deus meus es tu, iuxta illud ad Rom. xiiij. b.* Siue ergo viuimus, siue morimur, Dei sumus.

Consequenter Christus septimo in persona corporis sui mystici, id est ecclesia, orat, quòd prædicta tribulationes non cedant in confusionem ecclesię finalem, dicens, Non confundar, quoniam inuocaui te: *sed potius in confusionem aduersariorum, specialiter eorum, qui nomen Christi blasphemant, vnde dicit,* Erubescant impij &c. muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum, *id est, Christum,* Iniquitatem in superbia & in abusione. *In* superbia *enim humanæ sapientię se extollentes quidam philosophi loquuntur aduersus Christum, sed Iudæi in* abusione, *scilicet scripturis abutendo.*

Consequenter dicit octauo: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, *vbi propheticè Christum declarat, quòd omnia prædicta aduersa cedent in bonum inuisibile iustorum, cuius ineffabilis suauitas est: & ideo dicit,* Quam magna multitudo &c. *quod quidem bonum inuisibile & absconditum est, vnde dicit,* Quam absconditi timentibus te, *similiter & bonum perfectum est, vnde dicit,* Perfecisti eis, *Quod quidem bonum licet modo sit occultum, speratur tamen in futuro iuditio*

X 4 *maxime*

maxime publicari, Vnde dicit, Perfecisti eis, qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum: *in quo statu scilicet cum erunt iusti, intra absconditum faciei diuinæ, eum scilicet videntes per speciem, tunc erunt omnino absconditi, id est, separati* à conturbatione hominum, *& similiter protecti* à contradictione linguarum, *& hoc est quod dicit*, Abscondes eos in obscondito faciei tuę: & sic proteges &c.

Consequenter nonò, quia ecclesia, licet in hoc seculo nondum in abscondito faciei diuinæ tranquilla existens, sed in conturbatione hominum, & contradictione linguarum adhuc fluctuans: cum hoc tamen mirifice misericordia diuina protegitur, idcirco in persona ipsius ecclesiæ dicit, Benedictus dominus, quoniam misericordiam suam mirificauit mihi in ciuitate munita, *id est, in hoc mundo, quę ciuitas munita dicitur, secundum glo. eò quòd sapientia carnis, & philosophica traditione contra Deum armata est, quæ quidem protectio sic est mirificata, quod rationem humanam excedit, Ideo sequitur*, Ego autem dixi in excessu mentis meæ, *id est, in pauore meo, cum contra me horribiliter insurgerent gentes*, Proiectus sum à facie oculorum tuorum, *hoc est, quia per viam humanam non possem euadere, sed solum diuina miseratione fidelium prees acceptante: vnde sequitur*, Ideo exaudisti vocem orationis meæ.

Consequenter decimò ecclesia, seu populus fidelis prædictas contradictiones atque angustias huiusmodi expertus, & ex his mirifica misericordia liberatus, tam alios hortatur, dicens, Diligite dominum omnium sancti eius: *hoc est dicere, ex his tribulationibus non debetis desistere à via veritatis, sed viriliter agere, quia qui abundanter superbiunt, punientur, & iusti sperantes præmiabuntur. Vnde dicit*, Diligite dominum &c. & viriliter agite &c. *Et nota, quod in hac vltima conclusione exhortatoria tangit Psalmista tres virtutes, quibus viriliter est agendum ad vltimi finis consecutionem, quas tangit non ordine naturæ, sed dignitatis: vnde primo tangit charitatem, tanquam cæteris digniorem, & hoc cum dicit*, Diligite dominum omnes sancti eius, *secundo tangit fidem, quę virtutum est fundamentum, & hoc cum dicit*, Quoniam veritatem requiret dominus, *tertio spem, cum dicit*, Quis speratis in domino.

REPLICA.

In te domine speraui. *Hunc psalmum exponit postilla. ad literam de Dauid secundum historiam. Burg. autem putat illam expositionem irrationabilem, maximè quia quædam sunt verba quę Christus in cruce protulit, quæ non possunt propriè de alio exponi, puta*: In manus tuas commendo spiritum meum. *Sed clarum est argumentum illud modicum valere: quia sancti doctores dicunt illum versum, & nonnulla alia verba Christi, fore doctrinalia, plus quam formalia, & quod Christus ea dixerit plus gratia exempli, quam personalis subsidij. Et quia secundum sanctos doctores Dauid sæpe & multum figurat Christum, & gerit eius typum specialiter in persecutione: non mirum quod multi psalmi de Dauid per historiam exponendi, Christum dominum principaliter, & eius passionem describunt: sic quod quamuis sint de Dauid ad literam facti, sunt tamen per spiritum sanctum de Christo principaliter intenti. Et per illum modum dicendi tolluntur multæ diuersitates inter postillatorem & Burgen. circa Psalterium.*

GLOSSA ORDINARIA.

☞ a *Intellectus Dauid.* Avgv. psalm. de gratia, qua Christiani sumus, vt ait Apostolus. Incipit ergo per indulgentiam hic psalm. contra vitium hominum agens, qui peccata nesciunt vel defendunt, & merita iactant. Rom. 4. a.

Cas. contra vitium ergo hominū hic psal. opponitur, ne quis putet Deo absconditum, quod in cōscientia habet occultū. Aug. primo dicit initium boni esse per indulgentiam Dei, se verò sequentem illud vitium hominum fuisse miserum, sed per manum Dei conuersum ad verum intellectum: ad quem opportunius expertus casum alios deceptos reuocat, in quo stantes confirmat.

B †Intelligētia (eruditio vel admonitio.

C

a ¶ Aug. Vt primo intelligas te peccatorem post, si speris bonum facere, ne viribus tuis tribuas, sed gratię, vt non sit dolus in corde verbis te iustificans.

b ¶ Id est pœnitentis, in cuius persona hic loquitur

a

†Intellectus Dauid Psal. XXXI.

a ¶ Aug. mitigatæ per gratiam, vt non regnent: cuius causa est quod in baptismo tecta sunt peccata.

Beati quorum rēmissæ sunt iniquitates, & quorum tēcta sunt peccata.

b ¶ Aug. Vt Deus non videat, id est; puniat, sicut sequentes Ægyptii tecti sunt in mari rubro. Nec hoc sufficit nisi inde caueatur ab eo, quod Deus imputat, id est, à criminali

b PSAL. XXXI.

Beati quorum remissæ sunt &c. Avg. Non in quibus non inuenit peccatum, sed quibus remittit.

c *Iniquitates.* Avgvstinvs. Dicit fomitem peccati scilicet concupiscibilitatem, quæ ante baptismum non tamen tantum pœna, sed culpa est: non vtique actualis, sed originalis: post baptismum verò pœna est, & non culpa. In baptismo quidem originale deletur, non vt non sit, sed vt peccatum vltra non sit. D

Hieron. Iniquitates, ante fidem & baptismum: peccatum post fidē & baptismum. E

✠ Beda. Illi vere sunt *beati* quorum *iniquitates* in originalibus *sunt remissæ*, & quorum *peccata* actualia sunt *tecta*, id est abolita per gratiam. Tegit Deus peccata, quia non vult ea videre, neque animam perdere, Non vult videre, quia non vult punire non vult ea cognoscere, quia mault ignoscere. Et ideo *tecta sunt peccata*, tecta quidem, non vt viuant, sed vt non videantur. 1 2 In com. huius Ps. Concupiscibilitas quando culpa & pœna: & quādo non F

☞ a *Beatus*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALM. XXXI.

Beati quorum remissæ sunt. *Hic psalm. præmittitur talis titulus in Hebræo*: Dauid eruditio: *& preponitur litera lamed, ad designandum, quod Dauid est datiui casus. In translatione Hiero. iuxta Hebręum ponitur sic*, Eruditio Dauid: *tamen non mutatur sensus. Per hoc enim quod ponitur hic*, Eruditio, *datur intelligi, quod aliquid profundum fuit ipsi Dauid reuelatum: sed quid sit illud, non apparet in speciali in litera tituli, propter quod variè circa hoc dicitur ab Hebręis doctoribus & Latinis: & omissis alijs accipio vnum modum dicendi, qui videtur mihi magis probabilis. & magis consonus literę, & ipsum prosequitur Rab. Sa. Hebręus, videlicet quod Dauid fecerit hunc psal. quando sibi fuit reuelatum à Deo dimissum sibi peccatum adulterij cum Bethsabea, & homicidij Vriæ: quod non potest sciri ab aliquo, nisi per specialem Dei reuelationem, alioquin posset scire aliquis certitudinaliter se habere gratiam, sine qua non remittitur culpa, quod est contra illud Eccle. ix. a.* Nemo scit vtrum amore an odio dignus sit. *Sciendum igitur, quod circa dimissionem dicti peccati fuerunt plures reuelationes diuinę: Prima fuit facta ipsi Nathan prophetæ, cui fuit reuelata dimissio dicti peccati, quantum ad partem pœnæ, ipso Dauid peccatum suum humiliter recognoscente vt habetur 1j. Reg. xij. d.* Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui domino. Dixitque Nathā ad Dauid. dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris &c. *Mors enim corporalis, quam Dauid meruerat, propter humilem confessionem suam, translata fuit ad puerum de Bersabea natum: tamen cum hoc prædixit sibi Nathan, quod esset affligendus temporaliter, & quod dominus suscitaret contra eum malum de domo sua, vt ibidem habetur. Et hæ reuelationes non fuerunt factæ ipsi Dauid immediate, quia tunc non erat dignus: postea tamen per pœnitentiam & orationes deuotas meruit, vt sibi reuelaretur dimissio peccati prædicti quantum ad culpam, & de hoc fecit hunc psalmum, in quo primo gratias agit de peccati dimissione, secundo orat vt præseruetur à recidiuatione, ibi*, Pro hac orabit. *Prima in duas, quia primo describit remissionis culpę fructum, secundo remittendi modum, ibi*, Quoniam tacui. *Circa primum dicit,*

1 Beati quorum remiſ. sunt iniquit. *Quantum ad culpam. Isti enim sunt beati in spe: & si non adhuc in re. Remissio enim culpę non fit nisi per gratiam, quę est quædam arra glorię.*

2 Et quorum tecta sunt peccata, *scilicet, ipsi Deo: non quia possit ei aliquid celare aut tegi: sed quia non respicit ad vlterius puniendum, saltem pœna æterna: & propter hoc subdit,*

1 Beatus

MORALITER.

1 *Beati quorum remissæ sunt iniquitates &c.* Psalmum istum dicitur Dauid fecisse, quando totalis remissio peccati pro adulterio cum Bethsabeæ, & homicidio Vriæ sibi fuit diuinitus reuelata.

Moraliter autem est oratio pœnitentis, qui reuelatione Dei vel probabili coniectura, sentit grauia peccata sibi esse dimissa. Et primò de hoc gratias Deo agit, dicens, *Beati quorum remissæ sunt iniquitates &c.* Sunt enim beati in spe, & si non adhuc in re.

2 *Et quorum tecta sunt peccata*, non diuinæ cognitioni, sed eius punitioni. Prouer. x. b. *Vniuersa delicta operit charitas.*

† 1 *Beatus*

☞ a *Beatus vir.* HIERONYM. Cui remittit Deus, non enim per A se, *Tegit*, ne in iudicio reueletur: & sic non imputabitur ad pœnam. Non est dolus, qui se accusat: corde tenet, quod ore fatetur hic.

Beatus: quia olim non confitens Deo, veni in peccatum, dum clamarem si quid boni egi.

Tacui. AVGVST. qui non vult confiteri peccata, laborat sine causa in defensione peccatorum: in quo cum & iactet merita, amplius deficit fortitudo.

† De pœ. di. 1. ca. voluissent.

† versus est vir or (vel succus, aut humor, meus inficitate æstatis.

✠ BAS. & THEODOR. Nō enim actum pœnitentiæ remedijs vsus est, verum post Nathanis reprehensionem. Exclamat ergo, quoniam accepta plaga non statim medico vulnus ostendi, sed continue tētans illud occulere: ideo vt Deus me exaudiret vociferando, & peccatum accusando confenui.

B † cognoui.

† 17. q. 1. c. qui bona. De pœ. di. 3. c. illud.

a ¶ Et si remissis iniquitatibus, & tectis peccatis, sit aliquod leuius, vt Iob & Nathanael, quos laudat dominus, non imputat. b ¶ Subdit, cui non imputet, in quo non est dolus vt cū sit peccator, iustū se prædicet.

a Beatus vir cui nō imputauit dñs peccatū nec est in spiritu eius

a ¶ Quasi, hęc causa fuit miseriæ. b ¶ Confessionem de peccatis. ¶ Quod non esset tacendum. c ¶ Interior fortitudo defecit. ¶ Si contra fecisset, innouaretur virtus robusta in domino. ¶ Quia confitendo non agnouit nouitatem.

b dolus. † Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea: dum † cla-

a ¶ Præsumptionem de meritis. b ¶ Sed ò domine. ¶ Dixi, quod nō est dicendum, de iustitia mea. ¶ Aug. quia vindicta tua tetigit me assidue. c ¶ Aug. Ad humiliandum superbum.

c mārem tota die. Quōniam die ac nocte grauata est super me

a ¶ Aug. Factus sum miser. ¶ Cognoui miseriam. b ¶ Aug. puncta est conscientia, sensi dolorem, & sic Delic, &c.

manus tua: † cōuersus sum in ærūna mea: dūm cōfigitur spi-

a ¶ Cas. quod diuisi facienda, id est quod tacui peccata. b ¶ Per me confitendo. c ¶ Quod feci non facienda, id est quod clamaui, merita non abscondi. ¶ Aug. Quando homo detegit, Deus tegit. Si homo agnoscit, ignoscit.

d e na. † Delictū meū † cognitū tibi feci, & iniustitiā meam nō

¶ Feci cognitum & vere. a ¶ Aug. Mihi, non Deo dando: vel naturæ, quod est iterum Deo dare. ¶ Aug contra priora agens. b ¶ Qui prius contra Deum.

abscōdi. † Dixi, Cōfitebor aduersum mē † iniustitiā meā do-

a ¶ Etiam. b ¶ Quod nec Deum credidi. ¶ Quod tacere decreui, & male clamaui. ¶ Alias cordis. c ¶ Impietate vel remissione.

f mino, & tu remisisti † impietatē peccati mei *. Pro † hāc orabit

figitur, id est, vsque ad consensum, & opus, & consuetudinem ducitur, Vel, spina, id est, ratione fracta curuor ad terrena. De his spinis dictum est primo homini, *Terra tua germinabit tibi spinas & tribulos.* Et alibit *Spina & tribuli nascuntur in manibus temulenti.* Gen. 3. 6) Prou. 26. d.

✠ BAS. & THEOD. Grauatā, ex translatione posuit eorum, qui manu feriūt, & in hoc diutius perseuerant. *Spinam* autem peccatum appellauit, tanquam inutile germen & ad pungendum natum. Hebraicè ad verbum, *versus est succus meus in siccitates æstatis.* Psalm. 118. d Eccl. 7. c. 1. Cor. 4. a.

✠ BASIL. Peccatum multorum malorum causa est, quod loco vuæ protuli, ab hoc fine intermissione qua si à spina quadam pungor.

† rugirem

d *Delictum meum.* Diapsalma. Confessio, vnde venia, sicut supra de rectione inueteratio.

† Peccatū. De pœ. dist. 1. c. fi.

† iniustitias meas.

* Sela. 5. Psal. 3.

e *Feci cogni.* CASSI. *Dixi* enim prius, id est, deliberaui apud me. Magna pietas, vt ad solam promissionē dimiserit: votum enim pro operatione iudicatur. Nondum, promittit pronuntiaturum, & Deus iam dimittit: quia hoc ipsum dicere, quoddam pronuntiare est corde: nondum est vox in ore, vt homo audiat confessionem, & Deus audit.

✠ THEODO. Notandum est, quod non dixit *remisisti peccatum meum, sed impietatem peccati mei*: hoc est, non condigna pœna peccatorum me punisti, verū excessum peccati remisisti, mediocri autem animaduersione medicinā adhibuisti, oportebat enim me statim morte mulctari.

C imputat, alios per misericordiam non imputat, etsi habent aliqua, his. s. qui non iustos se prædicant, cum sint mali, sed se agnoscentes satisfaciunt, modo hoc profiteor, sed olim, *Quoniam tacui, &c.*

AVGVS. Vel, *tacui* voce peccatum, *dum clamarem tota die*: dum pœna peccati, vel interior excæcatio ostenderet me peccatorem, vel dum praua vita me tacente clamaret, si quid boni egi.

b *Dum clamarem tota die, &c.* AVG. Et si non sit sibi conscius quis, non tamen iustus: quia delicta quis intelligit? vnde, *Est iustus qui perit in iustitia sua.* Et Apostolus: *Nihil mihi conscius sum, &c.*

c *Configitur.* CAS. *Spina*, quæ totum corpus erigit, id est, superbia. AVG. Item est *ærumna* dum. i. quia *spina*. i. peccatum, *configitur*,

f *Pro hac orabit.* CASS. Diapsal. pœnitudinem commendans omnibus sanctis dicit communem, quam variæ sectæ respuunt: contra quas ad Deum refugit.

AVGVST. *Pro hac.* Inde orat omnis sanctus, quia dimisisti: aliter non esset sanctus.

☞ a *Tem-*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Beatus vir cui non, &c. *ad æternaliter puniendum.*

2 Nec est in spiritu eius dolus. *quia vere pœnitet mente, sicut exterius ore.*

3 Quoniam tacui. *Hic consequenter ostenditur remissionis modus Et quia opposita iuxta se posita magis eluescunt, ideo describitur primò remissionis impedimentum: secundò eiusdem factiuum, ibi,* Delictum meum.

Circa primum sciendum, quod impedimentum remissionis culpę est eius celatio sub sanctitatis specie: propter quod dicitur Prouer. xxviij. b. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. *Dauid autem peccatum cum Bethsabea celauit, & propter eius maiorem celationem Vriam occidi fecit, & sic de peccato in peccatum miserabiliter ruit, Deo iustè permittente, & diabolo operante: & hoc est quod dicit Dauid,* Quoniam tacui. *scelus meum abscondendo.*

Celatio culpæ est occasio ruinæ in peccatum.

4 Inueterauerunt ossa mea. *Id est, vires animæ (ex peccatorum contradictione, (quę per ossa designantur, in quibus consistit robur corporis, sicut in viribus animæ robur mentis, maximè in viribus intellectiuis.*

5 Dum clamarem tota die. *Iste clamor non erat confessionis peccatorum, sed anxietas timoris, ne super eum appareret diuinum iudicium in aliqua manifesta punitione. Ex verecundia enim non aperiebat peccata sua, faciendo pro eis debita sacrificia in lege præcepta, quę pro variis peccatis variè imponuntur: & sic meritò formidabat, ne super eum veniret vindicta diuina aperta, & hoc est, quod dicit,*

6 Quoniam die ac nocte. *id est, continue timui aggrauationē manus tuę super me.*

7 Conuersus sum in ærum. *Scilicet contritionis. Ad verbum enim Nathan propheta fuit contritus, & confessus peccatum, verecundia deposita, vt habetur ij. Regum xij.*

9 Delictum. *Hic consequenter ponitur id, quod est remissionis culpę factiuum, quod est humilis & vera confessio, quam fecit Dauid ad verbum Nathā prophetę, vt dictū est: & hoc est quod dicit,* Delictū, &c. *per veram confessionem & satisfactionem, & sacrificiorum oblationē.*

10 Et iniustitiam meam non abscondi, *post Nathan reprehensionem.*

11 Dixi. *i. firmiter proposui, & opere impleui.*

12 Confitebor aduersum me iniustitiam, &c. *modo prædicto.*

13 Et tu remisisti *per gratiam tuam.*

14 Impietatem peccati mei. *quantum ad culpam.*

15 Pro hac orabit. *Hic consequenter Dauid orat, vt præseruetur à recidiuo: & primò facit quod dictum est, secundò ponit monitionem ergà alios, ibi,* Nolite fieri.

Circa primum dicit sic, Pro hac. *scilicet, re, quę postea subditur, vnde & in translatione Hiero. habetur,* Pro hac orat, &c.

16 Orabit ad te omnis sanctus. *i. à culpa per petrata per te emendatus.*

✠ 1 In

MORALITER.

† 1 *Beatus vir cui.* quia dedit ei gratiam satisfaciendi pro eo.

2 *Nec est in spir. eius dol.* hypocrisi peccata celādo. ideo subditur.

3 *Quoniam tacui, &c.* Id est, tempore, quo peccata celaui, vires animæ incurrerunt putrefactionem peccati.

5 *Dum clam. &c.* intus syndereſi peccato remurmurante.

6 *Quoniam die ac nocte.* quoniam ex continuatione peccati aggrauatur

grauatur pœna diuinitus infligenda: & ex hnius consideratione,

7 *Conuersus sum in ærumna.* i. ad cogitandum de miseria mea.

† *Dum configitur spin.* i. aculeus conscientiæ, propterquod.

9 *Delictū meū cognitū tibi feci.* i. confessori locū tuum tenenti.

13 *Et tu remisisti impietatem.*

15 *Pro hac orabit ad te omnis sanctus.* scilicet pro sua iustitia absque recidiuo conseruanda.

☞ a *Tempore, &c.* AVGVST Tempus est gratię, lex premens, conA uincens reos, coegit clamare, gratia sanat.

✠ THEOD. Tempus oportunum dicit noui testamenti statum, in quo omnes credentes has Dauidis Deo afferunt preces. Symmachus. Hoc sic interpretatus est, *Pro hac orabit omnis sanctus oportunitate inuenta, ne aqua multæ inundantes, circa ipsum appropinquent*. Aquas, enim, calamitates appellat.

b *Veruntamen in di.* AVG. Licet sanctus oret, licet tempus opportunum, tamen difB fluentes in concupiscentijs, vel qui sunt in erroribus diuersarum sectarum, vt philosophi, qui libero arbitrio, Iudæi, qui carnalibus obseruantijs salutē ascribunt. Hiero. Vel, sanctus orat: in quo notatur habere peccata, sed tamen dum pœnę inundabūt in iudicio, non approximabunt, ipsæ pœnæ ad eum sanctū: vt nec aquæ ad Noe, sanctus orabit, dicens. *Tu es refug.*

† pressura.

† redimc.

† consulam tibi oculo meo.

† ne appropinquet (vel cum non vult appropinquare)

C c *Ad eum.* AVG. Deum mutat enim personam vt sæpe. Non appropiant, qui dicunt fatum facit peccare, vel fortuna, quæ omnia regit: vel gens tenebrarum, quæ Deo rebellat.

d *Intellectum tibi dabo, et inst.* AVG. Diapsalma. Respondetur pœnitenti: *Intellectum tibi dabo, &c.* Ecce psalmus intelligentiæ, ne putetur supplicans negligi, teste Deo.

✠ THEODOR. Responsum hoc à Deo consequitur.

Tu erue. CASSIO. Qui promisisti, *intellectum tibi dabo*. Vel, respondet Christus pœnitenti:

CAS. Lætus finis, dat Deus intellectum: vnde alios adhortatur ad idem. D

e *Nolite fieri sicut equus & mulus, &c.* AVG. Accepto intellectu, conuertit se iste pœnitens ad superbos peccata defendentes: ergo vos, quos inuito, &c. *Equus*, Gētilis indomitus, *Mulus* Iudæus piger ad credendum, ✠ THEODOR. Vaticinantis sermo cōsulit impijs, ne ferarum vitam rationis expertem imitentur: Iustis verò, vt diuinū gaudium habeant. ✠ BASIL. Ab illis desumpta metaphora, qui amico sunt erga aliquē affectu, illumque respicere volunt.

CASSIOD. *Equus*, sine discretione sessorem, *Mulus*, quælibet onera accipit, & ita neutri est intellectus: vel illi sessoris, vel huic, oneris. Prohibet ergo homines à diabolo insideri, & vitiis onerari: alioquin equus freno, mulus chamo arceatur. Quod si noluerint, ô Deus, fac illis quod mihi feciſti, maiori & minori tribulatione *constringe maxillas*, id est, iactantiam de viribus suis.

CAS. Vel, *maxillas* quibus mandunt, id est, parcius da victualia, vt necessitate coacti redeant.

AVGVST. Vel hic confringes, & in futuro erunt multa flagella. Vel, *Nolite fieri sicut equus*, quia multa flagella hic & in futuro.

f *Qui non approximant ad te.* CASSIOD. Sunt enim qui, si peccant carnis imbecillitate, à piis precibus non recedunt.

☞ 1 *Mul-*

† inuenie-di (i. opportuno, cōmodo)

† Quippe.

† appropin-quabunt.

E

† custodies me: & clamoribus liberationis circūdabis me (. i. cana & anuntiabo quod me liberaueris.)

* Sela. infrà psal. 3.

* do cebo te viam per quam ambules.

F

a ¶ Quia nullus sine peccato. b ¶ Quando venit plenitudo temporis misit Deus filium suum.
¶ Hieron. In hac vita vbi licet: sed cum erunt aquæ inundantes, id est, angustię in iudicio.

a ad te omnis sanctus in tempore † opportuno. † Veruntamen
a ¶ Aug. in multiplicitate varijarum doctrinarum, vna vero doctrina est Dei de humilitate cordis.
b ¶ Deum, vel sanctum secundum imitationem.

c in diluuio aquarū multarum, ad eum non † approximabunt.
a ¶ Aug. sed in hoc diluuio, quod vndique perstrepit. ¶ Non mea vis, vel alius Deus.
b ¶ Aug. Huius seculi, vel peccatorum.

Tu es refugium meum à † tribulatione † quæ circundedit
a ¶ Spe futuri boni. b ¶ Et quia parcis. ¶ Aug. Quia quamuis gaudeam in spe, tamen adhuc sum in malis.
c ¶ Peccatis meis. d ¶ Aug. Vt te cognoscas, & gaudeas in spe.
¶ Aug. Vt scias, quod omnia ex gratia.

me, exultatio mea † erue me à circundantibus me *. Intelle-
a ¶ Aug. ne aberres. b ¶ Cass. quasi inermem gladio. c ¶ Scilicet Dei. d ¶ Sine errore.

d ctum tibi dabo, * & instruam te in viā hac qua gradieris: † fir-
a ¶ Non auferam à te postea oculos meos. ¶ Ne quis nocear. ¶ Quanta gloria patientis?
b ¶ Quia tu semper leuas oculos ad me. ¶ Qui prius peccator, iam conuersus efficitur prædicator.
c ¶ Superbi. d ¶ Erecta ceruice.
¶ Non humilis bos sicut ille, qui agnouit possessorem suum. e ¶ Stolidi & pigri.

e mabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus & mu-
a ¶ Quid enim tales patiuntur. ¶ Cass. Sicut animalia, donec viam tenent, frena patiuntur & flagella.
¶ Aug. Si non habes sessorem, os, quo iactas merita & taces peccata constringetur.

lus, quibus non est intellectus. In chamo & freno ma-
a ¶ Verba Christi ad patrem. b ¶ Et nolentes conuerti constringe.

f xillas eorum constringe, † qui non approximant ad te.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 In tempore oppor. *quod est tempus remissionis culpæ: tunc enim sunt preces exaudibiles, quia in gratia factę. Et pro quo tunc sit orandum, subditur cum dicitur.*

2 Veruntamen in diluuio aquarum multarum, *id est, tentationū vehementium.*

3 Ad eum non approximabunt. *Scilicet peccata, per peccati recidiuum: De hoc debet orare Deum omnis emendatus à peccato, & sic orabat Dauid. Ideo subdit,*

4 Tu es refugium meum à tribulatione quæ, &c. *in adulterij & homicidij perpetratione.*

5 Exultatio mea, &c. *Relaxando culpam: quia sicut commissio culpæ est pœnitentibus causa trisitię, ita est remissio causa lętitię.*

6 Erue me à circundantibus me. *id est, à dæmonibus quærentibus me impellere ad recidiuum: secundum quod dicitur* j. *Petri. v. c.* Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret.

7 Intellectum tibi dabo. *Secundum Hebræos hoc allegat Dauid pro causa, qua debebat eum preseruare à culpa: & coniungitur sic litera precedenti,* Erue me à circundantibus me. *id est, à dæmonibus me tentantibus, quia dixisti mihi,* Intellectum tibi dabo. *ad cognoscendum agenda.*

8 Et instruam te in via hac qua gradieris. *ad vitandum vitanda.*

9 Firmabo super te oculos meos, *Sicut super rem, quam volo custodire cum diligentia, qui enim vult diligenter custodire rem aliquam, habet attentos oculos super ipsam. Et si quæritur, vbi dixit ista dominus Dauid? Potest responderi quod hoc dixit ij. Regum vij. b. vbi dicitur sic.* Ego tuli te de pascuis, &c. *& subditur:* Et fui tecum in omnibus vbicunque ambulasti. *Et* j. *Paralipo. xvij. b. vbi eadem dicuntur.*

10 Nolite fieri sicut, &c. *Hic consequenter Dauid circa alios facit monitionem, vt caueant à peccatis: quia boni principis est non solum cogitare de se, sed etiam de sua gente, & primo facit suam monitionem, secundo subdit retributionem, ibi,* Multa flagella. *Circa primum dicit:* Nolite fieri sicut equus, &c. *Id est, sequentes appetitum sensitiuū viuentes vita brutali.*

11 Quibus non est intellectus. *q. d. hoc nulla culpa est in brutis animalibus, quia non habent intellectum, per quem possint refrenare appetitum sensitiuum: Sed in hominibus rationem habentibus est hoc valde culpabile, quia per rationem possunt appetitum sensitiuum refrenare. Et ideo de hominibus appetitum sensitiuum sequentibus Dauid deprecatur Deum dicens.*

12 In chamo & freno, &c. *i. eos, qui nolunt obedire tibi, sicut equus indomitus, pœnis & laboribus eos affligę: ita quod pœna dante eis intellectum obediant tibi ad nutum, sicut frequenter legitur in libro Iudicū, quod filij Israel Deo recalcitrantes per idololatriam tradebantur in manus affligentium eos, et sic reuertebantur ad verum Dei cultum.*

✠ 1 Multa

MORALITER.

† 1 *In temp. opor.* quod est totum tempus vitæ suæ. Lucæ. xviij. a. *Oportet semper orare, et non deficere.*

2 *Veruntamen in di. &c.* q. d. pro certo, si sic fecerit, inundatio tentationum ipsum non absorbebit: quia conuertet se ad Deum, dicens:

4 *Tu es refug. &c. Exultatio mea,* id est, tu es Deus, in quo exultare spero.

6 *Erue me à circundantibus me,* id est à dæmonibus mihi insidiātibus, psal. xj. b. *Impij in circumitu ambu.* Et subditur domini responsio.

7 *Intellectum tibi dabo, &c.* Ad prosequendum bonum & refugiendum malum,

† *In via hac, &c.* s. præsentis vitæ.

9 *Firmabo su. etc.* Ne deuies à rectitudine iustitiæ. Et quoniam sic directus, bonum proximi desiderat, alios ad bonum excitat, dicens:

10 *Nolite fieri, &c.* Sequētes impetum appetitus sensitiui, & de obstinatis in malo clamat ad Deum, dicens.

12 *In chamo, etc.* id est, virtute tuæ potentiæ ne alijs noceant.

† *Qui non approxi.* Per obedientiam, sed rebellant: de quibus subditur.

† 1 *Multa*

a ¶ Qui omnia gratiæ dat.

a † Multa flagella † peccatoris: † sperántem autem in domi-
a ¶ Aug. lex in flagellis, misericordia in consolationibus. b ¶ Cass. Vndique, ne sit locus hosti. c ¶ Ergo. d ¶ Qui prius in vobis. e ¶ In Domino.
b no misericórdia circúndabit. Lætámini in dómino, & exúl-
¶ Quare? quia iam. a ¶ Non meritis, sed gratia, qui ptius peccatores. b ¶ Etiam in tribulationibus. c ¶ Quia ei subditi.
tate iústi, & † glóriamini omnes recti corde.

☞ A † Multi dolores impio † peccatorum

a *Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino cir.* Avgvst. Post frenum adduntur flagella ad domandum, ne sit de illis impunitis, quibus modo vaga datur licentia viæ suæ: sic iste suprà dixit se domitum.

✻ Theo.

✻ Theodor. Propterea diuinus ait Apostolus, *Gratia salvati estis per fidem, & hoc non ex vobis, nam Dei donum est.* b *Lætamini in dom.* Tacitæ mētis suauitate mulceri, est lętari. Cōcitati animi feruore gaudere, est exultare

D † sperantes

E

☞ GLOS-

† exultate (vel laudate)

B

NICOLAVS DE LIRA.

1 Multa flagella peccat. &c. *Hic consequenter ponit suę monitionis retributionem, dicens,* Multa flagella peccatoris. *i. multæ pœnæ peccatoribus obstinatis in inferno sunt reseruatę, secundum illud, Deut. xxxij. e. vbi enumeratis multis flagellis dicit,* Nónne hæc condita sunt apud me, & signata in thesaurís meis? Mea est vltio & ego retribuam eis in tempore, &c.

2 Sperantem autem in domino. *Spe debita, quæ est certa expectatio futurę beatitudinis ex gratia et meritis proueniens.*

C 3 Misericordia circúdabit. *In futura beatitudine, in qua ex Dei misericordia circūquaq; habebit materiam lætitiæ: Suprà se, in visione diuina: infra se videndo infernum & tormenta quæ euasit ex Dei gratia; Circa se, ex sanctorum & angelorum societate grata; & ideo in fine psal. excitat iustos ad laudem Dei dicens,*

4 Letamini in domino, *Gaudio interiori,*

5 Et exultate iusti, *Gaudio exteriori; quę exultatio dicitur quasi extrà saltatio, inquantum gaudium mentis prorumpit exterius in vocibus diuinæ laudis.*

6 Et gloriamini omnes recti corde. *Quia secundum quod dicit Apostolus ij. Corinth. j. c.* Gloria nostra hæc est, testimonium, conscientiæ nostræ. *Hæc est enim recta gloriatio, quando conscientia non remordet de graui peccato.*

F

☞ NICO-

MORALITER.

1 *Multa flagel. peccat.* Quæ sibi reseruantur in inferni pœnis

2 *Sperantem autem in domino.* Spe ex gratia & meritis proueniēte.

3 *Misericordia circundabit,* Ita quòd caterua dæmonum ei præualere non poterit, ideo concluditur,

4 *Lætamini in domino & exultate iusti,* Non in mundo.

6 *Et gloriamini omnes,* De certa præmij cælestis expectatione.

† 1 *Ex-*

ADDITIO.

In psal. xxxj. Beati quorum. *vbi dicitur in postilla.* Accipio vnum modum dicendi, qui videtur mihi magis probabilis. *Iste modus dicendi, quē inuenit Rabi Sal. non videtur rationabilis: Tu quia si Dauid in hoc psalmo tractaret de casu qui sibi occurrerat, rationabiliter videretur, quod hoc expressisset in titulo, sicut in quam plurimis aliis psalmis, de se tractantibus hoc fecit, vt patet discurrenti per titulos. Tu quia litera huius psalmi bene possit applicari communi statui pœnitentiū, & cōfidentium secundum vniuersalem cōsiderationem: & sic materia psal. est dignior, quam si particulariter de Dauid loqueretur. Bonum enim secundum Philosophum in j. Ethicorum, quanto vniuersaliùs tanto diuinius. Tum quia Dauid certificatus fuit de dimissione peccati adulterij & homicidij per Nathan prophetam, qui ex parte Dei sibi dixit,* Dominus quoq; peccatum tuum transtulit, &c. *ij Regū. xij. d. quod verbum intelligendum est de dimissione culpæ, quomodo Dauid confitebatur, dicens sibi,* Peccaui domino. *de necessitate enim incumbit cuilibet credere prophetę domini, vt Deuter. xviij. & sic fundamentum Rabi. Salomon non vidit: vnde in hoc psalmo principaliter videtur Dauid intendere ad cōmendationem contritionis & confessionis, similiter & satisfactionis, quæ sunt partes integrales pœnitentiæ. Vnde & hic psalmus meritò vnus de pœnitentialibus nominatur.*

Circa quod primò ostendit indigentiam remissionis peccatorum respectu omnium in communi, dicens, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &c. *Non enim dixit, Beati in quibus non inuenitur peccatū, nam in omnibus de communi lege inuenitur: quia j. Ioh. j. c.* Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nosipsos seducimus. *Sed dicit,* Beati quibus remittūntur: *& sic apparet necessitas pœnitentiæ quò ad homines in communi. Hoc etiam ostendit cùm dicit,* Et quorum tecta sunt peccata. *Non enim dixit, quorum nulla sunt peccata, quia tales communiter minimè reperiuntur: sed dixit,* Quorum tecta sunt, *id est, peccata quæ in eis fuerunt, sunt tecta, acsi non videantur. Similiter cùm dicit,* Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum, *idem ostendit. q. d. licet habuit, non tamē et imputatur à Deo. Et in his tribus modis Psalmista loquitur more humano. Homo enim quandoque parcit simpliciter remittendo offensum, quam sibi scit esse illatam, nulla recompensatione vel vindicta intercedente: & de hoc dicit,* Quorum remissæ sunt iniquitates; *Quandoque autem, quia offensa illata alicui est occulta, idcirco punitur: quia ea quæ non apparēt; idem est ac si non essent secundum iurisperitos, & de hoc dicit,* Quorum tecta sunt peccata; *Quandoque verò homo offensam sibi factam dimittit, quia non curat de ea, in modicō eam reputans, quia* Philosophus. *quod modicum est quasi nihil esse videtur secundum Philosophum, & de hoc dicit:* Cui non imputauit dominus peccatum. *Sed quia de istis tribus modis, primus non competit Deo, quia esset contra eius iustitiam immensam, secundum quam nullum malum debet esse impunitum; Secundus modus etiam sibi non competit, quia est contra eius infinitam scientiam, secundum quam omnia sunt nuda & aperta ante oculos eius: Idcirco de tertio modo tantùm est agendum; secundum quem quandoque Deus non imputat peccata homini, ea reputans minima, & hoc ratione pœnitentię: secundum quam homo verè pœnitens & se accusans, eius peccatum minimè reputatur à Deo. Iuxta illud de Pu-*

blicano qui se accusans descendit iustificatus in domum suam. *Lucæ xviij. Et hoc est quod sequitur immediatè,* Nec est in spiritu eius dolus: *vbi glossa quærit.* Cui non imputauit dominus peccatū? *& respōdet:* Illi scilicet in quo nō est dolus, quia se accusat cùm sit peccator; corde tenet quod ore fatetur: *hæc in glosa.*

Consequenter secundo ostendit, quod non sufficit peccatori non habere dolum in spiritu, sic quod in spiritu accuset se: sed requiritur oris confessio, sine qua non sit dimissio peccati commissi, sed potius augmentatur culpa, si confessio oris indebitè differatur; vnde dicit, Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea: *hoc est quia tacui confessionē, inueterauerūt ossa mea, id est, interior fortitudo mētis, quæ ossa quādoque dicitur in scriptura, vt in psalmo.* Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. *Cui taciturnitati pernitiosæ plerūque associatur clamor peruersus: & hoc est cùm peccator non solum non confitetur se peccatorem, sed potius clamat, iactando se de iustitia, vnde sequitur,* Dum clamarē tota die. *vbi glossa.* Tacuit enim quædam, & quædā non tacuit. Tacuit confessionem, & clamat præsumptionem: sicut ille qui sana mēbra mēdico ostēdebat, & vulnerata tegebat: & ideo nō fuit curatus, sed inueteratus, *sicut Pharisæus qui dicebat:* Non sum sicut cæteri homines, &c. *Luc. xviij. d.*

Consequenter tertio ostendit, quomodo ad contritionem & confessionem peruenit, dicens: Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua, &c. *Cuius sensus est: nam peccatores huiusmodi, scilicet qui peccata tacent, dum clamant falsam iustitiam, vt plurimum non deueniunt ad contritionem & confessionem pœnitentialem, nisi prius humilientur per aliquam afflictionem, iuxta illud Esa. xxviij. e.* tantumodo sola vexatio dat intellectum auditui. *Ideo Psalm. in persona talis peccatoris ad Deum dicit:* Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua, *ad humiliandum me superbum, ideo* conuersus sum, *id est, contritus;* In ærumna mea, *id est; in anxietate mea,* Dum configitur spina, *id est, dum compuncta est conscientia: cuius conscientiæ remorsus, spinæ interius fractæ seu fixæ assimilatur, tunc enim sensi dolorem contritionis & inueni meam infirmitatem, & sic,* Delictum meum cognitum tibi feci: *hoc est dicere, sic conuersus sum in grumna, & in compunctione conscientię de vno oppositò ad aliud, vt qui prius tacebam delictum meum, nunc cognitum tibi feci:* Et in iustitiam meam, *id est, merita mea falsa quę clamabam;* Non abcondi. *id est, non operui sed aperui per veram confessionem: vnde sequitur,* Dixit confitebor aduersum me, &c. *In quo versu notanda sunt aliqua verba.*

Primo cum dicit: Confitebor aduersum me iniustitiam meam. *Sunt enim aliqui qui confitentur iniquitatem suam: sed non aduersus eos, sed quandoque aduersus Deum dicentes, Deus voluit hoc fieri, quandoque aduersus constellationes syderum, dicentes, Stellę mihi fecerunt, vel diabolus me decepit, & huiusmodi. iuxta illud,* Ad excusandas excusationes in peccatis: *qua omnia excludit Psalm. dicens,* Confitebor aduersum me in iustitiam meam. *quasi diceret: Ego sum qui peccaui, non fatum, non fortuna, non diabolus me coegit: sed ego persuadenti consensi. Hæc in glo.*

Secundo notandum est, cū dicit, Tu remisisti impietatem peccati mei: *quod videtur tefereudum ad culpam. In peccato enim consideratur.*

culpa;

culpa, quæ est impietas peccati, quasi ratio formalis ipsius; consideratur
A *etiam pœna debita, quę peccatum quandoque dicitur, vt ij. Corinth. v. in fine; vnde dicit,* Remisisti impietatem peccati, *quia in vera pœnitentia, culpa, quę est impietas peccati, totaliter remittitur: non autem pœna peccati remittitur ex toto.*

Consequenter quartò, vt ostenderet, hanc remissionem esse de cōmuni lege necessariā etiam sanctis, qui in terra sunt: cū dixisset, Et tu remisisti impietatem, &c. *subdit,* Pro hac, *s. remissione peccati,* Orabit ad te omnis sanctus. *vnde glossa;* Inde enim est sanctus, quia dimisisti: quia aliter nō esset sāctus, nec oraret, quia omnes sūt peccatores, egent gratia Dei. *Hæc in glossa: Quæ intelligi debet de communi lege; Quæ quidē oratio, vt digna sit exaudiri, facienda est,* In tempore opportuno, *scilicet in statu gratiæ: cū qua quidē oratione ad hoc, quod sit efficax, requiritur vigilantia, per quā etiā sanctus, dū in hac vita existit, abstineat se ab affluentia carnaliū secundū illud saluatoris Matthæ. xxvj. d.* Vigilate & orate. *Vnde sequitur,* Veruntamen in diluuio aquarū multarum ad eū non approximabunt. *q. d. licet sanctus oret, licet tempus sit opportunum, tamen diluuium aquarum, scilicet concupiscentiarum ad eum, id est, ad sanctum, non debebo approximari secundum imitationem, seu indebitam adhæsionem. Et qualis sit oratio sancti ad propositum pertinens, declarat, cùm subditur,* Tu es refugium meum à tribulatione, quę circūdedit me, &c. *hoc est dicere: tu qui solus es refugium meum, erue me ab impugnationibus carnalium voluptatum & errorum, qui in hac vita communiter circundant.*

Consequenter quinto Deus respondet pœnitenti & oranti, dicēs, Intellectū tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris. *q. d. licet*
B *ego sum refugium tuū, tamē oportet quòd vtaris intellectu tibi dato naturaliter, similiter instructione diuinę legis tibi tradita: & sic* Firmabo super te oculos, &c, *Id est, dabo tibi gratiā perseuerantiæ, per quā homo firmatur in bono. Et ad declarandum quomodo homo vti debeat naturali intellectu, subdit,* Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. *Animalia enim bruta semper sequuntur passiones carnales, sine aliqua moderatione rationis, quod in hominibus est maxime vitiosum: vnde etiā philosophi tales increpant, tanquā vitā pecudum eligentes, vt in j. Ethic. Similiter ad innuēdū quod homo debet instrui in hac via, qua graditur, instructione diuinæ legis, subditur,* In chamo & freno maxillas eorū constringe. *Pręcepta enim diuina ad moderationē humanorum actuū bene cōparantur chamo et freno respectu brutorū: quia dirigūt actus humanos prohibendo & præcipiēdo, sicut sessor dirigit equum in via recta per chamum & frenum; vnde bene subdit,* Qui non approximant ad te: *hoc est dicere, quia præcepta diuina costringentia actus humanos sunt necessaria iniustis: non autē iustis,* D
quibus lex non est imposita, vt j. Tim. j. b. vnde dicit, Qui non approximant ad te. *i. sanctum orantem in tempore opportuno: cui Deus sic loquitur, vnde sequitur,* Multa flagella peccatoris, *quia sunt multi sic à recta via deuiantes, quibus non sufficit chamus & frenum præceptorum: sed requiruntur super hoc flagella correctionis, vel finalis punitionis.* Sperantem autem in domino misericorda cir. *s. sperantem spe formata.* Misericordia cir. *hoc est gratia gratificans, quæ misericorditer datur & vndique tuetur.*

Consequenter sexto vt omnia prædicta Deo attribuantur, non meritis, finaliter concludit, Lætamini in domino. *s. attribuendo Deo iustificationem vestram potius quàm proprijs meritis.*

REPLICA.

Beati quorum, &c. *quem psalmum postill. exponit ad literam, de Dauid pœnitentia pro peccatis adulterij & homicidij: & sic Dauid in hoc psal. dat exemplum verè pœnitere volentibus. Burg. qui in principio promisit velle prosequi sensum literalē, ab eo longè recedit motus debiliter. Primum, quia dicit tit. huius psal. expositioni postill. non consonare. Secundo, quia dicit hunc psal. de communitate pœnitentium, non de solo Dauid, exponi debere ex eo motiuo: quia bonum de quāto communius, de tanto diuinius: quasi communitas peccatorum sit aliquid magis bonum quam vnus peccator. Tertio, quia dicit Dauid certificatum per Nathan prophetam de remissione peccatorum prędictorū: quasi per hoc volens innuere, quod ideo Dauid in hoc psal. se formā pœnitentibus dare non debuerit vel potuerit. Patēt autē illa duo vltima fore irrationabilia, quia & si per Nathan fuerit sibi denuntiata remissio quoad reatū culpę, tamen nō pœnæ: quinimo idem Nathan prędixit pœnam reseruatā, vt patet ij. Reg. xij. nunquid igitur debuit se præbere formā & exēplum pœnitentibus. Primùm gratias agendo pro demissione culpæ, deinde se humiliando pro relaxatione pœnæ debitę, quēadmodum facit, vt clarè litera huius psal. ostendit. Irrationabile quoque est dicere, plures peccātes vno peccatore existere quid diuinius, vel expositionem de pluribus magis esse diuinam maximè, quando expositio de vno exemplariter applicatur ad alios. Primum autem motiuum Burg. est omnino falsum: nam titulus huius psal. ab Hiero. ex Hebraica veritate translatus est ille,* Eruditio Dauid; *& secundum glo. magistralem intellectus Dauid, vt ex titulo detur intelligi, quomodo Dauid in hoc psal. velit ostendere se eruditum in modis verè penitentiæ: & in modis eisdem alios erudire. Eruditio enim actionem & passionem signat, sicut alia nomina verbalia. Patet igitur Burg. irrationabiliter postillatori irrationabilitatem imposuisse.*
E

In finem Psal. Dauid XXXII.

a ¶ Et in aduersis. b ¶ Iniusti in seculo quod perit. ¶ Non in vobis. ¶ In quo nil displicet eis c ¶ Laudat qui subditus est Deo: aliter distortus est.

† Xultate iusti in domino, † rectos decet collaudatio. Confitemini domino in 1 2 3

a ¶ Propter vnitatem ecclesiæ. b ¶ Hoc modo laudandum. ¶ Exultantes laudare hoc modo: Confitemini, &c. & post causam laudis supponit: Quia rectum est verbum domini.

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem* CASS. Hìc propheta potentiā & facta Dei enumerat, & sic ad laudem Dei inuitat; Primò iustos & rectos monet laudare, quia exultare in illo nisi laudando non possumus: rectos, inquit, decet collaudatio.

Marg.: In finem Psal. Dauid. — † Gaudete

✻ THEO.

✻ THEODO. Formatur hic psalmus quasi ab Ezechia populum excitante ad hymnū victis Assyriis.

PSAL. XXXII.

b EXultate, &c. *Rectos.* AVGVST. Curuus laudat Deū, quando sibi bene est, blasphemat quando malè: rectus semper vt Iob.

Marg.: † rectis pulchra est laus (vel, rectis ornamento est dū collaudat)

C — F

THEOD.

NICOLAVS DE LIRA.
PSALMVS XXXII.

EXultate iusti in Domino, &c. *Huic Psal. non præmittitur titulus aliquis in Hebræo: propter quod dixerunt aliqui, quod non est Psal. distinctus à præcedenti: & occasione huius dicti respexi tres Biblias Hebraicas, & tres libros Hebraicos editos super librum Psalmorum: & in omnibus inueni hunc psal. distinctum à præcedenti, non solum in signatione per spatium vacuum inter duos psal. sed etiā in quotatione, quia iste psal. apud Hebr. quotatur 32. prçcedens autem 31. & eodem modo in translatione Hier. iuxta Hebr. distinguitur à præcedenti per literam magnam capitalem in principio & per quotationem: quia hic psal. ob eo quotatur 32. & præcedens 31. Item Hiero. in prologo libri psal. facit mentionem de psal. coniunctis apud Hebræos qui tamen sunt distincti apud nos: & etiam econtra de coniunctis apud nos distinctis tamē apud Hebręos: nec tamen facit ibi mentionem de coniunctione istorum duorum psal. ex quo patet quod sunt psal. distincti apud Hebræos, sicut & apud Latinos: saltem à tempore beati Hiero. quod diu valde est: quod floruit, s. tempore Gratiani & Valentiniani imperatorum, qui cœperunt imperare anno Domini 361. Hoc autem opus fuit scriptum anno Domini 1326. Motiuum etiam aliorum non valet, quia multi sunt psal. sine titulo & distincti ab alijs, videlicet 17. vt dicit beatus Hiero. in prologo libri psalmorum. Et iam habuimus de tribus. s. primo & secundo et isto: & de alijs videbitur inferius prosequendo: igitur ex tit. non potest videri quis fuerit autor huius psal. quia titulum non habet: nec inueni hoc clarè determinatum, nisi secundum intentionem Aug. qui dicit omnes psal. factos à Dauid: sed hanc intentionem non intendo sequi sicut dixi à principio huius libri. Tenendum tamen est, quod hic psal. sicut & alij factus fuerit ab aliquo sancto propheta quicunque fuerit ille. s. Dauid vel alius: Et ex circunstantia literæ videtur factus ad hoc, quod per Leuitas cantaretur in templo: propter quid satis probabile est quod Dauid eum fecerit, qui diuinas laudes per Leuitas in templo decantandas pro magna parte composuit, vt habetur j. Paral. & j. Esdrę 3. Igitur iste psal. in duas partes diuiditur: quia primò autor huius psal. inducit fideles ad Dei prçconium. Et secundò ostendit huius prçconij prçmium, ibi.* Beata gens. *Prima in duas, quia primò inducit ad Dei laudationem. secundò ad hoc inducit triplicem rationem, ibi,* Quia rectum est. *Circa primum dicit sic.*
1 Exult. iusti. in do. *i. extra vos in Deum saltate per deuotionem.*
2 Rectos dec. col. *Et hoc duplici ratione. Vna accipitur ex parte laudantis. Decens enim est, vt laudet Deum de rectitudine sua, quā habere non potest, nisi ex diuina gratia, qui subijcit partem animæ superiorem ipsi Deo, et vires inferiores rationi: et in hoc consistit hominis rectitudo. Alia ratio accipitur ex parte Dei: quia cum eius bonitas et maiestas sint infinitæ, preces peccatorum coram eo sunt indignæ secundū illud Eccl. xv. b.* Non est speciosa laus in ore peccatoris, *sed decenter laudatur à iustis.* 3 Confitemini. *Confessione laudis.*

Marg.: Hieron & Nicol. de Lir qui bus fuerūt tēporibus.

✻ 1 In

MORALITER.

† 1 *Exultate iusti in domino.* Sicut dixi in expositione literali psal. iste videtur esse factus ad hoc, quod per Leuitas Dei laudem cantaretur in templo: & eodem modo cantandus est per ec-

† clesiæ

☞ ✻ THEOD. Multis in locis Symmachus & Aquila vocem *exultate, laudate* explanarunt.

Recti cor. AVG. Non resistentes domino, Praui corde sunt, qui dicunt, Deum vel non esse, vel iniustũ, vel negligere, hic cũ videt malos florere, bonos pati. Recti sunt, qui dirigũt cor secũdũ voluntatẽ Dei, quã suæ præponũt, vt & Christus docuit, *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis*, transfigurãs in se suos, vt & ibi, *Saule Saule quid me persequeris?*

Matt. 16. d.

† & decachordo.

Act. 9. a.

a *Cythara.* AVGVS. Ab inferiori sonat, & ex terra est, vnde laudemus, id est, prosperitas & aduersitas, quę ab eo sunt nobis.

†iustitiam.

B ✻ BASIL. Hæc secundum legalẽ cultũ perficiebantur.

b *In psalterio.* Dum attendis superiora, quæ tibi dedit, cælestem doctrinam: Per *cytharam* caro, per *psalterium* charitas intelligitur: ad quæ decem præcepta legis pertinent. Tria in prima tabula ad Deum, septem in secunda ad proximum.

c *Cantate ei, &c.* Quasi, quid plus dicam: de incarnatione specialiter lætamini.

d *Canticum nouum.* CASSIOD. Quia non sufficit, nisi abundet iustitia vestra, plus quàm scribarum & Pharisæorum.

Matt. 5. c. *Cantate canticum nouum.* de incarnatione, de qua mundus exultat, de qua angeli cantauerunt.

✻ THEOD. Vociferatio vox victoriæ, quæ contra fugientes à vincentibus editur.

e *Quia rectum est.* Modũ laudis exposuit: nunc cur sit laudãdus.

f *Et omnia opera.* AVG. Ne quis putet se meritis ad fidem venisse, cũm in fide sint omnia opera, quæ diligit Deus, id est, remunerat.

C

Matt. 10. g AVG. *Omnia opera eius in fi.* Quia non nisi in fidelibus operatur, vnde. *Fides tua te saluum fecit.* Vel omnia opera sunt recta id est, quæ præcepit operari, sunt recta ex se, quod patet positis in fide. Vel, omnia opera, quæ diligit & remunerat, ex fide procedunt, quæ fides, quia à Deo, & omnia opera bona sunt à Deo: ideo quoque ex dilectione nostri fecit misericordiam, vocando, iustificando. Et inde in futuro, quia ibi malis & bonis retribuet.

Prou. 18. a. AVG. Caue ne amisso iudicio sis pauperi in mala causa misericors: vnde, Non accipies personam pauperis in iudicio, cuius si parcis saccello, percutis cor: quia remanet iniquus, & ideo nequior, quia iustum fauere sibi videt.

g *In fide.* quasi exterioribus, si causa iustitiæ fuerit fidelis, interiorem fidem adiiciet ille, quem non cognoscens timuit: vnde quis non dabit ei quæ sua sunt, qui in alieno fidelis fuit? D

AVG. Fidelis est Deus dans homini quod promisit: Fidelis est homo credens promittenti, ex promisso verò Deus est nobis debitor.

h *Terra.* AVG. Ecclesia vbique terrarũ.

✻ BAS. & THEOD. Nam quæ ab ipso facta sunt, simpliciter, & sine vlla dubitatione omnes recipere iubet: de vita vero curam gerere, & hanc misericordia & iudicio ornare imitatione Dei, qui Assyrios iusto iudicio puniuit, E & Israelem misericordia liberauit, gubernans quæ creauit sua prouidentia.

i *Verbo.* i. sapientia Dei patris. *Cęli*, apostoli instructi sunt plenè, cum eo etiam corporaliter conuersando: & post, *omnis virtus eorum* habita roborata est spiritu filij, per cælos firmatos cõgregat & cõsolidat in vnitate fidei, spei & charitatis. *Vter*, ecclesia, in qua est caro mortua, *Etiam abyssos.* i. profundos tenebris vitiorum, ponit inter eos, qui sunt thesaurus, vnde alios ditat sapientia.

✻ BASIL. & THEOD. Non labore & tẽpore indiguit omnia creans, sed verbum illi satis fuit: Nam ait, *fiat firmamentum & factum est*: aspectus literæ hunc sensum demonstrat. Hoc enim antiquis Iudæis congruit. Vera autem Theologia ostendit, Deum Verbum cum sancto Spiritu & cælos effecisse, & cælestes potentias, quas alij cæli luminaria esse dixerunt, Alij eas quæ F minimè videntur, quæ secunda interpretatio magis vera esse videtur: cum namque Deum opificem ostendisset, non vtique de solo opere, quod cernitur, mentionem fecit.

AVGVSTIN. *Terra*, Cæli non indigent misericordia, vbi nulla est miseria: indigent tamen regente domino, non enim propriam firmitatem ipsi sibi præstiterunt. *Omnis virtus*, quia nihil à se habuerunt, quasi à Deo fieret supplementum. Nota vnum opus verbi. i. filij, & spiritussancti. Idem enim, *omnis virtus eorum firmati sunt*: pater vero per verbum suum & spiritum suum quod operatur.

AVG. *Virtus eorũ.* Cũ inter lupos essent, vt vincerent post etiã si amaritudo est, tecta est in pelle, modo enim timentes mali pelli suæ, intus tenent mala, quæ non audẽt emittere: de quibus profert Deus, vnde nos emendet, qui secreta corda omnium nouit, ergo timentibus Deum non sit secura & torpens licentia.

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 In cithara, &c. *Exprimuntur autem hic ista musica instrumenta: quia diuinę laudes cantabantur in templo per Leuitas, non solum vocibus humanis, sed etiam musicis instrumentis, vt patet ij. Reg. & ij. Para. in pluribus locis*: dicitur autem hic, In psalterio de. cor. *Illud enim instrumentum fuit factum in veneratione m. x. decalogi præceptorum.*

2 Cantate. *Si enim amor carnalis et lasciuus semper facit inuenire cantilenas, & nouos cantãdi modos: multo magis amor diuinus semper facit adinuenire nouos modos deuotionis & laudis diuinę.*

3 Quia re. *Hic consequenter ad probandum suũ propositum inducit triplicem rationem. Secunda ponitur*, Verbo domini, *tertia ibi*, Dominus dissipat. *Prima vero ratio accipitur ex Dei fidelitate, quia fidelitas est in omnibus laudanda, et maximè fidelitas diuina, quæ est excellentissima: & hoc est quod dicitur*, Quia re. est verb. &c. *q.d. Bene debetis laudare Deum, quia verbum domini rectum.*

4 Et omnia oper. eius in fi. *id est, in fidelitate. Rectũ enim dicitur, cuius medium non exit ab extremis: verbũ autem medium est inter intentionem loquentis, & eius effectũ, & ideo tunc est verbũ rectũ, quando non declinat ab intentione loquentis, & eius opere: et sic est in Deo, quia eius verbum producit effectum prout egreditur ab eius intentione. Fidelitas autem Dei consistit in sua iustitia, misericordia temperata. Ideo subditur:* 5 Diligit misericordiam, &c. *Iudiciũ enim est effectus iustitiæ, sed quia misericordia super exaltat iudicium, (vt habetur Iac. ij. c.) ideo sequitur*, Misericordia domi. plena est terra.

6 Verbo do. *Hic ponitur secunda ratio diuinæ laudis, quæ accipitur ex infinita Dei potestate: & primo ponitur ipsa ratio, secũdò ex hoc sequẽs vtilis monitio, ibi*, Timeat Dominũ, *Circa primum primo declaratur infinitas potestatis diuinæ in corporibus cælestibus, cùm dicitur*, Verbo do. &c. *q.d. rationabile est, vt Deũ laudetis, qui est tantę potestatis, quod solo eius verbo cæli firmati sunt. i. stabiles & incorruptibiles facti: quia non sunt susceptiui peregrinarum impressionũ, etiam secundum Philosophum.* ✻ Et spiritu, &c. *hoc est verbo ipsius: Et loquitur de Deo humano more: quia verbũ progrediens de ore hominis formatur ex aere respirato ab anima. secundũ quod habetur ij. de Anima, Aer autem vocatur frequẽter spiritus in scriptura.* 8 Omnis vir. *In trãslatione Hier. iuxta Hebraũ habetur*, Omnis ornatus eorũ: *per quem intelliguntur stellæ, et in idẽ redit, quia in varijs stellis sunt varię virtutes & influentiæ. Consequenter ostenditur potestas diuina in corporalibus inferioribus, cùm dicitur.*

9 Cõgregans, &c. *Ex hoc dicunt aliqui, quod aquę maris in oceano sunt contra naturam suã detenta, ita quod si sibi dimitterentur, fluerent*

MORALITER.

✻ ecclesiæ ministros in nouo test. nec videtur mihi requirendus alius sensus præter literalem, nisi quod pro cythara & psalterio materialibus, quibus ecclesia non vtitur in diuinis laudibus, accipiantur debitæ dispositiones in laudantibus, vt per cytharam, quæ est triangularis figuræ, fides sanctæ trinitatis: & per psalterium decem chordarum impletio decalogi designentur. Nam in laudantibus Deum debite fides & opera requiruntur.

☞ a *Sicut*

a ¶ Exhibete corpora vestra hostiam viuam Deo, mortificando carnem cum vitijs & concupiscentijs.
b ¶ Seruiant membra charitati: vbi tria & septem præcepta, in quibus tota lex pendet & prophetę.
c ¶ Aug. Non lingua tantum, sed & vita.

a cithára, in psaltério † decem cordarum psallite illi. Cánta-

¶ Exurte vetustatem, quia non nisi ad nouos pertinet nouum testamentum. ¶ Gratię Dei.
a ¶ Operibus. b ¶ Si quæris: Quomodo bene?
¶ Ineffabili vt non possit verbis dici quod intelligitur, hoc decet ineffabilem. ¶ In lætitia.

te ei canticum nouum, bene psallitè ei in vociferatiõne.

¶ Ecce. a ¶ Ecce causas cur sit laudandum. b ¶ Aug. In omnibus, nullum fallit. c ¶ Lex.

d Quia rectum est verbum domini, & omnia opera eius in

a ¶ Fidelia. ¶ Aug Nihil promittit & non reddit, quia Dilig mse & iu. ¶ Quidã faciunt, quod nõ diligũt.
b ¶ Et. ¶ Hic. ¶ Sæpe enim facit. c ¶ Aug. quam modo prærogat.
d ¶ Aug. Quo exigit prærogata. ¶ In futuro. e ¶ Misericordiam diligit: quia.

fidẽ. Diligit † misericordiam & iudicium: misericórdia

a ¶ Non à se. b ¶ Vbique euangelium prędicatur, vbique salus, vbique peccata dimittuntur hominibus.
c ¶ Sed quomodo hoc? ¶ Filio. d ¶ Patris. e ¶ Iusti.
¶ Apostoli.

h dómini plena est terra. Verbo dómini cæli firmati sunt,

a ¶ Quia & doctrina eorum & miracula à spiritu sancto, ¶ Non pars. b ¶ Diligit misericordiam.
¶ Cæs. Congregat populos seculi in confessione mortificati peccati, ne libere desluant, & eis occulta
sua seruat ad diuitias, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. 1. Corinth. 2. c.

i & spíritu oris eius omnis † virtus eorum. Congrẽgans

☞ A a *Sicut in vtre.* Cas. ad literam. Sicut littoribus mare, claudit in ecclesia fluctuantes populos: & in thesauris sapientiæ suæ ponit profundas altitudines, vt probet quis scripturas pietatis studio inquirat.

Amos 5. ✠ Theodor. Nam aquam in definitis locis, quasi in quadam penu conclusam, in

† in cumulum. aëra trahit sublimem, & tanquam in vtre quodam eam in nubibus congregat: quamobrem ait scriptura,

† qui habitant. *Euocans aquam maris*, & effundens ipsam super faciem vniuersæ terræ.

B b *Timeat omnis terra.* Cass. Ecclesia de mari. i. fluctuanti populo facta, vel, non modo potens super hos quos diligit, & firmat: sed & persecutores habet quasi in vtre: quia nil nisi permissi faciunt, & ponit eos sibi in thesauris, vt ex eis donet milites flagellantes filios: ergo non eos, sed dominum timeat terra.

Sicut † in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. Ti- 1
a ¶ Aug. Si gaudet de misericordia, timeat ne sit superba lætitia: ideo quia in vtre est aqua in thesauris abyssi, peccator vt peccare desinat, si non amore vel timore. b ¶ Quia per se redire nequeunt. c ¶ Non terroribus hominum.

meat dominum omnis terra: ab eo autem † cõmmoueantur omnes † inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit, & fa- 2 3
a ¶ In perfectionem exterorum fidelium stantes. b ¶ Vniuersam ecclesiam. c ¶ Non ea quę timeant alius fecit, sed ipse solus creauit. ¶ Voluit.
a ¶ Formata. ¶ Verbo suo. ¶ Aug. De informi materia. b ¶ Præcepit ¶ Per prophetas. ¶ Cass. Per legem, & creati sunt fideles per eam. c ¶ In forma de nihilo. d ¶ Quia etiam malos cessare facit ne habeant effectum.

cta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Dominus dissipat 4 5
a ¶ Quæ non eius, sed suum quærunt regnum. b ¶ Et si multa machinarentur, tamen creuit ecclesia. c ¶ Etiam d ¶ De tertenis e ¶ Vel philosophorum.

consilia gentium: † reprobat autem cogitationes populo- 6
a ¶ Etiam. b ¶ Qui talibus populis querunt dominari. ¶ Dęmonum. c ¶ Quo beatum non facit nisi subditum sibi. d ¶ Sed.

rum, et reprobat consilia principum. Consilium autem 7
a ¶ Remi. nullo tempore dissoluitur. b ¶ Cogitationes sapientię eius non sunt mutabiles.

domini in æternum † manet, cogitationes cordis eius in 8
¶ Sed æternę. a ¶ Et hoc est consilium. ¶ Hęc sola, quæ dominum non sibi elegit, nisi Deum suum. b ¶ De omnibus gentibus.

† generatione & generationem. Beata gens, cuius est do- 9

† stabit) vel durabit, † secula seculorum.

C c *Commoueantur.* Aug. Non terroribus hominum, vel cuiusquã creaturæ, leonis, serpentis, diaboli, quia omnia sub eo: quid autem de omnibus his timendum? nihil. *Quoniam ipse dixit & facta sunt.* nihil possunt nisi quod permittit, cupiditatem nocendi per te habes: potestatem non nisi à Deo.

d *Dixit & facta sunt.* Creationem simul & formationem notat. Mandauit, recreationem. D

e *Dissipat consi.* Cas. Ne habeant effectum consilia contra se, vt Iudæorum: & contra suos.

f *Gentium.* Cas. Dum idololatriam destruxit: *Populorum*: Iudæorum, quorum volũtas, etsi impleta: tamen in resurectione est reprobata.

g *Principum.* Cas. Tyrannorum vel dæmonum. † paueant.

✠ Bas. & Theod. Duarum ætatum memoriam docet, & ea quæ tunc Assyrijs Sẽnacherib & Rapsaci acciderũt, & illa, quæ post hæc futura sunt in gentibus, quarum impetus contra Apostolos dissoluit. E

h *Consilium autem domini, &c.* Cass. Incarnationis arcanũ, in quo consuluit homini.

i *Manet in æternum.* est. quia ad æternam salutem nobis obtinendam. F

k *Cogitationes.* Prædestinatio, in qua omnia reposita sunt, quæ & sic permanent, vt præuisa sunt.

l *Beata gens.* Cas. Beatum dicit, qui ad cultum Dei peruenit: quod fit temporibus Christianis, in quibus gentes conuersæ, hi sunt iusti & recti quos decet laudatio.

Augvst. Beatitudo omnis in animo, qui melior est corpore, & nunquam homo est beatus, per id, quod est eo inferius: ergo per nihil terrenum, sed per iustum animum fiet & corpus immortale, Iustus vero est animus ex Deo cuius in eo est imago, per quam est similis angelis.

✠ Theod. Non qui diuitijs affluunt.

Augvst. Beata gens de Deo, possessione scilicet: beatus ☞ popu-

NICOLAVS DE LIRA.

rent super terras, quia sunt altiores terra, vt dicunt in medio oceani. Sed hoc non videtur verum: quia omnia grauia fluida tendunt ad centrum vndique secundum angulum rectum: & ideo sicut aqua oceani sunt demissiores terra iuxta ripam, ita in medio, quia æqualiter tendunt vndique ad centrum: vnde dicit August. super Gen. quod Deus sic res, quas condidit, administrat, vt eas proprios motus agere sinat, quod non esset, si aqua oceani plus distarent à centro mundi in eius medio, quam in littore. Igitur congregatio aquarum in vnum locum, vt habetur Gen. j. facta fuit, per hoc, quod ante tertium diem aquæ per modum euaporationis eleuatæ erant super terram, & per æ̃rem diffusæ: sed tertia die dedit eis Deus densitatem debitam, & sic occupauerunt minorem locum, Fecit etiam concauitates & cauernositates in terra (quę propter suam soliditatem bene potest habere aliquas suas partes à centro mundi magis distantes alijs, vt patet in altis montibus) in quibus concauitatibus congregarentur aquæ, & appareret arida ad habitationem hominum & animalium, sicut dictum fuit plenius Gen. j. Aqua tamen stant in oceano tanquam in naturali loco. Et sic dicuntur ibi congregatę, sicut aqua in vtre, quia prius erant alibi diffusa, vt dictum est.

1 Ponens in thesauris, &c. *Id est, inferiores aquas maris, quę sunt hominibus occultæ: sicut illa quæ reponuntur in thesauris. Quod autem aquæ maris nominentur abyssi, vel abyssus, patet Gene. j a. vbi dicitur:* Et tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus domini ferebatur super aquas. *Ibi enim signatur nomine abyssi & aquarum idem, vt dictum fuit plenius ibidem.*

2 Timeat dominum, &c. *Hic consequenter ex dictis ponitur vtilis monitio cum dicitur,* Timeat dominum omnis terra, *Id est, habitantes in terra: quia terra est elementum insensibile, in quo non cadit timor.*

3 Ab eo autem com. *commotione timoris, & est repetitio eiusdem sententię ad maiorem expressionem: Et rationem huius timoris subdit, dicens.*

4 Quoniam ipse dixit & facta sunt. *sicut enim simplici voluntate omnia creauit de nihilo, ita potest in nihilum redigere: & ideo merito debet eum creatura rationalis timere, & hoc timore filiali.*

5 Dominus dis. *Hic ponitur tertia ratio diuinæ laudis, quæ accipitur ex gubernationis, seu dominij generalitate: quia potest omnia, secũdum quod sibi placet, promouere & impedire: et hoc est quod dicitur,* Dominus dissipat, &c. *Hoc apparet ex eo, quod habetur Genesis xj. in filijs Noe, qui habuerunt inter se consilium ędificandi turrim, cuius cacumen pertingeret ad cęlum: sed dominus reprobauit consilium eorũ, ita confundens eorum labia, vt non intelligeret vir suum proximum, et sic destiterunt ab opere suo inchoato.*

6 Reprobat autem, &c. *Hoc apparuit in Ægyptijs cogitantibus filios Israel capere inter desertum & mare rubrum: sed dominus eos submersit, & filios Israel liberauit, vt habetur Exo. xiiij.*

7 Et reprobat cõsilia principũ. *sicut patet in libro Iosue: quia multi reges conuenerũt in inuicem, vt interficerent Iosue & filios Israel, sed fuerunt debellati et occisi. Aliter autẽ potest exponi iste versus de machinationibus contra Dauid à Deo dissipatis, cùm dicitur.* Dominus dissipat, &c. *id est, Saulis et suorũ satellitum, qui persequebantur Dauid more Gentilium infidelium: sed ipsi non obtinuerunt intentum.* Reprobat autem consilia principũ *i. Philisthinorum, quia audientes Dauid inunctum super Israel venerunt cum exercitu magno ad dissipandum eius regnum: sed ipsi virtute diuina magis quam humana debellati fuerunt ab eo et subiugati, vt habetur .ij. Reg. v.* Et reprobat cõsilia principum. *i. Absalom et Achitophel, et eorum qui erant principales in tribubus Israel contra Dauid consurgentium, sed pro magna parte fuerunt occisi, et reliqui fugati, vt habetur .ij. Reg. xviij. Et quia hæc facta sunt diuina virtute et prouidentia, quę in sua dispositione non fallitur, ideo subditur,*

8 Consilium autem domini in æter. ma. *quia licet diuina sententia aliquando mutetur, vt patet de Niniuitis Ione iij. tamen eius consiliũ non mutatur.* Consilium *enim Dei proprie accipitur secundũ diuinam ordinationem, prout est in seipso:* Sẽtentia *autẽ aliquando accipitur secundum merita hominum & demerita, quæ sunt variabilia.*

9 Beata gens. *Hic consequenter describitur diuinę laudationis siue cultus præmium: & primo ponitur ipsum præmium: secundo huius præmij causa siue principium, ibi,* De cælo respexit dominus. *Circa primum sciendum secundum, quod dicit Boetius de consol. lib. iij. Beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus, qui in re habebitur in patria in fruitione Dei, cuius bonitas est infinita. Ad hanc*

autem

populus de Deo possessore.

A a *De cælo.* AVGVST. homine Christo. Prospexit in aduentu filij & vidit misericorditer, non peccata,

CASS. A quibus faciem auertit, sed,

Omnes si. ho. AVG. i. omnes, qui ad nouã vitam volunt renasci.

AVGVSTIN. Quomodo elegit? *De cælo.* † eorum. id est Christo: *De præparato*, quia non nisi patre parante. *Habitaculum*, sunt apostoli, doctrina & gratia sancti spiritus præparati ad vocationem aliorum, qua misertus est omnium. Non solum per eos vocauit, sed *finxit* singula corda, id est, inspirauit omnem bonam voluntatem.

✠ THEODOR. Nõ ignorãs & discere cupiens, sed ius dicens, & iudicans. *Corda* autem pro ratione posuit.

b *Finxit.* AVGVST. Manu gratiæ formauit. *Sigillatim.* singulis singula quædã dans.

HIERON. Vnde tamen vnitas corporis. i. ecclesiæ fiat. Hier. *Sigillatim.i.* non ex Adam, vt quidam dicunt animam ex anima, & simul omnes cognoscit, & omnes actus earum.

✠ BASIL. Quomodo enim fieri potest, vt animæ motus ignoret, qui illam fecit?

c *Non saluatur rex.* Sic fiunt iusti sed nec facti sua virtute saluãtur. Non modo spiritualia sunt à Deo, sed & exteriora.

HIER. Nemo quicquã habet nisi ab eo: quia nec potẽs vt rex, nec fortis, vt gigas, nec diues, qui in equo notatur, vel quãdoquidem volũtas & omnia à Deo: ergo quicũque rex, & gigas. i. fortis, non consequetur præmiũ ex sua virtute: Sed si ascendit in superbam opinionem, quasi virtute sua saluetur, fallitur, etiam si sit in multa abundantia virtutis. D

✠ THEODOR. Omnibus his Sennacherib, affluens, nihil adiumenti inde percepit. Obsessi autem in egestate rerum positi, fuerunt liberati.

Equus. AVGVSTINVS. Animal, in cuius velocitate vel virtute confiditur, figurate quælibet amplitudo seculi, vnde superbitur: sed quãtò in eo altius erigeris, tanto grauius cadis. E

HIERO. CASS. Vel, *equus*, est corpus hominis quantũcunque speciosum & bene formatum, tamen fallax est ad salutem corporalem vel spiritualem.

12 Vel, *equus.* AVG. Mũdana felicitas quę homines vehit, & dum nimis properat cadit equus, & sessorem perdit. *Equus*, humana sapientia. F

d *Gigas.* Superbus aliquis extollens se contra Deum.

e *Ecce ocu.* In sua virtute nullus saluatur, sed: Ecce vnde est salus, *oculi, &c.*

f *Oculi.* Respectus diuinitatis, quæ protẽget eos.

g *Metuentes eum.* CASS. Timere dominum, & semper sperare coniuncta sunt.

a ¶ De quo viuit. b ¶ Quem colit. c ¶ Neque hoc à se, sed à Deo electa est. d ¶ Quam colit. ¶ Aug. vt possidendo eam, non sinat esse incultam & miseram.

minus Deus † eius, populus quem elegit in hæreditatem sibi. De cælo respexit dominus, vidit omnes filios hominum

a ¶ De anima iusta. b ¶ Aduentu filij. c ¶ Non peccata.

a a ¶ Sed. b ¶ Aug. Prouiso ad salutem mundi.
c ¶ Aug. Susceptionis humanæ, quod tibi parauit: vel de angelis & hominibus, quos mittit ad prædicandũ, & præcipue apostolis. d ¶ Remi. Misericorditer vidit. e ¶ Remi. Vt præsit illis ad regendũ eos per omnes terras.

† De præparato habitaculo suo, respexit super omnes qui habitant terrã. Qui finxit † sigillatim corda eorum, qui in-

a ¶ Carnem, excolendo eam. b ¶ Respexit.
c ¶ Aug. Cordibus singulorum propria dona tribuit, & scit quomodo vtatur quisque eis.
¶ Hic destruitur quorundam hæresis, qui dicebant in Adam simul omnes animas esse creatas.

b bitant terrã. Qui finxit † sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. Non saluatur rex per † multam virtutem, † & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutem: in abundantia autem

a ¶ Secretius & interius videt. b ¶ Apud illum intellectus sunt operum eorum.
b ¶ Quo fine fiant. c ¶ Qui carnem suam regit, si in sua virtute præsumit.

c

a ¶ Suam. b ¶ Quisquis militans contra diabolum, vel concupiscẽtiam suam.

d

a ¶ Quia: Fallax equus, &c. ¶ Fallitur, quisquis per se vel per hominem putat saluari.
¶ Id est, superba potentia. b ¶ Nam.

a ¶ Insessor eius non saluatur per eam. b ¶ Sessor eius. c ¶ Sed inde salus.
d ¶ Dilectio Dei.

e † virtutis suæ †. non saluabitur. Ecce oculi domini super f

a ¶ Non de se præsumentes. b ¶ Non in viribus suis vel meritis.

† metuentes eũ, & in eis qui sperant super misericordia eius. g

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

† Et habitaculo sessionis suæ. B † pariter. † roboris sui non exuet. C † timentes. † multum exercitum: † potens nõ euadet in multitudine potentię suæ. † erit saluus

a Vt

NICOLAVS DE LIRA.

autem beatitudinem peruenitur per verum Dei cultum, secundum quod dicit saluator Iohã. xiy. d. Vbi ego sum, illic & minister meus erit. *& sic habetur in spe in via per verum & debitum Dei cultum, & hoc est quod dicitur,* Beata gens cu. est do. Deus eius, *per veram fidem, & debitum cultum.*

1 Popul. quem ele. *electione prædestinationis, quæ infallibiliter cõsequitur effectum: ideo subditur.*

2 In hæred. sibi, *quia prædestinati immobiliter adhærebunt Deo in patria cælesti, ita quod erũt hæreditas Dei, & Deus erit hæreditas ipsorum: quia illos, quos sic prædestinauit ab æterno, vocat tẽporaliter ad fidem suã, & iustificat per gratiã finalem, & sic consequenter eos magnificat per gloriam, secundum quod dicit Apostolus Rom. viij f.* Quos prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: & quos iustificauit, hos & magnificauit: *et sic qui prius fuerant beati in spe, facti sunt beati in re.*

3 De cælo. *Hic consequenter ostendit huius prœmiationis principiũ: & primo ostendit propositum, secundo declarat per exemplum, ibi,* Non saluatur rex. *Circa primum sciendum, quod opera meritoria non sunt prima causa, propter quam aliqui præmiantur in vita beata, secundum quod declarat Apostolus Rom. ix. c. de Iacob & Esau dicens:* Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni aut mali egissent, dictum est quod maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. *Nec etiam meritorum futurorum præuisio, imo præparatio gratiæ in tempore procedit ex æterna prædestinatione, vt prædictum est: & hoc est quod dicitur,* De cælo prospe. dom. *& accipitur hic cælum summę trinitatis, quod idem est quod Deus: quia ab æterno omnia præuidit in seipso, ideo subditur.*

4 Vidit omnes filios hominum. *f. æquales in naturalibus: sed aliquos elegit ex speciali gratia ad participationem beatitudinis supernaturalis: ad quam non potest homo attingere ex naturalibus.*

5 De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant ter. *Repetitio est eiusdem ad maiorem affirmationem. Et quos sic elegit ex sua mera voluntate & gratia, hos disposuit iustificare in tempore per gratiam finalem, alijs dimissis: ideo subditur,*

6 Qui finxit sigillatim corda eorum, *Id est, animas, quas creauit eiusdem naturę in specie distinctas individualiter: & propter hoc dicitur,* Sigillatim. *In translatione vero Hieron. iuxta Hebraicum habetur:* Fingens pariter cor eorum. *Id est, corda: quia ponitur hic singulare pro plurali, sicut Exod. viij. f.* Venit musca grauissima. *Quod autem dicit Hiero. hic* pariter *referendum est ad vnitatẽ specificam animarum. Ratio autem diuersitatis huius literæ est, quod dictio Hebraica hic posita. f.* יחד *iachad aliquando accipitur pro singularitate: aliquando pro simultate. LXX. autem interpretes acceperunt vnã significationem, Hier. autem in translatione iuxta Hebraũ accepit aliã. Et credo quodo in hoc loco LXX. interpretes melius acceperunt, & licet animę sint eiusdem speciei, tamen variantur in operationibus coniunctę corporibus: quia aliquando declinant ad bonum verum, & aliquando ad bonum apparens tantũm, & secundum hoc diuersificantur status bonorum & malorũ, Et hęc omnia sunt Deo clarissimè nota, ideo subditur.* Qui intelligit omnia opera eorum.

7 Non sal. rex. *Hic declarat propositum per exemplum. f. quod diuina prouidentia est primũ principiũ salutis hominum, tam in corporalibus, quã in spiritualibus, tẽporalibus & æternis: Et primò ponit exemplum in reprobatis, secundo in electis, ibi,* Ecce oculi domini. *Circa primum dicitur sic,* Non sal. rex per mul. vir. *f. sui exercitus, nisi cùm hoc habeat diuinã protectionem: hoc apparet Nume. xxj. de Sehon rege qui cum exercitu fortissimo egressus est obuiam filijs Israel, sed statim cecidit in prælio.*

8 Et gigas, *Hoc apparet ibidem de Og rege Basan, qui solus remanserat de stirpe gigantum, vt dicitur Deute. iij. & tamen statim corruit coram filijs Israel, Similiter in Goliat gigante, quem Dauid adhuc adolescens ictu lapidis interfecit.*

9 Fallax equus, &c. *hoc apparet in Pharaone & exercitu eius, de quo scribitur Exo. xv. a.* Ingressus est eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare, & reduxit super eos dominus aquas maris. *Ista autem dicta sunt ad ostendendum, quod, si non potuerunt saluari corporaliter, & temporaliter virtute humana: multo minus poterũt consequi salutem spiritualem & æternã absque Dei gratia speciali.*

10 Ecce oculi domini super metuẽtes eum. *Hic consequenter ponitur exemplum quantùm ad bonos, cùm dicitur,* Ecce oculi domini super metuentes eum, *vt eos diligenter custodiat, sicut homo figit oculos super rem quam vult diligenter custodire. Et si aliquando permittat eos tribulari temporaliter, hoc tamen est ad bonum ipsorum, vt per patientię merita habeant maius præmium, ideo subditur.*

11 Et in eis qui sperant, &c. &, pro, id est, *in eis qui sperant.*

12 Super misericordia eius. *Et in quo sperent, subditur cum dicitur.*

1 Vt

a *Vt eruat, &c.* Cassiod. Hæc duo sunt vota fidelis, vt in iudicio eripiatur à morte: & hic spiritualibus alatur, vbi est indigentia eorum.

b *Anima nostra sustinet dominum.* Quid de prædictis sentiat, quasi conclusio.

c *Quia in eo.* Aug. Quia absentibus per fidem misit nomen suum.

d *Speramus.* Nos veteres ad Deū, non meritis nostris.

Cas. Quia in eo ne quis musſitet, de patientia, subiicit munus, scilicet quod lætatur hic in domino. Et speramus in nomine Christi, quem patienter propheta lætus venturum sustinuit. *Speramus.* Continuum tempus notat, quia non est fas desinere, vnde semper potest anima fessa recreari.

e *Fiat misericordia tua domine super nos, &c.* Incarnationem compleri desiderat, vt perfectus possit esse.

f *In te.* Hoc dicit ideo, vt omnis superstitio & prauitas excludatur.

Theodorvs. Sermo summæ fiduciæ. Quis enim sic sperauit, vt audacter dicat, metire misericordiam spe mea? hoc quidem in euangeliis Dominus docuit. Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.

a ¶ Ad hoc sunt oculi domini super timentes. ¶ Tandem. b ¶ Dans æternam vitam.
c ¶ Etsi non corpora. d ¶ Verbo, æterna veritate. ¶ Hic. e ¶ Iustitiæ. f ¶ Et hoc, vel ideo.

Vt erůat à mŏrte animās eorum, & ălat eos in famē. Anĭma

a ¶ Modo alit nos in fame, vt autem post perfecte saginetur. a ¶ Modo interim patiens est.
¶ Interim in spe. ¶ Potest sustinere. b ¶ Dum conamur ad Deum. c ¶ Dum hosti resistimus.

nostra † sustinĕt dominum, † quoniam adiūtor & prŏtector

a ¶ Ideo sustinendum. b ¶ Non in nobis, vbi inopia. c ¶ Tunc.

noster est. Quĭa in eō lætābitur cor nostrum, † & in nomi-

a ¶ Nunc. ¶ Vel bimus. b ¶ Subdit orationem, vt impleatur quod futurum scit.
¶ Et sicut speramus, Fiat.

ne sancto eius sperāuimus. Fiăt misericordia tua domine su-

a ¶ Quo merito. b ¶ Spes enim non confundit. c ¶ Non in alio.

per nos, † quemadmŏdum sperāuimus in tē.

† expectauit. † auxilium nostrum & clypeus. † sicut. † quia in nomine.

GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt eruat à morte. *Scilicet culpę.* animas eorum.

2 Et alat eos in fame. *scilicet pane cælesti, damnatis esurientibus, secundum quod dicitur Esa. lxv. b.* Hæc dicit dominus Deus. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis, &c. *Et quia dominus aliquando liberat sperantes in se, non solum in futuro, sed etiam in præsenti: ideo potest aliter exponi,* Vt eruat à morte animas eorum, *sicut Eliam eruit de manu Iezabel eum occidere volentis, & pauit eum tempore famis per coruos, & mulierem viduam, vt habetur. iij. Regum. xvij. Et eodem modo fuit de prophetis, quos abscondit Abdias, ne interficerentur per Iezabel, & pauit eos pane & aqua, vt habetur iij. Regum xviij. propter quod subdit autor huius psalmi.*

3 Anima nostra sust. dom. *Id est, patienter expectat eius beneplacitum.*

4 Quoniam adiutor. *In futuro, et aliquando in præsenti, pro suo beneplacito, vt dictum est.*

5 Quia in eo lætab. *q. d. si tribulemur exterius, tamen consolamur ab eo interius: & quia ista consolatio procedit ex spe retributionis futurę, ideo subditur.*

6 Et in nomine sancto eius sperauimus. *Propter quod finaliter orando concludit.*

7 Fiat misericordia tua dom. &c. quemad. spe. in te. *Et hoc spe debita, quæ est certa expectatio futurę beatitudinis ex gratia & meritis proueniens.*

NICO-

ADDITIO I.

In psal. xxxij. Exultate iusti: *vbi dicitur in postilla:* Sed hanc opinionem non intendo prosequi. *Opinio Augustī. est probabilior, vt dictum est in additione super principium huius libri. vnde hic psal. sicut & omnes alij Dauid sunt attribuendi.*

ADDITIO II.

In eo. psalm. vbi dicitur in po. Fidelitas autem Dei consistit in sua iustitia. *Non videtur ratio, quare fidelitas pertineat ad temperamentum iustitię & misericordię: vnde melius videtur dicendum cum glo. vbi sic:* Fidelis dicitur Deus, sed aliter homo fidelis dicitur: Fidelis enim est Deus dans homini quod promisit: Fidelis est homo credens promittenti Deo. *Hęc in glos. quę magis consonare videtur rationi fidelitatis vel fidei, &c.*

ADDITIO III.

In eo psal. vbi dicitur in po. Circa primum primo declaratur infirmitas potestatis. *In expositione huius versus, scilicet:* Verbo domini, &c. *multum videtur deuiare post à communi sententia catholicorum, qui in hoc loco distinctionem personarum in diuinis insinuari dicunt, vt patet per Amb. in vj. de tri. vnde in primo sententiarum. di. y. inter ceteras testimoniales autoritates de distinctione diuinarum personarum, hoc inducitur. Tenendum est igitur in hoc loco cum glo. dicente:* Verbo domini. i. filio patris. Et spiritu oris eius. i. spiritusancto, qui procedit à filio, qui est os patris. *Hæc in glo. Dicere autem quod hic loquitur Psal. de Deo more humano, est nimis Iudaizare.*

ADDITIO IIII.

In eo. psal. vbi dicitur in post. Cōgregans sicut in vtre aquas maris. *Opinio postill. in loco circa congregationem aquarum videtur discordare ab illo, quod ipsemet videtur opinari in hac eadem materia in Prou. xxx. super illud verbum,* Quis colligauit aquas, &c. *Quid tamen in hoc probabilius videatur, Gene. j. est magis proprie tractandum, &c.*

REPLICA.

In psalm. Exultate iusti. Bur. notat post. Primo quia exponēdo, versum istum: Opera Dei in fide, dicit. *i. in fidelitate, Fidelitas autem Dei consistit in temperamento iustitię & misericordię. Burgen. putat hoc sine ratione dictum, dicens quod fidelitas Dei consistit in hoc, quia dat homini quod promisit: Sed videtur Bur. incidere in id quod redarguit. Deus enim dans quod promisit, fidelis est secundum Burg. sed cuncta quæ promittit & dat consonant temperamento iustitię & misericordię: quia in omni opere Dei concurrunt, quemadmodū circa quartum sententiarum declarari consueuit dist. xliij. vide ibi Scotum. Stat igitur fidelitas Dei in dicto temperamento, quod Burg. calumniari nitebatur. Secundò Burg. notat postillatorem in expositione illius versus:* Verbo domini cæli firmati sunt, *dicentē, quod propheta loquitur de verbo & spiritu Dei more humano. In hoc dicit Burg. postillatorem nimis Iudaizare, pro eo, quia sancti doctores, & magister sententiarum ex hoc loco arguunt trinitatem personarum. Ad id respondeo, quod sancti doctores credentibus persuasionem facere possunt de mysterio trinitatis benedicta ex isto loco & alijs secundum sensum literalem, quem autor sacræ scripturæ spiritussanctus efflagitat: sed non est secundū sensum literalem, prout voces primariè significant, sine absurditate. Si enim in aliquo loco sacræ scripturę vocum significatio primaria falsum aliquid inducit, vt Iudicum. ix. b.* Ierunt ligna ad consulendum super electione regis, *quod quia falsum est pro sensu literali haberi non debet: tunc enim sensus parabolicus & mysticus locū habet pro sensu literali. In proposito autem non est sic: quia cum nihil absurditatis sit in expositione postill. eius expositio est primo literalis, ex qua sumi potest argumentum validum etiam apud infideles, cum hoc stat eiusdem passus esse literalem sensum principaliorem: quamuis non communiorem & priorem, prout Burg. intendit, à quo tamen apud infidelem argumentum validum sumi non potest. Si enim quis velit arguere Iudæo vel pagano, transsumendo terminos literæ, vt accipiendo cælos pro apostolis, verbum domini pro filio in diuinis, argumentum procederet in æquinocis, per consequens inualidum, infidelis etiam ex huiusmodi argumento sentiret pluralitatem deorum ex propositione plurium personarum, quo posito non posset ei ex hoc loco persuaderi Dei omnipotentia. Nam positis pluribus dijs, nullus eorum esset omnipotens: quia alter alterum faceret nullipotentem, sicut arguit doctor subtilis: et ante eum Ouidius de vetula. Ad euadendum huiusmodi infidelium errorem et derisionem, LXX. interpretes mysteriū trinitatis occultauerūt in sua translatione, vt dicunt doctores sancti circa illum locū, Esa. ix. b. vbi loco illius dicti:* Et vocabitur nomen eius admirabilis Deus fortis, &c. *transtulerūt* magni consilij angelus. *Et quia ipse Bur. in vltimo articulo prologi sui in hoc opere dicit postillā magistri Nicolai fore adeo vniuersalem, quod sæpe infideles ad eam habeāt recursum, idcirco placuit, imò decuit postillatorem huius passus ostendere expositionem secundum significationem terminorum omnibus communem sine absurditate, expositionem fidelibus spiritualem non reijciendo: imò ea vtitur in disputatione de tempore Messię contra Iudæos, Tertio Burg. notat postillatorem circa illum passum:* Congregans sicut in vtre, &c. *asserens quod postillator Prou. xxx. discordat ab eo quod hic opinatur, sed falsum imponit ei: nam idem quod hic dicit, dicit ex intentione beati Aug. de quo in secundo correcto. Gen. j. supra. vide ibi.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Psalm. Dauid.* AVGVSTINVS. Loquitur Christus, & in eo Christianus: docet humilitatem, dum commendat corpus & sanguinem. *Cum immutauit vultum* Christus, id est, sacrificium, *coram* Iudæis, qui regnum patris sui Dauid sunt, Iuxta illud, *Et dabit illi dominus sedem Dauid*, ecclesia est regnum patris.

Abimelech, patris mei regnū. Idem prius *Achis* vocabatur, id est, quomodo est? Sed Esdras mutauit propter sacramētum, ne putetur sola historia narrari. *Mutauit* ergo *vultū coram Abimelech*. id est, Iudæis, mutauit & coram Achis, id est, illis ignaris discipulis, qui dixerūt, *Durus est hic sermo*. In hac quoque mutatione vultus *affectabat*, quia compassus est nobis vsque ad mortem, *Tympanizabat*, quia extensus fuit in cruce, vt corium in ligno, *Ad ostia ciuitatis*, id est, corda Deo clausa, vt eam per crucem aperiret, *Ferebatur manibus suis*: quod non ad literam accipi potest, sed cum corpus manibus suis apostolis porrexit. *Salinæ in barbam decurrebant*, id est, verba infirma & infantilia dicentis, *hoc est corpus meum*, tegebant virtutem eius. *Procidebat ad ostia portæ*, id est, humiliabat se ad initium fidei nostræ. Vetus sacrificium dicitur *vultus*, quia indicat voluntatem Dei in signo.

✠ BAS. & THEOD. Diuinus Dauid odium & inuidiam Saulis cum cognouisset, Nobem, ad Abimelech, à quo panes propositionis, & gladium Goliath accepit, peruenit: cui cum fugā suam non significasset, sed regium quoddam negotium se perficere dixisset, mutasse famem dicitur, tāquam solida veritate minimè vsus. Psalm. apud Hebræos scribitur ordine literarum.

a ¶ Attribuitur. b ¶ Christo, qui hic loquitur, & in eo Christianus. c ¶ Vetus sacrificium in notum.

Psalmus Dauid cum immutauit vultum suum coram

a ¶ Iudeis. b ¶ Christus Iudæos pro mutato sacrificio. c ¶ Dauid. d ¶ Ad gentes. ¶ Vel ab eorum cordibus.

Abimelech: & dimisit eum & abiit. Reg. 12. d. XXXIII.

a ¶ Laudabo. ¶ Aug Quasi iam mutato vultu, laudabo: nec vt tantum in prosperis solebam, pro temporalibus, tantum seruiens.

b ¶ Non tantum in prosperis. ¶ Quod non tempore prioris vultus.

Benedicam dominum in omni tempore: 1

a ¶ Cas. Quia quæ cogitat vel dicit, sine culpa sunt: & ita laus Dei semper in eo est. 2

b ¶ Vt alios instruam. c ¶ Sed quia hoc nequit nisi humilis, ideo &.

¶ Vnde in futuro. ¶ Non in me vel exterioribus.

¶ Aug. Qui in domino non vult laudari, non est mansuetus, sed superbus.

semper laus eius in ore meo. In domino 3

a ¶ Hoc autem. b ¶ Leni animo.

† laudabitur anima mea: audiant mansueti, 5

† laudabit se (gloriabitur, vel oblectat se.

PSAL. XXXIII.

Ene CAS. Psal. secundus per alphabetum imperfectū. Propheta prius summatim laudem præmittit monens māsuetos ad idem. A Deo benedicitur, qui ipsum benedicit, more boni famuli, qui vilescente domino vilescit, & domino glorificato, glorificatur cum ipso.

c *In domino laudabatur anima mea* CASS. Sua enim laus, est prædicatio domini sui, vt bonus famulus de bona fama domini sui glorietur.

d *Mansueti.* CAS. non docti, non ieiunantes, quia sunt superbi: Sed mansueti, quia temperantiam habent omnium rerum, Mansueti, non de sua intelligentia superbientes, non iugum Dei, indomitorum more, ferentes.

☞ a *Magni-*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XXXIII.

BEnedi. *Hic est secundus psal. alphabeticus: quia incipiunt versus ordinatè per literas alphabeti Hebraici, hoc excepto, quod omittitur hic litera sexta. s.* Vau, *quia nullus versus per eam incipit: tamen sunt hic xxij. versus, sicut sunt. xxij. litera Hebraica: quia sunt hic duo versus incipientes per literam phe. s. xvj. & xxij. Ad quid autem positæ sint istæ literæ in principijs versuum, dictum fuit suprà psal. xxiij. Huic autem psal. præmittitur talis titu. in Hebræo*, Dauid quando commutauit suam coram Abimelech, & fugauit eum & abiit: *Huic tamen nomini*, Dauid, *præmittitur lamech litera, ad designandum, quod est datiui casus: et est sensus, Ipsi Dauid fuit hic psalm. pro gratiarum actione, quando commutauit rationem suam, id est, verbum suum, & similis titulus ponitur in translatione Hiero. iuxta Hebræum, vbi sic habetur*, Dauid quando commutauit os suum. *Et accipitur* os *pro verbo prolato ore*, coram Abimelech & eiecit eum & abiit. *Ad cuius intellectum sciendum, quod ista duo nomina Abimelech, & Achimelech, habent magnam conuenientiam: propter quod dixerunt aliqui quod signant eandem personam, dicentes quod Dauid fecit hunc psalm. quando fugiens Saulem venit in Nobe ad Achimelech sacerdotem, vt habetur. j. Reg. xxj. c.* Et tunc mutauit os suū coram eo, *quia non dixit se fugitiuum, sed pro negotijs vrgentibus à rege missum. Sed huic dicto contrariatur quod sequitur in prædicto titulo*, Et fugauit eum, vel eiecit, *quia Achimeleh non fugauit Dauid sed magis eum amicabiliter & honorifice suscepit, præbens ei panes, & gladium, vt habetur ibidem: Propter quod aliter exponitur cōmuniter, à doctoribus Hebræis & Latinis, de fuga Dauid ad Achis regem Geth, ad quem fugit recedens ab Abimelech. Erat enim binominis: quia vocabatur Abimelech nomine regni, & Achis nomine personæ, secundum quod dicit Ra. Sa. sicut imperatores Romani dicebantur Cæsares nomine imperij, & tamen habebant proprium nomen personale. s. Iulius, Augustus, Tyberius, & sic de alijs. Et hoc dictum consonat ei, quod dicitur Genes. xx. & xxvj. quod Abrahā iuit ad peregrinandum in Geraram, vbi regnauit Abimelech: & similiter postea per magnum tempus Isaac. Illa autem ciuitas quæ antiquitus dicebatur Gerara, postea vocata fuit Geth. De Gerara enim dicitur, quod erat in Palestina quæ est terra Philistinorum, & idem dicitur, de Geth, & quilibet rex vocabatur Abimelech nomine regni. Quando autem tem Dauid fugit in Geth, fuit cognitus à Philisthais: vnde dixerunt* Nunquid iste est Dauid rex terræ? *quasi dicat, bonum esset eum interficere, ne veniat ad regnum, & inualescat contra nos: propter quod adduxerunt eum ad Achis, vt moreretur, propter quod Dauid in tali periculo positus, simulauit se insanum, secundum illud poeticum*, Stultitiam simulare loco prudentia summa est. *Et ideo Achis tanquam insanientem eum eiecit: & sic Dauid de periculo liberatus abijt, & pro gratiarum actione hunc psal. composuit. Igitur secundum hoc iste psal. in duas partes diuiditur: quia primo Dauid de sua liberatione domino regratiatur, secundo alios ad bonum hortatur, ibi*, Accedite ad eum. *Prima in duas, quia primo ponitur gratiarum actio, & secundo eiusdē augmentatio ibi*, Magnificate do. mecum. *Circa primum dicit Dauid*, Benedicam dominum, *ei regratiando.*

2 In omni tempore. *s. prosperitatis & aduersitatis: contra multos, qui benedicunt Deum tantummodo tempore prosperitatis, secundum illud Zach. xj. a.* Benedictus dominus, quoniā diuites facti sumus: *sed maledicunt tēpore aduersitatis, vnde vxor Iob dicebat ei in aduersitate posito*, Benedic Deo & morere. *i. maledic, vt ibidē fuit expositum, Iob ij. b.* 3 Semper laus *ly* semper *non importat hic continuitatem, Non enim potest homo mortalis continuare diuinam laudem, quia oportet, quod aliquando interrumpat ex fragilitate carnis, saltem tempore dormitionis: sed importat frequentiam, sicut de homine ecclesiam frequentāte dicitur, quod semper est in ecclesia, licet aliquibus temporibus sit extra.*

4 In do. lau. *d est, si in me sit aliquid laudabile, totum attribuatur Deo, à quo illud habeo. Vel aliter*, In do. lau. *quasi dicat, de laudibus hominum non curo, quia frequenter laudant quod est vituperabile, & econtra: sed laudari à Deo desidero, cuius laus est vera. Laudat autem Deus hominem, quando per aliquem effectum, vel signum, præbet ei virtutis testimoniū. Et hoc modo loquitur Apostolus. ij. Corint. x. d.* Qui gloriatur, in domino glorietur: non enim qui seipsum commendat ille probatus est. *i. approbatus*, sed quem Deus commendat. *Hoc enim modo Deus pluries Dauid commendauit.*

5 Audiant man. *Mansuetudo est virtus iræ repressiua, quæ inter alias virtutes maximè in Dauid apparuit: quia Saul eū persequens ad mortem, bis in manus eius cecidit: & tamen non solū ei pepercit, sed etiā viros suos ab eius interfectione repressit, vt habetur. j. Reg. xxiij. et xxvij. & propter hanc mansuetudinem specialiter Deus ipsum in bonis temporalibus & spiritualibus multiplicauit, secundum quod ipse dicit*

☞ *ij. Reg.*

MORALITER.

† 1 *Bene. do.* Psal. istum fecit Dauid pro gratiarum actione, quando simulando stultitiam coram rege Geth, sic euasit mortē, quam serui regis sibi volebant inferre: vnde dicit Poeta, *Stultitiā simulare loco prudentia summa est.* Moraliter autem exponi potest de mutante suum statum per religionis ingressum, propter quod ab hominibus mundanis fatuus reputatur, cum tamen per hoc ab ipso mundi pericula euitentur, & sic gratias agens dicit, *Benedi. dom. etc.* s. die ac nocte in diuinis laudibus, diurnis pariter & nocturnis. 3 *Semper laus.* Repetitio est eiusdem ad maiorem deuotionis expressionem.

4 *In dom. lau.* id est, in eius laudibus reputabo me laudatū, quia laus domini redundat in laudem serui.

5 *Aud. man.* i. religiosi, qui mites esse debent & benigni.

a *Magni do.* Spiritualis gratia non vult sola facere, quod multis proficit: vnde vocat alios, *Magnifi.* Vt inuitatos traheret, dicit, quæ inde bona sibi, *Exquisiui do.*

b *Ex omni.* Non possunt particulatim dici quanta impetrauit qui non aliud quam Deum quęsiuit.

c *Acce.* CAS. Iam particulatim de nouo vultu admonet sanctos. Quasi, *magnificate*: & si in primis in iucundu accedite. Vel, *Magnifi.* & quo ordine? Ecce, *accedite* per fidem.

AVG. Accedite fide inhærendo, & duobus pedibus geminæ charitatis currendo.

CASSIOD. Præmissis laudibus, ad cõmunionem hortatur.

✠ THEO. Qui cũ fide ad ipsũ accedit, arcanę lucis radios suscipit, vt Moses in monte.

d *Non confun.* AVG. Quicquid hic fiat iusto, nõ erubescit, quia semper superior apud Deum: Superbus vero in aduersis erubescit, quia ad Deum non accessit.

e *Pauper.* CAS. *Iste* spiritualis hic est, qui accedit & illuminatur, nec erubescet, quia, quando clamat, liberatur ab omnibus angustijs seculi in obitu, dum iam transit ad Deum.

✠ BAS. & THEODOR. omnium pastor.

f *Immittet angelus. Accedite*, & sicut iste pauper clamauit & exauditus est, eodem modo *immittet angelus, &c.*

AVG. *Immittet angelus.* Alij interpretes sic transtulerunt: *Circundat angelus domini in gyro timentes eum,* Angelus de cælo, vel homo, qui est minister voluntatis Dei.

AVG. Mendosi codices habent: *Immittet angelum dominus.*

g *Gustate & vide.* Hic apertè de sacramento, quod ferebat manib⁹.

AVG. *Gustate* carnẽ & sanguinem Christi.

h *Suauis est dominus.*

AVG. Et dulcis: quia est vita sumenti, pellens omnes molestias in futuro, id est, sperate per hoc vitã ęternã

CAS. Et quia Deus est vita, caro quã sibi vniuit, est viuificatrix.

✠ BAS. Ipsa experiẽtia cognoscite bonitatẽ Domini, & fælicitatẽ ex eo reportate.

✠ BASIL. & THEOD. sententia, quæ in profunditate huius literæ latet, diuinorum mysteriorum gratiam innuit. Nam per sanctũ baptisma verus splendor accedentibus acquiritur, & vitalis cibi gustus Saluatoris bonitatem ostendit. Quid enim eius benignitatem dilucide sic declarat, vt Crux, & cruciatus, & mors pro nobis susceptа, & quod propriarum ouium cibus simul, & fons factus sit?

a ¶ Cas. & non tristentur de hac mutatione, quia res iucunda animę. b ¶ Et ô vos mansueti. ¶ Ex feruore charitatis hoc dicit. ¶ Cur hoc demonstratiue dixisse non sufficit. ¶ Non mansuetis irascitur. c ¶ Cas. Non est arcta res, omnibus subijcit.

a ¶ Cas. Ab omnibus vnum fiat. ¶ Id est, in vnum. b ¶ Intus munda conscientia. c ¶ Ipsum non aliud. d ¶ Qui non auditur, non ipsum quæsiuit.

a ¶ Quia post mundum eor restrat tribulatio. ¶ Cum mortale hoc induet incorruptionem. b ¶ Id est, in futuro eripiet. c ¶ Hortatur alios dicens, quod ipse probauit. ¶ Ad imperfectos dicet: venite & in fide timorem domini discite.

a ¶ Percipiendo illum non sitis cęci. b ¶ Mentes. ¶ Post lumen. c ¶ Vt eorum, qui retro abierunt, dicentes, Durus est sermo. Iohan. 6 b.

a ¶ Decepti erubescunt, vos autem impetrabitis. ¶ Aug. Diues non auditur: sed hoc modo potest fieri auditio. b ¶ Dauid, Christus, ecclesia.

a ¶ Quomodo.

a ¶ Magni consilij: vel aliquis angelus de cælo, qui est ecclesiæ vallum. ¶ Christus. b ¶ Vt protegat ne prosternantur. c ¶ Pure. d ¶ In futuro.

a ¶ Et. ¶ Non solum accedite, vt credatis, sed etiam. b ¶ Sic. c ¶ Intelligite. ¶ Si hoc non intelligis, regnat in te Achis, id est ignorantia, & abijt à te Dauid. d ¶ Quasi: Gustate & sperate: quia. e ¶ Aug. Quia eum habet qui est omne bonum.

f *Immi-*

a ¶ Omnes

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *ij. Reg, xxij. c.* Mansuetudo mea multiplicauit me. *propter quod dicit Dauid hic,* Audiat mansueti. *bona mihi à Deo collata pro mansuetudine mea.*

1 Et lætentur. *scientes quod ita fiet eis.*

2 Magni. *Hic consequenter ponitur gratiarum actionis argumentatio. Reputabat enim Dauid diuinum beneficium erga se ita magnum, quod non sufficiebat ad regratiandum: & ideo inuitat alios ad adiuuandum ipsum, dicens,* Magnificate do.me. *de beneficio mihi collato, propter quod subditur.*

3 Exquisiui do. & exau. me. *& patet litera.*

4 Accedite. *Hic consequenter Dauid alios ad bonum hortatur. Primò ad bonum vitę contemplatiuæ, per quam homo ordinatur ad Deum: Secundo ad bonum vitę actiuæ, per quam ordinatur ad proximum, ibi,* Venite. *Prima in duas, quia primo ponit exhortationem: secundo inducit hoc ad rationem, ibi,* Iste pauper. *Circa primum dicit,* Accedite ad eum, *scilicet ad Deum, ad quem acceditur, non passibus corporis, sed affectibus mentis, per veram cognitionem & amorem, ideo subditur.*

5 Et illu. *Deus enim est lux, vt habetur Iohan. j. & ideo, sicut accedęs ad lumen vel lucem corporalem, corporaliter illuminatur: sic accedens ad Deum per bonũ mentis affectum spiritualiter illustratur.*

6 Et fa. ve. non con. *i. non patiemini repulsam in orationibus vestris. Illius enim facies confunditur, cuius petitio repellitur.*

7 Iste pau. *Hic adducit ad suum propositum rationem: & primò exemplo sui, dicens,* Iste pau.cla. *id est, ego, qui sum exul, pauper, et fugitiuus.* 8 Et dom. exaud. eum. *Liberando à Philisthæis modo supradicto.* 9 Et ex omnib. tribulationib. *Quia non solum fuit modo saluatus à Philisthæis: sed etiam de manibus Saulis, qui conatus fuerat occidere eum, vt habetur j. Regum, in pluribus locis, quasi dicat Si ego, qui sum pauper, & fugitiuus, inueni gratiam apud Deum: similiter illi, qui vero corde accedunt ad Deum. Secundo inducit rationem ex parte spiritus angelici, dicens.*

10 Immittet, *scilicet influxum sue virtutis.*

11 Angelus domini in circumitu timẽtium eum, & eripiet eos. *Hoc patet in pluribus locis sacræ scripturę: vnde & angelus liberauit. Loth à Sodomis, Genes. xix. & tres pueros de camino ignis, Dan. iij. c. vbi dicitur quod angelus domini descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, & similiter liberauit Danielem de lacu leonum, Dan. vj. f. Hoc allegat Dauid ad ostendendum condescensionem angelorum erga eos, qui corde vero & puro accedunt ad Deum. Tertio adducit rationẽ ex parte ipsius Dei, dicens,*

12 Gustate & videte. *Quasi diceret: experimento potestis probare.*

13 Quoniam suauis est dominus. *Et loquitur ad modum hominũ dulcedinem vini probantium: quia primò modicum degustant, & ex hoc cognita eius dulcedine alliciuntur ad amplius gustandũ: sic homines deuoti primo percipientes aliquid de dulcedine Dei, amplius alliciuntur ad amplius sentiendum. Sed aduertendum, quod probantes dulcedinem vini, illud modicum, quod pręgustant, super linguam diu retinent: sic sentientes diuinam bonitatem debent eam, quandiu possunt, retinere, quia hoc est quoddam præludium beatitudinis futurę, propter quod sequitur.*

14 Beatus vir qui sperat in eo. *Talis enim pręgustatio diuinę dulcedinis auget spem futuræ beatitudinis. Licet autem aliquando apud homines nimia familiaritas pariat contemptum: talis tamen familiaritas Dei ad hominem, qua ei communicat in presenti vita suam dulcedinem, magis auget reuerentiam filialem hominis ad Deum, ideo subditur.*

✠ 1 Timete

MORALITER.

† 1 *Et lætentur.* eo quod in Dei laudibus ipsi merentur: propter quod inducit illos ad collaudandum, dicens.

2 *Magnificate dominum mecum, &c.*

3 *Accedite,* Hic consequenter inducit alios ad bonum, quia bonus religiosus sollicitus est de salute secularium: & sic dicit, *Accedite ad eum,* de tenebris conuersationis mundanæ.

5 *Et illu.* lumine gratiæ, quod paratus est dare, Ioan. j. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

6 *Et fa. vestrę non con.* sed magis honorabuntur ex precum vestrarum exauditione. Hoc modo dicit Dauid ad Abigail j. Reg. xxv. f. *Ecce audiui vocem tuam, et honorauí faciem tuam.* Inducit exemplum de seipso, dicens.

7 *Iste pau. clamauit & dominus exaudiuit eum: & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum,* quasi diceret: sic faciet vobis si ad eum accedatis. Inducit etiam angelorum subsidium, dicens.

10 *Immittet angelus domini in circumitu timentium eum, & eripiet eos.* Nam angeli soliciti sunt de salute illorum quos custodiunt, psal. cxxiiij. a. *Montes in circumitu eius.* id est, angeli, vt exponit. Inducit etiam diuinum solatium dicens.

13 *Gustate & videte, quoniam suauis est dominus.* Et quoniam talis pręgustatio diuinæ dulcedinis est quoddam præludium futuræ beatitudinis, subditur.

14 *Beatus vir qui sperat in eo.* Auget etiam reuerentiam filialem ideo sequitur.

† 1 *Timete*

a Omnes sancti eius. CASSIOD. Nullus, licet bene meritus, ab hoc desistet, non securitatem præsumat.

b Quoniam. AVGVSTINVS. Pascebat dominus contemnentem se, & deseret timentem, Promittit autem non superflua, sed necessaria.

c Nō est inopia. Quia etiam in præsenti habent quantum exigit natura.

d Eguerunt & esurierunt. CAS. Quia fidem non habent. Esurierunt, quia corpore domini non satiantur. Quid enim habēr, qui Deum non habent?

CAS. Vel; diuites egerunt, id est, carebunt summo bono, licet esuriant, id est, desiderent. Sed toto studio quærentes sine imminutione habebunt bonum, quod est omne bonum.

THEODOR. Cum Iudæi Dei gubernatione ditati essent, pauperes facti sunt, Gētes vero, quæ crediderūt, bonorum affluentiam à Deo receperunt.

e Venite filij audite me, timorem. Diapsalmus. Tractatis ecclesiæ sacramentis, admonet eos, qui extra sunt, qui prima rudimēta fidei capiunt, ne nomen timoris horreatur, addit, Docebo vos, filios timorem domini, vt rem vtilem.

CASS. Iam & incipientes monet, à quibus abstineant.

f Dies videre bonos. Quia omnes fatentur se velle.

g Prohibe. CAS. Nota, quod prius cohiberi linguam dicit, quoniam, cum loqui volumus, ante commouemus labia, quę mox sequuntur linguę motū.

CASS. Prohibe qui vitam cupis. Ecce quomodo debeant timere.

h Diuerte à malo. CAS. Hoc culpam vitat, Fac bonum, hoc laudem meretur. Inquire pacem. quia hic nunquā pax iusto cum corpore suo, semper pugna cum vitijs: ideo præcipit pacem semper quæri; etsi hic plene haberi non possit. Et persequere fugientem, aliter in futuro non capietur.

i Oculi do. CAS. de retributionibus bonorum & malorum, ne in periculis iustus aliqua dubietate mollescat.

Oculi do. Nec ex infirmitate tua diffidas, quia oculi.

k In preces. CAS. Celeritas audiendi, cū in ipsis auditor habitat.

a ¶ Vt qui stat videat ne cadat. ¶ Miser qui in se.
b ¶ Aug. Multi enim deserunt Deum ne inopes fiant.

a sperat in eo. Timete dominum omnes sancti eius, quoniam
a ¶ Temporalium. ¶ Veri boni. ¶ Spiritualis. b ¶ Cas. Alij aliquo indigent, sed non sui, quibus ait: Quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. Matth. 6. d. c ¶ Sed. ¶ Seculi. ¶ Superbi. d ¶ Ne putes hoc dictum de terrenis, quę nullius pretij sunt, sed de spiritualibus. ¶ Etiam pane temporali aliquando egent.

b non est inopia timentibus eum. † Diuites egerunt & esu-
a ¶ Tamen dote naturę. b ¶ Non aliud.

rierunt, inquirentes autem dominum non † minuetur omni
a ¶ Quia in domino omnia. ¶ Scilicet, quod est omne. b ¶ Vt autem sciatis timere. c ¶ Fide. d ¶ Discentes. ¶ Iesus: Discite à me. e ¶ Qui est initium sapientię.

e bono. Venite filij audite me, timorem domini docebo vos.
a ¶ Quasi: discite timorem, quia in hoc vita. b ¶ Æternam. c ¶ Et qui.
d ¶ Qui nunquam sunt in hoc seculo.
e ¶ Qui vult dies videre bonos, timeat. Timor enim linguam coercet.

f Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? †
a ¶ Mors & vita in manibus linguæ. b ¶ Omni, ne loquaris aperte.
c ¶ Ne mala aperte, ne bona dolose.

g Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquātur do-
a ¶ Augu. Ceperat enim omnis aberrare. ¶ Destrue vitia in te. ¶ Nulli noceas facto: Et quia hoc non sufficit, subdit. b ¶ Ædifica virtutes. c ¶ Spiritui tuo cum carne. d ¶ Deum.

h lum: Diuerte à malo & fac bonum: inquire pacem, & perse-
a ¶ Quia hic non habebis. ¶ Perseuera inquirendo. ¶ Quia præcessit in cęlum. b ¶ Quia. ¶ Aug. Respectus misericordię Dei c ¶ Vt quod petunt det, scilicet gratiam pro gratia. ¶ Et sic vt modicus secat & vrit: sed hoc ideo facit, vt sanet & parcat in æternum.

i quære eam. Oculi domini super iustos, & aures eius in pre-
a ¶ Aug. sed nec malus putet se nescīri: quia. b ¶ Aug. Non tamen eos respicit misericorditer, sed

ces eorum. † Vultus autem domini super facientes mala,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. *hoc enim, quod sentiunt in se diuinam præsentiam modo prædicto, sufficit eis pro omni bono: imo alia bona eis desipiunt, nisi quantum necessitas exigit. Econtrario autem est de cupidis huius mundi, quibus omnia deficiunt: propter quod subditur,*

2 Diuites egerunt. *Quia secundum quod dicit Hiero. in epistola ad Paulinum: Antiquitus dictum est,* Auaro deest tam quod habet quam quod non habet. *Ideo subditur,*

3 Et esurierunt. *Quia non audent frui bonis habitis, sed ea relinquunt alijs.*

4 Inquirentes autem dominum, *Fide & deuotione,*

5 Non minuentur omni bono, *Quia abundant in bonis spiritualibus: Temporalia vero, quantumcunque modica, eis sufficiunt, imo pro diuitijs computantur, vnde dicit Apostolus,* 1. *Timoth. vj. b.* Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. *Et Hier. in epistola ad Paulinum:* Victus & vestitus diuitiæ sunt Christianorum.

6 Venite filij, audite me. *Hic consequenter hortatur ad bonum vitę actiuæ, quę consistit in vitatione peccati, & operatione boni ad proximum. Timor autem domini facit vitare peccatum, secundum illud Prouerbior. xv. d.* Per timorem domini recedit omnis à malo. *Ideo dicit,* Venite filij audite me, *per desiderium disciplinæ.*

7 Timorem domini docebo vos, *Qui est initium sapientiæ iustorum.*

8 Quis est homo qui vult vitam, *scilicet, beatam, in qua nullus moritur,*

9 Diligit dies videre bonos, *In beatitudine cęlesti, vbi dies non interrumpentur noctibus, faciat, supple, quod sequitur,*

10 Prohibe linguam tuam. *Vbi docetur vitatio peccati oris: & primo conspectu Deicum dicitur,*

11 A malo, *scilicet, blasphemię, & diuini contemptus, & similium, Secundo respectu proximi, cum dicitur,*

12 Et labia tua ne lo. do. *scilicet deceptiones, falsitates, & huiusmodi, contra proximum.*

13 Diuer. à ma. *Vitando peccatum operis:*

14 Et fac bo. *Istę enim sunt duæ partes iustitiæ. Potest etiam aliter exponi:* Diuerte à malo, *id est, obserua præcepta negatiua, quæ malum prohibent, sicut,* Non occides. Et fac bonum, *id est, obserua mandata affirmatiua, quæ inducunt ad bonum, sicut,* Memento vt diem sabbathi sanctifices: &, Honora patrem tuum & matrem; *talis enim obseruatio ducit ad vitam beatam. Mat. xix. c.* Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. *Et sic respondet Dauid ad illud, quod suprā quęsierat,* Quis est homo qui vult vitam, &c.

15 Inqui. pa. quæ est summum bonum,

16 Et perse. eam, *id est, perfectè sequere, quod fit quando per bona opera homo ad pacem æternam pertingit.*

17 Ocu. do. *Postquam Dauid induxit alios ab bonum, hic consequenter ostendit fructum: & quia opposita iuxta se posita magis elucescunt, ideo mistim agit de fructu bonorum operum, & malorum, dicens,* Ocu. do. su. iu. *tanquam super specialiter dilectos, Oculus enim dirigitur ad id, quod specialiter diligitur.*

18 Et aures eius ad preces eorum, *tanquam parata ad exaudiendum.*

19 Vultus autem domini, *scilicet iræ & turbationis,*

20 Super fa. ma. *ad puniendum: Vnde in Hebræo sic habetur:* Iræ domini super facientes mala *ad puniendum. ideo subditur,*

1 Vt per

MORALITER.

1 *Timete omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum,* Quia iam habent in spe bonum infinitum.

2 *Diuites egerunt & esur.* Loquitur de diuitibus cupidis, de quib⁹ dicit poēta: Crescit amor nūmi, quātū ipsa pecunia crescit

4 *Inquirentes autem dominum non minuentur omni bono. Matthæi 6. d. Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hęc omnia adijcientur vobis.*

6 *Venite filij audite te me.* Hic consequenter hortatur ad bonum vitæ actiuæ quod magis respicit seculares, dicens, *Venite filij* scilicet, Dei per baptismum.

7 *Timor. dom. doceb. vos.* Quo timore repellitur peccatum, Prouerb. xv. d. *Per timorem domini recedit omnis à malo.*

8 *Quis est homo qui vult vitam,* scilicet gratiæ,

9 *Diligit dies videre bonos,* scilicet gloriæ. Nam vbi nox non habet locum, faciat, supple, quod sequitur,

10 *Prohibe linguam tuam à malo,* scilicet, contentionis, detractionis & murmurationis.

12 *Et labia tua ne loquantur dolum,* Duplicitatis, & deceptionis, & consimilium.

13 *Diuerte à malo, & fac bonum.* Sunt enim duæ partes iustitiæ generaliter dictæ.

15 *Inquire pacem.* internam, fraternam, & supernam.

16 *Et persequere eam,* id est, perfectè sequere.

17 *Oculi.* Hic ostendit fructum bonæ actionis, & pœnam malæ commistim, dicens: *Oculi domini super iustos,* vt eos protegat.

18 *Et aures eius ad preces eorum,* vt exaudiat.

19 *Vultus autem domini,* id est, eius indignatio.

20 *Super facientes mala vt perdat de ter.* scilicet, viuentium.

☞ a *Memoriam.* Aug. A Vt nec mentio, id est, intercessio fiat pro eis inter bonos, adeo placet eis iustitia Dei, vnde, *Chaos firmatum est, inter nos & vos*, vt boni non possint ad eos B conscendere, compassione, scilicet, aliqua, propter confusionem peccatorum, quæ admiserunt.

†attritos.

b *Iuxta est do.* Liberauit: nam pronus est ad hoc, quia *iuxta est*, C vel est alluſio ad clamorem.

†Interimet impiũ malitia: (vel malũ quodlibet)

c *Multæ tribulationes iu.* Sicut & in nouo testa, *iuxta est, & saluabit*, quod necesse est: quia *multæ tribulationes.*

a ¶ Viuentium. b ¶ Vere oculi super iustos, quia. ¶ Pro liberatione tua. c ¶ Abraham & cæteri.

a vt perdat de terra memoriam eorum. Clamauerunt iusti, &

a ¶ Aug. Christus. b ¶ In sua resurrectione. ¶ Sic quod liberauit dando patientiam.

b dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eo-

a ¶ Saltem spiritualiter. ¶ Vel corporaliter, vt tres pueros in camino ignis. ¶ Quando captiuam duxit captiuitatem. b ¶ Aug. Altus est dominus, sed vicinatus humili, & non erigenti se. c ¶ Qui terunt durtitiam cordis. ¶ Cal. non omnibus tribulatis corpore.

b rum liberauit eos. Iuxta est dominus his qui †tribulato sunt

a ¶ Non verbis. b ¶ Non vt nihil patiantur. c ¶ Pauciores iniquorum. ¶ Aug. Qui non patitur, non est iustus.

c corde, & † humiles spiritu saluabit. † Multæ tribulationes

a ¶ Potens liberator. ¶ In futuro. b ¶ Interim.

d iustorum, & de omnibus his †liberabit eos dominus. Custo-

a ¶ Aug. Firmamenta fidei, id est, patientiam. b ¶ Vt nec in agno confringebatur. ¶ Vt de agno dicitur: Os non frangetis ex eo Exo. 12. g.

e dit dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur

a ¶ Sed. ¶ Ad vltima semper respicientes temporalia contemnunt. b ¶ Quia rapit ad gehennam. c ¶ Quia vita iniqua.

f † Mors peccatorum pessima, & qui oderunt iustum † delin-

g a ¶ Contra custodem. b ¶ Pretio mortis. c ¶ Autem. d ¶ Cass. non iniqua libertate viuentium.

e ¶ Aug. iste est modus humanæ iustitiæ: vt quia sine peccato non est homo, in hoc non delinquat, id est, in hoc mortale caueat, dum, id est, quia sperat in eo, in quo est remissio peccatorum.

quent. Redimet dominus animas seruorum suorum, & non delinquent omnes qui sperant in † eo.

ossa. Aug. Virtutes. *Et vnum*, &c. vt nec patientia pereat. D

✻ Theod. Sinit eos in palæstram descendere, ac subuenit, coroborans cogitationes, quas ossa appellauit: vt enim ab ossibus, tãquam solidis, reliquũ corpus sustentatur: sic per cogitationes anima salutem cõsequitur.

†contritę (cõtracto) E

† multa mala insti. † eruet.

f *Pessima.* Aug. Non modo mala, etsi in diuitijs, & odoribus, & lamentis hominum finiatur, tamen pessima est: quia in peccatis ad infernum trahit. F

†desolabũtur (destruentur, peccabũt) & infra.

g *Qui ode.* quorum non omnium: quia peccatores, sed eorum qui oderunt iustum, qui iustificat, id est, Christum, per quem qui non reconciliatur perit: sed *redimet animas*, secundum quas est mors pessima.

†eum.

a *Ipsi Da.* Aug. Qui vincendo diabolum est manu fortis, vitam promittendo est desiderabilis, quod hic agitur: Christus enim inuocat hic

a In finẽm psalmꝰ ipsi Dauid. XXXIIII

a ¶ Vt diuersa feramus b ¶ Christo.

Deum contra tribulationes capitis & corporis, per tribulationes omnibus vitam promittit.

Cassi. Secundus psalmus, qui latè de passione.

☞ SPAL.

e *ossa.*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Vt per. de ter. *id est, terra viuentium in qua non habebunt locum: & aliquando etiam perdit memoriam eorum de terra præsentis vitæ quę est morientium, quia post eorum vitam non remanet fama, sed infamia, secundum quod dicitur, Prouerbio x. b.* Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescit.

2 Clamauerunt iusti, *deuote orando.*

3 Et dominus exaudiuit eos, *promouendo eos in bonis:*

4 Et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos, *à malis spiritualibus, etiam aliquando à corporalibus: sicut liberauit Danielem de lacu leonum, & tres pueros de camino ignis, perfectè tamen liberat eos, quando ducit eos ad requiem, transferendo de malis vitæ præsentis.*

5 Iuxta est dominus, *quia semper paratus est eos adiuuare, eos liberando, vel virtutem patientiæ tribuendo ad maius meritum ipsorum.*

6 Et humiles spiritu sal. *secundum quod dicitur Prouerb. xxix. d.* Humilem spiritu suscipiet gloria.

7 Multæ tribu. iu. *quia aliquando dominus permittit, vt per patientiæ meritum perueniant ad maius præmium, cum subditur,*

8 Et de omnibus his. *quia translati ad requiem liberantur ab omnibus præsentis vitæ pœnalitatibus.*

9 Custodit do. *per ossa, in quibus consistit robur corporis, intelliguntur virtutes, in quibus consistit robur mentis: quas dominus custodit illæsas finaliter in electis suis.*

10 Mors pecca. pessima. *Mors enim naturæ mala est, quia est priuatio corporalis vitæ, mors autem culpæ peior est, quia est priuatio spiritualis vitæ: sed tamen non est pessima, quia quam diu peccator est in præsenti vita, potest redire ad vitam spiritualem per pœnitentiam, sed mors gehennæ est pessima, à qua non est reuersio possibilis: & hæc est mors peccatorum in mortali peccato decedentium.*

11 Et qui oderunt. *quia odium fraternum est occasio multorum malorum, sicut econtrario amor proximi est causa bonorum: quia* qui diligit proximum, legem impleuit. *Rom. xiij. c. In Hebræo & in translatione Hiero. iuxta Hebraum habetur,* Interficiet impios malitia, & odientes iustitiam: *quia malitia hominis est semper causa mortis eius spiritualis, & aliquando etiam corporalis, sicut malitia Achitophel fuit occasio suæ suspensionis, vt habetur 2. Reg. xxvij*

12 Redimet dominus animas seruorum suorum, *hoc fuit adimpletum in Christo, qui nos redemit suo sanguine pretioso.*

13 Et non delinquent, *finaliter,*

14 Omnes qui sperant in eo, *spe formata charitate, quę prouenit ex gratia & meritis: & hoc intelligendum est de prędestinatis.*

☞ PSAL-

MORALITER.

† † *Memoriam eo.* quia non habebunt ibi locum.

† 2 *Clamauer. iu.* orando piè, perseueranter, & pro se.

3 *Et do. exaudiuit eos*, nam concurrentibus tribus istis, oratio semper est exaudibilis.

5 *Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde*, ex afflictione iniusta, vt eos adiuuet.

6 *Et humiles spiritu saluabit*, Non autem humiles facie tantum: de quibus dicitur Ecclesia. xix. d. *Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.*

7 *Multę tribulationes iustorum.* Quia per multas tribulationes oportet transire ad regnum, Actuum xiiij. d.

8 *Et de omnibus his liberabit eos dominus*, transferendo eos ad cælum.

9 *Custodit dominus omnia ossa eorum*, integraliter resuscitanda per ipsum.

10 *Mors peccatorum pessima*, quia inducit ad inferni tormenta.

11 *Et qui oderunt iustum delinquent*, id est, de peccato in peccatum ruent: nam *abyssus abyssum inuocat.* Psal. 41. b.

12 *Redimet dom. anim. seruor. suor.* id est, redemptionis effectum applicabit ad eas, per fidem & sacramenta.

13 *Et non delinquent omnes qui sperant in eo*, vtentes vera spe, quæ est formata charitate.

† MORA-

PSALMVS XXXIV.

IVdica domine. CAS. Incipit ab oratione pro vtraque parte pugnæ, cum commemoratione culpæ, & orat vnicuique quod meretur: ostendens quanta tulit ab aduersarijs, & pœnas, quæ eis pro iniquitate restituuntur.

✠ BAS. THEOD. Cum Saulem fugeret, & hunc composuit, in quo Doeg meminit. Pulcherrimus autem ordo, Viro iusto conueniens, qui rogat, vt prius fiat iudicium, deinde sequatur pœna.

b *Arma & scu. Hier.* Armis hostes percutit, e *scuto* nos protegit. f *Scutum* alibi dicit, *bona voluntatis*; arma nos sumus, quia vt nos, ab eo, ita ipse armatur de nobis.

AVGVSTINVS. g Vel, anima Christi, C quæ hostes debellauit, h quæ nihil agit nisi Deus pugnet de ea.

AVG. *Arma apprehende* de fac me habere arma, doctrinam, miracula.

c *Scut.* constantiam.

✠ BASIL. hac panoplię figura (non enim talibus armis vtitur Deus Ægyptij & Assyrij obtenebrati.

Psalm. 5. c. † Iudica domine iudices meos (vel, contende domine cum cõtendẽtibus mecũ. i. suscipe litem meã) oppugna eos qui oppugnant me.

† erubescãt † qui cogitant.

† gluma.

† Fiãt viæ.

† sine causa (frustra)

a ¶ Aug. si Deus pro nobis, quis contra nos? ¶ Cas. Damna.
b ¶ Voto. c ¶ Vince.

† VDicã domine nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende † armã & scutum, & exurge in adiutorium mihi. † Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic animæ meæ, salus tua ego sum. Confundantur & reuereantur, quærentes animam meam. Auertantur retrorsum & confundantur, † cogitantes mihi mala. Fiant tanquam † puluis ante faciem venti, & angelus domini † cõartat eos. † Fiat viã illorum tenebræ, & lubricũ, & angelus dni persequens eos. Quoniam † grãtis abscõderunt mihi † interitũ

a ¶ Actu. b ¶ Aperit. ¶ Sed quomodo hoc agis? ¶ Pro me autem. c ¶ Magnum est Deum videre armatum pro te. ¶ Appare.

a ¶ Aug. Quando illi dicitur, exurge, nos excitamur. Aliquando enim dormit Deus in naui, id est, fides in corde, & fluctuat nauis.
b ¶ In nobis succurrendo.

a ¶ Hiero. Et malis multiplica vindictam. b ¶ Id est, fac conclusionem. ¶ Ne vagentur nocendo. c ¶ Visibiles & inuisibiles. d ¶ In ipsa re.

a ¶ Vt audiam. b ¶ Vtroque modo. ¶ Aug. Quia suggerunt inuisibiles, non est salus ipsi in Deo eius. c ¶ Præter te nullam quæram. d ¶ Et. ¶ Vt quærentes eam perdere, confundantur, dum quod voluerunt perficere nequeant,

a ¶ Timeant pœnas. b ¶ Alias requirentes. c ¶ Aug. Sequantur, non præcedant: non dent consilium sed accipiant. ¶ Aug. Sequentes, iam desiderabunt bona.

a ¶ Pertinaces autem. ¶ Aug. cedant omni suggestioni, etiam minimæ; quasi, non expectent faciem, veniti.

a ¶ Tentationis grauioris. b ¶ Malignus. ¶ Malus. c ¶ Affligens cum suggestione.

a ¶ Ratio. ¶ Et si quando per rationem resistant, fiat eis obscura & lubricosa, id est, Inconstans.
b ¶ Aug. Ignorantia. c ¶ Luxuria. d ¶ Aug. Qui non sinat stare, donec luceat ante pedes, vel, donec luceat lux gratiæ sed in varia mala præcipitet.

a ¶ Aug. Quo merito. b ¶ Quibus non nocui. c ¶ Cas. vt putabant. d ¶ Christo. e ¶ Cas. ille laqueus non morientis, sed peccantis erat interitus. ¶ Consilia & insidias quibus me occiderent.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

f *Fra.* AVG. Est anima iusti. Abundantibus iustis, framea effunditur, dum vita coruscat: vnde concluditur hostis non habens de nobis malè loqui.

AVG. Prophetia est, non optatio, vel hoc de conuertendis.

g *Fiant.* AVG. Prophetia: vel eo modo, quo Deus facit, iusto iudicio, non amaro animo.

h *Tanquam pul. an. fa. ven.* CAS. à Deo dissoluti, vt nec inuicem cohæreãt, quos diuina gratia non humectat,

✠ BAS. Hoc & in primo psalmo posuit. *Nõ sic impij non sic, sed tanquam puluis.*

✠ THEODOR. tenebras & lubricum, cassum appellat: sic &

† clypeum.

† Educ (expedi) lanceam, & claude (sub porta, vel via in occursũ, &c.

† impellas.

† foueã & rete suum: (vel rete suũ ad interitũ) sine causa foderũt (sub, foueã) animæ meæ.

Pſal. 3. 8

D E F

a *Veniat*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XXXIV.

1 IVdi. do. nocen. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo, & in translatione Hiero. iuxta Hebræum*, Dauid: *tamen in Hebræo præponitur litera lamech, ad designandum quod Dauid est datiui casus; & est sensus, Hic psal. appropriatus est ipsi Dauid tanquam eius autori, et sic apparet autor huius psal. Materia autem eius non sic apparet. Expositores tamen Hebræi et Latini dicunt communiter, quod Dauid fecit hunc psal. contra persecutionem Saulis, petens diuinum auxilium: in qua persecutione multos psal. fecit, quia diu duraut. Et diuiditur in duas partes: quia primo Dauid postulat auxilium diuinæ defensionis; secundo declarat periculum suæ persecutionis, ibi,* Surgentes testes. *Prima in tres, quia primo petit auxilium diuinum: secundo propheticè prædicit deiectionem hostium, ibi,* Confundantur; *tertiò exprimit suę liberationis gaudium, ibi,* Anima autem mea exultabit in domino. *Circa primum dicit,*

2 Iudi. do. no me. *Iudicio condemnationis in hoc facto, quia iniustè persequuntur sicut patet manifestè ex decursu j. Regum: quia Dauid nihil mali fecerat Sauli, aut populo suo, sed fecerat eis multa bona, pro quibus reddebant ei mala, propterea subdit Dauid,*

3 Expugna impugnantes me. *Quia non possum eos expugnare.*

4 Apprehen. ar. *Loquitur de Deo more humano: quia aliquis volens auxilium præstare alicui, munit se armis, et hoc duplicibus. s. armis ad sustinendum ictus, et quantùm ad hoc dicit,*

5 Et scutum. *Et armis ad inuadendum: et quantùm ad hoc subdit,*

6 Effunde frameam, *i. euagina gladium.*

7 Et conclu. aduersa. *Ita quod non possint amplius me persequi.*

8 Dic animæ meæ, *Per reuelationem interiorem,*

9 Salus tua ego sum, *per effectum exteriorem.*

10 Confun. *hic consequenter Dauid propheticè prædicit deiectionem hostium, scilicet, Saulis, Doeg & consimilium, dicens:* Confun. *hoc fuit impletum quando Saul confusibiliter de prælio fugiens seipsum interfecit: & similiter Doeg armiger eius, & magna pars populi fugiendo interijt; & isti pluries quæsierant Dauid ad mortem.*

11 Fiant tanq. puluis. *quia sicut puluis non potest resistere ventorum impulsui, sic nec Saul & viri eius Philisthinorum inuasioni.*

12 Et ang. do. coarct. *Non enim Saul et exercitus eius fuissent sic debellati à Philisthęis, nisi angelus domini iusto Dei iudicio fuisset cõtrarius eis pro peccatis suis: secundum quod dicitur Deut. 32. de filijs Israel,* quando persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem milia: nõne ideo, quia Deus suus vẽdidit illos, & dominus cõclusit illos?

13 Fiat via illo. tenebræ. *Vt non videant nociua ad euitandum.*

14 Et lubricum, *Vt non possint stare.*

15 Et angel. dom. *hoc totum prædixit Dauid propheticè, & motus zelo diuinæ iustitiæ: & causam dictæ punitionis subiungit, quando dicit.*

16 Quoniam gratis. *id est, sine causa.*

17 Abscon. *Quia Saul & complices sui ponebant insidias occultas contra Dauid, vt habetur j. Regum 23.*

Super-

MORALITER.

† 1 *Iudi. do.* Hunc Psal. fecit Dauid sicut & plures alios, petens Dei subuentionem contra Saulis persecutionem.

Mysticè verò potest exponi de Christo, cuius figura fuit & passus est in se, & membris suis, à Iudæis, & Gẽtilibus tyrãnis. Igitur homo Christus petit primo patris auxilium, dicẽs, *Iud. do. no. m.* puniendo eos secundum ordinem iustitiæ tuæ.

3 *Expu.* quod factum fuit per exercitum Romanorum, qui debellauit Iudæos in vltionem mortis Christi, & discipulorũ suorum: & in hoc Romanus exercitus fuit diuinum instrumentum.

4 *Apprehen.* Nam in exercitu Romano fuerunt ista.

7 *Et con.* quia Iudæi fuerunt à Romanis obsessi, & tandem capti: & partim occisi & partim captiuati, sicut prædixerat Christus Luc xix. g. *Circundabunt te inimici tui vallo, etc.*

8 *Dic anim. meę.* Quod factum fuit in persona Christi in eius resurre-

resurrectione, & in mẽbris eius: nam ante destructionem Iudææ, fideles, qui erant ibi, mõnitu angeli transierũt in regnum Agrippæ, & fuerunt saluati.

10 *Confund.* Sicut fuerunt Iudæi per exercitum Romanorum.

11 *Fiant tan. pul.* quia per orbem fuerunt in captiuitatẽ dispersi.

12 *Et an. do.* Angelus iste potest intelligi Romanus exercitus, qui ad hoc à domino fuit missus.

13 *Fiant viæ illo. te.* Per excæcationem, Rom. xj. c. *Cæcitas ex parte contigit in Israel.*

14 *Et lubr.* Nam propter cæcitatem fuit de peccato in peccatũ.

15 *Et ange. do. perse. eos.* nam executor est diuinæ iustitiæ.

16 *Quon. gra.* id est, sine causa.

17 *Abscon mihi. interi.* Frequenter enim Christo insidias posuerunt, vt patet in euangelio: & etiam in membris suis, vt patet in Actibus apostolorum in pluribus locis.

☞ a *Veniat il.la.quem igno.* CAS. Vel in bono,
A b *Laque.* veritatis, quam peccator ignorat.
c *Et captio quam abscondit.* i. abscondita mors, scilicet, Christi.
✠ THEOD. Symma. vertit. *suffoderunt*, Innuit mortem quę clanculum præparabatur, & iniustas insidias.
d *Apprehendat eos.* ne, scilicet, suis sceleribus relinquantur.
e *Et in laqueū cadat*, bonum, quo à malis cohibeantur.
† illis muscipula, quâ ignorant
f *In ipsum.* id est, ex ipsa morte.
B *In ipsum.* AVG. Non in alium, sed in eum, quem tetenderūt. Nemo enim malus, qui non prius sibi noceat.
† eos † in ipsam cōtritionē cadat.
g *Anima autem mea exulta.* CAS. Præmissa spe boni & gaudio, enarrat quam malignè erga benignum agat.
† eius † Eruens † pauperē (afflictū) à fortiori eo † rapiētibus
h *In do. & de.* AVG. quo nihil suauius: nec defecit, qui omnia fecit, ipsum ergo pete,
C & in illo habebis omnia.
i *Om. os. me. di.* Carnales non habent verbum laudis & confessionis: quia infirma apud te penitus silent; sed fortia, te magnum laudant & tremunt.
† mēdaces
AVG. *Omnia ossa*, omnis fortitudo mentis: quia hoc alius dicere nequit. s. ô domine quis, &c. q. nullus, quia ipse solus eripuit.
k *Ino. de ma.* CAS. AVG. Genus humanum *inops*, quia mortale, *Egenum.* quia in sudore quærit panem, *Pauper*, quia de pura D sapientia deiectus, tenuem & vmbratilem habet rationem.
l *Surgen. te.* CAS. dictis calamitatibus hominis, ne ipse Christus alienus ab eis videatur, passionem suam exponit.
✠ BASIL. & THEOD. testes iniqui Doeg & Ziphæi, qui tyrannidem Dauid exercituram suspicabantur.
m *Quæ igno.* AVG.
n *Retribuen.* AVG.

a laquei sui: supĕruacuè exprŏbrauerunt animam meam. Vĕ-
a ¶ Aug. Ipse suis inde decipitur, vnde decipere voluit: inde nocetur, vnde nocere voluit. ¶ Captiuitatis. b ¶ Criniculis peccatorum suorum constringantur, tractantes quomodo caperent Christum. ¶ Similiter capiantur à Tito & Vespasiano ex improuiso.
niat † illi† lăqueus quem ignorat, & † captiŏ quam absconb
a ¶ Aug. Eodem modo interficiantur, sicut me interfecerunt: quidem enim capti, quidam interfecti. ¶ Vel, ex hoc cadant interius, quod mihi parant laqueum.
dit, apprehendat † eum, & † in lăqueum cadat in idipsum.
a ¶ Hæc illis. ¶ Aug vt quæ audit, salus tua ego sum. b ¶ Eccespes boni c ¶ Aug Non quęrens aliud. d ¶ Vnde hoc sequitur.
Anima autem mea exŭltabit in dŏmino, et delectabitur su-
a ¶ Aug. Saluatione, quę facta est ei in resurrectione. ¶ Saluatione, qua discipuli roborati, dicent agentes gratias, domine quis ii. vnde Quoniam viderunt oculi mei, &c. ¶ Christo. b ¶ Et si caro cedat, tamen os, id est iusti & firmi. c ¶ Aug. Nil in diis vel in creaturis.
per salŭtari † suo. Omnia ŏssa mea dicent, dominĕ quis simi-
a ¶ Cas. incarnatione verbi. b ¶ Iudęorum. ¶ Alias, fortioris, diaboli qui tenebat eum.
lis tibi? † Eripiens † inopem de manu fortiŏrum eius, ege-
¶ Diabolo & membris eius. a ¶ Subito, immoderate. ¶ Non modo alii passi sunt calamitates, sed etiam ego.
num & pauperem à † diripientibus eum. † Surgentes testes
a ¶ Quia contra æquum testificabantur. b ¶ Aug. Sicut ars vitium quod per artem cognitum deuitatur. ¶ Actu. ¶ De iniquitatibus interrogabant, conuincere volebant. ¶ Aug non conuincebant. b ¶ Cum venissem saluare eos, & curassem infirmos eorum.
iniqui, quæ ignŏrabam interrogabant me. † Rĕtribue-
a ¶ Scilicet. ¶ Cum attulissem fœcunditatem.
bant mihi mala pro bonis, stĕrilitatem animæ meæ.

o 1 Superua. *dicentes vituperia de me mendaciter, vt suprà expositum est frequenter.*
2 Veniat il. *In hoc predicit per prophetia modum mortem ipsius Saulis, qui voluit Dauid malitiosè occidere per manus Philisthinorum, vt habetur j. Reg. xviij. & ipse Saul ab ipsis Philisthæis fuit vulneratus, & timens ab eis turpiter occidi, seipsum interfecit, vt habetur j Reg. xxj. & sic cecidit in laqueum, quem parauerat ipsi Dauid, quod à principio ignorauit.*
3 Anima autem mea. *Hic consequenter exprimit gaudium de sua liberatione futura de manu Saulis, & omnium aduersariorum suorum, dicens:* Anima autem mea *sibi gratias deuotè reddendo.*
4 Et delecta. su. sa. suo. *id est, de hoc quod saluauit me pro suę voluntatis bene placito; non dicu de morte Saulis, & exercitus eius, de qua doluit & luxit, vt habetur ij. Reg. j. Sed gaudere de propria salute pertinet ad charitatem, quam habet homo ad seipsum.*
5 Omnia ossa mea dicent. *Magna enim lętitia & admiratio mentis redundat ad vires corporis: ideo dicit,* Omnia ossa mea dicent, *id est, manifestabunt gestibus exultationis gratitudinem mihi prastitę saluationis.*
6 Domine quis similis tui, *quasi dicat, nullus.*
7 Eripiens inopem. *id est, meipsum, & populum mihi adherentem. Erat enim Dauid à facie Saulis fugitiuus, & per consequens bonis suis spoliatus; conuenerunt etiam ad ipsum homines depauperati, & debitis obligati, vt habetur j. Reg. xxij.* & factus est eorum princeps.
8 De manu fortiorum eius. *s. Saulis & sui exercitus.*
9 Egenum & pauperem à diripientibus. *bona enim mobilia & immobilia fugitiuorum fisco regio applicantur: & sic bona Dauid, & eorum, qui cum ipso erant, diripuerunt satellites Saulis.*
10 Surgentes. *Postquam Dauid postulauerat auxilium diuina defensionis, hic consequenter allegat periculum suę persecutionis: & primo propositum declarat, secundo pro se & sibi compatientibus orat, ibi,* Exultent. *Prima in tres, quia primò ostendit propositum ex impositione falsi: secundo ex conspiratione communi, ibi,* Et aduersum me; *tertio ex adiunctione doli, ibi,* Quoniam mihi. *Circa primum sciendum, quod multi de populo Israel, ad habendum gratiam Saulis, imponebant Dauid multa falsa, quibus applaudebant Saul: quia per hoc persecutio, quam faciebat contra Dauid, videbatur esse iusta: & ex hoc aggrauabatur persecutio contra Dauid: & hoc est quod dicit,* Surgentes testes iniqui, *quia aliqui de prędictis proponebant falsa contra Dauid coram Saule, & alij attestabantur ad maiorem assertionem.*
11 Quæ ignorabam, interrogabant me. *id est, non eram mihi conscius istorum malorum.*
12 Inter me. *id est, proponebant contra me, acsi deberem respondere: loquitur de se quasi de reo, qui habet respondere parti aduersa.*
13 Retribuebant mihi mala pro bonis, *quia multa bona fecerat Dauid Sauli & populo eius, pugnando proeis contra Philisthaos, vt patet j. Regum in pluribus locis.*
14 Sterilitatem animæ meę, *quia ex persequutione Saulis cogebatur vitam austeram ducere in desertis & sterilibus locis.*

o 1 Ego

MORALITER.

† 1 *Superua*, id est, falsè, dicentes eum voratorē, & vini potatorē, & virtute dæmonis signa facientem.
2 *Veniat illi la.* id est, Romanus exercitus.
† *Et captio quam abscondit, &c.* Scribitur Matthæi, xxij. quod Iudæi volentes capere Christum in sermone, quæsierunt ab eo, si licitum erat eis dare tributum Cæsari: vt, si diceret quòd nō, accusarent eum quasi mouētem populum ad rebellionem, & ipsi per hoc, scilicet, per rebellionem, à Romanis fuerunt capti, & captiuati, & occisi, vt dicit Iosephus in libro de Iudaico bello.
3 *Anima autem mea exultabit in domino*, scilicet, in mea resurrectione.
5 *Omnia autem ossa mea*, per quæ significantur dotes corporis glorioſi.
5 *Dicent.* id est facto ostendent potentiam Dei: ideo subditur,
6 *Domine quis similis tui. Eripiens inopem et pau.* id est, Christum pauperem.
8 *De manu fortio.* id est, dæmonum, qui naturali potestate erant fortiores Christo homine.
10 *Surgentes testes iniqui*, id est, Iudæi membra diaboli, accusantes Christum coram Pilato.
11 *Quæ ignorabam*, id est, non approbabam.
12 *Interrogabant me*, imponentes, quòd eam feciſſem, & sic deberem reddere rationem.
13 *Retribueb. mihi mal. etc.* tanquam ingratiſſimi.
14 *Sterilitatem animæ meæ*, id est defectum omnium bonorum imponentes mihi.

† 1 *Ego*

a ¶ Aug. Cum sequirent, latebam. b ¶ Carne mortali: ideo incognitus. ¶ Non exercui potentiam.

a Ego autē † cùm mihi molesti essent, induebar cilicio. † Hu-

a ¶ Aug. Quia bona opera in illis non inuenit: & apostoli fugerant in turba se abscondentes.
b ¶ Aug. Et orabam, sed non alium, quam qui mihi personaliter vnitus est, vel, non proderit nisi his, qui sunt prædestinati, futuri familiares & sani in sinu, à quo exierāt, leprosi facti, vt manus Moysi.

miliabam in ieiunio animam meam, & orātio mea † in si-

b c a ¶ Non sum frustratus. b ¶ Et. c ¶ Habendo eos.

d nū meo conuertetur. † Quasi proximum & quasi fratrem

a ¶ Mihi in eis, vel patri. b ¶ Aug. Hoc conuenit longinquo, vt sic proximet.

e nostrum sic complacebam, † quasi lugens & contristatus sic

a ¶ Aug. Illi læti, ego tristis. b ¶ In consilium.

f humiliabar. Et † aduersum me lætāti sunt, & cōuenerunt,

a ¶ Tormenta parabant. ¶ Id est, congregauerunt. b ¶ Quantum ad illos.
¶ Cui facerent & cur, vel quod in eos reditura.

g † cōgregata sunt super me flagella, & ignorāui. † Dissipati

a ¶ Die nobis si tu es Christus Luc. xxij. g. b ¶ Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Matth 27. e

¶ Hoc genus locutionis ponitur cum res copiose facta dicitur, vt benedicens benedicam.

h sunt nec cōpūncti, tētāuerūt me, † subsannauerūt me subsā-

a ¶ Aug. Cas. hoc ex nostra persona quibus tardum est.

i k natione: fremuerūt super me dētibꝰ suis. Domine quādo respi-

a ¶ Corpori, id est, fac me resurgere. ¶ Alias ab astutis.
b ¶ Aug. A potestate sæuientium

l cies: † restitue animā meā à malignitate eorū à leonibus vni-

a Cilicio. Avg. Caro cilicium, propter similitudinem carnis peccati.

b Oratio me. Cas. Vt dixit, *pax vestra ad vos reuertetur*: ita eius oratio, Iudæis non accepta, ad eum redijt.

c In sinu meo. Avg. Sinus est secretum, in quo orare iubemur. Secretum vero Christi, diuinitas, ad quam orat humanitas.

✠ Theod. Pro precibus recepi à Deo postulata, & gremium meū impleui. Basil. facta precatione, à Deo quæ petebam accepi,

d *Quasi pro. qua. fra.* Casus pro casu. Quasi de proximo & fratre nostro, ita mihi complacebam, id est, de eorum affinitate gaudebam, qui me insequebātur, Ecce gratia pro odio, beneficium pro læsione.

Avg. *Quasi proximo.* hoc dicere conuenit propinquanti ad Deū, & gaudenti, qui placet Deo, quasi fratri & proximo.

e *Qua lu.* Cas. alij interpretes, *quasi lugens mater filium incuruabar super eos.*

Cas. *Quasi lugens.* Cùm hæc omnia facerem, tamen nolebant conuerti: & tamen cum nollent conuerti, sic humiliabar, id est, dolebam, sicut pater lugens filium.

✠ Theod. Nolens ob recte facta superbire. Nam cum dixisset Saul, Tu fili mi Dauid, respondit dicens, Seruus tuus Domine mi-

mi Rex, & rursus: cur sequitur Dominus meus Rex post canem mortuum & pulicem vnum?

f *Et aduersum, etc.* Cùm pie contristor, Iudæi impie lætantur.

g *Dissipa.* Cas. Dissoluti, visis miraculis in passione, *nec* tamen præ duritia *compuncti.*

Vel, *dissipati* per totum orbem: *nec* tamen *compuncti sunt*, id est pœnituerunt. Vel, *dissipati*, id est, diuisi, alij dicunt quod bonus est, alij non.

✠ Bas. & Theod. Symm. vertit *Congregati sunt super me percussores, et nesciui.* Hebræi, secti sunt, & non siluerunt.

h *Tentauerunt me.* Avg. Quæ capiti in cruce facta, corpori vbique fiunt.

Fren. Avg. Mos sæuitiæ, quando ratio deficit dentibus frendet: & quod vult, tacens ostendit.

Avg. In oratione finit hæc.

k *Domine quando respicies.* Avg. Quando videbimus vindictam de eis, qui nobis insultant.

l *Vnicam meam.* Cass. Vnica est anima Christi, quæ sola immunis à peccato.

✠ Theodor. Non increpans, sed opem implorans hoc dixit & ait, *Restitue animam meam à malignitate eorum*, hoc est, Superiorem animam meam omnibus machinationibus reddes.

☞ Vnicam

† Affligebā

† in sinum meū cōuertebatur (i. totus eram in precationibus.)

† cachinnauerunt/vel, sciderunt, sub.me, aut aperuerunt sub os suū ad irridēdū, & nō cessauerunt. Cū impijs (hypocritis, subsannatoribus placentæ (vel sub cinericij panis, id est, ventri indulgentibus, parasitis, alios ob cibum irridentibus, frenduerunt super me dētibus suis.

† Congregati sunt aduersum me claudi, & nesciui (vel, quod minimè putabam.)

† eripe animam meā à deuastatione eorū, à catulis leonum vnicam meam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego au. in ci. *in signum humiliationis & mortificationis, ad impetrandum beneficium diuina consolationis.*

2 Humi. in ie. anim. meam, *id est, vitam meam animalem.*

3 Et ora. mea in sinu. *id est, ad bonum meum ordinabitur, & quia Dauid ex persecutione Saulis à charitate fraterna non decidit, quod maxime patet ex hoc, quia eidem in manu sua tradito bis à morte pepercit, vt habetur j. Reg. xxiv. & xxvj.*

4 Quasi proxi. *ideo dicitur*, Et quasi fratrem nostrum, *supple reputans Saulem & eius populum.*

5 Sic complacebam. *in prosperitate eorum contra Philistheos, vt dictum est suprà psal. iv.*

6 Quasi lugens & cont. *de eorum aduersitate: vnde luxit & planxit de Saulis, & sui exercitus morte, vt habetur ij. Reg. j.*

7 Et aduer. me. *Hic consequenter ostendit grauitatem sua persecutionis ex conspiratione communi contra eum: quia etiam illi, qui erant de tribu Dauid, cum Saule aspirabant ad mortem ipsius Dauid, vt patet de Ziphais j. Reg. xxiv. Et ibidem habetur, quod Saul dixit de Dauid: Quia si terram ingressus fuerit, persequar eum in milibus Iuda, de qua tribuerat Dauid, & multo magis illi, qui erant de aliis tribubus, erant cum Saul in persequendo Dauid: & hoc est quod dicit,* Et aduer. me. *quia venientes cum Saule ad quærendum Dauid prætendebant faciem ad captandum gratiam regis.*

8 Congre. sunt. *Quia non semper præuidebat pericula sibi præparata, vt patet ex hoc, quod habetur j. Reg. xxiij. d. vbi dicitur quod Saul & viri eius cingebant Dauid & viros eius in modum coronę, ita quod desperabat se posse euadere. Non enim posuisset se in talis loco, vbi sic cingi potuisset, si paratum sibi periculum præsciuisset.*

9 Dissipati sunt. *à connexione charitatis fraterna erga me.*

10 Nec compuncti. *de sua iniquitate.*

11 Tenta. me. *scilicet capere.*

12 Subsan. me sub. *id est, derisione, dicta à naso rugato. Dicebant enim adulatores & detractores vituperia de Dauid in præsentia Saulis, eius beneuolentiam captantes.*

13 Frendue. su. me. *Prætendebant enim coram Saule, quod vellent, si possent eum deuorare: & ideo contra talia conuertit se ad Deum deprecandum, dicens.*

14 Domine quando respicies, *me oculo tuę pietatis & misericordię.*

15 Restitue animam meam, *id est, pone me in securitate ab eorum persecutione, ita quod sim restitutus in pristina pace.*

16 A leonibus. *id est, ab hominibus crudelibus more leonum.*

17 Vnicam meam. *id est, vitam meam solam: licet enim plures essent cùm Dauid, tamen ipsum solum quærebat Saul & complices eius interficere.*

☞ 1 Con.

MORALITER.

† 1 *Ego autem cum mihi molesti essent induebar cilicio, &c.* Christus enim Matthæi xj. c. asperitatem vestium commendauit: & ideo verisimile est, quod ea vsus fuerit, quia cœpit facere & docere, Act. j. a. *Humiliabam in ieiunio animā meam. xl. diebus. & xl. noctibus.* Matthæi. iiij.

3 *Et oratio mea in sinu meo conuertetur*, quod fuit impletum in glorificatione sui corporis, & exaltatione, pro quibus orauerat.

4 *Quasi proximum & quasi fratrem nostrum.* reputabā populum Iudaicum, de quibus natus fui secundum carnem. Ideo.

5 *Sic complacebam.* in bonis eorum, Iohan. x. b. *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant.*

6 *Quasi lugens & contristatus, &c.* de malis eorum.

† *Sic humiliabar.* Lucæ xix. f. *Videns Iesus ciuitatem sanctam Ierusalem, fleuit super illam* propter mala populo Iudaico imminētia.

7 *Et aduersum me lætati sunt.* hic ponitur grauitas persecutionis Christi à populo Iudæorum, cùm dicitur. *Et aduer. me. la.* de mea captione.

† *Et connue.* Accusantes me coram Pilato.

8 *Congregati sunt super me.* Quia Pilatus fecit eum flagellari, & postea crucifigi.

† *Et igno.* id est, sic me habui acsi ignorarem flagella super me ventura: nam iuit obuiam quærentibus ipsum, & se manifestauit.

9 *Dissipati sunt*, scilicet, Iudæi per Romanos propter peccatum in me.

10 *Nec compuncti.* quia maiori parte remanserunt contra Christum obstinati.

11 *Tentauerunt me*, capere sermone,

12 *Subs. me.* in cruce, dicentes: *Vah qui destruis templū Dei, &c.*

13 *Frendue.* Sicut canes rabidi.

14 *Domine quando.* hic ponitur oratio Christi pro sua liberatione, cùm dicitur: *Dom. quand. resp.* oculo clementiæ tuæ.

15 *Restitue.* Quod factum fuit in sua resurrectione.

16 *Aleonib. vnic.* id est, ecclesiam meam à tyrannis: quod factū fuit tempore Constantini imperatoris.

† *Et*

Vnicam meam, Symmachus, Iuuentutem meam traduxit, Hoc est omni humano auxilio destitutam.

a *Confite. tibi.* AVGVSTINVS. Iam de fructu præmittit confessionem totius ecclesiæ: inde precatur, cum cõmemoratione culpæ, confusionem persecutorum, & exultationem fidelium.

✠ THEODOR. *Populo graui*, i. maximo & numeroso.

b *Non supergau.* AVG. Repetit de passione, vt de pœna eorum addat.

† ii. vbi multus populus.

c *Annunt.* CAS Quoniam vicissim se tacitis nutibus admonent ad decipiendum, & tentandum.

† falsò. † non pacè loquentur.

d *Loquen.* CAS. id est, dum loquerentur pacifice.

e *In ira.* id est, exitialiter. Cogitat enim quis dolum qui non vult occidere: sed isti sic cogitabant, quia interficere volebant.

† Suscita (vel excitare) & euigila ad iudiciũ meũ.

f *Et di.* CAS. prius annuentes, cogitantes dolos dilatauerunt os suum, libera & aperta voce mortem inclamãtes: Crucifige, crucifige.

✠ THEOD. Amicis verbis vtentes, veluti in quadam terra, iram occulere conabantur, dolo plenam mentem habẽtes: & cum vidissent me insidias persensisse, nudarunt occultas inimicitias, cum clamore lætantes ob meas calamitates.

g *Vidi dom.* CAS. hoc dicitur, quando aliquid in memoriam reuocare volumus: Vidisti quoniam crudeles, ne fileas, ne differas dare sententiam.

h *Intende.* CAS. Reddendo nomen super omne nomen: vt ego intensus immeritò.

i *In causam meam.* AVGVS. Pœna similis sceleris, sed non causa: Martyrem enim non facit pœna, sed causa.

k *Tuam domine Deus.* AVGVSTIN. Quæ in se est, vel quam ei dedit.

l *Non super gaudeant.* CASSIOD. Magis desleant, quam gaudeant impleſſe mala.

† scissuris (i. locis abditis terræ) verba fraudulẽta (vel cõtra humiles & mansuetos, aut debiles qui sunt in terra. Chal. inter. & cõtra iustos terræ, qui quiescunt in mundo isto.)

m *Deuorabimus.* AVGVST. Deuorantur incorporati.

n *Erubescant & reuereantur simul.* CASS. Potius erubescant in clarificatione resurrectionis, & reuereantur id est, timeant pœnas.

CASSIOD. *Erubescant.* Qui erubescit, actus suos propria existimatione damnat: sed potest erubescere, qui non habet reuerentiam, ideo addit *reuerentiam*, vt conuersionem notet. Reuerentia est timor domini cum amore.

F † miseri-cordiam.

† confundantur.

o *Induantur conf. & reue.* CAS. Pudore, quasi cilicio pœnitẽtiæ & ve-

a ¶ Aug. Ecclesiam. ¶ Cass. Carnem, quæ sine peccato. b ¶ Et si hoc feceris. c ¶ Aug. Hęc est vnica. d ¶ De omnibus gentibus. e ¶ In omni multitudine confessio: sed laus in granis, non in palea.

a cam meam. Cõfitebor tibi in ecclesia magna, in populo
a ¶ Quem non aufert ventus tentationis. b ¶ Vt confitear. c ¶ Aug. Insultant enim de palea mea.
b † graui laudabo te. Non supergaudeant mihi, qui aduer-
a ¶ Non omnes aduersi oderunt. b ¶ Tamen. c ¶ Aug. Sicut hypocritæ simulato vultu pronuntiantes, quod in corde non habent.
c santur mihi † iniquè, qui oderũt me grãtis, & annũũt oculis.
a ¶ Hi sunt annuentes. b ¶ Scimus, quia verax es magister, &c. c ¶ Quę erat pro terra, ne perderent locum & gentem.
d Quòniam † mihi quidẽ pacificè loquebantur, & in † iracũ-
a ¶ Post. b ¶ Aperte clamantes Crucifige crucifige.
e dia terræ loquentes dolos cogitabant. Et dilataũerunt super
a ¶ In ipsa morte. b ¶ Cass. Bene est nobis. ¶ Insultando iam.
¶ Si rex Israel est, descendat de cruce, &c. Mat. 13. c. c ¶ Facta tua. ¶ Quod nolumus.
f me os suum, dixerũt: Euge euge, viderũt oculi nostri.
a ¶ Sed tu. ¶ Obedientiam meam, & iniquitatem eorum. ¶ Iudica.
b ¶ Donec veniat iudicium: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæcu. &c Matt. 28. d.
¶ In passione. ¶ Sed. c ¶ Qui videris iacere. ¶ Ad retribuendũ mihi & aduersarijs.
g Vidisti domine ne sileas, domine ne discedas à me. † Exurge,
a ¶ Quod tribulatus: Sed quia hoc & mali, addit, in causam ¶ Quia.
b ¶ Quod pro redemptione humani generis patior.
h & intende iudicio meo Deus meus, & dominus meus in cau-
a ¶ Quem illi iniuste b ¶ Aug non secundum pœnam. c ¶ Quam mihi dedisti.
¶ Vel meam, q. d. Hęc est causa mea.
i sam meam. Iudica mè secundum † iustitiam tuam domine
a ¶ Secundum hoc me iudica. b ¶ Sed secundum eandem iustitiam iudica illos.
c ¶ Scilicet. ¶ Aug. ostende quia nihil fecerunt, vt non gaudeant.
k Deus meus, & non † supergaudeant mihi. Non dicant in
a ¶ Et si in ore. b ¶ Fecimus quod voluimus.
l cordibus suis, euge euge † animę nostræ: nec dicant
a ¶ Alias absorbuimus. ¶ Vt non resurgeret: b ¶ Aug, sed vt nos absorbeamus eos: vt vitulum comminutum Israel absorpsit.
m deuorabimus eum. Erubescant & † reuereantur simul,
a ¶ Omnes absorpsit. b ¶ Non solum facientes. c ¶ Plene, vel tandem. ¶ Alias pudore & verecundia.
n qui gratulantur malis meis. Induantur confusione &
o

NICOLAVS DE LIRA.

1 Confitebor. *id est, vtinam confitear tibi confessione laudis in loco cultus tui. Hebręi enim non habent optatiuum modum, sed vtuntur futuro indicatiui modi loco optatiui.*

2 In populo graui. *Moribus & ętate, cuiusmodi sunt sacerdotes & Leuitæ.*

3 Laudabo te. *Id est vtinam laudem. Vna enim causa quare Dauid affligebatur in persecutione Saulis, erat propter hoc, quod accedere non audebat ad locum diuini cultus.*

Vel potest aliter exponi, vt sit prophetia de futuro, cùm dicitur: Confitebor tibi, &c. *quia psal. à Dauid facti cantabantur à cultoribus Dei in ve. testa. & etiam modo cantantur in nouo.*

4 Non supergau. mih. *Capiendo me & tenendo ad suam voluntatẽ.*

5 Qui aduer. *s. Saul. & complices eius, vt patet ex precedentibus.*

6 Qui ode. me gra. *id est, sine causa me odientes in cordibus suis.*

7 Et annuunt, ocul. *Passiones enim odij & ira maximè apparent in facie, & in oculis potissimè.*

8 Quo. mi. *Hic consequenter ostendit grauitatem suę persecutionis ex adiunctione doli, qui maxime aggrauat persecutionẽ: quia tunc nescit positus in persecutione in quibus debeat confidere, propter quod Apostolus ij. Cor. xj. f enumeratis periculis in quibus fuerat, vltimo loco, dicit,* periculis in falsis fratribus: *quia illud fuerat maius, secundum hoc igitur dicit Dauid:* Quo. mi. quid. pacificè. *prętendentes mihi amicitiam.*

9 Et in iracundia terræ. *id est, secundum modum hominum terrenorum, qui aliud habent in corde, & aliud in ore.*

10 Dolos cogi. *scilicet, contra me, vt patet de habitatoribus Ceilę et Zipheis j. Reg. xxiij.*

11 Et dilatauerunt. *Loquentes superbè.*

12 Dixe. eu. euge. *Interiectio est gaudentis.*

13 Vide. ocu. no. *Fugam & exilium istius hominis.*

14 Vidisti domine. *Hanc iniquitatem contra me.*

15 Ne fileas. *Hoc est, ne dissimules & transeas absque debita punitione. Hoc dicebat Dauid, non zelo vindictæ, sed diuinæ iustitię.*

16 Dom. ne di. à me. *Subtrahendo brachium defensionis tuæ: quia non possem tot laqueos euadere.*

17 Exur. & inten. *Eos condemnando.*

18 Deus me. *quia non habeo iudicem, ad quem possim recurrere, nisi ad te: quia pars aduersa erat rex terrę.*

19 Iu. me. secund. iustitiam. *Quę non condemnat innocentes, sed impios.*

20 Et non supergaudeant mihi. *Capiendo me et tenendo secundum suam voluntatem.*

21 Non dicant. *Gaudentes de mea captione, sicut Philisthæi gaudebant de captione Samsonis. Iudic. xvj. a.*

22 Nec dicant, deuorabimus eum. *Quasi dicat, si tenerent me statim, tractarent me interficere crudeli morte.*

23 Erubescant. *Impij.*

24 Et reuereantur simul. *Tanquam frustrati sua intentione.*

25 Qui gratul. malis meis. *i. quarunt gratulari. s. Saul & eius viri.*

26 Induan. conf. *i. timore, quasi dicat talibus circundentur vndique, sicut vestimentum circundat hominem ex omni parte.*

MORALITER.

† 1 *Confi. tibi:* in membris meis.

† *In eccle. ma.* quia tunc ecclesiæ fuerunt apertæ, & aliæ plures de nouo ædificatæ.

2 *In populo graui.* Moribus.

3 *Laudabo te.* Laus enim talium est accepta apud Deum.

4 *Non supergau. mi.* scilicet, tyranni, qui gaudebant de destructione ecclesiæ.

6 *Qui oderunt me. gra.* id est, sine causa.

7 *Et an. ocul.* nam aliquãdo tyranni prætendebant bonum vultũ membris Christi, vt per blãditias eos auerterent à fide. Ideo subdit.

9 *Quo. mi. qui. Dila. su.* Superbè loquẽtes cõtra me ac meos fideles.

12 *Dixe. euge.* Gaudentes de fidelium afflictione.

† *Ne dis.* tuam defensionem subtrahendo.

17 *Exurge.* pro me iudicando.

19 *Iudica me secũdũ iu.* quę protegit innocẽtes & punit malignãtes.

20 *Et non superg. mi.* Habentes intentum suum malignum.

23 *Erubescant & reuereantur, &c.* Videntes contrarium intentionis suæ peruersæ.

26 *Induantur confusione & reuerentia,* id est, timore.

† 1 *Exur-*

1 Qui

& veste lugubri, *Pudor*, contrà audaciam, quam habuerunt furentes: *reuerentia*, contra impudentiam falsitatis, vt his illa curent.

THEOD. Moneo ne ex iusti hominis precibus, ansam inimicis obtrectandi, qui hæc legerint, accipiant. Sciendum est autem legis statum, & non euangelicum viuendi modum vatem attingere. Lex verò ait, vt amicum diligamus, & inimicũ odio habeamus: Dominus autem perfectã virtutẽ ostẽdens, inquit, *diligite inimicos vestros*. Præterea non maledicens hæc dixit, sed vaticinantis more prædixit futura, qui inimicos non est vltus dicẽs. *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam ab inimicis meis inanis.*

a ¶ Vel magna, id est superba. ¶ Alias aduersum. b ¶ Autem.

a † reuerentia, qui † malignã loquuntur super me. Exultent &

a ¶ Cas. imitari, & ex ea pacem. b ¶ Cas. non suam statuere.
c ¶ Cas. ita vsque ad finem seculi: sicut iam est in conuersione quorundam.

lætentur qui † volunt iustitiam meam, & dicãt semper magni- 3 †

a ¶ Cas. quam veni mittere in terra ad Deum & proximum. b ¶ Christi.
c ¶ Cas. ita vox consonet cordi, vt quod est cordis detur ori. ¶ Aug. interior: d ¶ Vel meorum fidelium.

ficetur dominus, qui † volunt pacem serui eius. Et lingua mea 4 5

a ¶ Aug. tota die laudat, qui omnia bene agit.

b † meditabitur iustitiam tuam, totã die laudem tuam. 6

† erubescẽtia.
† magnificantes se vel superbè gloriantes.
† amant iustitiã meã vel fauent innocentiæ meę.

2 *Et lingua mea meditabitur iustitiã tuã.* AVGV. Hoc fiat, & mei prędicatores ex studio nũciabunt te iustũ, qui promissa impleuisti, & omnia vniuersaliter, in quibus laudandus.

† voluit tãmauit pacem serui sui.

CAS. *Lingua mea*; lingua eius meditata est iustitiam, quando nouum testamentum populis prædicauit.

† loquetur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui maligna &c. *Loquentes de me falsa coram Saule.*

2 Exultent. *Hęc est vltima pars huius psal. in qua Dauid orauit pro se & compatientibus sibi dicens:* Exultent, *id est, approbant.*

3 Iustitiam meam, *Deum laudando de mea liberatione à periculis grauibus, ideo sequitur,*

4 Qui volunt pacem serui eius, *id est, mei qui sum seruus domini.*

5 Et lingua mea &c. *id est ore & corde eam confitebitur.*

6 Tota die laudem tuam &c. *id est singulis diebus. Mysticè autem exponitur psal. iste de Christo, cuius Dauid fuit figura, sicut dictum fuit supra, psal. iij. & iiij. qui passus est in se & in membris suis à populo Iudaico & tyrannis; & ideo in hoc psal. secundum humanitatem loquens, Primò petit à patre, seu tota trinitate auxilium protectionis, & secundo exprimit grauitatem suæ persecutionis, ibi* insurgentes, *Quam grauitatem explicat primo ex impositione falsi: quia sibi fuit impositum, quod esset falsus propheta; et membris suis, quod essent magi, & deceptores: secundo, ex conspiratione communi, ibi,* Et aduersum me, *quia cõtra eum conuenerunt Herodes, & Pontius Pilatus, cum principibus sacerdotum, vt supra expositum fuit ij. Psal. Tertio, ex adiunctione doli, ibi:* Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: *quia multos dolos cogitauerunt contra Christum, vt patet ex textu euangelij, & contra membra eius vt patet ex Actibus apostolorum, & ex epistolis Pauli. Residuum autem huius expositionis omitto, Tum propter breuitatem sectandam; Tum quia satis diffusè traditur in glossa super psalmum; Tum quia consideratis illis, quæ sunt exposita de Dauid in hoc psalmo potest de facili applicari litera huius psalmi Christo, partim pro eius persona, partim pro membris suis, in quibus se dicit persecutionem pati. Act. ix. a.* Saule Saule, quid me persequeris?

MORALITER.

† 2 *Exultent & lætentur &c.* id est, gaudeant exterius in facie & interius in corde.

† *Et dicant.* Deum laudando.

4 *Qui volunt pacem serui eius,* id est, ecclesiæ quę veraciter Deo seruit. Cætera patent.

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem seruo.* CAS. Agit hic de errore quorundam, dicentium omnia peccata esse ex vitio naturæ, & creationis nostræ: bona verò ex libero arbitrio, quod destruit, dicens, mala omnia esse à nobis, bona ex misericordia Dei. Quasi, dicũt se delinquere, vel fato, vel constellatione, vel necessitate prouidentiæ: sed potius dixit, in seipso, id est, deliberauit; nihil impulit vt delinquat id ad quod creatus est b per hoc iniustus. Et sic c patet, quod non est timor Dei actu ante eum, qui tamen imminet omnibus.

† vide psal. 4.
† Dixit sceIus de improbo in medio cordis mei.
Non est timor Dei ante oculos eius. i. testantur mihi in animo meo scelera impij nullum esse cilli Dei timorem.

a ¶ Qui omnia bona Deo, mala sibi tribuit. ¶ Vsquequaque obedienti.

a † In finem seruo dõmini psalmus Dauid XXXV.

¶ Deliberauit. a ¶ Gens iniquorum, b ¶ Vt libere peccet, ¶ Deum non curat, Vel, vt non delinquat, dicens, nullum se facere peccatũm,
c ¶ Aug. proposuit in se, vbi homo non videt, vbi si Deus videt non curat, quia non est timor Dei ante oculos &c. homines timet, ne publice profiteatur iniquitatem, ¶ Apud se, ¶ Non in publico,

¶ Vnde hoc el?

† Ixit iniũstus, vt dẽlinquat in semẽtipso 1
a ¶ Quasi Deus non curet, b ¶ Quin auertit,
nõn est timor Dei ãnte oculos eius. 2

Non est timor ante oculos: quia dolus, id est quia carni obedit non Deo, cum ratio aliud insinuet, quod videat Deus etsi non alius: vel, quod videt ipse iniustus, à Deo scit, vt inueniatur ab ipso eodem, quod iniquitas sua est habenda odio apud Deum, & omnes homines.

CAS. Primò asserit mala esse ex homine.

PSAL.

PSALMVS XXXVI.

b *Dixit iniustus &c.* CAS. Duo sunt genera peccantium, quia vel infirmitate carnis non possunt sequi iussa legis: Vel blasphemi qui liberè peccant, quasi Deus non curet hoc, vnde est *Dixit* &c.

AVG. descriptio iniqui viri.

✠ THEOD. Dauid cũ oram chlamydis scyphum & lãceam Sauli demonstrasset, ab eoque bona verba accepisset, hunc psal. cecinit, accusans impios,

2 & Dei prouidentiam omnia penetrantem prædicans. Miscuit autem Theologiam & vaticinationem: Idcirco inscriptio *in finem* transmittit legentem.

✠ THEOD. *Dixit*, pro opinatur, & suspicatur, posuit. Opinatur enim malitiæ alumnus occulta eius consilia neminem intueri.

✠ BASILIVS, nequidem Deum omnia videntem timet.

c *Non est timor Dei.* CAS. Quia dolus noluit studere legi, qua per ignorantiam excusetur.

d *Quoniam*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XXXV.

DIxit iniustus. *Huic psal. præmittitur talis titulus. in translatione Hiero. iuxta Hebręum,* Pro victoria seruo domini Dauid, *Quod exponunt sic aliqui, quod Dauid fecit hunc psal. pro victoria populi Israel gloriosè exeuntis de seruitute Ægypti ad seruiendum domino libere, secundum quod fuit dictum Pharaoni. Exo. v. a.* Hęc dicit domi. Deus Israel: Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto, *& licet litera huius psal. posset ad hoc applicari: saluo tamen meliori iudicio mihi videtur melius, quòd Dauid fecit hunc psal. de ipso à persecutione Saulis pluries diuinitus liberato, quod videtur ex titu. psal. qui talis est in Hebręo:* Ad victoriam seruo domini Dauid. *Et huic nomini Dauid præponitur litera tur litera lamed, ad ostendendum quod est datiui casus: & sic ly* seruo domini, *non refertur ad populum Israel, sed ad ipsum Dauid. Igitur secundum hunc sensum psal. iste diuiditur in duas partes. Et primo agitur de malignitate Saulis Dauid persequentis, secundo de benignitate domini ipsum liberantis, ibi,* Domine in cælo misericordia tua. *Circa primum dicitur sic,*

1 Dixit iniu. vt delin. *id est Saul firmiter disposuit, & deliberauit de interficiendo Dauid, licet iniustè, de qua deliberatione habetur primi Regum vicesimo a.* Et intellexit Ionathas, quod diffinitum esset à patre suo vt interficeretur Dauid.

2 Non est timor &c. *q. d. Si ante oculos mentis eius timor domini poneretur, à tanto malo retraheretur, secundum quod dicitur Prouerbi. xv. d.* Per timorem domini declinat omnis à malo

† 1 Quoniam.

MORALITER.

1 *Dixit iniustus.* Hunc psal. videtur fecisse Dauid de Saule ipsum nequiter persequente, & de Deo ipsum misericorditer saluantem. Moraliter autẽ põt poni de malitia dæmonis fidelem quẽlibet persequentis & de misericordia Dei ipsum liberãtis: Et primò describitur dæmonis malitia cum dicitur, *Dixit iniustus vt delinquat in semetipso &c.* id est, diabolus obstinatus in malo,

a *Quoniam dolosè.* AVGV. Multi inquirunt iniquitates suas, sed cum dolo, nolentes verè inuenire, & odire: qui cum eas agnoscunt, non dimittunt eas, sed defendunt; quod si syncerè quęrerent, inuenirent & odirent; Latet ergo illos, sed volentes: contra se faciunt, nolentes intelligere, nec excusantur de ignorantia.

b *Verba.* AVGV. Oſtẽdit iniquitatem per partes: *verba* sunt iniqua & dolosa, id-
†blanditur ei (sub. peccatum & scelus, ante oculos: (vel adulatur aut blãditur sibi ipsi in oculis suis.
a est, vel apertè mala; b vel, si bona, cum dolo. *Cogitatio*, quoque cum posset esse bona de bonis, est, de iniquis, & hoc est, *noluit intelligere*: non nego posse, sed nolle, vt bene ageret.
†cessauit vel desiit.

B c *In cubili.* i. in corde, in quo sibi complacent opera mala, & hoc est, *astitit omni via*, cum studio & e mora: inuenit quidẽ, & sciuit esse mala, sed tamẽ non odiuit.
†abiecit.
†vsque ad cęlos.

†quã prętiosa est misericordia tua Deus.

Noluit. AVG. Non quod nõ potuit; pernitiosius agit contra seipsum, qui quod potest, non vult. h Sunt enim quædam,

Matt. 6. a. quæ & si volunt, non intelligere homines possunt: vt In principio

C erat verbum. & vt tamen bene agerent, intelligere possunt.

✻ BASIL. & THEO. Volens libensque hanc ignorantiam habet, nolens ea quæ fecit expendere, & odio habere iniquos actus. Illud autem *non odiunt*. i. non execratur. Aquila, *non abiecit*: Theodotion, *non expulit*.

In cubili suo. AVG. i. corde, vbi præcepit dominus orare clauso ostio, vt nihil extrinsecũ à domino petam?: quod si petimus, ostiũ patet: turba malorum cogitationem videt. Si extrà est tumultus, vel in cubili sit quies, quæ erit, si sit ibi bona coniunx sapientia Dei; Quod si ibi mala vxor sit, nec ibi est quies, & ita nusquam. Tria enim sunt quæ hominem in cubili vel domo quiescere non sinunt, *Fumus* carnis. s. concupiscentia, *Stillicidium*, peccata quæ aliunde profluunt; *Mala coniunx*, sapientia, scilicet, carnis, quæ D est inimica Deo.

d *Domine in cœlo.* CAS. Bona ex Deo per misericordiam: q.d. mala sunt ex homine, sed bona ex misericordia. O domine in his, qui *cælum* sunt. i. arcana scientes, est misericordia tua: & quod ipsi sunt *nubes* est à te.

AVGVSTI. Vel *in cœlo*, id est, misericordia quam, sanctis dat, cælestis est, non terrena: vt ista quæ communis est bonis & malis. Sed quomodo homo agnosceret cælestem, nisi Deus ei nuntiaret? Nũtiat verò missa veritate sua. E

e *Vsque ad nubes*, id est, prædicatores, per quos tonat Deus nuntiando, coruscat miraculis, pluit doctrinis. Qui sunt etiam montes, quos prius sol luce vestit, quæ post, de eis & si non ab eis, ad infima vallium descẽdit: ministri enim sunt doctrinæ, sed Deus illuminat.

†bestiam quadrupedem.

✻ THEO. Veritas tua ad omnes peruenit

†vmbra F

per Vates, veluti per quasdã nubes, quæ salutarem imbrem ipsis suppeditat. *Iudicia abyssum* dixit; Vt enim huius fundus perspici nequit: sic tuorum iudiciorum cognitionem comprehendere non possumus.

f *Iudicia tua*, AVG. quòd horum misereris hos excæcas; nulli sunt penitus scrutabilia: tamen vtrosque saluas, hos corporaliter tantum, illos & spiritualiter, in quo magna misericordia.

g *Homines, &c.* Etiam temporalia à Deo esse ostendit.

✻ BAS. & THEOD. Tua benignitas ad iumenta peruenit, & nõ modo homines, verumetiam ea, quæ propter homines facta fuere nutriens, etiam per hæc homines beneficiis afficiens.

h *Filij autem hominum.* Homines temporalia cum bestiis sperant, sed sancti misericordiam cælestem.

☞ *Inebria-*

à ¶ Aug. non nescit ibi Deum videre. b ¶ Dei scilicet. ¶ Cuius timor non est ante oculos.
c ¶ Aug. id est, vt inueniret iniquitatem, & odisset. ¶ Sed noluit inuenire.

a Quoniam †dolosè egit in conspectu eius, vt inuẽniatur iniquitas eius ad odium. † Verba oris eius iniquitas & dolus:

a ¶ Cas. Imprudentię aliquando venia: voluntati malæ semper pœna. ¶ Quod potuit, & si non illud, In principio erat verbum, &c. ¶ Potius.

† noluit intelligere, vt bene ageret. Iniquitatem meditatus

a ¶ Hoc est quod supra, in seipso. ¶ Aug. in quo, si mundum, quiesceret. ¶ Perseueranter.
b ¶ Pronus fuit iniqua operari. c ¶ Aug. qui non potest ea carere penitus, debet vel odisse, quam Deus odit, vt mente seruias legi Dei. ¶ Summa mali. ¶ Ad cumulum nequitiæ.

b est in cubili suo, astitit omni viæ non bonæ: malitiam autem

a ¶ Sed dilexit. ¶ Est. b ¶ Sed. c ¶ Cas. & veritatem tuam per nubes hominibus præstas. ¶ Venit.

d nõn †odiuit. Domine †in cœlo misericordia tua, & veritas

a ¶ Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbę adfe. s. ¶ Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. ¶ Doctores. b ¶ Cas. Et iusti montibus comparantur. ¶ Aug. integra & rotunda.
¶ Aug. i. montes implentur iustitia: per iustitiam fiunt montes, per iudicia profundi in peccatis: hi multi, montes pauci. c ¶ Cas. non seculi.
¶ Iudicia sunt incomprehensibilia, quia homines, rationales: iumenta, irrationales.

e tua vsque ad nubes. Iustitia tua sicut montes Dei, iudiciũ tua

a ¶ Aug. qui vtrosque fecit, vtrosque temporaliter saluat, quia & temporalia à Deo.
b ¶ Carnales. ¶ Qui hęc amauit cum iumentis. ¶ Temporaliter.

f abyssus multa. Hominẽs & †iumenta saluabis domi-

a ¶ Saluabis sicut multipli.

g ne, † quemadmodum mũltiplicasti misericordiam tuam,

a ¶ Sed pręter iumenta. ¶ Aug. ibi homines secundum Adam: hic filij hominum secundum Christum, tamen aliquando filij hominum generaliter homines.
b ¶ Cas. Ad similitudinem auis, in protectione veteris & noui testamenti.

h Deus. Filij autem hominum, in †tẽgmine alarum tuarum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quoniam dolosè. *s. cum Dauid, faciens eum generum suum, vt sic occideretur gladio Philistinorum, prout habetur j. Reg. xviij.*
2 In conspectu eius. *s. Dei: quia nulla dolositas latet eum.*
3 Vt inueniatur, &c. *Cùm enim Saul non potuit occidere Dauid latenter, ac dolosè gladio Philistinorum, persecutus est eum patenter, manifestans odium, quod conceperat contra ipsum.*
4 Verba oris, &c. *Quando fuasit Ionathæ, de quo confidebat Dauid, sicut de se ipso, quod adduceret Dauid, vt moreretur j. Reg. xx. c.*
5 Noluit intelligere, *quia cum Ionathas innocentiam Dauid allegaret, Saul intelligere noluit, sed magis indignans Ionathan lancea percutere voluit, vt ibidem dicitur:*
6 Iniqui. *quia de nocte vigilans cogitabat quomodo posset Dauid capere, & eum occidere.* 7 Astitit omni vię. *i. malæ, quia paratus fuit persequi Dauid per vias pessimas, s. super abruptas petras qui solis ibi cibus sit pernix, vt habetur j. Reg. xxiiij. a. Vel astitit omni vię non bonæ: quia paratus erat omni cõsilio malo acquiescere, ideo subditur,* Malitiam autem non odiuit. 8 Domine in cælo. *Hic consequenter agit benignitate Dei, quę primò declaratur generaliter; secundo specialiter, ibi,* Filij autem hominum; *tertio singulariter, ibi,* Non veniat mihi pes superbiæ. *Primo osteditur generaliter erga omnes creaturas viuentes vitâ animali. Circa quod sciendũ, quod misericordia super exaltat* perexaltat iudiciũ. *Iac. ij. c. Vnde inter Dei proprietates tenet quandã excellentiã, propter quod dicitur, quod* misereri est eius propriũ: *Et ad hoc ostẽdẽdũ dicitur:* Domine in cę. mi. tua. *tãquã in loco superiori.*
9 Et veritas vsque ad nubes *Quæ sunt inferiores cęlo,*
10 Iustitia, tua, sicut mõtes *qui vt in pluribus sũt inferiores nubibus.*
11 Iudicia tua abyssus. *id est, hominibus abscõdita, veruntamẽ quia ista apparent aliquando per affectus, & maximè Dei largitas, de qua principaliter hic agitur, ideo subditur,*
12 Homines & iumenta, &c. *quia non solùm creatura rationalis, saluatur per Dei prouidentiam, sed etiam brutalis: quia animalibus dat pilos pro vestitu, & auibus plumas, & eis de victu prouidet sufficienter sine solicitudine eorum.*
13 Quemadmodum multiplicasti, &c. *q.d. ex multitudine misericordia tuæ procedit quòd non solum rationabilibus creaturis, sed etiam irrationabilibus ita prouideres.*
14 Filij autem hominum, &c. *Hic consequenter ostenditur diuina largitas specialiter. s. circa homines, qui eo ipso quòd sunt ad imaginem Dei facti, sunt ad bonum excedens creaturam irrationalem ordinati, scilicet ad bonum rationis: quo si bene vtantur, ad beatitudinem supernaturalem vlterius deducuntur, & hoc est quod dicitur,* Filij autem hominum. *scilicet, rationabiliter & iustè viuentium.*
15 In tegmine alarũ tuarum, &c. *id est, in beatitudine recta & ab-*

☞ *scondita*

MORALITER.

† 1 *Quoniam dolosè egit, &c.* sub specie boni ad malũ inducendo.
3 *Vt inueniatur iniquitas eius ad odium,* quærit enim principaliter discordias & odia.
5 *Noluit intelligere, &c.* Id est, noluit intellectum suum applicare ad bonum.
6 *Iniquitatẽ meditatus est in cubili suo.* Id est, in peccatoris animo, in quo quiescit, sicut in cubili proprio.
7 *Astitit omni via non bona.* id est, malè inducens ad ipsam homines miues, prout potest.
† *Malitiam autem non odiuit,* Id est, dilexit.
8 *Domine.* Hîc secundò describitur misericordia Dei saluantis, cum dicitur, *Domine in cælo misericordia tua, &c.* q.d. extenditur à supremis cælis vsque ad hæc inferiora: ideo subditur,
12 *Homines & iumenta saluabis, &c. Filij autem hominum,* id est imitatores rationabiliter viuentium.
15 *In tegmine alarum tuarum sperabunt.* id est, in protectione tuæ gratiæ pro præsenti, & gloriæ, pro futuro.

† *Inebria-*

☞ a *Inebriabuntur.* AVG. Non potest res exprimi, sed per hãc similitudinem innuit, vt pleni mentẽ perdant, ne suos iam agnoscant patres, filios, cæterosque amicos. Vel, tunc in re ebrij, qui modo sperant.

b *Torrente.* Q. Impet⁹ erit gratiæ, & misericordiæ ad inebriãdos.

✠ THEODO. Innuit nõ tantum doctrinæ flumina, sed mystici cibi voluptatem, abũdantiam verò horum bonorum torrenti assimilat: primum quidem, quia non fuere à principio, deinde homines adhortando vt accedant & bibant, quia non est perenne flumen, sed torrẽs, ad tempus fluens. Qui namq; in hac vita nõ accesserunt, post hũc discessum aquis sacris non perfruentur. Et ostendens natura affluentiam bonorum esse perpetuam, sed ob dispensationes torrentes fieri subiunxit, *apud te est fons vitæ.*

AVGVS. *Torrente.* Non vt transitoria sit beatitudo, sed copiosa. Vel, voluntas tua in homine omnia rumpit obstacula. Vel, sapientia Christi torrens, quia subita & rapida.

c *Quoniam apud te est fons vitæ & in lumine tuo videbimus lumen. &c.* CAS. *Apud te,* Christe *est fons,* id est initium omnis boni; & *in tuo lumine,* quia per eius prædicationem videmus lumen patris & spiritussancti, & ideo *prætende,* vt in hoc seculo tutius eatur.

✠ BAS. & THEOD. Apertè sanctæ Trinitatis mysterium aperit. *Nam fontes vitæ* Vnigenitum Dei verbum nominauit: sic se per Hieremiam nominat, *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Et *in lumine videbimus lumen.* Illuminati à Spiritusancto, Vnigeniti tui radios intuemur. *Nemo* enim *dicere potest Dominum* IESVS, *nisi in Spiritusancto,* & illum Deus nobis manifestauit per spiritum suum.

¶ Aug. Futura bona; cum illi præsentibus gaudeant, hi sperant misericordiam, quæ in cœlo est, per nubes annuntiata. ¶ Et. b ¶ Præsentis, vel futurę. c ¶ Spiritussancto.

a sperãbunt. †Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrẽ-

a ¶ Aug delectationis. b ¶ Potuerunt inebriari, sed vitali poculo, quod fluit in vitã æternam. c ¶ Christus.

b te voluptãtis tuę potabis eos. Quõniam apud te est fõns vi-

a ¶ Per Christum. b ¶ Patrem. ¶ Quod idem est. ¶ Idem qui fons, est & lumen, quia satiat & illuminat. c ¶ Interim autem.

c tæ, & in lũmine tuo videbimus lũmen. prætẽtende misericor-

a ¶ Cas. rectè credentibus. b ¶ Quia bona à te: mala à se. ¶ Vitæ.
c ¶ Aug. qui se dirigunt ad voluntatem Dei, non eam cutuant ad se, vt in omnibus laudent.

diam tuam sciẽtibus te, iustitiam tuam his qui rectõ sunt

¶ Et. a ¶ Hoc est quod, Ab occultis meis munda me. ¶ Si superbus es, cito te monet operatio male suadentis. b ¶ Diaboli.

corde. † Non veniat mihi pẽs superbiæ, & manus peccatoris

a ¶ Et ab alienis parce seruo tuo. ¶ Aug. nam & mala quę à nobis, vel à diabolo, amouet Deus, b ¶ Insuperbia. c ¶ De alto ¶ Quia in pede superbię: quia non sicut Deum glo. d ¶ Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. ¶ Adhuc diabolus & homo.

d nõn moueat me. Ibi cẽciderunt qui operãtur iniquitatẽ

a ¶ Aug. à paradiso. ¶ Diabolus primo, & post homo. ¶ Vi sua

expãlsi sunt, nec potuerunt † stare.

✠ THEODORET. Cum perfecta Virtus veris opinionibus, & rectis actionibus sit definita: his, qui eam possident, misericordiam & Iustitiam promisit.

✠ THEODORET. Symmachus vertit *Vbi cadunt operantes iniquitatem, illuc impellentur, & nequibunt stare.*

☞ GLOS-

Saturabũtur pingue dine (vel opulẽtia, vbertate.

Vel Neiruãt in me superbi.

NICOLAVS DE LIRA.

Sconditа apud te, secundum illud Esa. lxiiij.b. Oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit: quę præparasti diligentibus te; *ideo subditur,*

1 Inebriabuntur. *id est: saturabuntur, absque tamen fastidio.*

2 Ab vbertate domus tuæ. *id est, domus cælestis gloriæ, secundum quod dictum est supra, psam. xvj.d.* Satiabor cum apparuerit gloria tua.

3 Et torrente voluptatis tuæ potabis eos. *hoc additur, ad ostendendum perfectionem refectionis glorię: quia apud nos refectio perficitur ex cibo & potu.*

4 Quoniam apud te, &c. *Deus enim est vita per essentiam: & omnia sunt in eo vita, secundum quod dicitur Iohan. j.* Quod factum est, *scilicet in creaturis,* in ipso vita erat. *Creatura enim antequam crearetur, non erat aliud quam creatrix essentia, quæ est per essentiam ipsa vita, vt dictum est.*

5 Et in lumine, &c. *id est, in lumine creato gloriæ videbimus lumẽ tuæ essentiæ: quod videri non potest ab intellectu creato, nisi ad hoc eleuetur per lumen gloriæ fortificans lumen naturale intellectus creati; sicut nec oculus noctuę posset videre lucem solis, nisi aliquo addito sibi fortificaretur, propter quod dicitur ij. Metaph. quod sicut se habet oculus noctuę ad lumen solis, ita intellectus noster ad ea quæ sunt manifestissima in natura: per quæ intelliguntur diuina, quæ de se sunt manifestissima, sed virtutem intellectus nostri excedentia, sicut & lux solis est maximè visibilis, tamen improportionata noctuæ oculis. Et quia ad hanc visionem non possumus pertingere, nisi per diuinam gratiam, ideo subdit Dauid deprecando.*

6 Prætende misericordiam. *id est, dirigentes cognitionẽ tuam naturalem quantum possibile est, ad te, illustra fidei cognitione.*

7 Et iustitiam tuam. *id est, viuentes secundum rectum iudicium rationis rectifica rectitudine gratiæ tuę, quæ sola iustificat perfectè: & sic semper contingit, quia gratia est perfectio naturæ: & ideo dirigentibus se in Deum quantum possibile est virtute naturæ, non denegatur perfectio gratiæ.*

8 Non veniat. *Hic consequenter ostenditur diuina liberalitas singulariter, quantum ad ipsum Dauid, qui deprecando dicit,* Non veniat, &c. *id est, pes Saulis superbi, & suorum satellitum, ad me pro sua voluntate conculcandum.*

Et manus peccatoris. *id est, persuadentis mihi malum.*

10 Non moueat me. *Supple à rectitudine veritatis & iustitia. Vel aliter,*

Non veniat mi. p. sũ. *id est, damon, quia per superbiam decidit, non me subijciat sibi per peccatũ mortale.* Et manus peccatoris, *id est, potestas damonis in peccato obstinati.* Nõ moueat me, *à statu gratiæ. Et vtrunque fuit concessum aliquo modo ipsi Dauid ex diuina largitate, quia non fuit datus in manu Saul ipsum persequentis & licet aliquando per Sathan in peccatum mortale inciderit: tamen per penitẽtiam surrexit, & in finali gratia decessit.*

11 Ibi ceciderunt. *Quia perseuerantes in peccatis frequenter traduntur in manibus inimicorum temporaliter: & in potestatem damonis finaliter tradentur.*

✠ PSAL-

MORALITER.

† 1 *Inebriabuntur ab vbertate, etc. id est,* cælestis gloriæ, vbi totus satiabitur appetitus.

5 *Et in lumine.* Nam in lumine gloriæ finito videtur Deus, qui lumen est infinitum.

6 *Prętende misericordiam tuam scientibus te.* Scientia practica, cui amor est annexus, accipitur tamen largè praxis.

7 *Et iustitiam tuam.* id est, coronam iustitiæ tuæ.

8 *Non veniat mihi pes superbię.* id est, diaboli, me deiectum conculcando.

9 *Et manus peccatoris.* id est, diaboli in peccatis obstinati.

10 *Non moueat me.* A statu iustitiæ.

11 *Ibi ceciderunt, qui operantur, &c.* Nam à gratia deiiciuntur per dęmonem, & postea conculcantur in gehenna.

7 *Et iusti-*

† MORA-

ADDITIO

In psal. xxxv. Dixit iniustus, *vbi dicitur in posti.* Circa quod sciendum, quòd misericordia super exaltat iudicium.

Licet verum sit, quod Misereri & parcere, proprium *sit Dei, in Collecta cantat ecclesia, nec tamen propter hoc veritas diuina debet dici inferior quã misericordia Dei, sicut nubes sunt inferiores cælo, prout postil. dicit. Nam misericordia dicitur de Deo secundum operationem in creaturis, inquantum defectus aliorum subleuat, respectu cuius dicitur in psal.* Miserationes eius super omnia opera eius. *Sed veritas diuina siue accipiatur essentialiter, siue personaliter, appropriando eam filio patri coæterno (, prout Ioh. xiiij.a.* Ego sũ via, veritas, &c.) *nullo modo tamen debet dici inferior, quam eius misericordia, vt est manifestum. Sed ad intellectum horum versuum attendendum est, quod Dauid in hoc loco tractat de quibusdam operationibus diuinis, prout referuntur ad creaturam rationalem, scilicet, misericordia & veritas, & iustitia & iudicium. Sed in hoc loco cum dicitur,* veritas Dei, *intelligitur fides, vt in j. Tim. ij.b.* Omnes homines vult Deus ad agnitionem veritatis venire: *quod intelligitur de veritate fidei; & sic in pluribus locis. Manifestum est autem quod misericordia Dei maximè relucet in cælo, vbi beati misericordiã Dei plenè consequuntur, vt Mat. v.a. Cuius ratio est. Nam gloriam cęlestem nullus de condigno secundũ legem communẽ meretur: vnde Apostolus ad Ro. viij, d.* Nõ sunt cõdignæ passiones huius seculi ad futurã gloriã quę reuelabitur in nobis: *& sic manifestũ est, quod in cœlo maximè relucet misericordia Dei in beatis.*

Quomodo misericordia super omnia opera Dei. Psal. 144.b

A *beatis, & ideo dicitur:* Domine in cœlo misericordia tua. *Sed fides Dei nō habet locum in existentibus in cœlo, quia per claram visionem excluditur, saltem quantum ad actum: & ideo fides dicitur esse* vsque ad nubes, *quæ quidem nubes sunt inferiores cœlo, & in regione corruptibili, & secundum visum nostrum ipsi cœlo appropinquant; & sic per nubes propriè intelligitur status iustorum existentium in via, in quib. diuina veritas maximè relucet, secundum fidem formatam: & sic propriè dicitur,* Veritas tua. *id est, fides tua,* vsque ad nubes. *Consequenter quia iustitia diuina est fortissima, sic quod nullus ei resistere possit, idcirco dicit,* Iustitia tua, sicut montes Dei. *Sicut enim mōtes altissimi, qui dicūtur mōtes Dei, sūt inaccessibiles: sic iustitia diuina, etiā quę in his inferioribus relucet, est irresistibilis.* Iudicia *autem Dei quæ inuestigabilia sunt & incomprehensibilia, recte dicuntur* abyssus multa: *quia sicut abyssus est abscondita ab oculis hominum, sic et diuina iudicia. Iste videtur sensus proprius prædictorum versuum Sed vlterius videndum est, quomodo continuatur sententia horum versuum præcedentibus & sequentibus.*

Pro quo sciendum quòd hîc respondet psalmista cuidā tacitę quæstioni. Cum enim de prædicto iniusto, scilicet, Saule, tot mala dixisset, intantum quòd peccata sua non ex ignorantia simplici, sed potius ex affectata præcederent, & hoc cum dicit, Noluit intelligere vt bene ageret; *& insuper quòd ipsum Dauid persequebatur ex certa malitia & ex odio iustitiæ, & hoc cum dicit,* Malitiam autem non odiuit; *quæ quidem circunstantiæ maximè aggrauant delictum: Ex istis potest oriri quædam quæstio admiratiua, qua aliquando à prophetis in similibus casibus mouetur, scilicet quomodo Deus tolerat, quod impius talis pessimus persequatur seu opprimat innocentem & iustum. vnde Abacuc. i. d. in simili Deo sic loquebatur. Quare* non respicis super iniquè agentes, & taces deuorāte impio iustiorē se? *Ad hoc respōdet Psal. quod hoc non prouenit ex debilitate iustitiæ diuinæ: quia* iustitiæ tuæ sicut mōtes Dei; *Neque etiā ex hoc quòd hæc inferiora nō consideret, prout quidā errantes dicebant, Iob xxij. b.* Circa cardines perambulat, nec nostra considerat: *& hoc cum dicit,* Iudicia tua abyssus multa, *quia pertingant penetrando vsque ad intima & secreta: Sed potius prædicta tolerantia prouenit ex hoc, quòd vera felicitas & præmiatio est in cœlo,* B

Quomodō Deus tolerat quòd impius persequitur iustum.

C

vbi misericordia Dei relucet præmiando iustos in via beata & immortali; de quod dicit, Domine in cœlo misericordia tua, &c. *Similiter in bonis in hac vita existentibus est felicitas inchoatiua per gratiam, de quo dicit,* Veritas tua vsque ad nubes, *quod intelligēdum est de veritate fidei formatæ, quę in hac regione corruptibili attingitur.* D

Consequenter declarat quędam quę ad beatitudinem pertinent: & primò quantum ab beatitudinem imperfectam, quæ est in statu viæ per ſpem: & hoc cum dicit, Filij autem hominū in tegmine alarū tuarum sperabunt. *Secundò quantum ad beatitudinem perfectam, quæ est in re, scilicet, in statu gloriæ: & hoc cum subiungit,* Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, &c. *expenantur omnia in postil. vsque ibi:* Ibi ceciderunt. *Vbi postquam ostenderat, vbi sit vera præmiatio; consequenter declarat vbi sit vera punitio, scilicet, in vltimo supplicio infernali, vbi nulla est redemptio de quo dicit,* Ibi ceciderunt, qui operātur iniquitatē, expulsi sūt neque potuerūt stare, *quia non est ibi possibilitas redeundi ad statum gratiæ. Et sic patet qualiter quæstio tacita in hoc psam. mota, soluitur sententialiter, eo modo quo infrà in psam. lxxij. scilicet.* Quam bonus Israel Deus, *expressè mouetur &, soluitur, prout ibi largius patebit.* E

REPLICA.

In psal. Dixit iniustus, &c. *Burg. notat postilla. circa illum passum:* Domine in cœlo misericordia tua, &c. *quia dicit ex congruētia misericordiam inter cęteras Dei proprietates habere quandam præcellētiā: ideo dicitur* misericordia in cœlo, veritas autē vsque ad nubes &c. *Burg. rustico more se opponit in his quę humano modo transferuntur ad diuina, quæ trāslatio ex contrariis congruentiis contrario modo fieri potest: sicut Christus dicitur nūc leo, nunc ouis, nūc rex, nunc vermis, &c. ita etiā nubes, abyssus, mōtes, inferius, superius, &c quia enim misericordiæ Dei effectus sūt nobis magis familiares, possūt describi per montes nobis manifestos; Iudicium autē per abyssum nobis occultatā: et ecōuerso misericordia ratione interminabilitatis potest circumloqui per abyssum, iudiciū autē ratione timoris, quasi in prospectu manifestū est, vt montes prout narrat beatus Hie. hanc vocē,* Venite ad iudiciū, *semper aurib. suis insonuisse. Rusticale igitur ex his facere materiam disputationis. quæ contrariis modis sic posſunt interpretari & applicari.* F

GLOSSA ORDINARIA

☞ CAS. Psalmus tertius, alphabeti imperfectio: Totus de correctione motum.

a *Psalmus Dauid.* Psalmus hîc est quasi vestis Christi, quæ totū corpus eius operiat præceptis, & protegat ab aduersis, & quasi sinu consilij foueat. Potio contra illos qui murmurant de flore malorū, labore bonorum, quasi omnia casu agātur, vt mundo spreto Deo adhæreant. Monet igitur ecclesia, ne quis malignantes imitetur, sed quicquid boni speratur, à domino postuletur: qui profutura & æterna dat.

PSALMVS XXXVI.

NOli æmulari. ✻ BAS. & THEO. Dauid experientia edoctus malorum felicitates miseras describit. Illud autem, *noli æmulari,* Symmachus, *ne contendas,* Aquila, *ne imitare,* apud Hebræos hic Psalmus alternos versus habet scriptos ordine alphabeti.

☞ *Olera*

Psalmus Dauid. XXXVI.

a ¶ Qui hoc soles. ¶ Indignari. ¶ In consideratione malignantium, quia florent. ¶ Alias inter malignantes.

1 † NOLI æmulari in malignantibus, neque
2 a ¶ Ames, imiteris. b ¶ Qui bonos premunt. ¶ Cur.
a ¶ Aug. quod hodie floret, & cras in clibanum mittitur.
3 zelàueris facientes iniquitatem. Quoniam
4 tanquam † fœnum velociter † arescent,

†Noli imitari malignos, nec æmuleris facientes iniquitatē, (vel, Nō irascaris, vel inuideas ob prosperitatem malignorū. Alij vertūt, noli cōtendere cum malignantibus, & infrà.

†vel herbæ †succidentur.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XXXVI.

NOli æmulari, &c. *Huic psalm. præmittitur talis titulus in Hebræo, & in translatione Hier. iuxta Hebraum,* Dauid, *absque aliqua additione, nisi quod in Hebræo præponitur littera lamed, ad designandum quòd Dauid fuit datiui casus, & est sensus, quòd hic psal. appropriatur ipsi Dauid tanquam autori. De materia verò huius psal. sciendum, quod multi videntes Saulem regem & Doeg armigerum suum, & postea Absalon & Achitophel & plures alios iniqua agentes temporaliter prosperari: & Dauid innocentem et parentes suos, & fratres suos & multos alios iustos, tunc & postea temporaliter affligi, declinabāt ad malū, & recedebant à bono: quasi Deus curam de actib. hominum non haberet. Et ideo Dauid fecit hunc psal. ostendens, quòd prosperitas malorum sit contemnenda, & iustorum appetenda, quia iusti sēper sunt melioris conditionis, etiā in præsenti: licet hominib. bona sensibilia tantū considerantib. contrarium videatur. Diuiditur igitur iste psal. in duas partes: quia primò facit suam deductionem: secundò ponit quandam monitionem, ibi,* Expecta dominum. *Prima in duas: quia primò declaratur propositū ex eo quod iusti & iniusti in præsenti habēt; Secundò ex eo quòd in futuro recipient, ibi,* Nouit dominus, *Prima in duas, quia primò ostenditur propositum ex cōditione boni; secundò ex adiunctione mali, ibi,* Obseruauit peccator. *Prima adhuc in duas, quia primo ostenditur propositum ex boni conditione; secundò ex eius duratione ibi,* Noli æmulari. *Circa primum Dauid facit talem rationē, Illa prosperitas est melior & magis appetenda, in qua quis assequitur maius bonum, sed prosperitas iustorum in præsenti est igitur ecclesia, ne quis malignantes imitetur, sed quicquid boni speratur, à domino postuletur: qui profutura & æterna dat.*

1 Noli æmulari, *id est, noli imitari malignantes in suis operibus.*

2 Neque zela. *id est amaueris.*

3 Facientes iniquitatem: *tales enim non sunt imitandi, nec amandi inquantum mali, quia licet natura sint ex charitate diligendi, quandiu sunt in præsenti vita, in qua possunt ad bonum reuerti: tamen eorū malitia est odienda, & sic loquitur saluator, Luc. xiiij. f.* Si quis venit ad me, & non odit patrē suum aut matrē, &c. non potest esse meus discipulus. *Subdit autem rationem prædictorum, dicens,*

4 Quoniam tanquam fœnum velociter arescent. *Fœnum & olus citò deficcatur, quia parum in terra radicātur, & sic modicū attrahunt de humore virorem nutriente & conseruante: sic appetitus malorū radicatur in bono sensibili, quod habet modicū de bonitate, et sic eius appetibilitas citò transit, & eius adeptio & continuatio, fastidium inducit, sicut patet de cibo quem famelicus appetit, satiatus verò adhorret et reiicit.*

☞ Spera-

MORALITER.

1 *Noli æmulari, &c.* In expositione literali huius psalmi dixi quòd tempore Dauid multi videntes malos homines temporaliter prosperari, & bonos frequenter conculcari, ex

† hoc

a *Olera herbarum.* AVG. Modo est hyems: æstas vero, iudicij dies: A *de die autem illa nemo nouit, neque filius neque angelus neque* homo. Sed quomodo dicitur filius nescire, qui omnia nouit quæ pater. Sed vt dicitur, Lætus dies, quia lætos facit: Sic filius, scire & nescire nobis, quibus magister missus est, quæ scire vel nescire facit. Arbor altæ radicis per charitatem, modò arida, tunc gloriosa: quia nondum apparuit quod erimus.

AVG. CAS. Olera B non hortorũ, sed herbarum, id est, vilissima, quę per agros spõte nascuntur. *Fænum* nobiles, qui facile proficiunt, olera mediocres: sed & illi citò arescunt, & hi decidũt. ✠ BAS. Idem & Isaias, *Omnis caro fœnum.*

b *Spera.* AVG. bona quæ in domino, & vt C speres fac bona: quæ vt facias, *excole terram*, Alia litera, *tuam*, scilicet corpus, & sic delectaberis in virtutibus eius: vnde non in te sed in domino delecteris. Quia si dabit æterna, quæ petit ratio, hoc quidem iustis. Quia si peccatores, confitere peccata & sic item spera bona, quę in domino, & ipse dabit.

✠ THEOD. Deo teipsum, & tuas actiones offer, & ab ipso auxilium expecta. D

c *Noli æmulari.* AVG. Ne autem moueat te à perseuerantia prosperitas malorum, Vel, si faciunt iustis iniqua: Quia & si tibi aliqua, ne iratus sis: Quia & si grandia, ne furiosus sis, præsertim *noli æmulari vt malig.* id est, vt eodem modo malignus sis, quia mali extra terminos terræ viuentium damnabuntur.

d *Desine.* AVG. Ira, subita: furor diutinus; sed vtraque desecenda, per quę peccatur.

E CAS. Hoc dicitur ei, qui adhuc infirmus timet, cur nõ sibi bona. *Noli æmulari*, vt *malig.* id est voluntariè malus sis: imitando eum qui malignè faciendo ad tempus floret.

e *Et adhuc pu.* AVG. Post istam vitam paruam nondum eris, vbi erunt sancti, quibus dicetur: *Venite be. pa. me.* sed poteris esse in illa requie, in qua diues Lazarum vidit: in qua securus expectes diem iudicij, quando recepto corpore angelis ęquaberis. Sed quomodo Lazarus erat in requie, cum nondum esset missa hostia? In spe, ex toto, in re partim: quia nec ignem ☞ materia-

---

a ¶ Pro, id est. b ¶ Aug. Vilia, non habentia altam radicem: & ideo hyeme virent, æstate arent. c ¶ Vel prati. d ¶ Tu vero. ¶ Cas. spes est introitus fidei.

a b et quemadmodum † olera herbarum citò decident. Spera in 1

a ¶ Illi in vanis. b ¶ Illi malitiam. ¶ Assidue quasi ex consuedine. ¶ Quia fides sine operibus mortua est, Iac.ij.c. c ¶ Cas. ne bona facias extra ecclesiam. d ¶ Viuentium. e ¶ Ad saturitatem & suauitatem.

domino, & fac bonitatem: & inhabita terram, & † pasceris in 2

a ¶ Aug. quæ sunt ipse Deus: vel, in scripturis. b ¶ Terræ, id est ecclesiæ. c ¶ Ecce diuitiæ terrę. 3
¶ Cas. Vt suauis sit eius recordatio, & vt ames quem times spreta mundi iucunditate. d ¶ Non carnis.

diuitijs eius. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones 4

a ¶ Indica ei quod pateris, id est carnis corruptionem, Et quid velis, id est, inde liberari. 5
6

cordis tui. † Reuela domino viam tuam: & spera in eo, & i- 7

a ¶ Et gratia te liberabit de corpore mortis huius. ¶ Qui potest b ¶ Quid?
¶ Aug. modo abscondita est iustitia, id est, fides, qua operaris quia nondum vides, quod credis.
¶ Cas. de tenebris seculi ad lucem iudicij, vbi omnia palam. c ¶ Fidem. ¶ Quæ hic est quasi sub modio.
d ¶ Aug. quo iudicas, & eligis sequi, quod non vides: quod modo irridetur.

pse faciet. Et educet quasi lumẽ iustitiam tuam, & iudicium 8
9

a ¶ Aug. non solum vt lumen, sed vt clarum lumen. b ¶ Obedi præceptis.
c ¶ Cas. Bona regula, vt bona agamus, & semper rogemus. ¶ Donec det præmissa.

tuum tanquam meridiem, † subditus esto domino, & ora eũ. 10
11

a ¶ Hic exponit: vnde solet nasci indignatio. b ¶ Sed in peruentione infelix; econtra tibi iusto.
c ¶ Non Dei, in qua tu. d ¶ Scilicet.

c Noli æmulari in eo qui prosperatur in via suã, et in homine 12
13

a ¶ Sed. b ¶ Aug. Inde irasci & dedignari est contra Deum murmurare, & proprie blasphemare.
¶ Aug. ne turbetur oculus tuus ira, vide veritatem.

d faciente † iniustitias. Desine ab irã, & derelinque furorem: 14

a ¶ Vt neque facias. b ¶ Imitando eum. c ¶ Id est mali maligne agunt.

noli † ęmulari, vt maligneris. Quoniam qui malignan- 15
16

¶ Et si modo florent, In futuro damnabuntur. a ¶ Aug. qui aduersa ferunt, præsentia despiciunt.
b ¶ Aug. qui non fallit & omnia potest.

tur exterminabuntur, † sustinentes autem dominum, i- 17

a ¶ Viuentium. b ¶ Sed quandiu ferendum? Cito erit, quod infirmo diu videtur. ¶ Cas. iam sustinuisti, & adhuc restat parum, ne ergo te tędeat.

e psi † hæreditabunt terram. Et adhuc pusillum, & non 18
19

a ¶ Pro quo gemis. ¶ Id est non erit dominium peccatoris, qui nunc viuit pio, id est ad vtilitatem pij.
b ¶ Aug. Sic non erit, quia non habebit vsum, quem modo, cum eo vtitur Deus ad probandum iustum: Flagellum de malis sibi facit Deus quo castigat filios.

erit † peccator: & † quæres locum eius, & non † inuenies. 20
21

---

†herbarũ germen viride.

†Volue super dominũ, commenda domino, aut expone corã domino

† tace domino & spera in eo, vel expecta dominum & fer dolorẽ, propter eũ, aut sine agere dominum & expecta ipsũ.

† miscere te vel contendere cum eo,

† expectantes.

† impius.

† contemplaberis.

†Pasce veritatẽ (vel fidem, i. doce fiduciã in Deum aut viue in fide & veritate cum proximo, Alij vertũt, pascere fide id est fiduciã habeas in omni vita in Deum. Chal. inter Cõfide in verbo domini, & roborare in fide & veritate)

F

†abominationes, scelera, cogitationes.

†hæreditate possidebunt.

†erit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Spera in domino. *hic consequenter declarat, quod iusti in pręsenti etiam assequuntur maius bonum, quod est bonum virtutis: & non solum bonum virtutis politicę quæ est per acquisitionem: sed etiam virtutis infusæ, quæ est per gratiam, & etiam aliquando cum hoc temporalem abundantiam, licet non semper: quia est de minoribus bonis, propter quod eorum prosperitas etiam in præsenti est appetenda, & hoc est quod dicitur,* Spera in domino, *figendo appetitum in summo bono.*

2 Et fac bonitatem, *id est, opera bona.* 3 Et inhabita terram, & pasceris, &c. *quia sicut dictum est, Iusti cum bono virtutis aliquando assequuntur affluentiam in temporalibus bonis.* 4 Delectare, &c. *Delectatio dicitur quasi de alio lactatio: igitur in domino delectari, est de bonitate eius lactari, quæ sugitur per cognitionem & amorem.*

5 Et dabit. *Iusti enim non petunt à Deo simpliciter nisi bona gratiæ, & virtutis, quæ semper dantur petentibus, quando petunt pro se, & perseueranter, quod faciunt iusti: De aliis autem bonis inferioribus non faciunt petitiones, nisi sub conditione, scilicet, si expediant honori diuino, & saluti suę, vel aliorum, & hoc etiam modo Deus eos exaudiuit.*

6 Reuela domino. *non ei aliquid manifestando, quia omnia nuda. & aperta sunt oculis eius, etiam ab ęterno: sed in oratione coram eo tuum desideriũ explicãdo, & directionẽ eius petendo.* 7 Et ipse faciet, *quia sicut natura non deficit in necessariis, sic nec autor naturæ multo minus.*

8 Et educet quasi lumen iustiti. &c. *ponendo opera iustitię tuę aliis in exemplum virtutis, secundum quod dicit Matth. v. b.* Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.

9 Et iudicium tuum. *iudicium est effectus iustitiæ: & per hoc designatur, quod Deus iustos facit prosperari in operibus iustitiæ vsque ad perfectionem debitam. Et per talem modum loquitur sapiens Prouer. iiij. c.* Iustorum semita quasi lux splendens, & crescens vsque ad perfectum diem. *i. vsque ad perfectionem iustitiæ: sicut ascensus solis perficitur in meridie, & quia Deus tanta bona confert iustis etiam in præsenti, ideo subditur.*

10 Subditus esto domino, *humiliter & deuote seruiendo.* 11 Et ora eum. *q. d. tunc confidenter poteris orare eum, quia consequeris intentum, si tamen oratio sit pia, pro te, & perseuerans, qualis est oratio iustorum.*

12 Noli æmulari. *Hic consequenter ostenditur, quod prosperitas iustorum est maior etiam in præsenti, & hoc ex duratione: quia prosperitas malorum consistit in bonis temporalib. transitoriis & corruptibilib. vt patet ex prædictis; Prosperitas autem iustorum consistit principaliter in bonis animę, quæ sunt incorruptibilia, inquantum manent in anima separata: propter quod dicitur,* Noli æmulari, in eo, *hoc est peccatore quod non vadit per viam legis diuinę, & rationis rectę, sed secundum impetum passionis suæ: secundum quod dicitur Esa. liij. b.* Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit. *Et talis in* via sua prosperatur, *quando obtinet quod intendit. Ista tamen prosperitas est magis aduersitas: quia etsi sit alicuius boni temporalis additamentum, est tamen boni spiritualis detrimentum: secundum quod dicit Aug. in sermone de Innocentibus,* Lucrum in arca damnum in consciẽtia, tulit vestem, & perdidit fidem, acquirit pecuniam, & amittit iustitiam: *& ideo de talibus dicitur hic,* Noli æmulari, *id est, imitari.*

13 In eo qui prosperatur, &c. *id est, facta illius, qui prędicto modo prosperatur, cuius prosperitas est magis aduersitas iudicanda.*

14 Desine ab ira, &c. *s. talium, qui frequenter passiones irę nimium excedentes patiuntur ad complendum suas iniquitates, ideo subditur;*

15 Noli æmulari, &c. *Et subditur causa:* 16 Quoniam qui, malig. exterminab. *Saltẽ in morte naturali, & frequenter anticipantur, & moriuntur morte innaturali. s. gladio, veneno, vel aliquo huiusmodi.*

17 Sustinentes autẽ dom. &c. *i. patienter expectãtes eius beneplacitũ.*

18 Ipsi hæreditabunt terrã. *s. viuentium, quam perpetuò possidebunt; & frequenter in hac terra diutius malis hominib. viuunt. ideo subditur.*

19 Et adhuc pusillum. *s. temporis.*

20 Et non erit peccator, *Subtractus de medio, modo prędicto.*

21 Et quæres locum &c. *quia frequenter pro suis malitiis non solum destruuntur in personis propriis, sed etiam loca eorum, & posteritas tota.*

1 Mansue-

MORALITER.

† hoc declinabunt ad male agendum, propter quod Dauid fecit hunc psal. ostendens, quod prosperitas malorum est contemnenda & aduersitas bonorum non est abhorrenda: quia semper sunt melioris cõditionis etiam in præsenti: licet hominibus sensualitatem sequentibus contrarium videatur, & sic patet quod sensus literalis huius psalm. est simpliciter moralis, propter quod non est alia moralitas requirenda.

† MORA-

materialem, nec vermem conscientiæ corrodentis sentiebat.

✠ Bas. qui diuinam spem sequuntur, & vitam mansuetam amplectuntur, voluptarē habent perpetuā conscientiæ mundiciem.

a *Obseruabit, &c.* Cas. Dicto, quod boni non debent malos æmulari: subdit malos super bonos inuidia torqueri; quia non similes illis: & ideo pudor est eos æmulari.

b *Stridebit, &c.* Cas. Dum videt iustum, se credit accusari. *Stridet.* quoniam non potest subuertere, conatur occidere.

c *Dominus autem, &c.* Cas. Sic & nos videntes perituros, irrideam⁹ & præsentes; grandis consolatio.

d *Gladium, &c.* Cas. Si neque blanditijs neque minis aget, pœna aggreditur. Si nec sic proficit, insidiatur dolis, quando bene loquendo quēdo mala intendit.

a ¶ Quicunque sustinentes, sed qui patienter tolerant. b ¶ Viuentium. c ¶ Quid ibi ēis? ¶ Aug. Malti in exteris? tibi, omnia pax.

Mānsueti autem hæreditabūt terrā̄, & dēlectabuntur in
a ¶ Tunc pax, sed quomodo bellum. ¶ Cas. Quasi occultis insidijs. b ¶ Vt alliciat c ¶ Si non potest. d ¶ Vt furens belua.
multitudine pacis. ✠ Obseruābit peccator iustū, ēt stridēbit
a ¶ Irrisibilem videt, & videre suos facit,
super eum dētibus suis. Dominus autem irrīdebit eū, quo-
a ¶ Prospicere suos facit. ¶ Quod ipse non videt. ¶ Vnde hoc? ¶ Vide & tu cum Deo,
b ¶ Semper enim vindicatur in impium, si se conuertit, hic; vt in Paulo; si non, in futuro.
c ¶ Quo retribuatur. d ¶ Etiam. ¶ Aug. Ecce aperta impugnatio.
niā prōspicit quòd veniēt diēs eius. Gladium ✠ euaginauē-
a ¶ Ecce occulta per insidias. b ¶ Dolos. c ¶ Arcu. d ¶ Qui sibi sufficit.
runt peccatores, intēnderūt arcū̄ suū. Vt ✠ dēiiciant pau-
a ¶ Qui nec habet opem ab alio. b ¶ Gladium euaginau. c ¶ Vt martyres. d ¶ Sed.
perem & inopē̄m, ūt trucident rectōs ✠ corde. Gladius eorū
a ¶ Quasi occidendo alios in corpore, se occidat, in mente: quod non nocet, sed potius est dolus inanis. Aug. Tibi extra, sibi intus nocet; quasi per corpus suum quis mittat gladium, vt cedat tunicam. ¶ Vnde venerat. b ¶ Tamen. c ¶ Aug. Insidię frustrentur, ne noceant iusto, qui etsi spolietur, dicat, melius est mo. iu. &c. ¶ Ita impius iusto.
intret in cōrda ipsorum, ēt arcūs eorū cōfringatur. Melius
a ¶ Aug. Quia etsi modo prospere, non sic semper erit.
est modicū iusto, super diuitiās peccatorum multas. Quo-
a ¶ Potentia. b ¶ In aduersis per spem, per exempla.
niam brāchia peccatorum conterentur: ✠ cōfirmat autem
a ¶ Quomodo confirmatur? quia. ¶ Approbat. b ¶ Hoc non potest homo.
c ¶ Et si miseri videntur ignaris, scit Deus quid eis seruet. d ¶ Pro diebus immaculatis;
iustos dns. Nouit dōminus diēs ✠ immaculatorum: & hærē-
a ¶ Confunditur, qui sperat in homine, se, vel alio. ¶ Maledictus qui ponit carnem brachium suum. b ¶ Tribulationis præsentis, in qua potius gloriantur, vel iudicij.
ditas eorum in æternū erit. Nōn confundentur in tēmpore
a ¶ Qui modo sunt, vel quando mali esurient in futuro. b ¶ Tantum.
c ¶ Aug, quia ablatis exterioribus nihil habent intus, extra tribulantur & intra,
malo, & in diēbus famis saturābūtur, ✠ quia peccātores pe-
a ¶ Etiam interim, b ¶ In veritate, c ¶ Honoribus & potentia,
ribūt. Inīmici vērò domini ✠ mox vt honorificati fuerint &
quando

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mansueti. *Exponatur sicut prius: quia mansueti sunt illi, qui exspectant patienter beneplacitum domini.*

2 Et delecta. in multit. pacis. *S. superna, qua est perfecta pax: & frequenter etiā in multitudine pacis temporalis, quia mansueti non mouent rixas & brigas, propter quas debeant ab alijs inquietari. Potest etiam hoc referri ad populum Israel, qui quamdiu seruiuit domino mansuetè & obedienter, habitauit in pace in terra à Deo sibi data, vt patet ex decursu Ve. test.* 3 Obseruabit. *Hic consequenter ostenditur, quod prosperitas iustorum sit maior quam malorum, ex administratione mali, quia prosperitas malorum semper habet malum pœnæ annexum. Et hoc contingit, vno modo, quia sunt diuisi à seipsis, eò quòd sensualitas trahit ad bonum sensibile rationi contrarium: Dictamen autem rationis siue synderesis ad contrarium; propter quod dicit Philosophus ix. Ethi. De ipsis:* cōtēdit ipsorū anima, & hoc quidē huc trahit, hoc autē illic, quēadmodum discrepantia, *Et postea concludit dicens:* Igitur si sic miserum est esse malū fugiendū malicia intense. *Alio modo contingit ex hoc, quod mali torquenter inuidia de bono virtutis, quod relucet in iustis: & inde est quòd tyranni aliquando plus affligebantur de patientia & magnanimitate martyrum, quam ipsi martyres de afflictione illata à tyrannis; sicut de Daciano & sancto Vincentio: Vnde dixit ei beatus Vincentius, Paratus sum Christi seruus ad omnia, vt dum deuotionem meam punis in corpore, acerbius ipse puniaris in mente. Et subditur: Ad hæc martyris verba summa voce Dacianus cœpit infremere, & rabido ore cum stridore dentium anhelare vt ostenderetur perfidia se, potius quā̄ martyrem Dei laniare; & hoc est quod dicitur hīc,* Obseruabit peccator iustum *dolens de bono suæ virtutis.*

4 Dominus autem. *quia non habebit intentum, quo intendebat iustū auertere à virtute.* 5 Quoniam prospicit q. ve. dies eius *i. dies debitæ punitionis pro suis malis.* 6 Gladium euaginauerūt. *quia frequenter armant se, quantùm possent, ad destruendum iustos.*

7 Gladius eorum, *quia & si persecutionem inferunt iustis in corpore, ipsi post persecutionem sustinent in mente, vt dictum est de Daciano. Item quia frequenter contingit diuino iudicio, vt mors, quam præparauerant alijs, veniat super eos: sicut Aman fuit suspensus in patibulo quod præparauerat Mardochæo. Esther. vij.*

Aliter potest exponi litera de iniquo Saule & Dauid iusto ab illo loco Obseruabit peccator iustum. *i. Saul ipsum Dauid, cui frequenter insidias posuit vt habetur* j. *Reg.* Et stridebit super eū dentibus suis: *quia frequentr ex nimia ira & desiderio occidendi eum frenduit super ipsum.* Dominus autem irridebit eū, *quia intento fraudauit eum, non permittens Dauid cadere in manus eius.* Quoniam prospicit quòd veniat dies eius: *s. mortis, qua interfectus fuit à Philisthæis.* Gladium euaginauerūt peccatores: *quia Saul & eius satellites cum gladijs & arcubus frequentes quæsierunt ad mortem Dauid & viros eius.* Gladius eorum intret in corda ipsorum. *In hoc Dauid videtur prophetice mortem Saulis prædixisse & Doeg Idumæi, quia ipsi irruerunt super proprios gladios, & sic se interfecerunt.* j. *Reg. vlt.* Et arcus eorum confringatur: *tota enim virtus Saulis & sui exercitus fuit ibi confracta.*

8 Melius est &c. *quia quantumcunque modicum habeat de bonis temporalibus, habet ibi sufficientiam, eo quòd appetitus eius tendit ad bona spiritualia, quibus quietatur eius anima.*

9 Super diuitias peccator. multas &c. *In quibus non habent sufficientiam, sed magis indigentiam: quia eis abutuntur per prodigalitatem seu auaritiam à virtute declinantes. Si primo modo abutuntur, scilicet, per prodigalitatem, statim diuitiis euacuantur: & sic ad tenendum statum suum anxiantur diuitias indebitè acquirendo; Si secundo modo, scilicet, per auaritiam, sic incurrent indigentiam, Tum quia non audent vti suis diuitijs; Tum quia crescente concupiscentia videtur eis, quod semper plus eis deficiat: quia si habent centum, anhelant ad habendum mille, & si mille, ad decem milia; & sic semper augmentando, & tamen postea totum perdunt in morte, & alias etiam ante, quia ab eis prædones, vel latrones auferunt; ideo subditur,*

10 Quoniam brachia peccatorum. *id est, diuitia in quibus confidebant.*

11 Confirmat autem iustos dominus. *quia à bono virtutis non mouentur in prosperis vel aduersis.*

12 Nouit dominus. *Hic consequenter ostenditur prosperitas iustorum excellentior prosperitate malorum, ex eo quod in futuro recipient: & primò circa hoc tangitur diuersitas receptr, & secundò meriti, ibi,* Apud dominum. *Circa primum sciendum, quòd iusti in futuro recipient pro suis operibus præmium gloriæ: mali verò malum pœnæ æternæ, secundum quod dicitur Matth. xxv. d.* Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. *Et hoc est quod dicitur* Nouit dominus dies. *quia ipse solus nouit secreta cordium. Multi autem videntur immaculati exterius, sed sunt valde maculati interius. Et hæc notitia diuina, quantum ad iustos, est notitia approbationis, ad quam sequitur præmium retributionis æternæ, ideo sequitur,* Et hæreditas eorum in æternum erit.

13 Non confundentur in tempore, &c. *id est, in extremo iudicio, imò magis honorabuntur: quia tunc eis dicetur,* Venite benedicti patris mei percipite paratum vobis regnum ab origine mundi, &c. *Sed impij tunc confundentur, quibus tunc per oppositum dicetur:* Ite maledicti in ignem æternum, &c.

14 Et in diebus famis saturabuntur. *quia tunc impij damnati esurient per carentiam omnis boni, & iusti saturabuntur per adeptionem summi boni: ideo dicitur Esa. lxv. a.* Serui mei comedent & vos esurietis.

15 Inimici verò domini, &c. *in vita præsenti; qua non est momentum respectu futuræ.*

1 Deficien-

☞ A quia *peccatores peribunt in iudicio*, contrà *non confundentur: & inimici verò*, contrà *saturabuntur*: qui mox.i.quam ſtatim in altum aſcendunt: tam ſtatim à veritate cadunt deficientes, vt nec iudiciũ remaneat; quãtò plus eleuantur, tãtò citius vt fumus deficiẽt.

Amos.3.8. ✻ Basil.& Theo. famem opinor hic ſignificari, quæ Iudæis intentata fuit. *Inducã ſuper terram non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Dei.*

† ſicuẽ. a *Mutuabitur.* Cas. Audit verbum Dei, non reddit operibus.

B † benedicti ab eo, ſub domino. † eum hæreditate poſſidebũt † vel cõplacet ſibi in via eius, aut vię eius fauet. † parantur, aut firmãtur. † colliditur, penitus proiectus erit.

b *Et non ſoluet.*i.non reddit operib⁹ quod auditu percepit.

c *Miſeretur & retribuet &c.* Cas. de his quæ accipit. Miſericordia n. mouetur ergã nõ habẽtes,& dat, quia ſcit quod benedicentes domino hęreditabunt terram,& quod maledicẽtes peribũt. *Miſeretur*; præcedit miſericordia, ſequitur largitas.

✻ Bas. Coniunctionis enallage perſonarum differẽtiam efficit, & admonet alios eſſe intelligẽdos peccatores,& alios inimicos domini. Aquila& Symmachus pro cõiunctione, *vero*, & poſuerunt, oſtendentes eoſdem eſſe.

✻ Bas. & Theod. Saul accipit à Dauid multa beneficia, nec potuit eã remunerare, ſaltem noluit: contra Dauid de omnibus bene merebatur.

✻ Bas.& Theod. Hoc Abrahæ, Deus promiſit, *Benedicam benedicentes te, & maledicam maledicentes te.*

d *Greſſus.* Cassio. Qui per ſe tortuoſi: quia in peccatis nati.

e *Viam eius.* Avgvs. Via terræ non dura, ſed latronibus plena eſt: vel, viam hominis volet Deus.

✻ Theodoret. fieri enim non poteſt, vt quis abſque ipſius gratia ſine crimine virtutis viam deambulet, & neceſſe eſt in virtutis poſſeſſionem humanam promptitudinem, & diuinam opem in idem concurrere.

f *Iunior, &c.* Cas. Tractat hîc iuſtum nunquam deſeri, præmia bonorum & pœnas malorum commiſcens cum interiectis adhortationibus.

✻ Bas. Ita Iſraelis delinquentis, propter progenitorum virtutem, curam geſſit.

Avgv. Eccleſia quaſi vnus homo loquitur, quæ in primis temporibus iunior fuit, in fine ſeculi ſenuit *in ſenecta vberi*: quia per omnes gentes dilatata.

Avgv. *Iunior fui.* Puer in Abel; in prophetis & patriarchis iuuenis, tempore martyrum quaſi ſenex; in fine mundi quaſi in decrepita ætate.

Cassiod. *Iunior* quando initia legis in Adam ſuſcepi; *Senui*, cum in honorabili ætate ad vltimum ſuſcepi Chriſtum.

✻ Theo. Declarat iuſti beneficia per opes, negotia, verba, conſilia, quibus Deo fœneratur.

† Mutuum accipit impius. † donat & dat, vel, liberalis eſt, aut benignè impartit. † maledicti ab eo. E † A domino. † cupit nimis. † ſuſtentat manum eius vel manu ſua. † donat † fœneratur.

g *Tota die miſeretur.* Vel, de eleemoſyna dicit, quæ à miſericordia incipit, & poſt manum aperit: vel, de ſpiritualibus.

h *Amat iudicium & non derelinquet ſanctos ſuos.* Cas. Ideo & tu ama, vt bonis tuis gaudeas.

✻ Theo. deinceps docet quomodo fieri poteſt, vt iuſtitia exerceatur, quæ ſit Deo accepta videlicet circumferendo lingua & mente diuina oracula & in his meditando.

☞ *Supplan-*

a ¶ Gloria. b ¶ Aſſidue. c ¶ Aug fumus quanto plus extenditur, plus euaneſcit. d ¶ Interiori. ¶ Penitus ab omni virtute.

a exaltati, deficiẽtes † quemadmodum fumus dẽficient. † Mu-
a ¶ Ideo hęc male: quia accepit corpus, mentem, & alia à Deo & non agit gratias. ¶ Alias fœneratur. b ¶ Non lucrum referet.

b c tuabitur peccator, & nõ ſoluet: iuſtus autem † miſeretur &
a ¶ Semper eſt aliquid quod det, vel orationem. b ¶ Caſ. In omnibus gratias agentes, & iuſſa ſequentes. c ¶ Viuentium. d ¶ Turpi vita. Nomen Dei per vos blaſphematur in gentibus.

retribuet. Quia † benedicentes ei hæreditabunt terram, † mã-
a ¶ Id eſt, cum benedicentes ſiunt: vnde: Conuerte impium & non erit. b ¶ Ideo eſt benedicendum, quia. ¶ A domino. ¶ A ſimilitudine regis ſuæ reipublicæ diſponentis.

d ledicentes autem † ei diſperibunt: † Apud dominum greſſus
a ¶ Et per hoc. b ¶ Et ſi dura. c ¶ Homo. d ¶ In qua. e ¶ Aug. aduerſa paſſus erit in corpore.

e hominis † dirigẽtur: & † viam eius † volet. Cũm ceciderit iu-
a ¶ Aug. Mente. ¶ Vel cadit peccando, non frangitur per crimina. b ¶ A ſimilitudine. c ¶ Auxilium.

ſtus non † cõllidetur, quia dominus † ſuppõnit mãnum ſuam.
¶ Supponit: nam. a ¶ A Deo.

f Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictũm, nec
a ¶ Caſ. opera vel imitatores b ¶ Quia verbum Dei ſemper cum eo. ¶ Indigere pane verbi.
c ¶ Quia vel ideo. ¶ Admonendo affectu miſericordię. d ¶ Docendo. ¶ Aug Terrena, vt æterna accipiat.

ſemẽn eius quærẽs panem. Tota die † miſerẽtur & † cõmo-
a ¶ Aug. Quod ſeminauit vt metat. ¶ Opera vel imitatores. b ¶ Multiplicatione.
g ¶ Quia cum exultatione venient portantes ſuos. c ¶ Et ideo tu quicunque.
d ¶ Aug. ne cui hoceas, ſed ei benefac. e ¶ Aug Quia malus repente non poteſt bona appetere.

dat, & ſemẽn illius in benedictione erit. Declinã à mãlo & fac
a ¶ Ne putes te perdidiſſe. b ¶ Ecce merces. ¶ Terram viuentium. c ¶ Declina, fac bonum.
d ¶ Caſ. Et ſi finit pati ſanctos, tamen iuſte iudicat, & non deſerit eos.
¶ Caſ. diſcretionis, quo diſcernunt inter bonum & malum.

h bonum, & inhabitã in ſeculũ ſeculi. Quiã dominus amat iu-
a ¶ Si finit affligi, ¶ Quia. ¶ Caſ. Et ſi hic moriuntur.

diciũ ẽt non derelinquet ſanctos ſuos, in ęternũ, conſeruabun-
¶ Econtra. a ¶ Propter praua opera. b ¶ Vt ſemen iuſti in benedictione.
¶ Quia ſine fructu beatitudinis erunt. ¶ Opera non ferent fructum. ¶ Caſ. Id eſt imitatores eorũ cũ eis.

tur: Iniuſti pũnietur, & ſemẽn impiorum peribit. Iuſti autem

NICOLAVS DE LIRA.

1 Deficientes. *quia quanto plus fumus exaltatur, deficit: ſic impij quanto plus fuerunt exaltati in vita preſenti, tanto magis deprimentur in futura, ſecundum quod dicitur Apoc. xviij.b.* Quantum glorificauit ſe in deliciis, tantum date illi de tormentis & luctu.

2 Mutuabitur. *Mutuari eſt ab alio recipere: peccatores autem in inferno ſemper recipient pœnam pro ſuis demeritis, & non ſoluent: quia tantum remanebunt obligati ſicut prius ſcilicet ad pœnam æternam, quia in inferno nulla eſt redemptio.* 3 Iuſtus autem. *Iſte iuſtus vt dicit Rã.Sa.intelligitur ipſe Deus, qui miſeretur omnium, & tribuit eis bona.ſed melius trahitur hęc litera ad exprimendum miſericordiam ſuam, quã iuſtis tribuit glorię plenitudinem: ideo ſubditur,*

4 Quia benedicentes ei, *id eſt, ipſi Deo, quales ſunt iuſti.* 5 Hæreditabunt terrã *ſ. viuentium.* 6 Maledicentes. *quales ſunt impij.* 7 Diſperibunt. *æterna perditione.* 8 Apud dominum. *Poſtquam deſcripta eſt diuerſitas iuſtorum, & impiorum quantum ad receptionẽ pręmij & pœnæ; hic conſequenter deſcribitur eorum diuerſitas quantum ad meritum et demeritum, quæ ſunt rationes recipiendi pœnam & præmium: & primo oſtenditur hæc varietas in operibus vitę actiuæ, & ſecundo contemplatiuę ibi*, Os iuſti. *Circa primum dicitur ſic*: Apud dominum.&c. *ſ. iuſti.* 9 Dirigetur, *in via preſenti vt non declinet à rectitudine iuſtitiæ.ideo ſubditur,* 10 Et viam eius. *i. approbabit eam ordinans ad meritum vitæ æternæ.*

11 Cum ceciderit. *per peccatum veniale.* 12 Non collidetur, *quia per hoc à gratia non decidet. ideo ſubditur,* 13 Quia dominus. *Huius autem manus ſuppoſitio eſt diuinę gratię conſeruatio, quam habens poteſt vitare omne peccatum mortale: ſed ipſa priuatus non poteſt quia peccatum* quod mox per pœnitentiã non diluitur, ſuo põdere trahit ad aliud, *vt dicit Greg. ſuper Ezech. Sed quia iuſti prędeſtinati aliquando cadunt per peccatum mortale, ſicut patet de Dauid: ideo poteſt etiam exponi de caſu mortalis peccati, cum dicitur*, Cum ceciderit per peccatum mortale. Non collidetur. *i. irreparabiliter non frangetur.* Quia dominus, &c. *per pœnitentiã eum reducẽdo ad gratiã.*

14 Iunior fui, &c. *Ex hoc apparet, quod Dauid fecit hunc pſalm. in ſua ſenectute.*

15 Et non vidi iuſtum, *& intelligitur de iuſto prædeſtinato, quia ſi aliquando derelinquatur à Deo propter ſuum peccatum, tamen finaliter recipitur ad ſtatum gratię.*

16 Nec ſemen. *Et accipitur hic ſemen pro omni ipſum imitante in operibus bonis. Contra hoc videtur, quia Dauid, qui fuit iuſtus & prædeſtinatus, quaſi fuit panẽ ab Achimelech.j.Reg.xxj.& à Nabalj.Reg. xxv. Et Elias ſimiliter à muliere Sareptana iij.Reg. xvij. Dicendum, quod ſcriptura hic vtitur & in pluribus aliis locis cõmuni modo loquẽdi. Dicitur autem cõmuniter quod nullus eſt in foro, quando ſunt ibi pauci in reſpectu ad alias vices, quia illud quod modicum eſt, quaſi nihil computatur ij.Phyſic. Licet autem ſemen iuſti aliquando quærat, ſeu mendicet panem inuoluntariè: hoc tamen raro contingit, niſi illis, qui ſumũt ſtatum mendicantium, & varius contingebat tempore ve. teſt. quando Dauid protulit verbum illud: quia abundantia bonorũ temporalium pro iuſtitiæ operibus promittebatur, vt patet Deut. xxviij. & Eſa.* j. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, *ideo ſubditur,*

17 Tota die miſeretur, *quantum ad actum pietatis interiorem,*

18 Et commodat, *quantum ad effectum exteriorem: & hoc de bonis à Deo ſibi collatis.* 19 Et ſemen illius in benedictione, &c. *id eſt, in abundantia ſufficienti bonorum ſpiritualium & temporalium.*

20 Declina à malo. *obſeruando præcepta decalogi negatiua.*

21 Et fac bonum. *obſeruando affirmatiua.*

22 Et inhabita in ſeculũ, &c. *id eſt, per hoc inhabitas in æterna beatitudine, ſecundum illud Mat. xix. c.* Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: *& quia vita beata à ſolo Deo datur, ideo ſubditur pro cauſa,*

23 Quia dom. amat iudiciũ *opera iuſtitiæ, quę præcipiuntur mandatis decalogi.* 24 Et non derelinq. ſanctos *i. prædeſtinatos, qui ab eo finaliter recipiuntur, ideo ſubditur,* 25 In æternum. *in vita beata. Et quia ſicut iuſti pro operibus iuſtitiæ præmiabuntur, ita impij pro operib. iniuſtitię punientur: ideo ſubditur,* 26 Iniuſti. per. *pœna æterna.*

27 Et ſemen. *i. imitatores impietatis ipſorum.* 28 Iuſti autem terram. *ſcilicet viuentium.*

14 Iunior

☞ Et in ha-

a *Supplantabuntur.* CASSIOD. Supplantare, est plantis foueas insidiarum prætendere.

b *Dominus autem,* CASSIO. Consolatio iusti.

c *In manibus eius.* AVG. Iob terra tradita est in manus impij, id est, caro: sed animam inuictam educit Deus, ne cedat.

d *Cum iudicabitur,* CAS. Vel, nō permittit damnari iustum cū iudicabitur ille ab impio; vel, illi impio. s. ad malum eius.

✻ THEOD. Hanc opem consequutus est Abraham, cum Sara bis rapta esset; hanc Isaac, Iacob, Ioseph.

e *Et exaltabit humi.* CAS. Quia non nisi exaltatus cœlestem potest habitare.

f *Videbis.* CAS. Quod modo credis; dupliciter notat gaudia bonorum; primò, quia tunc sentient in quantis sint iucunditatibus. Inde, quia videbunt pœnas iniquorum, vnde gratior est beatitudo liberatis ab huiusmodi malo.

g *Vidi impium super.* CAS. Cōtra hoc, quod putabatur Deo non displicere, qui hīc vtitur prosperitate: super humiles exaltatū, & super cedros eleuatum, vt altis celsior sit. Hoc & de diabolo potest accipi, cui relegato locus nocendi est ablatus.

✻ THEODORETVS. Vidit Saulem Absalonem, Goliath, & similes. Hebræi sicut tauros vigentes.

h *Transiui,* mundum, meliori conuersatione ad Deum tendens: & vidi nihil posse, cū nihil omnia sint in quibus homo gloriatur.

i *Quæsiui.* in memoriam reduxi: quia boni tunc magis dolent de impiis, quod ab eis sunt separati, cum in melius immutantur.

k *Locus.* eorum mundus est, qui & dissoluetur.

a ¶ Viuentium. ¶ Quæ est æterna.

hæreditabunt terram, & inhabitabunt in seculū seculi super 1

a ¶ Merito hæc iusto, quia. ¶ Cordis. b ¶ De ipso Deo & æternis.
c ¶ Instructioni aliorum, quid Deus præcepit tenere vel fugere.

eam. Os iusti † meditabitur sapientiam, & lingua eius loquē- 2

a ¶ Sed ne putes eum de illis esse, de quibus: Populus hic labiis, &c subdi. ¶ Præcepta Dei. 3
b ¶ Quasi dicat: Cor cōsonet linguæ. c ¶ Quid illi prodest? d ¶ Cas. Verbū in corde liberat à laqueis peccatorū

tur iudicium. Lex Dei eius in corde ipsius, & non † supplanta- 4

a ¶ Tamen. ¶ Iustus grauis est ei ad videndum. ¶ Insidiatur. b ¶ Quia dissimilis est vita eius. 5

buntur gressus eius. Cōsiderat peccator iustum & quærit 6
7
† mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in 8

a ¶ Potestate, secundum animam, vt ei consentiat. b ¶ Et si ab homine hic damnetur. c ¶ Iustum.
d ¶ Cum iudicium fiet de illo ad commodum iusti. ¶ In futuro. ¶ Iusto vel impio.

manibus eius, nec damnabit eum cùm † iudicabitur illi. Ex- 9

a ¶ Ergo nunc. b ¶ Et si diu pateris. b ¶ In expectando. c ¶ Præcepta. d ¶ Quid inde mihi?
e ¶ Meritis. f ¶ Ita. g ¶ Firmiter.

pecta dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te, vt hære- 10 11

a ¶ Viuentium. b ¶ Etsi modo nescis, quæ promitto, in experientia disces postea. ¶ Peribuntne? Vtique. 12
c ¶ Oculo fidei, quo qui caret delectatur felicitate impiorum.

ditate capias terram: cùm perierint peccatores videbis. Vidi 13 14

a ¶ In honoribus. ¶ Vltra modū. b ¶ In candore seculi. c ¶ A similitudine. d ¶ Quæ alte à vētō deliciūtur. 15

impium † superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: 16

a ¶ Aug. Ad nouissima eius. b ¶ Poteris. ¶ Quia non erat locus eius.
c ¶ Si ibi impius pio viuat, id est, ad vtilitatem pij.

Et transiui, & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuen- 17 18

a ¶ Regnandi. b ¶ Ergo sis eis dissimilis. ¶ Propterea, Custodi. ¶ Ad Deum. c ¶ Non extorqueatur à te. 19
¶ Non terrena. d ¶ Si grauēris. e ¶ Considera, intellige. ¶ Quicunque, vel tu. f ¶ Ad proximum. 20
¶ Quia aliter es cutuus. 21

tus locus eius. Custodi † innocentiam, & vide æquitatem: quo- 22 23

¶ Ne putes quod sit finitus homo. ¶ Econtra. a ¶ Cum eis. 24
¶ Alias in idipsum, id est, in æternum vel omnes simul in vnum.

niam sunt reliquiæ hōi pacifico. Iniusti aūt disperibunt simūl 25

a ¶ Terrena. b ¶ Custodi, quod tamen non nisi per Deum. c ¶ Non aliunde. 26

† reliquiæ impiorum interibunt. Salus autem iustorū à dómi- 27 28

a ¶ Si quid impugnat. b ¶ Cooperabitur eis. 29

no, & † protector eorum in tempore tribulationis. Et adiu- 30

a ¶ A labore vineæ in futuro. ¶ Faciet liberos & securos, acū nullus contra. 31
b ¶ Ne fides eorum peruertatur. c ¶ Seruat illæsos à contrarietate seculi.

uabit eos dominus, & liberabit eos, & eruet eos à peccatori-

a ¶ In futuro. b ¶ Non quia non peccauerunt, sed quia.

bus, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.

Transiui. AVG. trāsit, qui præsētia nō attēdit, sed nouissima.

l *Custod.* AVG. propter ea *Cust.* etsi graueris, intelligēs hoc esse æquū. Vel, *veritatē*, ne in mūdanis curā habeas. *Æquitatē* vel directionē, vt nō iniquus putetur De⁹ qui fauet impiis, & iustos affligit; attēde nouissima, & *videbis quoniam sunt reliquiæ homini pacifico*: post hāc vitā, remanet ei bonum, non perit omnino, sed viuit.

m *Pacifico.* AVG. Est qui inter discordātes pacē seruat, & facit: & nota, cui hæc virtus est, loco beati ponitur.

✻ THE Symmach⁹, *custodi simplicitatem, & vide rectum, quoniam sunt futura homini pacifico.*

n *Reliquiæ.* bona quæ post hanc vitā relinquētur, vel memoria bona post obitum.

✻ BAS. & THE. Symmachus, *Impiè agētes simul delebuntur, extrema iniquorum excidentur.*

o *Salus autem iustorum à domino.* Hæc omnia iustis, totum tamen à Deo, & colligit summatim.

† mutabūt commouebuntur.

† in terimere.

† iudicatus fuerit ipse sub. pauper ab ipso impio.

† fortem, & virescentem raditatū sicut lampas vitescens.

† integritatem (vel, simplicitatem & vide quod rectum est: quia nouissimum viro pax. vel, quia postremò pacem homini conciliant.

† fortitudo.

† postrema impij excidium, vel postremò impij succiduntur.

h *Tran-*

☞ GLOS

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et inhabitabunt in sæc. sæc. *i. aternaliter, vbi enim in ve. test. duplicatur* seculum, *sicut hic, intelligitur perpetuitas à parte finis. Et ex hoc patet quod hic loquitur Dauid de terra viuētium: quia terra ista inferior post iudicium nō habitabitur.* 2 Os iusti. *Posita varietate meriti, & demeriti quantū ad iustos & impios in vita actiua: hic consequēter ponitur in vita contemplatiua, cum dicitur,* Os iusti, &c. *i. loquitur sapientiam ex meditatione cordis sui procedentem, secundum dictū saluatoris. Mat. xij.* Ex abundan. enim. cor. os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona verba. *Sapientia autem dicitur quasi sapida scientia, quę propriè est circa cognitionem diuinorum.*

3 Et lingua eius loq. iudiciū *quod importat rectitudinem cognitionis in agendis ad proximum.* 4 Lex Dei eius in corde ips. &c. *per iugem meditationem.* 5 Et non supplan. *quia non amouebitur à via iustitię per damonis vel hominis suggestionem. Sicut autem meditatio iusti est circa legem Dei, vt eam custodiat: ita meditatio impij est, vt malum conceptum perficiat ideo subditur,* 6 Considerat pecc. iustū *qualiter & quomodo possit decipere ipsum.* 7 Et quærit, &c. *quia non solum quærit nocere in bonis exterioribus: sed etiam in persona propria nec solum quærit eum priuare vita corporali, sed etiam spirituali, quærens eum auertere a via iustitia: sed quia Deus frequenter eripit iustum de manu impij, ideo subditur,* 8 Dominus autem non derel. *sicut patet de Ioseph, quem liberauit dominus de manib. fratrum suorū.* 9 Nec damnabit. *i. ad petitionem eius, seu voluntatem, sicut liberauit Ioseph adiudicatum carceri ad petitionem mulieris iniquæ, Gene. xxxix. Et Danielem adiudicatum leonibus ad suggestionem hominum iniquorum Dan. vj.* 10 Expecta. *Postquam ostendit prosperitatem iniquorum esse contemnendam, & iustorum appetendam: hic consequēter ponit suam monitionem, videlicet, quod homo committat se fideliter dispositioni diuinę: nec moueatur à rectitudine iustitia ex malorum transitoria prosperitate. d.* Expecta do. *i. eius dispositionem patienter.*

11 Et custodi viam, &c. *obseruando mandata eius.* 12 Et exaltabit te, *de valle præsentis miseriæ.* 13 Vt hæreditate capias terram *scilicet viuentium.* 14 Cum perierint. *Beati enim vident damnationem malorum: & est eis materia exultationis, inquantum euaserunt eam ex gratia diuina miserationis.* 15 Vidi impium superexaltatum *in præsenti vita Deo permittente.* 16 Et eleuatum sicut cedr. liba. &c. *hoc est in maxima dignitate temporali, in monte enim Libani crescunt maxima cedri: hoc patet de Nerone impiissimo, qui tamen imperauit totis mundo, & de multis alijs tyrannis.* 17 Transiui & ecce non er. &c. *quia talis potestas est ita brevis, quod non est nisi quidam transitus, secundum quod dicitur Sapien. ij. b.* Vmbrę enim transitus, est tempus nostrum. 18 Quæsiui eum & non est inu. *quia in profundo inferni est absconditus.* 19 Custodi innocentiam, &c. *nulli nocumentum inferendo.* 20 Et vide æquitat. &c. *iustè cum proximo agendo.* 21 Quoniam sunt reliquiæ *quia bona opera per meritum remanent cum illis, qui transeunt de hoc mundo, cateris eis deficientibus.* 22 Iniustia. aūt disp. *per æternam damnationem.*

23 Simul reliquiæ. *i. filij quos reliquerunt, & sunt imitatores scelerum paternorum.* 24 Salus autem, *i. salus æterna quæ datur à solo Deo.* 25 Et protector eorum in tem. tribul. *i. mortis, quia dominus eos protegit à potestate damonis.* 26 Adiuuabit eos. *firmando eos contra tentationes in præsenti.*

27 Et liberabit eos. *si ceciderint in manu inimici peccatum.*

28 Et eruet, *per veram pœnitentiam.*

29 A peccatoribus. *id est, à damonibus in peccato obstinatis & perseuerantibus.*

30 Et saluabit eos, *deducendo eos ad gloriam Dei.*

31 Quia sperauerunt. *Spe debita quæ prouenit ex meritis & gratia diuina. Posset etiam hoc exponi de protectione diuina, qua protegit fideles suos in præsenti ab hominibus iniquis, sicut liberauit filios Israel de manu Pharaonis, & Dauid multoties de persecutione Saulis; & idem posset exemplificari in multis alijs. Expositio autem huius psal. tota moralis est, & ideo non oportet addere aliam moralitatem.*

☞ PSAL.

ADDITIO I.

In psal. xxxvj. Noli æmulari: *vbi dicitur in postil.* Desine ab ira, & derelinque furorem. Hæc *Verba scilicet*, desine ab ira, & derelinque furorem; *non videntur proprie exponi in postil. Tum quia maligni, de quibus loquitur, non solum sequuntur passiones irascibilis, sed potius & frequentius concupiscibilis, quæ sunt magis connaturales. Tum quia improprie dicitur, quod homo desinat ab ira alterius, vel derelinquat furorem eius. Secundum enim istum intellectum deberet dici, Recede ab ira, & cave furorem, & huiusmodi, vnde melius habetur in glo. vbi sic*, Desine ab ira, *id est*, non irascaris de flore malorum, quia inde irasci & indignari est contra Deum murmurare, & proprie blasphemare. *Similiter* & derelinque furorem, *est eadem sententia sub alijs verbis: & quia ex tali æmulatione murmuratiua homo efficitur malignus, ideo subditur*, Noli æmulari vt malignetis.

ADDITIO II.

In eo psal, xxxvj. vbi dicitur in postilla. Mutuabitur peccator & non soluet. *Licet peccatores in inferno recipiũt pœnas pro suis demeritis, non tamen ex hoc proprie possunt dici mutuari. De ratione enim mutui est, quod obligat recipientem ad restituendum illud, quod recepit, vel aquiualens: sed constat quod peccatores in inferno non tenentur oluere pœnas, quas recipiunt, licet semper remaneãt obligati ex demeritis præteritis. Sed magis proprie dicendum est secundũ glo. scilicet sic:* Mutuabitur peccator, *quia accepit corpus & mentem, &c. à Deo.* Et non soluet, *quia de receptis non facit secundum Dei præcepta:* Iusta autem miseretur & tribuet *de his quæ accepit à Deo, & sic soluit mutuum. Et sequitur*, Quia benedicentes ei, *scilicet in omnibus gratias agentes & insta sequentes*, hæreditabunt terram. *scilicet viuentium.*

ADDITIO III

In eo ps. xxxvj. vbi dicitur in postil. Iunior fui, etenim senui, &c. *Hæc expositio non videtur sufficiens: Tu quia manifestũ est per experientiam, quod ita frequenter contingit, vt filijs iustorum mendicent, sicut & impiorum: imo quidam philosophorum asserebant, quod omnis dines est iniquus aut hæres iniqui. Tum quia, licet quandoque illud quod modicum est, quasi nihil reputetur: tamen valde inconueniens videtur, quod Dauid ita specialiter testetur, quod nec in iuuentute, nec in senectute vidisset iustum quærentem panem, cum ipsemet in persona propria oppositum fuisset expertus, vt patet in locis allegatis in postilla. Vnde melius videtur dicendum cum glos. secundum quam panis in hoc loco intelligitur cibus spiritualis, iuxta illud Eccl. xv. a.* Cibabit illum pane vitæ & intellectus: *quod semper est cum iusto, & cum semine eius descendente per imitationem. Nec mirum si in hoc loco panis ad literam intelligatur pro cibo spirituali: quia in hoc psalmo, cum dicitur terra, simpliciter intelligitur terra spiritualis, scilicet terra viuentium vt ibi*, Sustinentes autem dominum ipsi hæreditabũt terram: *Quod exponitur etiam à postillatore de terra viuentium. Vnde & post. in fine huius ps. dicit quod tota eius expositio est moralis, &c.*

REPLICA.

In psal. Noli æmulari. *Burg. notat postil. sine causa. Cùm enim exponeret illum passum*, Desine ab ira, &c. *secundum continuationem, vt qui prohibetur. ne æmuletur prauos suis passionibus, continuo prohibeatur ne æmuletur eorum iram, & furorem ideo dicitur*, Desine ab ira, &c. *Burgen. nescio quid susurrans de proprietate vocis, quod magis propriè debeat dici, Recede ab ira, & cave furorem, tamen ita propriè & magis, dicitur quis non æmulari iram aliorum, sicut recedere ab ira aliorum. Nec verum dicit Burg. quia maligni frequentius mouentur passionibus concupiscibilis, quam irascibilis. Nam motus inordinati concupiscibilis potius attenduntur penes fragilitatẽ, quam malignitatem: Motus aũt irascibilis attendũtur penes violentiam, iniquitatem, & iustitiam, & malignitatem, quæ hic describuntur. Et quod notat de mutuatione peccatorum, & de solutione iustorum, stat bene secundum vtramque expositionem.*

Illud autem quod dicitur: Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. *Burgensis. exponit de pane spirituali: postillator autem de pane corporali: Et sit experientia ostendit dicendum contrarium, vt patet j. Regum xxv. Respondit postill. quod illa expositio debet intelligi vt in pluribus, quod enim modicum est pro nihilo computatur. Nam quamuis iusti aliquando egeant pane, finaliter tamen non fraudantur, nec egestate pereunt. Ideo dixit pater sanctus Franciscus: Non est formidandum, quod filij æterni regis fame pereant, qui in paupercula religione sunt generandi &c. Sed expositioni Burgen. occurrit difficultas, quia Christus clamauit in cruce ad dominum*, Quare dereliquisti me? *ideo vult postill. quod subaudiatur finaliter non derelinqui. Sed de pane spirituali maior difficultas est. Non enim puto illum fore iustum, qui panem spiritualem non continuo requirat, & quærat: De illo enim dicitur*, Qui edunt me, adhuc esurient, &c. *Nisi forte Burgen. velit recurrere ad forum spiritus libertatis, in quo datur apex perfectionis vltra quã proficere non potest: de quo errore loquitur Clementina, Ad nostrum: de hæreticis.*

GLOSSA ORDINARIA.

PSALMVS XXXVII.

a *Psalmus Dauid in rememoratione* Aug. Cas. Vt peccatũ, quod prorsus fugere nequimus, sẽper in memoria habeamus, vt nos ab eo saltẽ temperemus. Hic pœnitentiæ inducit multis modis cruciatũ, ita vt ipsũ Iob. videatur proponere tyronibus in exẽplũ vt cruciat' amplectãtur.

B minores quidem meritis, quibus ab æterna pœna liberamur.

Aug. Sabbathum

C Est requies æternitatis, quam perdere formidat peccati cõscius & habere desiderat grauiter afflictus.

a ¶ Pœnitentis, qui in malis positus peius timens, & inde lugens, sabbati æterni recordatur, quo timet priuari peccati conscius, desiderat frui grauiter afflictus.

Psalmus Dauid † in rememoratione, die sabbathi. XXXVII.

a ¶ Cas. sim inter eos quibus dices, Esurini & non de. mi. man. ite male. in ignem æternum. ¶ Alias indignatione tua.

b c Omine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

b Domine ne infu. &c. Primum captat misericordiam per pœnas summatim.

✻ Theodoretus. De peccato mentionem facit, & de pœna inflicta ob expiationem, vt Amnonis cædes, Absalonis tyrannis, Achitophelis consilium, Semei contumeliæ, & cætera.

c *Arguas me, neque* Cassio. Vt pœna sit à misericordia ad correctionem: non ab ira ad vltionem.

D E F

† ad memorandũ (vel reducendum in memoriã)

PSAL

☞ a Sa-

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XXXVII.

Omine ne in furore &c. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Psal. Dauid ad recordandum: *in translatione vero Hiero. iuxta Hebraicum sic habetur:* Canticum Dauid in commemorationem sabbathi: *Quod autem Hic addidit*, sabbathi, *forsitan fuit ad denotandũ, quod iste psal. cantabatur à Leuitis in diebus sabbathorum: tamen Hebræi de hoc nil dicũt, quod viderim. Ex ti. vero Hebraico apparet author psa. scilicet Dauid. De materia autem psa. dicit Rab. Sal. quod Dauid fecit hunc psalm. in persona totius populi Israel collectiue, ad recordandum peccata populi coram Deo ad humiliationem, & diuina misericordia impetrationem: Fuit enim consuetum apud Hebræos sic recordari commune peccatum populi. Aliqui vero expositores Latini dicũt, quod Dauid fecit hunc psal. loquens in persona peccatorum, diuisiue tamen: ita quod potest exponi de quolibet peccatore. Alij autem dicunt, quod fecit hunc psa. loquens in persona beati Iob: & hunc modum procedendi videtur Cassiodorus prosequi. Sed salua meliori iudicio omnes istæ expositiones videntur mystica & morales: propter quod dicendum quod Dauid fecerit hunc psal. de seipso, ad recordandum propria peccata notabilia coram domino. Licet enim fuissent dimissa quantum ad culpam, & propter ipsa sustinuisset aliquam pœnam: timebat tamen ne adhuc alia adderetur super se, vel super populum suum. Et dato quod fuisset certificatus de dimissione totius culpæ & pœnæ: tamen vtile foret sibi ad sui humiliationẽ corã Deo talia recordari. Igitur secundũ hoc, ps. iste diuiditur in duas partes: quia primo ponitur huiusmodi recordatio; secundo intenta cõclusio in fine psa. ibi*, Ne derelinquas.

Circa primum sciendum, quod Dauid legitur peccasse notabiliter primo in facto Vriæ Ethæi, vt habetur iij. Reg. xj. secundo in numeratione populi ij. Re. xxiij. Primo igitur Dauid recordabitur secundum, & secundo primum, ibi, Miser fa. *Et circa vtrũque recordatur culpam commissam, & pœnam inflictam. Sciẽdum etiam quod licet de vtroque fecerit psa. speciales, fecit tamen hunc psa. de vtroque simul. Et primo recordatur vltimũ tanquã magis vicinũ tẽpori, in quo fecit hunc ps. d.*

1 Domine ne in. *id est, non punias me secundum rigorem iustitiæ tuæ, quia hoc esset mihi importabile: sed magis secundum temperamen-*

tum

MORALITER.

1 *Domine ne in furor.* In expositione literali dixi, quod Dauid dictauit hunc psal. ad recordandum peccata propria coram Deo pro qua humiliatione, & veniæ postulatione. Moraliter autẽ potest esse oratio cuiuslibet peccatoris verè pœnitentis, & peccata sua corã Deo recordãtis humiliter, & veniã postulantis, dicentis:

1 *Domine ne in fu. tuo ar.* id est, rigore tuæ iustitiæ me punias, sed cum tuæ misericordiæ dulcore.

Sagitta. AVGV. Vindictæ, quas minabaris Adæ dicens, *In quacunque die comed. mor. mo.* Quia comedit, infixæ sunt & nobis: & non ad horam, sed *confirmasti*, vt sit vsque in finem seculi.

✻ BASI. Non frustra oro, video enim imminere mihi fogittarum nubes, & futurum vtiam manu capiar & ad modum verberer.

AVG. CAS. *Quoniam sagittæ.* Numerat quæ patitur, vt quia multa sunt, satis sint Deo, ne peiora patiatur. Portat enim corpus mortale tot miseriis subditum: quod & cum sanum dicitur non vere sanum est, quod leuiter potest lædi.

✻ BASI. & THEO. *Firmasti* posuit ex trã slatione cædentium, & multas plagas incurientium.

b *Non est sanitas, &c.* AVG. CAS. ab instãria vindictæ in Adã exertæ. Vel, timore futurę iræ terretur, sic vt nõ sit sanitas in carne: more verecundi, qui futuris flagellis iã affligitur. Vel, à facie iræ, quia præuidi faciem iræ, id est, quod minaris, ne videam iram.

c *Non est pax.* Grauis dolor ad interiora peruenit à facie peccatorum: quia sanctus super pœnas corpori, affligitur peccatis, putans se grauiora mereri.

Non est sanitas. CASSI. Captat hic misericordiam à potestate iudiciis, & ab infirma persona. *Non est pax ossibus.* CAS. Accipit ossa pro carne. Et exponit quod dixerat, aliud addens, scilicet

a ¶ Cas. nec inter eos sim, qui per ignem emendati saluabuntur, sed hic emenda, quia tunc grauior ignis.
b ¶ Alias emendes. c ¶ Aug. vindictæ Dei, dolores animi & corporis, vel verba Dei, quæ infixa cordi, faciunt recordari sabbathi, & quia nondum habet, quod amat, gemit, & cognoscit, non esse salutem carnis comparatione futuri.

a irã tua cõrripias me. Quoniã sagittæ tuæ † infixæ sunt mihi,
a ¶ Diu & in multis. b ¶ Ego vsque confirmasti quod.
b & confirmasti super me manũ tuam. Nõn est † sanitas in car-
a ¶ Quæ non est iniusta, quia pro peccatis. b ¶ Nec rationi est pax, quia caro impugnat. ¶ Ab instantia suggestionum mearum. c ¶ Alias vultu.
c ne mea à † facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie pec-
a ¶ Non est pax, quia peccatum regnat in mortali corpore.
b. ¶ Q. nec iniuste passus, sed peccatis imputo, vnde melius captat.
d catorum meorum. Quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt
¶ Rationem. a ¶ Aug. Leues iniquitates dum fiunt, tandem afflictionibus onerantur
caput meum, & sicut onus graue † grauatæ sunt super me.
a ¶ Cas. Supergressæ, quia plagæ per baptismum sanatæ computruerunt, cum iam peccato consentitur. Ruptæ sunt, dum ad actum ducitur. ¶ Aug. aliis per exemplum. b ¶ Vt supra peccatorum.
c ¶ Cas. & hoc per stultitiam, quia non sum vsus viribus in baptismo receptis.
e † Putruerũt & corruptæ sũt cicatrices meæ, à facie insipientiæ
a ¶ Non Deo imputo. ¶ Ideo. ¶ Miseriis afflictus. b ¶ Aug. ab elatione. ¶ Omnis, qui se exaltat, humiliabitur. ¶ Adeo vt non possit se erigere, sicut curua mulier, quam post decem & octo annos dominus erexit.
¶ Aug. vel terrenis deditus, vnde tristis. c ¶ Vsque in mortem. ¶ Iugiter, tota vita.
f meæ. † Miser factus sum & curuatus sũ vsq; in finẽm tota die
a ¶ Non desperans. ¶ Quia sabbathi memor. b ¶ Viam huius vitæ. c ¶ Ideo.
d ¶ Aug. carnalitas, id est, sensualitas.
h † cõtristatus ingrediebar. Quoniã lumbi mei impleti sunt †
a ¶ Diabolicis. b ¶ Quoniam ¶ Vnde, Quis me liberabit de corpore mortis huius Rom. vij. d.
c ¶ Quam diabolus affligit. d ¶ Corpore. ¶ Contristatus.
illusionibus, & nõ est sanitas in cãrne mea † Afflictus sũ et hu-

1 à *facie peccatorum.*
d *Supergressæ sunt.* AVGVST. Vel sustulerunt, id est, quia iniquitas eleuauit caput superbi cõtra Deum.
2 Deus grauauit, vt fasce, & compressit me iam erigatur.
3
4 e *Putruerunt.* CAS. Narratio, in qua enumerantur miseriæ.
5
6 f *Cicatrices meæ.* AVG. Vel *liuores mei*, Alia litera; id est, peccata mea. Non est sanus, qui cicatrices habet, quæ putruerũt & fœtent: vt ab eis auertsi a
7
8
9
10 doremus sabbathum,
11 & gemamus *currentes eum sponso post odorem vnguentorum.*
12
13 g *Miser fact.* AVGV.
14 Dicto qualiter iniqui
15 tates supergressæ: di-
16 cit quomodo aggrauatæ.

† descenderunt in me, & descendit super me manus tua,

† grauiores ponderosiores fuerunt me, i. quam ferre potuerim.

h *Quoniam lum.* CAS. AVG. non solum mea infirmitate pecco, sed & diabolus, qui corpus affligit, & animam fatigat vanis imaginatio-

NICOLAVS DE LIRA.

tum misericordiæ tuæ. Notandum etiam quod eodem modo incipit ps. sextus, quem fecit in anxietate positus ex populi percussione pro ista numeratione, vt dictum fuit ibidem.

1 Quouiam sagittæ, &c. *id est, pœnæ mihi denuntiatæ ex parte tua per Nathan prophetam dicentem*, Hæc dicit dominus: aut septem annis veniat tibi fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, aut tribus diebus erit tibi pestilentia in terra. *Vnde Dauid istis sagittis percussus, dixit*, Coarctor nimis vndique. *secundi Reg. xxiiij.*

2 Et confirmasti super me manum tuam, *id, firmiter disposuisti me punire altero istorum trium modorum.*

3 Non est sanitas in carne mea à facie iræ *id est*, punitionis tuæ, *quia Dauid videns angelum cadentem populum fuit supra modum perterritus, & ex hoc in parte secuta est in carne eius tanta frigiditas, quod non calefiebat vestibus, vt dictum fuit iij. Reg. j.a.*

4 Non est pax ossibus meis, *quæ sunt fortiora carne,*

5 A facie peccatorum meorum, *id est propter peccata mea: per hoc insinuans, quod multo plus dolebat de culpa, quam de pœna, ideo subditur,*

6 Quoniam iniquitatem meam, &c. *id est, non sum sufficiens ad satisfaciendum. Vnde propter hoc peccatũ Dauid, Deus percutiebat populum, quod erat ipsi Dauid valde graue, ideo subditur,*

7 Sicut onus, *intantum, quod dicebat domino ij. Reg. xxiiij. c.* Ego sũ qui peccaui, & ego qui iniq; egi: isti, qui oues sunt quid fecerũt? vertatur, obsecro, ira tua contra me, & contra domũ patris mei.

8 Putruc. *quia peccatum adulterij, quod comiserat cum Bethsabea quodammodo redijt in peccato de populi enumeratione, ideo subditur,*

9 A facie insi. meæ. *id est, propter insipientiam meam. De peccato enim huius numerationis dixit Dauid ij. Reg. xxiiij. b.* Peccaui valde in hoc facto: sed precor domine vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis.

10 Miser factus sum. *Hic consequenter Dauid recordatur peccatum de adulterio cum Bethsabea, & qua secuta fuerunt ad illud di.* Miser factus sum. *quia Deo ingratus cecidi in tam enorme peccatum.*

11 Et curuatus sum vsque in finem, *id est, deiectus sum totaliter à rectitudine iustitiæ.*

12 Tota die contristatus ingrediebat, *ad locum solitarium pœnitentiæ, quia postquam reprehensus fuit à Nathan propheta de illo peccato, & Uriæ homicidio, quod secutum fuerat adulterium, dicitur de Dauid ij. Re. xij. d.* Et ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terram. *Et subdit causam,*

13 Quoniam lumbi mei impleti sunt illusioni. *secundum quod dicit Greg. homil. xxxij. Luxuria virorum viget in lumbis, & ideo lumbi Dauid illusionibus fuerunt repleti, quãdo per illusionem damonis incurrit crimen adulterij; In transla. Hiero. iuxta Hebraicum habetur sic*, quoniam lumbi mei impleti sunt ignominia, *quia valde ignominiosum fuit Dauid incurrere tantum flagitium. Potest etiam hoc reduci ad fœditatem, quam fecit Absalon accedens publicè ad vxores patris sui, ad ignominiam eius, vt habetur ij. Reg. xvj. quod contigit Dauid propter peccatũ adulterij cum Bethsabea & homicidij Uriæ, sicut prædixit ei Nathan propheta ij. Regum xij.* Hæc dicit dominus, *&c. & sequitur:* Suscitabo aduersum te malum de domo tua. *Et propter hoc recordatur hic Dauid persecutionem, quam ab Absalom sustinuit: quia fuit in pœnam peccati prædicti.*

14 Et non est sanitas in carne mea. *quia ex infirmitate carnis procedit luxuria. Lumbi autem & caro ipsius Dauid dicuntur, non solum pro persona, sed & pro persona filij sui Absalom: quia filius est de substantia patris.*

15 Afflictus sum. *de malitia filij mei Absalon.*

16 Et humiliatus sum nimis. *quia per eum, fugitiuus factus sum de metropoli ciuitate regni mei, scilicet de Ierusalẽ, vt habetur ij. Reg. xv.*

✻ 1 Rugie-

MORALITER.

† 1 *Quoniam sa. tua. &c.* id est, sententiæ tuæ contra peccatores in veteri ac nouo testamento scriptæ, incusserunt mihi timorem.

2 *Et confir. &c.* quia disposuisti, q; dedecus culpæ non remaneat.

3 *Non est sanitas in carne mea*, propter fomitem ex carne nascentem.

5 *A facie iræ tuæ non est pax.* quando considero tuæ iustitiæ rigorem, & peccatorum meorum horrorem, nihil in me remanet virtutis: Et subditur causa, cum dicitur:

6 *Quoniam inf. &c. Putruc. & cor. sunt cica. mea.* Per recidiuationem frequentem in lapsum culpæ.

9 *A fa. in. mea.* talis enim recidiuatio contingit propter defectum sapientiæ. 10 *Miser factus sum.* miseria culpæ. 11 *Et curuatus sum*, à rectitudine iustitiæ. † *Vsque in finem*, id est, vltra modum communem. 12 *Tota die contri. ingre.* propter remurmurationem synderesis contra malum Esa. xlviij. d. *Non est pax impiis, dicit dominus.* 13 *Quoniam lum.* id est libidinum incentiuis. 14 *Non est sa. in car.* nam in totum corpus redundant huiusmodi incentiua 15 *Afflictus sum.* ex talibus incentiuis.

16 *Et humi. sum ni.* quia talis motus est bestialis.

† 1 *Rugiebam*

ginationibus: & per hoc non est iterum sanitas, sicut & supra per sagittas.

A ✻ Basi. & Theo. Per *lumbos*, concupiscentiam tacite innuit, his enim hærent renes, per quos appetitus excitari solent. Hebræi, *despectu* pro *illusionibus*.

Avgv. *Lumbi*, vel, anima impleta est: & ita non est in toto homine, vnde sit lætitia, donec anima exuatur illusionibus, & corp⁹ induatur sanitate. Illusiones animę infinitæ sunt, quæ aliquando vix orare sinunt: imagines corporum occurrunt, & transis de hac in illam; venit B obliuio, recordaris hoc pro illo; & huiusmodi; hæ pellentur, cum videbimus veritatem vt est.

a *Rugie. à gemi.* Cas. Avg. *Gemitus* corde, *rugitus* voce: à similitudine bestiarum, quibus se comparat: vt fortior gemitus ostendatur: virtus patiętiæ quod in gemitum, nõ in verba prorumpit.

b *Ante te omne.* Cas. tale est, quod meretur esse ante te, quia pro C peccatis petit.

Avg. & ideo *non est absconditus*, sed auditus gemitus, quia pius est pro liberatione animæ: alios non curat Deus.

✻ Theod. Mutata concupiscentiæ vi, illam diuinæ voluntatis effeci ministram: quoniam enim semel ipsa abusus sum, deinceps illam tuis mandatis addicam.

c *Desiderium meum.* Avg. est oratio, nec vnquam definit orare, qui non definit amare: charitas clamor est.

d *Cor meum conturbatum est.* Cas. Exponit dolores animi, quia virtus patientiæ reliquit. *Conturbatum*, quia mens succubuit passioni suæ. *Lumen.* id est ratio nuper turbata, quam non habet secum pro ingentibus molestijs.

✻ Basi. Theo. *Lumen oculorum suorum* diuinam prouidentiam D nuncupat.

e *Amici mei & proximi.* Cas. Et pro his duobus solatijs gaudet humanitas, sed huic sunt cumulus passionis.

Avg. *Amici mei.* Hactenus confessus est quæ patitur à se intus; nũc quę à foris, vnde: *Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.* Vt enim caput, dicit peccata nostra sua; sic nos passiones eius, quæ hic ponuntur, dicamus nostras, quia vna vox totius: & hæc etiam cuique versanti inter homines conuenit. E

✻ Theodo. Sym. Amici mei & socii mei aduersum me in plaga mea contra steterũt: Vt Architophel & qui Absalonẽ sunt sequuti. Hebræi, *è regione plagæ meæ.* & pro *vim faciebant*, illaqueabant.

f *Surdus non au. &c.* † prauitates *suum.* Cas. Ad iniquitatem cõsulentiũ non aperiens. Quia mutus, non clarè loquitur, vel balbutiendo remurmurat: is ergo nihil asperum, nihil contra Deum dixit; Similatus sum dissimulãti audire conuitia sua: in quo homo est rationalis, ne per hoc cadat in peius. Contra iniquas suggestiones tacet supra, contra dolores corporis rugiebat. F

✻ Basi. & Theo. Cum Absalon patris sententias damnaret, Dauid æquè ferebat: cum Semeus malediceret, & lingua manuque feriret, silens iniurias sustinebat, & Abisai dicebat, *Sinite, vt maledicat Dauidi.*

g *Quoniam in te domine speraui, &c.* Cass. Quia inter tot mala sperauit in domino. Affirmat se audiendum in cõmemoratione emendationis. *Speraui*: Salutaris medicina malis, sperare, non deficere. *In te domine*, qui mutas tristia in læta.

☞ 2 *Quia*

a ¶ Per pœnitentiam. ¶ Animo, vt nihil sit in me liberum à pœna. b ¶ Quia vndique est calamitas.
c ¶ Cas. id est, cum magno desiderio quærebam animæ refectionem. ¶ A similitudine leonis.
¶ Aug. omnis gemitus, qui de exterioribus est, carnis est: qui pro sabbatho, quod caro non obtinet, cordis est, quem non nouit homo, sed o domine, ante te omne desid. me. qui vides cor.
d ¶ Hiero. id est, nihil desidero, nisi esse ante te.

† incuruatus.

a miliâtus sum † nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. Dñe 1
a ¶ Cas. si desiderium ante Deum, ergo & gemitus, qui cum eo. b ¶ Etsi ab hominibus.
b ne ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te nõ 3
c a ¶ Aug. quia non pro terrenis, sed pro cęlestibus. ¶ Aug. pauor vndique, & solicitudo incutitur.
b ¶ Vnde? ¶ Si virtus mansisset, nihil terreret. Cur & hæc reliquit.
† circumit, circumuolutur, fluctuat. d est absconditus. Cor meũ † conturbatum est, der̃eliquit me † 4
a ¶ Aug. quia lumen defecit, ex quo Adam ad vmbram fugit, timens à facie Dei.
virtus mea, & lũmen oculorũ meorũ, & † ipsum non est me- 5 6
a ¶ Aug. fidi b ¶ Cognati Iudæi. c ¶ Exprobrando. d ¶ Crucifigentes. ¶ Consilijs ac dolis.
B † propinqui. e cum. Amici mei & próximi mei † aduersũ me appr̃opinqua- 7
a ¶ Perseuerantes. b ¶ Apostoli.
¶ Vbi & vxor. vnde Halitum meum exhorruit vxor mea. Iob. xix. c. c ¶ Timentes mori.
uerunt & ste̊terunt. Et † qui iuxta me erant de̊ lõge steterũt, 8
a ¶ Crucifigebant. b ¶ Cas. diabolus cum ministris, qui tanto magis moliuntur mortem animæ, 9
quanto magis vident. c ¶ Tollere, non imitari. d ¶ Aug. quia non inueniebant crimina.
¶ Aug. vt vxor & amici, qui consulentes corporis animæ contraria suggerunt, vt loqueretur in Deum.
† & posuerunt tendiculam, illaqueauerunt me. & † vim fåciebant qui quær̃ebant animã meam. Et qui in- 10
a ¶ Finxerunt falsa. ¶ Alias vanitatem. b ¶ Fallacias, quot falsa testimonia ante crucem finxerunt, 11
& post resurrectionem, corruptis custodibus? de quibus Esa. Ponam malos pro sepultura eius.
quirebãt mala mihi locũti sunt † vanitates, & dolos tota die 12
a ¶ Non respondebis? quasi non audiret.
b ¶ Cas. magna virtus audire noxia, & non reddere contraria.
f meditabantur. Egò autem tanquam surdus nõ aũdiebam, & 13
† qui non aperit. sicut mutus † non aperiens os suũ. Et factus sum sicut homo †
a ¶ Non solum non audiebam, sed quasi nec possem audire. b ¶ Aug. quasi non esset vnde illos
argueret, quod ante fecerat, sed implendum erat. Sicut ouis coram tondente, sic non aperuit os
suum. Esa. liij. c. c ¶ Cas. sic tacui, quasi non esset, quod iuste redderem. ¶ Sed.
C non audiens, & nõn habens in ore suo redargutiones. Quo- 14
g a ¶ Ideo tacui in passione. ¶ Si bona est conscientia, nihil est timendum.
† vel te expectaui. niam in te domine † speraui, tu exaudies me dñe Deus meus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Rugiebam à gemitu cordis. *Dauid dolorem in corde suo existentem per signa exteriora manifestabat, nec omnino celare poterat.*

2 Domine ante te. *quia te non latet aliquod secretum.*

3 Et gemi. meus. *q.d. appone mihi remedium.*

4 Cor meum con. est. *propter prædicta.*

5 Dere. me. *Quia fugiens de Ierusalem propter Absalon ascendebat montem oliuarum scandens, & flens, & operto capite, & nudis pedibus incedens, vt habetur ij. Re. xv. f. Et sic fuit multum fatigatus in illo itinere, maxime cum esset tam senex, & ætatis prouectæ.*

6 Et lu. ocu. *Quia sicut erat fatigatus in corpore. ita turbatus in oculis ex labore, & senectute, potest etiam hoc referri ad oculos mentis, quia in illa fuga turbatus, & minus prævidens, præcipitanter dedit hereditatem Miphiboseth iusti, Sibæ seruo eius, pessimo detractori, vt habetur ij. Reg. xvj. a.*

7 Amici mei & proximi mei. *Hoc apparet de Absalon filio eius, &*

& Amasa nepote suo, & Achitophel consiliario suo, qui persequebantur Dauid vsque ad mortem.

8 Et qui iuxta me erant. *Ante persecutionem Absalom.*

9 De longe steterunt, *id est, à me recesserunt propter timorem Absalom.*

10 Et vim faciebant. *Quia Absalom & sui complices toto conatu suo quærebant Dauid ad mortem.*

11 Et qui in. mala. mi. *Sicut Semei & consimiles.*

12 Locuti sunt va. *Falsa mihi improperantes: Dicebat enim ei Semei,* Egredere vir sanguinũ, & vir Belial: *vt habetur ij. Reg. xvi. b.*

13 Ego autem tanquam surdus. *id est, me audire dissimulabam patienter sustinens eius maledictionem. Vnde Abisai volenti ipsum interficere dixit:* Dimitte eum vt maledicat, *&c. Ex hoc patet sententia vsque ibi,*

14 Quoniam in te domine speraui tu exaudies *id est, exaudias: Hebræi enim non habent optatiuum, sicut supra dictum est, sed vtuntur futuro indicatiui loco eius.*

☞ 1 Quia

MORALITER.

† 1 *Rugiebam à ge. cor mei.* ratione contradicente & non præualente. Et quoniam homo positus in tali languore necesse habet ad Deum recurrere, subditur, 2 *Domine ante te omne de. meum* suspirando tuum auxilium: Et ideo subditur causa,

4 *Cor meum, &c. lu. ocu. meo.* scilicet mentalium.

6 *Et ip. non est. me.* propter turbulentiam passionum.

7 *Amici mei.* id est, affines & consanguinei.

7 *Aduer. me.* Frequenter enim in via morum impediunt.

8 *Et qui iuxta me erat* id est, esse debebant ad me dirigendum & confortandum in bono, eiusmodi sunt ecclesiæ ministri,

9 *De lon. ste.* quia de animabus parum, & de pecunijs multum curãt: quod significatur Lucę x. in parabola sauciati, quẽ sacerdos & Leuita transierunt absque cura. 10 *Et vim. facie. qui quæ. animam meam*, id est, dæmones tentationes horridas immittentes.

11 *Et qui inqui.* scilicet homines maligni, qui sũt mẽbra diaboli.

12 *Locuti sunt vanitates*, id est, mendacia contra me.

13 *Ego autem tanqnam surdus.* Id est, sic patienter sustinui, ac si essem surdus & mutus.

† *Et fa. sum.* Repetitio est eiusdẽ ad maiorẽ expressionẽ. Et quoniã iniuste patiẽtibus & de Deo confidentibus ipse succurit, subditur: 14 *Quo in te, &c. Quia dixi.* In oratione te deprecando.

a ¶ Ideo audies. ¶ Cas. inter mala cauet sanctus maxime ne de lapsu eius insultet inimicus.
b ¶ Aug. hoc dixi, & tamen hoc euenit, forsitan ad emendationem.

☞ A † lætentur de me.

a Quia dixi, nequando † supergaudeant mihi inimici mei: &

a ¶ Aug. Aliquando in aliquod peccatum, vbi tunc insurgunt linguæ nequissimæ, cum fuisset potius miserendum.
b ¶ Actus.

b dum cõmouentur pedes mei, super me † magna locuti sunt.

a ¶ Dolent impij, sed ideo etiam exaudies. ¶ Aug. quasi ad hoc natus sum, vt flagella feram: flagellat enim Deus omnem filium quem recipit: & ideo non insultent inimici.

c Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in cõ-

a ¶ Aug. Vnde dolor? Non de flagello, quod medicina, sed de peccati vulnere, nisi enim doleret, non sic se accusaret. b ¶ Et quia non sufficit confiteri, addit. annunti. id est, confitebor.

B † anxius ero, timebo,

d spectu meo semper. Quõniam iniquitam meam annuntiã-

a ¶ Cas. sedule agam pro sanando. ¶ Alias pronuntiabo & curam geram. ¶ Solicitus ero.
b ¶ Tua permissione ad probationem miseri mei missi. c ¶ Bene est eis in seculo, vbi laboro & rugio.

e bo, & † cogitãbo pro peccato meo. Inimici autẽ mei viuũt,

a ¶ In persecutione. ¶ Et hoc valet ad impetrandum. b ¶ Quod grauius.
c ¶ Et non pauci: quod grauissimum. ¶ Dantes mala pro bonis.

† cõfortati

& † cõfirmãti sunt sũper me, & multiplicãti sunt qui oderũt

a ¶ Etiam. ¶ Alias, Detrahebant mihi, qui retribuunt mala pro bonis, qui persecutus sum iustitiam.
b ¶ Ideo dixit mala pro bonis.

† falso.

me † iniquè. Qui retribuunt mala pro bonis † detrahebant

a ¶ Cur? b ¶ Sed quia hæc homini intolerabilia. ¶ Hoc dicimus in illo, qui pro nobis interpellat.

C f mihi, quoniam sequebar bonitatem. Nẽ derelinquas me do-

a ¶ Et si ad horam relinquis. ¶ Penitus. b ¶ Potius. ¶ Aug. dum pugno contra hostem.

g mine Deus meus, nẽ discesseris à me. † Intende in adiutorium

¶ Dator. a ¶ Aeternæ. ¶ Aug. quia & animam seruauit, & à passionibus liberauit.

meum, domine Deus salũtis meæ.

a *Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei.* AVG. Itẽ caput de infirmis pedibus, cum sit in cælo, nõ deserit illud quod habet in terra.

b *Dum commouentur pedes mei.* CASS. Si commouentur aliquãdo humana infirmitate, irridentur impij, vnde dolent pij.

c *Paratus sum.* CAS. Sciens me deliquisse.

Dolor, quia deliquit.

impius se defendit, iustus contra se iratscitur

✻ THEODOR. Accusator mei sum, & vt sanus sim, omnem diligentiam adhibebo.

d *Quoniam iniquitatem meam.* CASSI. Duo modi perfectæ pœnitentiæ, confessio & emendatio, per fletus, eleemosynas, & huiusmodi.

e *Viuunt*, AVGVS. Fruuntur mundo, firmati in mundanis; & quotidie plures fiũt.

f *Ne derelinquas* AVG. De præteritis absolutus, cũ actione gratiarum autorẽ salutis profitẽs Deũ, lætus exclamat ne iã relinquatur.

CAS. quia grauior offensio post veniã.

AVG. Exultatiua conclusio, vt certa spes sit imitantibus.

g *Ne discesse.* Quomodo ergo supra, vt *quid me dereli.* Vox est veteris hominis qui cum eo crucifixus, hic autem in persona propria loquitur.

1 2 3 4 * † magnificauerunt, sub linguã suam, vel, insultant mihi. 5 6 † E 7 8 9 10 11 12 13 F † aduersabantur. 14 15 16 † Festina. 17 18

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia dixi, *scilicet tibi, in oratione mea.*

2 Nequando supergaudeant mihi inimici, *id est, ne aliquando me teneant pro voluntate sua ad me interficiendum, quod summe desiderant.*

3 Et dum commouentur pedes mei, *Fugiendo propter Absalom de ciuitate regali.*

4 Super me, &c. *Sicut patet de Semei, vt dictum est, & similiter Achitophel dixit ad Absalom ij. Reg. xvij. a.* Eligam mihi xij. milia virorum, & consurgens persequar Dauid hac nocte, & irruens super eum, quippe qui lassus est & solutis manibus percutiam eum. *Et sic iste tactabat se, quod percuteret Dauid fugientem.*

5 Quo. ego in flagella para. *id est, promptus animo ad sustinendum flagella, quæ dominus mihi voluerit inferre. Vnde dixit ij. Re. xv. e. ad Sadoch.* Reporta arcam Dei in vrbem, si inuenero gratiam in oculis domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum: si autem dixerit mihi, non places, præsto sum, faciat quod bonum est coram se.

6 Et dolor meus: *Quia scio meruisse pro peccato adulterij, cum Bethsabea, & homicidy Vriæ: & per talem modum loquitur infra psal. l. a.* Peccatum meum contra me est semper, &c.

7 Quoniam ini. meam. *Statim enim eam recognouit ad reprehensionem Nathan prophetæ, vt habetur. ij. Reg. xij Et pro expiatione eius multa postea obtulit sacrificia, quæ quodammodo annuntiabant peccata, pro quibus offerebantur: quia alia sacrificia offerebantur pro peccatis ex certa malitia commissis, & alia pro peccatis ignorantiæ, vt patet in Leui.*

8 Et cogi. *cauendo diligenter à recidiuo.*

9 Inimici au. *scilicet Absalom, & Achitophel, & eorum complices, propter quorum potestatem, (cui non poterat resistere) compulsus erat fugere.*

10 Et mul. sunt. *vnde ij. Re. xv. c. dicitur:* Cũque immolaret victimas, facta est cõiuratio valida (*scilicet cõtra Dauid*) populusq; cõcurrens augebatur cũ Absalõ, *& ibidem subditur*, Venit igitur nũtius ad Dauid di. Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom.

11 Qui oderunt, &c. *quia Dauid multa bona fecerat eis & ideo subditur,*

12 Qui retrib. mala *me persequendo.*

13 Detrahe. mi. *me infamando.*

14 Quoniam se. bo. *id est, pro bonis quæ feceram eis, ista mihi inferebant, tanquam ingratissimi.*

15 Ne derelin. me. *Hic ponitur huius psalmi conclusio intenta, in qua Dauid Deum deprecatur, vt eum præseruet à recidiuo in præterita mala, di.* Ne derelinquas me domine, *scilicet in prædicta mala incidere.*

16 Deus meus. *q. d. si ad modicum dimiseris me, fragilitati meæ non potero tentationibus resistere: & ideo subditur,*

17 Inten. *continue præstando mihi auxilium.*

18 Do. De. sa. meæ. *id est, à quo efficienter, & in quo obiective cõstitit salus vitæ æternæ: Ad quam nos perducat qui sine fine viuit & regnat.*

PSAL.

MORALITER.

† 2 *Ne quando super. mihi inimici mei.* id est, dæmones de lapsu hominum gaudentes.

3 *Et dum com. pedes mei.* id est, si viderent me à rectitudine iustitiæ declinare.

4 *Su. me mag. lo. sunt.* id est, loquerentur, quasi tenentes deictum.

5 *Quoniam ego in flagella paratus sum.* id est, sustinere patiẽter quicquid inflixeris.

9 *Et dolor meus*, De peccatis meis commissis,

† *In conspe. meo semper*, Per cordis contritionem.

7 *Quoniam ini.* In vera confessione.

8 *Et cogi. pro peccato.* id est, pro eius satisfactione. q. d. hæc faciam ad hoc quod exaudias me.

9 *Inimici au. mei. multiplicat* id est, temporaliter prosperantur & contra me mala machinantur, pro bonis à me sibi collatis: ideo concluditur, 15 *Ne derelinquas me* subtrahendo auxilium tuum, quoniam in necessitate positus sum.

† MO-

ADDITIO

In psa. xxxvij. Domine ne in furore: *vbi dicitur in postil.* De materia autẽ eius dicit Rabi Sala. *Hæc expositio videtur rationabilior, quia contenta in hoc psa. cõmunia sũt peccatoribus qui à Deo in hac vita flagellantur propter peccata commissa, & etiam post remissionem vnius peccati in aliud reincidunt, & iterum pœnitent, sicut communiter contingit in hominibus, præter quam in viris valde perfectis: vnde non oportet appropriare istum psal. Iob, nec alicui personæ singulari. Et hãc expositionem videtur sequi glos. ad quam litera faciliter est applicabilis: & secundum hoc proprie ponitur inter psalmos pœnitentiales.*

REPLICA.

In psa. Domine ne in furore, *secundo. Postil. inter multas expositiones: elegit & persequitur illam de persona Dauid multum eleganter. sed Burg. prælegit illam Rab. Sal. expositionẽ. quæ est de tota congregatione populi. Et ideo Burg. dicit eum esse psalm. pœnitentialem. Et fortasse mouetur rationibus, quibus supra circa psal.* Beati quorum. *Sed quantum rationes suæ concludant vide ibi. Et mirum quod Purgens. hic Rabi Salo. sequitur, quem semper reprobare consueuit. Et puto nullam aliam habuisse causam, nisi quia postil. his ipsum reliquit.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem can.* Aug. quia hic est de æterna beatitudine, pro qua iucundum est transilire; & si graue sit carni. Docet autem inde de mundo ad Deum transire. Transilitor autem de bona opinione semper contrahit inuidiam iniquorum, & calumniam: vnde deliberat inter malos tacere, ne quid dicat malè.

b *Idithun.* Augvst. Transiliens eos, id est remanentes in mundo.

Cas. In primis de continentia linguæ inter blasphemos & calumniosos: vnde & optat noscere finem, vbi hæc non sunt.

✻ Bas. & The. Aliqui Idithũ hunc psalmũ vt autori tribuũt, sed titulus Dauid: qui illum ad canẽdum dedit Idithun, cui canẽtium chorus commissus erat. *In finẽ* nos transmittit, quia humanæ naturæ vilitatem deplorat, & huiusce finem demonstrat, hũc autem scripsit cum Absalonem fugiens à Semei malediceretur.

PSALMVS XXXVIII.

c *Dixi, Custodiam vias meas, &c.* Aug. Cas. monet hic psalmus inter blasphemos, iniquos, & calũniosos linguæ continẽtiam, certamina, rixas, comprimere: hoc enim silentium multum est vtile.

Cas. Dixi, in corde deliberaui: vbi sapientes prius deliberant, quam loquantur. d *Vias.* Hi. i. actiões & verba. Vt nõ delinquã, per fatua, vel otiosa.

e *Iulius.* Aug. Nõ fruf *Poseri.* Aug. Postquã

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XXXVIII.

Dixi, Custodiam vias. *Hunc. psal. præmittitur talis ti. in Hebræo.* Ad victoriam Idithun Dauid. *Istis tamen nominibus Idithun & Dauid præmittitur littera lamech, ad designandum quod sunt dati sui casus. Ad intellectum autem huius ti. considerandum quod sicut dicitur j. Par. xxv. a. Dauid constituit cantores ad diuinas laudes ducentos lxxxviij. qui per vices canerent diuinas laudes: in tẽplo: & in istis fecit tres principales cantores, scilicet, Asaph, Heman, & Idithun. Fecit etiam psal. ab istis cantoribus decantandos, secundum quod habetur. j. Paral. xvj. & j. Esdræ iij. Est igitur sensus huius titu.* Psalmus Dauid *id est, sibi appropriatus tanquam autori,* Idithun, *id est, appropriatus cantoribus existentibus sub Idithũ, per eos decantandus,* Ad victoriam, *id est, cum quodam conatu, inquantum vna pars cantorum nitebatur superare aliam, prout expositum fuit supra psal. iij. In transla. vero Hier. iuxta Hebraum ponitur talis ti.* Pro victoria Idithun canticum Dauid. *In bibliis autem nostris cõmuniter dicitur sic:* In finẽ canticum Dauid pro Idithun. *Et in istis titu. eadem penitus est sententia sicut in ti. Hebraico. Vt patet ex dictis hic & supra psa. iiij. Per hunc igitur ti. apparet autor psal. & per quos erat decantandus, & modus cantandi: sed materia non apparet, propter quod de hoc varie dicitur apud Hebræos & Latinos. Et omissis multis propter prolixitatem vitandam, accipiam duos modos exponendi, qui videntur mihi magis litera propinqui. Vnus modus est, quem prosequitur Rab. Sal. di. quod Dauid fecit hunc psal. pro tribulationibus venturis filijs Israel, vel super populum Israel, maxime tempore captiuitatis Babylonicæ, quam præuidit Dauid in spiritu. Et ideo in hoc psal. ostendit quod debeant eam patienter sustinere, cum deprecatione ad Deum pro eius terminatione. Et secundum hoc exponitur iste psa. sic quod Dauid loquebatur in persona populi captiuati &.*

1 Dixi, Custo. *id est. diligentia me custodiam.* Vt non delinquã in lingua mea *q.d. ne aliquo modo murmurem de diuinis iudicijs, quãdo dimittit Gẽtiles, & idololatras dominari, & filios Israel pro peccatis suis ad tempus affligi, & captiuari,* posui ori meo custodiam cum confi† steret peccator, *id est, populus Babylonicus idololatriæ deditus.* Aduersum me, *Cum enim populus Israel erat ibi in captiuitate, insidiabantur Babylonij aliquid rapere de ore eius, vt possent eum accusare: propter quod oportebat eum tunc maiorem custodiam ori opponere.* Obmutui & humiliatus sum *coram Babylonijs,* Et silui à bonis, *id est, à lege diuina, vt dicit Rab. Sa. quia de ea non audebat loqui coram Babylonijs.* Et dolor meus renouatus est: *quia prius doluerat de sua captione, & iterum de legis Dei depressione.* Concaluit cor meum intra me, *quia ira est ascensio sanguinis circa cor: etiam illa quæ est per zelum qualis est ista, & sic causabat calorem intra.* Locutus sũ in lingua mea, *id est tacito orãdo,* Notum fac mihi domine finem meũ, *id est, finem huius captiuitatis, vt sic possim manifeste & publice promere verba diuinę laudis, vel legis.* Et numerum dierum meorũ quis est *id est, dierum huius captiuitatis,* Vt sciã quid desit mihi, *id est, quantum disto à redemptione huius captiuitatis. Et pro acceleratione redemptionis allegat breuitatem vitæ humanæ di.* Ecce mensurabiles. *in Hebr. habetur,* Ecce palmos. *palmus autem est mensura breuis: propter quod Hieron. in tanslat. iuxta Hebraum dicit,* Ecce breues, &c. *idem signat quo dicitur hic,* Ecce mensurabiles, *quia res breuis est de facili mensurabilis,* Posuisti dies meos. *q. dic. nisi cito terminetur ista captiuitas in ea moriar: ex quo ita breues sunt dies mei.* Et substantia mea tanquam nihilũ ante te, *quia illud quod est modicum, quasi nihil reputatur; ideo subditur,* Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens *ex quo vita eius est ita breuis, & sicut est parua durationis, ita est parua cognitionis ideo subditur,* Veruntamẽ in imagine pertransit hõ. *In Hebræo habetur,* In obscuritate *& idẽ signat, quod dicitur hic,* In imagine, *quia illud, quod tantum cognoscitur in sua imagine, cognoscitur imperfecte. Et sicut homo est parua cognitionis, ita & frequenter inutilis & noxiæ sollicitudinis: ideo subditur,* Sed & frustra conturbatur, *id est vana solicitudine anxiatur, cuius causa subditur,* Thesaurizat, *cum magna solicitudine,* & ignorat cui congregabit ea: *quia forsitã cito morietur, & thesaurus suus ignotis relinquetur, & ideo concluditur, quod solicitudo & spes hominis est ponenda in Deo, cum dicitur,* Et nunc quæ est expectatio mea: nonne dominus? *q.d. sic:* Et substantia mea apud te est: *& accipitur hic* substantia *pro diuitijs. Diuitiæ enim iustorum reseruantur apud Deum secundum illud Esa. lxiij. b.* Oculus non vidit nec auris. &c. *Et quia ex confidentia diuina insurgit homo ad deprecandum ipsum Deum, ideo deprecando dicit,* Ab omnibus iniquitatibus meis eruе me *non solum quantum ad istius captiuitatis pœnam, vnde subditur,* Opprobriũ insipiẽdi dedisti me, *id est populo Babylonico idololatriæ dedito.* Obmutui & non aperui os meum, *ad respondendum contra illatum mihi opprobrium:* Quoniam tu fecisti, *subjciẽdo me eius seruituti; ideo subditur,* Amoue à me plagas tuas, *id est, pœnas istas à te mihi inflictas: quarum grauitas allegatur, cũ subditur,* A fortitudine manus tuæ, *id est, punitionis tuæ,* Ego defeci, *quasi nõpotẽs (vel saltẽ nõ nisi cũ difficultate) sustinere. Et hic terminatur versus in Hebræo & in transl. Hieron. iuxta Hebraum, & versus sequens incipit cum dicitur,* In increpationib⁹ *id est, duris punitionib⁹.* Propter iniquitatẽ corripuisti hominẽ, *id est, Israelem. q.d. licet punitio tua sit dura, tamen est iusta.* Et tabescere fecisti sicut araneã, (*In Hebræo & in transl. Hie. iuxta Hebraum habetur,* sicut tineã) animã eius, *id est, vitã eius reddidisti contemptibilem, & conculcatam coram Babylonijs.* Veruntamen vane conturbatur omnis homo. *q.d. licet iuste posueris nos in captiuitate, tamen Babylonij abutuntur nostra seruitute, & contra nos prouocãtur sine causa: ideo subditur,* Deprecatio de liberatione ab ea cũ dicitur, exaudi orationẽ meã, &c. Ne fileas, *id est, ne dissimules audire.* Quoniam aduena ego sum *in terra Babylonis.* Apud te, *q.d. tamen ibi colo te,* Et peregrinus sicut omnes patres mei *scilicet Abraham Isaac & Iacob, peregrinati sunt in terra aliena, vt patet in Gene. xij. & xxj.* Remitte mihi *culpam & captiuitatis pœnã.* Vt refrigerer, *per tuam consolationem,* Prius quam abeam *de vita præsenti per mortem,* Et amplius non ero *scilicet in statu merendi, vel in statu, quo possim in regnum Iudææ reuerti.*

Alio modo potest expons psal. iste de ipso Dauid ita quod fecerit ipsum positus in fuga à facie Absalom filij sui, postquam audierat vituperia sibi illata à Semei. Sicut enim pro persecutione Saulis fecit multos psalmos vt ex dictis supra patuit: & inf. & adhuc patebit: sic & de persecutione sibi mota ab Absalon. Et videtur mihi quod hæc expositio secunda est magis rationabilis, & magis consona litera quam præcedens. Et secundum hoc psa. potest diuidi in tres partes: quia primo describitur ipsius Dauid patientia, & secundo eius confidentia ibi, Locutus sum, *tertio orationis instantia, ibi,* Exaudi orationem *Circa primum dicit sic,* Dixi, *i. firmiter in corde meo proposui,* Custodiam &c. vt non delinq. in ling. *murmurando contra Deum de afflictione mea.*

2 Posui ori meo custodiam cum confiteret peccator *id est, Semei mihi maledicens & lapides,* ✻ *& terram*

MORALITER.

† 1 *Dixi. Cu.* Ra. Sa. dicit ✻ Dauid fecit hunc ps. præuidẽs in spiritu captiuitatẽ Babylonicã, in qua populus Israel fuit in tãto timore quod de iniurijs illatis sibi non audebat cõqueri vel murmurare. Moraliter aut põt exponi de quolibet posito pro peccatis suis in afflictione corporali. de quibus tamen pœnitet, & petit à Deo misericorditer liberari licet sustineat patienter. Dicit igitur: *Dixi, Custodiam,* id est. firmiter proposui cauere à recidiuo peccati.

1 *Vt non delin. in lingua &c.* Murmurãdo contra iudicia diuina.

2 *Posui ori meo custodiam* Per circumspectionem.

† *Cum confiteret peccator.* id est diabolus, vel homo malus

☞ transiui terrenas delectationes, & ex bonis contraho inuidiam:
A sufficit intelligentia coram Deo, ne loquendo dem aditum calúnioſis, in quo ſit ſæpe perturbatio, vt dicantur non dicenda, contra quod melius remedium eſt ſilentium, ſed dum nimis timeo, ne loquar mala, tacui bona: & quia non erogo talentũ mihi creditũ pauperibus, non committet mihi dues dominus; & hoc eſt, *obſurdui*, id eſt, cœpi iam non audire; confitetur ſe paſſum, docens nos cauere hoc non imitari.

† ſilentio. i. diutino ſilentio factus ſum velut mutus. † turbatus eſt.

Cass. *Poſui* vſque eò quod obmutui. *Humiliatus*, vt purum
† exarſit. B intelligas ſilentiũ, nõ doloſum. *Et ſil. à bo.* ne docerem contemnentem, qui cauſam
† mẽſuram quatuordigitorum. contentionis quærit. ✠ Theod. hæc cum hiſtoria magnam habent conſonantiam. Nam Semei maledicenti non reſpondit, & prohibuit ne Abiſai illum ſpiculis confoderet, dicens, cum dolor & memoria peccati renouaretur, *Dimitte eum, etenim iuſſit Dominus vt malediceret Dauidi.*

a ¶ Vel obſurdui. b ¶ Non me humiliaui. ¶ Caſ. improperia ſuſtinui ab eis. c ¶ Dum timeo ne dicam mala. d ¶ Ita. e ¶ Caſ. quem paſſus eſt in loquendo, à quo queuit in ſilentio.

a *A bonis & do.* Cas. annuntiandis, vel à bonis hominibus, proporcis & canibus, quibus ſanctum non eſt dandum: vnde dolor,
C quia negat conſeruis cibaria vitę. Et ideo, *Cor meum concaluit*, omni parte igne Dei. *Intra me*: in ratione, vt de cæleſtibus cogitãret: *Intra* prius quam extra exiret loquendo, vel, in æterna gratia ſanctiſpiritus. *In meditatione mea. ex.* id eſt, in conſilio, ne inſanus eſſe æſtus videretur, poſtquam *intra*. etiam *in lingua mea*, id eſt, tranſilientium, locutus ſum.

✠ Theodo. Symma. vertit *Exaruit cor meum intra me, & dum in animo expenderem, flagrabam igne maroris.*

Av g. Quod eſt, malis inuitus filui, ſed domino locutus eſt, ę ſtu charitatis agente iſtud. *Notum fac mi.* id eſt, Chriſtum, qui eſt finis noſter. *Et numerum dierum*, non deſiderio huius vitæ, ſed deſiderio Chriſti, vt appareat ſi eius aduentum poterit videre ante quem multum deeſt ad vitam: quia ante eum ſunt veteres dies Adę, qui ducunt ad mortem, & non noua regeneratio. *Et ſubſtantia.*

a ¶ Sed. ¶ Aug. in hac fluctuatione dicendi & tacendi inter calumnioſos, & audire paratos, in hoc æſtu, quæſiui meliorem locum, vbi hoc non patiar, ſcilicet finem, id eſt, vitam æternam. Et hoc eſt. no. ſ. &c. b ¶ Hoc. ¶ Aug. ſi multa tranſiui, reſtat finis, vbi non ſunt ſcandala, noto fine plus deſiderat, & omnia tranſilit, & nu.

a ¶ Hiero. Aug. hic eſt numerus ſine numero. b ¶ Vere non tranſit. ¶ Vel qui.

a ¶ quantum, vnde humilior eſt homo. b ¶ Hic in præſenti. c ¶ An deeſt? quaſi quia vtique. ¶ Quid enim deſtis diebus tranſitorijs ſentis. d ¶ Aug. aliàs, veteres, quia corrumpuntur corpora peccato & pœna. ¶ Breues inanes. e ¶ Qui dederas immenſurabiles, ſi homo perfitiſſet.

a ¶ Aug. cito tranſit, & quandiu eſt, nihil eſt. ¶ Aug. actus quidem boni ſunt aliquid. b ¶ Ex ſe. c ¶ qui vere vides. d ¶ In hoc gemit, ſicut in ſuperna, id eſt, ſupernorum amore exardeſcit.

1 2 3 4 5 Non auditori erudiẽdo, ſed exauditori Deo, à quo intus audior. E
6 7 8 9 10 11 12 13 Cas. Quaſi, noto fine, & diebus qui ſunt, attendit ad hæc, quæ reliquit, & comparat inuicem.

✠ Theo. Sym. vertit *Ecce dediſti mihi dies, vt menſuras duodenum digitorum, & vita mea, vt nihil ante te*, Hebræi, *palmales*.

f *Et ſubſtantia, &c.* Avg. Qui videt nihil eſſe hanc ſubſtantiam, ante te, videt, vbi oculi tui ſunt, non vbi humani, id eſt, tuæ viſioni concordat. vel, *ante*, id eſt, contuitu illius quæ ante te erit.

g *Veruntamen.* Cas. Videns aduentum Chriſti redit ad infirmi- F
tatem, quam inter virtutes habet dicens:

Av g. Magna ſunt quæ diximus & credimus: ſed tamen non eſt illud æternum, ſed vniuerſa vanitas, Et pro mutabilitate deſiderans æternam, exprobrat humanæ vitæ, cui ſubeſt, quod dicit. Ne quis putet ſanctos à tentationibus alienos.

Av. Vel licet menſurabiles dies, licet ſubſtantia, nihil: tamen vniuerſa vanitas, eſt in rationali creatura, quæ ſecundum diuerſos vniuerſam apperit creaturam.

Avg. *Veruntamen.* Quamuis æternis inhio, tamen dum hic vi- Multiplex vanitas.
uo, vbi tot ſcandala, vbi tentatio, vniuerſa vanitas: Omnis homo & trãſiliens, & hærens: id eſt, ad vniuerſam vanitatem adhuc pertinet, quia omnia vanitas, ſub ſole eſt omne viſibile; Inuiſibilia

☞ non

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *& terram contra me proijciens, vt habetur ij. Reg. vxj. b.*

1 Obmutui, &c. *Nihil reſpondendo ſibi.*

2 Et humiliatus ſum, &c. *Magna enim humiliatio erat, quod rex patienter talia ſuſtineret*

3 Et ſilui à bonis &c. *Iſte enim Semei erat dignus morte propter crimen læſæ maieſtatis: propter quod dixit Abiſai*, Quare maledicit canis moriturus domino meo regi? vadam & amputabo caput eius. *Dauid autem non dedit ſibi licentiam, ſed magis prohibuit. Et ſic ſiluit à bono iuſtitiæ ſiendæ: non tamen peccauit, quia illa iniuria erat contra perſonam ſuam, & ſic poterat ſine læſione iuſtitiæ dimittere vindictam, vel differre. ſed magis meruit ſuſtinendo patienter ex humilitate. Vnde ſubditur ibidem*, Dimitte eum vt maledicat, ſi forte reſpiciat dominus afflictionem meam, &c. *De duobus enim bonis vnum eſt melius altero: vnde dicit Apoſtolus* j. *ad Cor. vij. g.* Qui iungit virginẽ ſuam matrimonio, bene facit. & qui non iungit melius facit.

4 Et dolor meus renouatus eſt. *Quia tunc recoluit in ſpeciali de malitia filij ſui Abſalom. d. ij. Reg. xvj. c.* Ecce filius meus qui egreſſus eſt de vtero meo quærit animam meam. quanto magis nunc filius leminĩ? *de qua malitia valde dolebat: vnde & mortuo Abſalom in ſua malitia, dicebat, ij. Re. xviij. g.* Quis mihi tribuat vt ego moriar pro te fili mi Abſalom? *Lugens eius damnationem, ſicut expoſitum fuit ibidem.*

5 Concaluit cor meum intra me, & in meditatione, &c. *Ex charitate enim, quam habebat ad filium, dolebat de eius culpa, magis quam de perſecutione ab eo contra ſe mota.*

6 Locutus ſum. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Dauid confidentia, & primo deſcribit humanum defectum: ſecundo ex hoc concludit, quod de ſolo Deo eſt confidendum, ibi*, Et nunc. *Deſcribendo autem humanum defectum, primo incipit a ſeipſo dicens*, Locu. ſum in lin. *te deprecando corde & ore.*

7 Notum fac. mi. do. finẽ *id eſt terminum perſecutionis in qua ſum.*

8 Et num. dierum. *id eſt, quot diebus ſtabo in iſta tribulatione.*

9 Vt ſciam quid deſit mihi, *id eſt, quantum oportebit me vlterius ſuſtinere, q. di. cum difficultate poſſum iſta ſuſtinere: & ideo deſidero finem ſcire.*

10 Ecce menſurabiles. *id eſt, breues, vt ſupra expoſitum eſt.* Poſuiſti dies meos, *ideo ſubditur.*

11 Et ſubſtantia mea, *id eſt, vita mea, vt habetur in tranſlatione Hiero. iuxta Hebraum.*

12 Tanquam nihilum ante te. *Quia quod modicũ eſt, quaſi nil reputatur. Secundo procedit ad oſtẽdẽdũ humanũ defectũ generaliter dicẽs,*

13 Veruntamen vni. &c. *Quia omnis homo eſt ita breuis vitæ, quod quicquid contingit in ea, debet reputari inane: & ſicut eſt modica durationis, ita eſt paruæ cognitionis ideo ſubditur,*

✠ *Omnis*

MORALITER.

† 1 *Obmutui, & ſilui à bonis* id eſt, ab expreſſione pœnitentiæ meæ, & afflictionis grauitate.

4 *Et do. meus.* Nam augmentatur, cum in corde clauſus tenetur, ſicut apoſtema grauius affligit, antequã aperiatur, ideo ſubditur,

5 *Concaluit cor meum.* Ex doloris augmento.

6 *Locutus ſum. in lingua mea.* Tacite orando,

7 *Notum fac mihi do. finem* ſcilicet quantum ad afflictionem præſentem. 9 *Vt ſciam quid deſit, &c.* Id eſt, quandiu durabit. Et pro acceleratione termini allegat breuitatem vitæ dicens,

10 *Ecce menſurabiles poſuiſti dies &c.* Id eſt, valde breues: quia res breuis de facili menſuratur.

11 *Et ſubſtantia mea tanquam nihilum* id eſt, res tam modica, quod quaſi nihil eſt reputanda. Et non ſolus ego ſum huius conditionis, ſed etiam,

✠ *Omnis*

☞ A non sunt sub sole, id est, fides, spes, charitas: hæc habent *Idithun* vltra solem cuius conuersatio in cœlis est.

1.Eccl.12. ✻ Bas. & Theod. Nihil viuentes homines differunt ab ijs qui in pictura exprimuntur: æqualiter enim horum, & illorum natura tempore labitur, & corrumpitur.

a *Omnis homo.* Aug. Si malus, in sæcularibus vanus est; si bonus, cum Christo volenti esse, vana est vita.

+ stans, per manes, vel quantunlibet cõsistere videatur

b *Veruntamen.* Aug. Diapsalmus. Quo modo omnes sub vanitate & casu: & inde opponit se expectare dominum, & petit liberari.

+ mea domine spes mea in te est.

c *In imagine pertransit.* Augvst. Quamuis ita studeat vanitati: tamen citò transit corporaliter, imagine speculi, quæ citò euanescit. Vel, ipse positus in imagine Dei, id est, in ratione: & ita mirum quod hoc non retrahit eum à vanitate: sed conturbatur, id est, à puritate mentis in actibus sæculi deducitur, quia cum miseria & labore appetit terrena.

B

+ ne ponas

+ conflictu vulnere,

+ cùm tu hominem propter iniquitatem corripis, cũ obiurgatione.

d *Thesaurizat.* Aug. De cæteris vitijs elegit propheta auaritiam, ad ostendendum quod intẽdit: ipsa enim est radix omnium malorum.

C

e *Expectatio.* Aug. Primi aduentus vel secundi, qui cum mora, quia multa sustinet. Verè tu, ô domine, es expectatio, quia *substantia apud te* considerata est. Vel, quia præuideo meam *substantiam apud te* futuram. Vel, *substantia* non illa Adæ, sed conscientiæ bonæ possessio, qua sustentatur & pascitur, quæ est *ante* Deum cui placet, non in sacculis nostris.

✻ Bas. & Theod. Aquila *substantiam expectationem* dixit.

f *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me.* Cass. Non solum ab eis, ne reuoluat in ea, quæ transiliui, sed ab omnibus omnino. Imperfectus enim est homo: quia non accepit quod optat; perfectus, qui scit hoc ipsum, quod sibi deficit.

g *Obmutui.* Cas. Habitus opprobrio *obmutui*: non ego contentiosè contra illos, vel murmure contra Deum: *quia tu fecisti* dans mihi patientiam; Et quia talis es, *amoue plagas* quod potes, quia fecisti eas: & necesse est, quia defeci.

h *Amoue à me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego def.* Aug. Quia *tu fecisti* me, noli exterminare; tantum cede, vt producar, non vt comminuar.

✻ Bas. & Theod. Te enim permittente, ille perbacchabatur: & ille similis erat flagello, tu vero per illud flagellationem afferebas.

i *Increpationibus propter iniquitatem.* Quibus humanum genus increpuisti: quod tamen ex merito nostro, propter iniquitates nostras increpuisti, quæ sunt ad correctionem, aliter enim iniquitas incorrecta permaneret.

k *Corripuisti homi.* Augvstinvs. Est dolor informis qui nõ emendat: Formatus, qui eruditionibus formam præstat. Et talis dolor est præceptum, id est, vicem & imaginem præcepti habet.

+ Quanquã * Sela supra psa. 2. + velut vmbra ambulat (vel imaginariã vitam ducit, homo,

+ ante te semper.

E

+ tinceam, quicquid desiderabile in eo est. + Vanitas. Sela super psal. 3.

F

l *Et tabescere fecisti sicut aran. animam.* Aug. Siccatam ab amore virtutum, & cognitionis. Sicut aranea texit inanem telam in congregatione temporalium. Vel, dum extrahit à se iniquitatem (sicut aranea egestione viscerum) moritur.

Cass. Vel, aranea tenue corpus habet, nec in terra sed in alto stat, telas egestione viscerum texit: sic anima cõuersi & afflicti terrena deserit, subtiles operationes timore Dei tabificata perficit.

m *Veruntamen.* Aug. Cas. Licet increpetur, licet tabefiat, tamẽ humana infirmitate varijs rebus confunditur, nisi qui Deum pura mente contemplatur.

n *Exaudi ora.* Cassiod. Diapsalmus. Inter mala seculi petit sibi adesse, & peccata dimitti, vt prospero fine exeat.

☞ Cas.

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Veruntamen in ima. &c. *Etiam inutilis, & frequenter noxia solicitudinis; ideo subditur.* 2 Sed & fru. *Et exponatur sicut in præcedenti expositione est.* 3 Et nunc. *Hic consequenter cõcludit, quod de solo Deo est confidendum, ex quo defectus humanæ fragilitatis tantus est. d.* Et nunc quæ est expectatio mea, &c. *& exponatur sicut in expositione præmissa. Et quia de solo Deo est confidendum, ideo conuertit se ad ipsum deprecandum dicens.*

4 Ab omnibus iniqui. &c. *Non solum quantum ad culpam, sed etiã quantum ad pœnam mihi à te inflictam: quæ non solum erat dura, sed etiam ignominiosa, ideo subditur.*

5 Oppro. insi. *Scilicet Semei mihi maledicenti, vt patet ex prædictis.*

6 Obmutui. *Patienter sustinendo, vt prædictum.*

7 Quoniam tu fe. *Unde dixit Dauid ij. Reg. xvj.* Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid: *tamen peccauit Semei hoc faciendo, quia iniqua voluntate hoc faciebat. Dominus enim aliquando malis hominibus vtitur ad bonum, vt dissusius fuit ibi dictum.*

8 Amoue à me pla. tu. *Id est, pœnas mihi iustè inflictas, à quibus non possum liberari nisi per te.*

9 A fortitudine ma. tuæ. *Id est, punitionis tuæ, exponatur sicut prius, vsque ibi.*

10 Corripuisti ho. *Id est, meipsum ex fragilitate humana peccantem.*

11 Et tabescere fecisti, &c. *Id est, animam meam, vel personã reddidisti contemptibilem coram Absalom & eius complicibus.*

12 Veruntamen va. cõturb. om homo. *s. de Israel secundũ quod dicitur ij. Re. xv. c.* Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom. *Et isti vane conturbantur contra Dauid. Tum quia non habebant causam iustam; Tum quia non habuerunt intentum, sed magis confusionem.*

13 Exaudi. *Hic vltimo ponitur instantia orationis ipsius Dauid, cum dicitur.* Exaudi, &c. *per effectum liberationis meæ.*

✻ 1 Auribus

MORALITER.

✻ 1 *Omnis homo viuens.* Quantum ad corpus.

1 *Veruntamen in ima.* id est, anima, imagine Dei insignita pertransit homo à corruptibili vita, nam ipsa est immortalis.

2 *Sed & fru. con.* de solicitudine circa bona præsentis vitæ: ideo subditur.

2 *Thesaurizat & igno.* Quia forsitan fures capient, vel eius aduersarij possidebunt, propter quod concluditur.

3 *Et nunc quæ est,* q. d. sic.

3 *Et substantia.* id est, omnes diuitiæ meæ.

4 *Ab omnibus iniqui. &c.* propter quas.

5 *Opprobrium insi.* id est, maligno me persequenti.

6 *Obmutui, &c.* id est, patienter sustinui propter te, quæ voluisti ideo.

8 *Amoue à me plagas.* id est, afflictiones istas, quarum grauitas allegatur, cum dicitur:

9 *A fortitudi. ma.* quia tamen Deus agit omnia iuste: subditur.

10 *Propter iniqui.* id est, meipsum.

11 *Et tabescere fecisti, &c.* id est, vitam meam, quæ nomine animæ significatur: reddidisti, sicut rem vilem & abominabilem.

12 *Veruntamen, &c.* de vitæ præsentis afflictionibus: nam omnia fiunt ab bonum electorũm. Quia tamen nullus cessare debet à Dei deprecatione, ideo subditur.

13 *Exaudi ora. meam, &c. ne sile.* id est, ne dissimules te audire.

CASSIOD. Sed quia ego ista non peto, ne pro eis trister, exaudi. Quantò plura nouit, tantò plus supplicat. Oratio est quando vota Deo pandimus; Deprecatio frequens supplicatio ab imo cordis; Ne putes eum tantū verbis & ore orare, addit, & lachrymas, quæ violentæ sunt in precibus ad mouendam misericordiam.

a *Ne fileas.* Dic mihi. *Remissa sunt tibi peccata: vel, Venite bene. &c.*

b *Quoniam aduena ego sum.* AVGVSTINVS. apud te, sed adhuc inquilinus: quia hinc transiturus ad æterna, vbi non ero inquilinus.

Aduena apud te. CASSIODORVS. Non in diaboli ciuitate, sed in tua receptus, de Babylonia ad Ierusalem translatus. *Sicut omnes patres,* ne quis ab hac conditione putetur exceptus. *Aduena,* meum regnum pro tuo desero. *Peregrinus,* adhuc non eligens mihi sedem hîc.

c *Remitte mihi.* CAS. Hîc sibi petit dimitti, vt certus ad iudicium perueniat.

THEODOR. In hāc comptam vitam non reuertar.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Auribus perci.la.me. *Fleuit enim Dauid in illa persecutione: secundum quod dicitur. ij. Reg. xv. scilicet,* Dauid ascendebat cliuum oliuarum flens, & operto capite, & nudis pedibus incedens.

2 Ne file. *ne tardas seu dissimules audire deprecationem meam.*

3 Quoniam adue. *hoc dixit, quia erat fugitiuus de sua ciuitate regia.*

4 Sicut omnes pa.me. *id est patriarchæ sancti, qui in terra aliena fuerunt aduenæ, & peregrini, vt prædictum est.*

5 Remitte mihi. *scilicet adulterium cum Bethsabea, & homicidium Viræ: propter quod sciebat Dauid persecutionem Absalom euenisse sibi, prout Nathan propheta sibi prædixerat. ij. Reg. xij. c.* Hæc dicit dominus: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, &c.

6 Vt refrigerer, *per tuam consolationem.*

7 Priusquam abeam, *de vita præsenti per mortem,*

8 Et amplius non ero, *scilicet in statu merendi, & propter hoc nunc est tempus remittendi, quia post mortem non sit peccati remissio.*

Moraliter posset exponi psal. iste de quolibet fideli existente in afflictione temporali pro peccatis suis: qui & sustinet eam patienter, & confidens de diuina misericordia, ipsam implorat deuotè & instanter. Et consideratis prædictis, litera huius psalmi potest ad hoc de facili applicari.

CAP.

MORALITER.

3 *Quoniam adue. sum,* in vita præsenti.

5 *Remitte mihi,* culpam & pœnam.

6 *Vt refrigerer,* per tuam consolationem.

7 *Priusquam abeam,* de vita præsenti.

8 *Et amplius non ero,* in statu merendi.

6 *Vt*

† *MORAL.*

ADDITIO I.

In psal. xxxviij. Dixit custodiā. *vbi dicitur in postilla:* Ad intellectum autem huius tituli. *Ex hoc ri. potest sumi argumentum pro opinione beati Aug. dicentis, quòd omnium psal. autor est Dauid. Et ratio quare aliquando intitulantur filijs Core, Asaph, & huiusmodi, est quia appropriantur eis tanquam cātoribus: quod patet manifestè in hoc psal. cuius autor est Dauid, & tamen appropriatur Idithum tanquam cantori: & sic de alijs intelligendum est, licet non ita exprimatur.*

ADDITIO II.

In eodem psal. xxxviij. vbi dicitur in postilla: Accipiam duos modos exponendi. *Neuter istorum modorum videtur rationabiliter, seu consonus litteræ huius Psal. Modus enim Ra. Sa. non consonat principio huius psal. cum dicitur.* Dixi custodiam, &c. *Et,* Posui ori meo custo. &c. *quod exponit in persona populi existentis in captiuitate Babylonica, qui diligenter custodiebant se à murmuratione de diuinis iudicijs, cum Deus permitteret idololatras dominari, & filios Israel affligi, &c. Nam hoc est manifestè contrà illud q̄ cōtinetur. iiij. Reg. x. & ij. Paral. xx. in quibus locis & alijs quamplurimis testatur litera, quod captiuitas Babylonica processit ex vera iustitia in vltionem præuaricationum magnarum à populo Israel, & regibus eorū continuè commissarum. Hoc etiam habetur Daniel. ix. vbi Daniel in oratione sua expressè profitebatur diuinam iustitiam circa destructionem Ierusalem, & transmigrationem populi: vnde de hoc nullus locus erat murmurationi. Similiter & quod dicit,* Notum fac mihi finem meum, *quod exponit de fine illius captiuitatis, non videtur rationabiliter dictum: nam finis Babylonicæ captiuitatis fuit notificatus à Deo per Ieremiam, Iere. xxix. vbi dicitur,* cum cœperint impleri in Babylone lxx. anni, visitabo vos, &c. *Vnde non oportebat orare,* Notum fac mihi finem meum. *Similiter cum dicit, quòd populus ille non audebat loqui de lege diuina coram Babylonijs, nullum habet fundamentum in littera. Similiter quod introducitur,* In imagine pertranſit homo, *sed frustra conturbantur, &c. quod exponitur de vanitate solicitudinis humanæ, licet sit in se verum; tamen omnino videtur impertinens huic propositō, & sic de multis alijs in hoc psal. contentis.*

Secundus etiam modus exponendi, ad quem magis inclinatur postil. scilicet, quod Dauid fecerit hunc, positus in fuga Absalon, &c. non videtur rationabile, nam de illa persecutione Absalon, similiter & de iniurijs sibi illatis à Semei, iam fecerat psal. tertiū & septimum, qui de ipsa propria materia intitulantur, vnde non videtur rationabile, quod iste psal. de eadem persecutione exponatur; Tum quia non videtur ratio quare alij psal. prædicti de hoc intitularentur expresse, & non iste psal. Tum quia applicare huiusmodi psal. ad aliquam singularem historiam, cum posset intelligi ad literam de vniuersaliori materia: non est aliud quam lucernam accensam sub modio includere, quod est inconueniens. Constat autem, quod vniuersaliora sunt potiora & diuiniora quàm particularia seu singularia, inquantum huiusmodi, secundum Philosophum in j. Ethi. Tum quia si Dauid fuit autor psal. ipsi intitulatorum tantum & non aliorum, prout postil. opinatur: & de istis maior pars applicatur casibus singularibus, qui ipsi Dauid contigerunt, prout ipsemet postil. in hoc psal. & in alijs pluribus videtur velle: sequeretur quod filij Core & Asaph plures psal. composuissent de mysterijs Christi & ecclesiæ, & de multis vniuersalibus ad diuersos status ecclesiæ pertinentes, quam ipse Dauid: qui pro maiori parte de suis singularibus casibus vt plurimum tractat secundum opinionem postil. prout patet discurrenti per psal. intitulatos ipsi Dauid, & per proprias expositiones eorum à postil. assignatas. Hoc autem videtur valde inconueniens, cum de Dauid singulariter legatur. ij. Regum. xxiij. quod fuit egregius psaltes Israel; *& doctores etiam ipsum dicant* eximium prophetarum, *quod magis conueniret filijs Core & Asaph, si huiusmodi applicationes singulares postil. essent veræ. Tum quia sunt ibi aliqui versus valde impertinentes propositō, sicut* vniuersa vanitas omnis homo: *&* in imagine pertranſit homo: *&* thesaurizat, *&* ignorat cui congregabit, *& huiusmodi: quæ, & similia verba, licet sint in se vera, sunt tamen in hac materia impropria & impertinentia. Vnde melius videtur dicendum, quòd hic psal. non applicatur alicui historiæ præteritæ vel futuræ in singulari, sed intelligitur indistincte de quolibet pœnitente, qui mundana contemnens, quæ homines communiter sequuntur; & magnis plagis seu turbationibus afflictus, à Deo petit suam liberationem. vnde psal. iste in xj. particulas diuiditur. Primo enim, quia (secundum Philosophum in ij. rhetoricæ) homines irascuntur præcipuè contra eos, qui despiciunt ea, circa quæ ipsi maximè student. Idcirco pœnitens iste, qui de contemptu mundi principaliter intēdebat loqui, meritò timebat calumniosos & litigiosos, vnde dicit,* Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: *non solum per fatua & otiosa sed etiam per vera eloquia; quæ non pacificè tolerantur à calumniosis diligentibus mundum; & ideo sequitur,* Posui ori meo custodiam, dum consisteret peccator, *id est, mundanus,* aduersum me. *Secundò, quia ex hoc silentio sequebatur, quòd etiam à bonis alijs annuntiandis abstinebat, ita quod non poterat bonos docere, ideo dolor ei renouatus ostenditur, vnde dicit,* silui à bonis. & dolor meus renouatus est. *Tertiò, quia ex hac taciturnitate sequebatur in corde suo & animo magnus æstus & ardor, (iuxta illud Hieremiæ vigesimo c.* Fuit in corde meo quasi ignis æstuans, &c.) *ideo consequenter quasi compulsus habuit loqui, vnde dicit,* Concaluit cor meum intra me, &c. & locutus sum in lingua mea: *quæ quidem locutio non hominibus mundanis & contumeliosis, sed Deo, à quo cum silentio audiri poterat, dirigebatur. Vnde consequenter quartò explicat Deo suam locutionem, quæ talis est,* Notum fac mihi domine finem meum, &c. *Ad quod sciendum, quod iste pœnitens mundana con-*

temnebat, reputans ea vana ex sui breuitate & varietate: & ideo soli Deo loquebatur dicens, Notum fac mihi domine, *id est, tu, qui scis vniuersa. fac mihi notum* finem meum, & numerum dierū meorum, vt sciam quod desit mihi, *id est quantum debeo durare in hoc seculo, & sic possem scire breuitatem & diuturnitatem meæ durationis. Ad quod respondet*; Ecce mensurabiles posuisti dies meos, *id est breues: & quia etiam in illa modica duratione non est stabilitas, sed magna mobilitas & varietas, ideo dicit*, Et substantia mea tanquam nihilum ante te est, *quia etiam breuis illa duratio, in qua homo videtur subsistere*, tanquam nihil ante te est, *quia duratio mobilitatis, qua successiua est, tanquam nihil reputatur, respectu eternitatis, in qua est tota simul interminabilis vitæ possessio, secundum Boetium: & sic concludit.* Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.

Quinto ostendit mundana esse contemnenda ex hoc, quod in homine est aliquod perpetuo manens, scilicet anima, secundum quam est ad imaginem Dei: in qua imagine *de hac vita* transit *cæteris mundanis exterioribus omnino dimissis: ideo subdit*, Verumtamen in imagine pertransit homo, *de hac vita in sola imagine transit ad aliam vitam, exteriora mundana totaliter relinquens, & etiam corpus proprium, quod non est de essentia imaginis, vnde dicit*, Et frustra conturbatur. *s. in actionibus & desideriis mundanorum.*

Sexto, quia forte quis diceret, non esse frustrabilia ista mundana: quia licet homo in se ipso non posset ea diuturne possidere per se, posset tamen per filium, vel hæredem, qui reputatur eadem persona cum patre: ideo concludens hunc errorem dicit, Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea; *nescit enim si filius in eis sibi succedat, an inimicus; & sic concludit quod turbatio humana circa talia acquirenda vel conseruanda est frustrabilis.*

Septimo ex prædictis concludit, quod in rebus mundanis non est ponenda spes, sed in Deo, apud quem substantia hominis est: & hoc est quod dicit, Et nunc quæ est expectatio mea nonne dominus? & substantia mea apud te est. *Et nota quod in Hebræo non ponitur eadem dictio vbi hic dicitur, Et* substantia mea apud te est, *& supra vbi dicitur*, Et substantia mea tanquam nihil ante te est; *sed ponuntur diuersæ dictiones, quæ bene consonant huic expositioni, vt patet in illa lingua erudito.*

Octauo, quia nemo sine peccato est, vt expectatio sua in Deo sit certa, petit erui ab omnibus iniquitatibus, scilicet, culpæ: vnde dicit, Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me. *Et quia stultus, qui remanet in vanitate mundana, irridet iustis & bonis, ideo sequitur*, Opprobrium insipienti dedisti me. *q. d. ideo debes me eruere, quia dedisti me opprobriū insipiēti, eo modo quo dicitur alibi*, Non erubescāt in me, qui spectāt
Psal. 68. b. te Deus Israel. *Quod quidem opprobrium (quia non ex culpa deprecantis insurgeret) ostendi dicit.* Obmutui, & non aperui os meum, *id est, non egi contentiose, sed tacui. Et quæ sit causa huius taciturnitatis virtuosa subdit cum dicit*, Quoniam tu fecisti, *scilicet me, talem dans mihi patientiam seu discretionem ad talia toleranda seu euadenda.*

C *Nono postquam petiuit remissionem culpæ, petit remissionem pœnæ, vnde dicit*, Amoue à me plagas tuas. *Et vt ostenderet, illas plagas esse graviter illatas, sic quod vix posset eas tolerare. subdit*, A fortitudine manus tuæ ego defeci, *quasi dicat, plagæ tuæ sic moderentur erga me, vt proficiam, non vt deficiam.*

Decimo, ne forte quis æstimaret, quod huiusmodi plagæ fortiter illatæ excederent rationem iustitiæ, & essent quasi vindicatiuæ, ideo subdit: In increpationibus, propter iniquitatem corripuisti hominem, *quasi dicat, Hæc increpatio tua iusta est, quia propter iniquitatem. Et pia est, quia ordinatur ad correctionem, vnde dicit*, Corripuisti hominem. *Et modum correctionis ostendit esse valde afflictiuum, cum dicit*, Tabescere fecisti sicut aranearn animam eius. *Nam anima pœnitentis in talibus plagis grauibus in hac vita constituta tabescit & attenuatur, sentiens maximam fragilitatem suam. Et ex his sequitur, quod homo ex tali increpatione correctiua quamtuncunque graui, non rationabiliter, conqueritur, seu conturbatur, sed ex fragilitate humana, vnde dicit*, Veruntamen vanè conturbatur omnis homo, *scilicet sic correctus, licet affligatur & tabescat.*

Undecimo instanter petit suam liberationem tribus modis. Primo scilicet per orationem, quæ est leuatio mentis in Deum: secundo per deprecationem quæ est frequens supplicatio: tertio per lachrymas, quæ in precibus ad impetrandum misericordiam sunt efficaces. vnde dicit, Exaudi orationem meam domine, *quod ad primum*, & deprecationem meam, *quo ad secundum*, auribus percipe lacrymas meas, *quo ad tertium. Et reddens rationem quare exaudiri debet, dicit*, Ne tileas, quoniam ego aduena sum apud te & peregrinus: *hoc est dicere ego tam sum apud te in spe, licet adhuc sum aduena & peregrinus in seculo, in quo non habeo quietam mansionem, ad Hebr. xiij. & sequitur*, Quasi omnes patres mei. *iuxta illud Apost. 2. Cor. v. b.* Quandiu enim sumus in corpore, à domino peregrinamur. *& qua sit sua petitio, subdit di.* Remitte mihi vt refrigerer, *hoc est dicere, remitte mihi iniquitatem, scilicet culpæ; & plagas, scilicet pœnæ, de quibus supra dixerat*, Vt refrigerer, *per misericordiam, ab æstu vitiorum & pœnarum*: Priusquam abeam, *ab hac vita vbi nunc peregrinus sum*, Et amplius non ero. *scilicet in ea.*

REPLICA. Circa psal. Dixi custodiam. *Cum postil. ex multis expositionibus vnam præelegisset, scilicet quod exponatur psal. iste de Dauid existente in fuga tempore persecutionis ab Absalom filio eius illata; & ad illum casum psal. hunc pertinenter applicasset: Burgensis se putans lucernam accendere, dicit hunc psal. exponi debere, non de vno particulari, sed de quolibet pœnitente indistincte: habens pro ratione principali, quia vniuersaliora sunt potiora particularibus, & magis diuina, allegans ad id Aristotelem. j. Eth. Sed* E *hæc ratio, qua Burgen. vtitur frequenter, brocardica videtur: quia non distinguit de vniuersali in essendo, prædicando, & causando. Nam in essendo constat particularia vniuersalibus potiora: quia quicquid tale vniuersale perfectionis includit, includit particulare, & vltrà. Idcirco vulgatum verbum est, quod priora communitate sunt potiora perfectione. Similiter iudicium est de vniuersali in prædicando, sed de vniuersali in causando puto Burgen. nolle dicere: quia proposito suo minime seruit. Nec allegat Aristo. in eo sensu in quo ipse allegata verba scribit: quia intentio Aristo. est quod bonum de quanto communius de tanto diuinius. Nunc autem per communius non intendit vniuersalius sed communicabilius. Et cum Burgen. aliquem passum sacræ scripturæ præsertim psalmorum, exponit de pluribus vel de omnibus peccatoribus, quem postil. secundum sonum primarium terminorum sine absurditate exponit de vno singulari peccatore, alijs tamen bene applicabilis per modum exempli, semper ipse Burgen. adducit pro regula illud Aristo. contra ipsius intentionem: Vniuersalia sunt potiora singularibus, putans se* Aristoteles *accendisse lucernam, & aliquid diuinum in medium deduxisse. quasi dicat de pluribus peccatoribus sit aliquid diuinius quam dicere de vno: vel quasi plures peccatores sint aliquid plus boni quam vnus singularis: quod quantum seruit literali expositioni, pensent huius Burgen. amatores. Cæterum putat Burgen. aliquid diuinum adduxisse arguendo contra postil. quia primo literaliter exponit multos psal. de singularibus casibus ipsius Dauid, volens secundum opinionem beati Hiero. quam sequitur postil. de autoritatibus psalmorum: quia tunc filij Core, Asaph, Idithum &c. plura mysteria Christi & ecclesiæ descripserunt quam Dauid, qui vt plurimum secundum expositionem postil. de suis casibus scripsit. Respondeo quod quamuis postil. primo ad literam secundum quod termini communiter prætendunt, sine absurditate multos psal. exponat de Dauid singulariter, non intendit tantum excludere sensus literales eorumdem psal. principales, qui sunt de Christo & ecclesia, quorum typum Dauid gerit. Typum inquam Christi aliquando in regē constituti, aliquando per malos tribulati, aliquando vt victoris de tribulationibus liberari &c. Typum etiam gerit, ecclesiam in sua persona describens: nunc à Deo electam, nunc a prauis abiectam, nunc tribulatam, nunc de tribulatione gratias agentem &c. qui sunt sensus, ab autore spiritu sancto principaliter intenti, licet sint alij sensus priores, sed non digniores per voces primo sine absurditate significati. Et per ea dicta soluuntur multæ differentiæ circa psalterium in Burgen. & postil. quorum aliter refert se ad casum singularem, per voces primo significatum, alter ad sensum exemplarem per spiritum sanctum principaliter intentum. Et correctorium volo ad omnes differentias huiusmodi referri, vt non oporteat inutiles fieri repetitiones.* F

Sed multò præstantior est prædictio literalis (quæ est crebra in psalmis) quā typica quā iste putat sufficere, dū omnia ferè literaliter de Dauide exponi vult.

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem psal.* CAS. Primùm inducit ecclesiam expectasse dominum, & accepisse eum, & ab eo nouum testamentum, quod & multi secuturi sunt: vnde percutit omnes superstitiones, & inuitat ad mirabilia Dei.

a ¶ De mutatione veteris testamenti in nouum.

† Suprà vel CAS. Hic Christus a † In finēm psalmus Dauid. ex membris.

✻ THEODORETVS. Hieremiæ aut Danieli, Verbum vnum, *Lacum*, de quo fit mentio initio psalmi, attendentes, aut captiuis Babyloniis attribuerunt hunc psalmum nonnulli. Ego autem eleganti figura in ea quidem, quæ Dauidi acciderunt, conscriptū esse opinor: referri verò in omnem hominum naturam, quæ spem resurgendi à Deo Saluatore accepit: in hāc verò sententiā diuinus Paulus nos deducit, in epistola ad Hebræos, aliquorū verborū mentionem faciēs.

b ¶ Christo, qui saluat, quod non lex, nec dij gentium.

PSAL. XXXIX.

☞ PSAL.

PSALMVS XXXIX.

A *Expectans expectaui.* Cas. Expectat, & ingratus: sed expectans expecta.

Avg. Autoritas ab antiquis in Abraham & cæteris, assiduè expectaui: non legem, non aliud sed dominũ, qui saluare potest, & dominus fuit intentus & beneuolus eis, audiens eos educẽdo de profundo

B concupiscẽtiarum, & de malis operibus, qui pedes affectuũ inquinãt & retinẽt, & sunt vilia, vt fex comparatione vini: Canticum, lætitiam de noua gratia, non vetus de lege; quod placet Deo: qui

C noster est per cultum, non aliorum.

b *Dominum.* Avg. Non hominem, qui potest fallere & falli, & qui mecũ indiget.

† Sustinens sustentaui.

a ¶ In promissione prophetarum. ¶ Cas. Mitis cum desiderio. ¶ Alias, Sustinens sustinui. b ¶ Et quid illa?

† Xpectans expectaui dominum, et † intendit mihi. Et exaudiuit † preces meas, et eduxit me de lacu † miseriæ, & de luto fecis. Et

a ¶ Non auertit. b ¶ qui in prophetis se abdidit. c ¶ A quibus expectans non cessat. d ¶ Quid fecit.

a ¶ Aug. De profundo iniquitatis, ex carnalibus concupiscentijs. ¶ Inferno. b ¶ Limi.

a b c d

statuit super pẽtrã pẽdes meos, & direxit gressus meos. Et im-

a ¶ Vt iam ambulem proficiendo. b ¶ Christum. c ¶ qui prius cum diabolo. ¶ Sensus. d ¶ Ne retro aspicerem. e ¶ Operum.

e f

misit in os meum canticum nouum, † cármen Deo nostro. Vi

a ¶ Statuit, direxit, & sic. b ¶ Quod nouus homo attulit. ¶ Aug Prædicationem noui testamenti. c ¶ Nouus noua cantat. ¶ Noua facta sunt omnia. d ¶ Scilicet. ¶ Alias hymnum. e ¶ Non diis alienis.

d

dẽbũt multi & timebũt, & sperabũt † in dõmino. Beatus vir

a ¶ Præcedentem sequaces imitando. ¶ Hier. Veniſſe prædictum Christum. ¶ Populi. b ¶ Iam sequi malas vias. ¶ Quia peccatores. c ¶ Cas. Facti Christiani. d ¶ Remissionem. e ¶ Non in præcedentibus patriarchis, scilicet & prophetis. f ¶ Etiam.

Hier. In *lacu* verò & in *luto*, gentes idola colentes: vel, omnes terrena amãtes.

✠ Theodor. Sic sacræ scripturæ maxima discrimina nominare solent, Basil. Reduxit me de luto cœni.

e *Carmen.* Hieronymvs. non turpe, non theatrale, sed per nouum testamẽtum.

f *Videbunt.* Cas. mirabilia tẽpore in carnationis facta.

Avgvst. videbunt, hoc quod primo de prioribus dixi, videbunt multi populi posteri.

† attendit. † deprecationẽ meã. † sonitus (strepitus. † laudem. † in Deum

c *Intendit.* Avg. mihi, vt prodesset: non me, vt & malos.

d *Lacu.* Avg. tenebræ iniquitatum, infidelitatis, scilicet & ignorantiæ. *Lutum* carnalis concupiscentia: dupliciter dat Deus profutura, Primum educit demiseria seculi, quę est lacus & lutum fecis; Deinde super petram statuit, cum in præceptis Christi ambulamus: peccata sicut lutum laci fœtent, & mergunt; *petra* contra

D

E

F

a *Nomen*

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs xxxix.

Expectans expectaui. *Hunc psal. præmittitur talis ti. in Heb,* Ad victoriam psal. Dauid. *in translatione vero Hiero. iuxta Hebr. sic habetur:* Pro victoria canticum Dauid: *& idem penitus signat. Expositio autem huius tituli patet ex dictis supra psal. xij. vbi ponitur consimilis titulus. Ex titulo autem isto apparet autor psal. scilicet Dauid: sed materia non apparet, & propter hoc varie exponitur. Dicit autem Ra. Sa. quod fecit hunc psal. pro beneficio exhibito populo Israel in exitu de Ægypto, quia tunc fuit eductus de seruitute dura & vili, quod notatur cum dicitur,* Et eduxit me de lacu mi. & de lu. fe. & c. *Et tunc transito mari rubro cecinit canticum nouum. d.* Cantemus domino gloriosè &c. *Exo. xv. a. Et sic literam sequentem applicat ad ea quæ facta sunt populo Israel in deserto. Sed huic expositioni videtur repugnare manifeste quod subditur,* Sacrificium & oblationem noluisti *&c. in quo describitur enacuatio sacrificiorum & oblationum veteris testamenti, vt magis patebit prosequendo. Ista autem non fuerunt tunc reprobata, sed magis à Deo instituta in monte Sinai: propter quod aliter exponitur à doctoribus catholicis. Et dicunt aliqui, quod Dauid fecit hunc psal. pro gratiarum actione de sua liberatione à persecutione filij sui Absalom. Sed contra hoc videtur quod circa principium huius psal. dicitur,* Misit in os meum canticum nouum &c. *quia Dauid fuit liberatus per mortem Absalom, de qua non cecinit carmen lætitiæ, sed planxit & luxit. ii. Re. xviij. g. Itẽ hæc expositio & consimiles, videntur esse contra intentionem Apostoli manifeste Heb. x. vbi inducit literam huius psal. dictam ad literam in persona Christi, vt patebit id est, literam huius psal. prosequendo: propter quod dicere quod ad literam intelligatur de Dauid, seu quocunque alio, & mystice tantum de Christo, videtur esse quædam Iudaici erroris confirmatio.*

Duæ regulæ ad expendum sacrã scripturam requisitæ.

Ad exponendum autem hunc psal. de Christo, duæ regulæ exponendi sacram scripturam, quas cum aliis exposui in principio super Gen. sunt hic repetendæ, Prima est de domino & eius corpore, quod est ecclesia, seu fidelium congregatio. Quia propter connexionem capitis ad corpus, & econtra, sacra scriptura frequenter sub vno contextu transit de vno ad aliud, loquens quasi de vna persona sicut Esa. lxj. d. Induit me vestimento salutis & indumento iustitiæ circundedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. *Quia enim dicitur,* quasi sponsum decoratum corona, *referendum est ad Christum, & quod subditur,* quasi sponsam &c. *ad corpus eius mysticum, quod est ecclesia, secundum quod dicit Aug. ij. de doc. Christiana. Hoc patet etiam clarius in nouo te. Act. ix. a. vbi dicitur* Saule Saule quid me per. *id est corpus meum mysticum: Saulus enim non persequebatur Christum in persona propria, sed eius fideles. Quod autem statim subditur,* Ego sum Iesus Nazarenus, *ad personam domini referetur.*

Alia regula est de corpore domini bipertito: quia in corpore domini mystico continentur similiter mali cum bonis vsque ad diem iudicij: sed tunc segregabuntur, sicut pastor segregat oues ab hœdis: & ratione huius commistionis aliquando vituperantur boni cum malis, sicut Esa. j. a. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non co. & po. non in. *Aliquando autem mali econtra cõmendantur cum bonis, sicut Os. xj. a* Puer Israel, & dilexi eum. *His igitur præmissis psal. iste diuiditur in tres partes: quia primo ponitur circa mysterium incarnationis gratiarum actio ex parte corporis mystici, secundo huius mysterij ratio ex persona Christi, ibi,* Sacrificiũ, *tertio deuota deprecatio pro statu corporis mystici, ibi,* Tu autem domine. *Circa primum dicitur in persona corporis Christi mystici:*

1 Expectans expe. do. *quia sancti patres de corpore Christi mystico existentes, per fidem cum magno desiderio expectauerunt Christi aduentum, vnde dicebant, Esa. lxiij. a.* Vtinam dirumperes. *ce. & de.*

2 Et intendit mihi, *id est orationi fidelium de aduentu Christi.*

3 Et exaudiuit preces meas, *in mundum veniendo:*

4 Et eduxit me de la. mi. *quia resurgens à mortuis eduxit sanctos patres de inferno.*

5 Et statuit super petram, *id est Christum, secundũ quod dicit Apostolus. j. Co. x. b.* petra autem erat Christus.

6 Pedes meos, *id est, affectus, quibus anima graditur: per prædicationem enim Christi & apostolorum cœperunt homines contemnere temporalia, & totum affectum suum ponere in Deum.*

7 Et direxit gres. me. *id est actus meos in vitam æternam: & hoc per legem euangelicam, quæ introducit ad beatitudinem, quod lex vetus facere non poterat secundum quod dicitur Heb. vij. c.* Nihil ad perfectum adduxit lex.

8 Et immisit in os &c. *Istud impletum fuit quando apostoli & alij discipuli recepto spiritu sancto in signo visibili loquebantur variis linguis magnalia Dei, Act. ij. a.*

9 Videbunt multi. *quia ad vocem apostolorum aliorumque cum eis Deum laudantium, & conuenit multitudo, & mente confusa est pręnimia admiratione, vt ibidem dicitur.*

10 Et timebunt &c. *quia auditis verbis beati Petri, multi compuncti sunt corde Christi morte, & conuersi sunt ad fidem, & apposita sunt in die illa anima circiter tria millia, vt ibidem dicitur: vnde & subditur,*

11 Beatus vir cuius est nomen domini. *scilicet Iesu Christi.*

1 Spes

MORALITER.

1 *Expectãs &c.* Psalmus iste literaliter exponitur de Christo. Moraliter autem exponi potest de catholico doctore de Gentilitate vocato, cuiusmodi fuerunt sancti, Diony. Amb. Aug. & plures alij, Et primo confitetur gratiam suæ vocationis di. *Expectans expectaui do.* Id est desiderio desideraui cognoscere fidei veritatem.

2 *Et intendit mihi,* vocando me ad ipsum.

4 *Et eduxit me de la. mi.* scilicet infidelitatis,

† Et

† *Et de luto fecis.* id est carnalibus vitijs, quæ licita Gentilitas reputabat. 5 *Et statuit super petram,* id est super Christum.

7 *Direxit gressus. &c.* in via morum.

8 *Et immisit in os meum canti.* s. gratiarum actionis pro beneficio diuinæ miserationis. Vnde in beati Augustini conuersione, *Te Deum laudamus,* dicitur factum fuisse.

9 *Videbunt multi.* nam ex conuersione, tanti viri multi mouentur ad deuotionem fidei.

11 *Beatus vir. &c.* & non vanitates mundi huius, ideo sequitur:

† *Et non*

a ¶ Ipsum Deum, non aliud sperat ab eo. b ¶ Post. c ¶ Quo plures eunt.

a † cuius est nomen domini spes eius, et non respexit †in vani- 1
a ¶ In voluptatibus. b ¶ Aug. Qui iam illa non respicit, habet qui ei spectet. c ¶ Aug. In corporalibus & spiritualibus. 2

b tates & insanias † falsas. Multa fecisti tu domine Deus meus 3 4
a ¶ Quis consiliarius eius fuit? ¶ Non alterno consilio, sed tua sapientia. b ¶ In illis omnibus.

mirabilia tua, & † cogitationibus tuis non est qui similis sit 5 6
a ¶ Multa mirabilia. b ¶ Hæc. c ¶ Aug. Certus est numerus Ierusalem: sed super hunc sunt admistæ paleæ, multi vo. pau. ele. 7

tibi. Annuntiaui, et locutus sum, †multiplicati sunt super nu- 8 9
a ¶ Vlterius. b ¶ Propter hoc illa noluit: quia. ¶ Aug. i. corpus perfectum dedisti. i. sine peccato. c ¶ Perfectum enim est nobis corpus, perficiamur in corpore. 10

merũ. Sacrificium & oblationem nõluisti, aures aũtem † per- 11 12

Qui præsentia despicit, diuinam spem ante omnia habet.

Cas. Ecce mirabilia, incarnatio, iustitia prædicationis, liberatio hominum ab iniquitatibus, confusio inimicorum, lætitia sperãtium. Primò rudes & incompositi præparati sũt, vt verba Christi libenter susciperent.

† a ¹ superbos & declinãtes ad mẽdacium (vel ad vana

E Mirabilia tempore Messiæ.

† plura sunt quã possint numerari

† fodisti (perforasti vel, aperuisti, sub. vt audiã quid loquaris

F

a *Nomen.* Avg. quod est saluator. q. *Beatus* &c. qui non temporalia sperat ab eo, sed salutem: quod eius nomen indicat: In Hebr. sæpe duplicantur hoc modo genitiui: Vel, beatus est cui est nomẽ, id est, in quo est laus Dei, vt ab eo solo credat salutem, vnde est & spes eius.

✠ Theodoret. Qui præsentia despicit, diuinam spem ante omnia habet.

b *Insanias.* Cass. Idola, quæ fallunt à veritate: vel, insaniæ, in spectaculis fallacibus: Ideo pluraliter, vt de omnibus accipiatur. Hæc falsa, sed opera tua mirabilia, cælum, terra, elidit superstitiones.

c *Mirabilia tua.* Avgvst. Petrum ambulare super aquas in signo, non in seculo, id est fluctibus seculi.

✠ Basil. & Theodor. Nihil mirabilius, quam quod omnium hominum salutem operatus es: & cum cultus legis Iudæorum cessauit nouam gratiam dedisti, quæ rationis cultum præscribit.

Avgvst. Salus verax, insania mendax, non est quod putatur.

Hiero. vana sunt terrena, insaniæ, iræ & rixæ &c.

d *Non est qui si. &c.* Avgvst. nulli auctores artium.

e *Annuntiaui.* Avgvst. Hic Christus in capite & membris.

Avg. Hæc sunt mira Dei, hæ cogitationes quibus nemo est similis.

Rom.12. ✠ Theodore. his apostoli monitio concinit, *Obsecro vos fratres per misericordiam Dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.* Nam pro legis sacrificiis Dominus imperauit vt nostra membra consecremus. Cum autem hanc tuam gratiam, ait, perspexerim, meipsum tibi adduxi, dicens *adsum.* Hanc vocem diuinus Paulus in Dominum Christum accepit congruenter admodum: Nostrę enim est naturæ primitiæ, & illi omnium primo nostra dicere conuenit, & in ipso prius adumbrare ea, quę à nobis fieri decet. Congruit illi primò nostra dicere qui sumus membra illius corporis, vt primogenito multorum fratrũ secũdũ carnẽ.

Avgvst. Vide mirabilia Dei. Annuntiaui prius per prophetas, & pòst locutus egomet.

f *Multiplicati sunt super numerum,* Hiero. Avg. Super numerum saluandorum: vel, super hoc quod aliquis enumerare possit: vel, me loquente plures qnàm olim crediderunt.

g *Sacrificium & oblationem nolu.* Avg. vt venit res, noluit quasi verba promittentia; tamdiu est promissor, donec det: vt dedit, mutat verbum: non dicit dabo, sed dedi. Ipso ergo veniente: noluit ea, quæ erant eius figura: quasi, Quæ necessitas annuntiandi, cum sufficerent legalia? *quia sacrificium & holocaustũ.* Posuit Deus in Cain signum vt nemo eum occideret: Manet Iudæus cum signo circuncisionis, & aliis huiusmodi; & nondum est occisus: habens signum suum, maledictus est à terra, id est ecclesia, quæ sanguinem excepit, quem ille fudit: & de hac terra clamat ille sanguis ad Deum. sed ille, qui fudit, surdus, non audit. Gen.4.c.

h *Aures autem perfecisti mi.* Avg. id est, perfectè me intelligere fecisti, quid velles. *Vel corpus aptasti mihi,* vt ait Apostolus ad Hebræos: id est, corpus aptum ad offerendum mihi dedisti. Heb.10.

☞ *Holocan-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Spes eius. *quia secundum quod dicitur Act.iiij.b.* Non est aliud nomẽ sub cælo datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

2 Et non respexit in vani. *id est, in leges Gentilium idololatriæ deditarum.*

3 Et insanias falsas, *id est, errores Iudæorum contra Christum obstinatorum, qui propriè dicuntur insaniæ, quia auertunt à mentis sanitate. Consequenter ostenditur magnitudo mysterij incarnationis, cum dicitur,*

4 Multa fecisti tu domine Deus &c. *mundum creando & gubernando; sed satis magis fuit mirabile, ipsum recreando per tuam benedictam incarnationem & passionem: ideo sequitur,*

5 Et cogitationibus tuis, *quibus ab æterno disposuisti mysterium tuæ incarnationis.*

6 Non est qui similis sit tibi, *quasi diceret, hoc mirabile excedit omnia alia. In Hebræ. habetur:* Et cogitationes tuæ nobis, *id est, pro nobis, secundum quod transfert Hiero. in trãslatione iuxta Hebraum, & est ibi finis versus: & exponatur sicut prius.* Et cogitationes tuæ *quibus ab æterno disposuisti carnem assumere,* pro nobis *scilicet sunt, quia sunt causa nostræ salutis.* Non est qui similis sit tibi: *principium est versus sequentis, & coniungitur cum litera sequentis.* Non est qui similis sit tibi, *scilicet in mirabilibus faciendis, maxime in mirabili incarnationis mysterio.*

7 Annuntiaui & locutus sum, *secundum possibilitatem meam, sed quia excedunt facultatem humanam, ideo subditur,*

8 Multiplicati sunt super numerum. *In trãslatione Hierony. iuxta Hebraum habetur:* Plura sunt quam narrari queant, *scilicet mirabilia tua, maximè in mysterio tuæ incarnationis contenta: & ideo quod dicitur hic,* Multiplicati, *fortè est litera corrupta vitio scriptorum ponentium multiplicati pro multiplicata: vel si sit litera vera, suppleudum est sic:* Multiplicati sunt, *scilicet effectus mirabilium tuorum.*

9 Sacrificium & oblationem. *Hic consequenter ostenditur mysterij incarnationis ratio, & hoc in persona Christi, quia propheta transit de corpore ad caput per modum prædictum. Circa quod sciẽdum, quod vna causa huius benedictæ incarnationis fuit ad supplendum imperfectionem legis per ipsum Christum incarnatum: propter quod ipse dicit Matthæ. v.b.* Non veni soluere legem, sed adimplere. *In lege autem erant aliqua præcepta ceremonialia de sacrificiis & oblationibus offerendis. Hæc autem sacrificia erant imperfecta, quia non poterant auferre peccata, & ideo ista imperfectio fuit sublata per vnum sacrificium perfectum, scilicet corpus Christi in cruce oblatum: quod succedit omnibus sacrificiis veteris legis. Et hoc est quod dicit Apostolus ad Hebr. x. a.* Impossibile est enim sanguinem taurorum & hircorum auferre peccata: ideo ingrediens mundum, *scilicet Dei filius per suam incarnationem,* dicit, Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, *id est corpus passibile aptum immolationi: sicut diffusius exposui super epistolam ad Hebræos, & hoc est quod dicitur hic, licet aliqua vocabula sint mutata, quia Christus & apostoli non semper allegauerunt scripturam veteris testamenti de verbo ad verbum. Dicitur ergo in persona Christi hominis loquentis Deo patri vel toti trinitati:* Sacrificium, *quod fiebat de animalibus & auibus,*

10 Et oblationem *quæ fiebat de rebus inanimatis, vt de pane, simila & oleo, & similibus,*

11 Noluisti, *quia talia non erant Deo accepta de se, sicut est corpus Christi, quod quotidie offertur in altari: sed tantum ex fide offerentium.*

12 Aures autem perfecisti mihi, *ad Hebr. x. a. dicitur:* Corpus autem aptasti mihi, *vt dictum est: tamen eadem est sententia cum dicitur:* Aures autem perfecisti mihi. *id est, aures perfectas ad obediendum, quod fuit in hoc, quod fuit obediens Deo patri vsque ad mortem crucis, vt habetur Philip. ij. a.*

☞ 1 *Holocau-*

MORALITER.

† 2 *Et non respe. in va.* vitæ præsentis.

3 *Et insanias falsas.* id est, errores Gentilium & Iudæorum, nisi ad eos destruendum.

4 *Multa fecisti tu domine Deus meus &c.* in tua incarnatione, resurrectione, & ascensione, & similibus.

5 *Et cogitationibus tuis,* id est, sapientia tua.

6 *Non est qui similis sit tibi,* nam ipsa est infinita.

7 *Annuntiaui.* Hic ponitur vtilitas dictæ conuersionis, quæ est instructio

instructio populi de diuinis, cum dicitur in persona dicti doctoris. *Annuntiaui. & locu.* scilicet mirabilia delege tua verbis & scriptis.

8 *Multiplicati sunt super numerum.* scilicet effectus tuorum mirabilium, plus quàm posset per hominem enarrari.

9 *Sacrificium & obla.* scilicet veteris legis.

11 *Noluisti.* quia legalia mortificata fuerunt in passione Christi, & mortifera post publicationem euangelij.

12 *Aures autem.* id est, voluntatem obediendi tibi.

✠ 1 *Holocau-*

a *Holocaustum.* Holocausta etiam non petisti pro peccato.
b *Pro peccato.* Quod supra *oblationem*, vt de hirco ἀποπομπαίῳ id est emissario, qui cum peccatis populi in desertum mittebatur: vel, possunt esse duæ dictiones pro peccato.

†Holocausta etiã pro delicto non petisti.

c *Ecce venio.* CAS. Cùm sacrificia cessẽt, constat venire Christum.

d *In capite libri scriptũ est de me* Ecce statim venio vt facerẽ voluntatẽ tuã: quia in capite huius libri.

B Vel, sic est præfinitũ apud Deũ patrẽ, qui est caput mei, qui sũ liber, id est forma iustitiæ hominibus.

✠ BASI. & THEODOR. Superius, inquit in libris sacrorũ vatum hæc de me dicta sunt. *In capite*, Symmachus & Aquila, *In involucro libri*: sic autem diuina volumina vsque in hodiernum diem Iudæi munire solẽt. Hebrei *in volumine libri.*

C †synagoga multa. †prohibeas

†custodiat.

✠ BASI. & THEODOR. In medio ventris mei, ex trãslatione eorum, qui aliquẽ amore prosequuntur, & desiderãt illum intra tra sua viscera conijcere, quæ Dauidi non congruunt. Obtinente enim lege, sacrificia afferebant Deo. Vaticinantis vero sermo omnibus his erectis, rationis sacrificium tacite ostendit.

D

a ¶ Exponit priorem versum. ¶ Et quod maius est. ¶ Quia prius sacrificium. ¶ Aug. Quod pro peccato fiebat maius & dignius in lege, vt de vitula rufa.

a feciſti mihi. † Hólocaustum & pro peccato non postulasti: 1

a ¶ Quia hoc noluisti & corpus aptasti. ¶ Aug. Tempus est vt veniant promissa, quia auferuntur promittentia. b ¶ Quia. ¶ Huius psalmorum. b 2

c tũnc dixi, ecce venio. In cãpite libri scriptum est de me, vt fa- 3 †

d a ¶ Omnino obediens me offerendo. b ¶ Aug. Hoc est, Sed in lege domini vol. eius. c ¶ Volui. d ¶ Et in lege eius meditabar die ac nocte. 4

cẽrem voluntãtem tuam, Deus meus volui: ẽt † legẽm tuam 5 6

a ¶ In plenitudine. b ¶ Post etiam mei. ¶ In membris. c ¶ Aug. quod à te est iustitia. 7

e in mediõ cordis mei. Annũntiaui iũstitiam tuam in ecclesia 8

a ¶ Non habeo in solo corde, vt timore taceam. ¶ Aug. Hoc contra timorem mundanum. b ¶ Aug. Hoc contra simulationem. 9

f magna: ẽcce labia mea non prohibebo, domine tũ † sci- 10 11

a ¶ Aug. Hoc dicitur contra segnitiem carnis. b ¶ Aug. i. fidem confessus sum, non celo timore, quasi satis sit in corde tenere. ¶ Sed.

sti. Iustitiã tuã non abscondi in corde meo: veritatem 12

a ¶ i. Christum tuum. b ¶ Prædicaui. c ¶ Non propter multos consiliarios dimisi, & hoc est. d ¶ Qua dimittit peccata. 13

g tuam & salũtare tuum dixi. † Nõn † abscondi misericordiam 14 15

a ¶ Qua retribuit. b ¶ Quia non celaui misericordiam & veritatem, noli remouere misericordias à sanctis membris. 16

tuam & veritãtem tuam, à † concilio multo. Tũ autẽ domi- 17 18

a ¶ Ne sint sine effectu. b ¶ Quia. ¶ Aug. Non auderem conuerti, nisi securus de remissione, quasi bonus es, & ideo amo. 19

h ne † nẽ longè facias miserationes tuas à me; misericordia tua 20 21

a ¶ Non perseuerarem, nisi de promissione securus, quasi iustus es, & ideo timeo. ¶ Ne sit inane quod cepi à primo iusto. b ¶ Hæc semper suscipiunt, & semper aspicio. & opus est. c ¶ Cas. Quia sunt peccata à nobis, & ab alienis, quid ergo si cesset misericordia.

& veritas tua semper † susceperunt me. Quõniam circũnde- 22

a ¶ Peccata. ¶ i. pœnæ. b ¶ Apud homines. c ¶ Ipso actu.

derunt me mãla quorũ nõ est numẽrus, cõprẽhenderunt me 23 24

c *Ecclesia magna.* AVG. toto orbe terrarum, non parua vt prius: & siquidẽ insurget timor, nõ prohibebit loqui.

f *Domine tu scisti.* AVG. Labia sonãt hominibus, sed tu domine nouisti cor meum, ne in solis labiis esset annũtiatio. *Quia corde creditur ad iustitiam, ore autem cõfessio fit ad salutẽ.* Vel, ô domine, tu es testis, quòd timor non prohibet loqui, vel, per te hoc, qui sic prædestinasti futurum, vt ad hoc non sim piger.

†lex tua in medio intestinorum meorũ est Rom. 10. c.

E

† cognouisti.

†Nõ negaui. † celaui.

g *Non abscõdi*, CAS. (quãdo potui prodesse) veritatem, promissionẽ, & saluationẽ.

F

✠ BASI. & THEO Symmachus, *in multitudine.* Aquila, *in ecclesia magna*, vt pateret de eadem ecclesia dixisse.

h *Misericordia tua.*

AVG. Amor & timor perducunt me ad te.

☞ THEOD.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Holocaustum, *hoc erat quoddam genus sacrificij, quod totum incendebatur ad honorem Dei.*

2 Et pro peccato. *id est hostiam pro peccato, cuius vna pars incendebatur, & alia erat sacerdotum, vt diffusius dixi super Leuitis.*

3 Nõ postulasti, *quia talia nõ fuerũt de se Deo accepta, vt dictũ est,*

4 Tunc dixi, *ego Christus.*

5 Ecce venio, *ad offerendum sacrificium acceptissimum Deo.*

6 In capite libri. *Iste est liber diuinæ prædestinationis, de quo scribitur in Psal. lxviij. f.* Deleantur de libro viuentium &c. *In capite autem huius libri dicitur esse descriptum illud, quod primo & principaliter pertinet ad diuinam prædestinationem, sicut caput est principalis pars hominis. Mysteriam autem incarnationis Christi, per quod omnes homines inducuntur ad vitam æternam siue beatam, est illud quod principaliter pertinet ad diuinam prædestinationem: & ideo bene dicit,* In capite li. *scilicet diuinæ prædestinationis.*

7 Scriptum est de me, vt facerem &c. *Propter quod dicit Christus Ioh. vj. d.* Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me misit. *Et quia voluntas deliberatiua Christi hominis semper erat diuinæ voluntati conformis, ideo subditur,*

8 Deus meus volui, & legem tuam &c. *scilicet legem euãgelicam.*

9 Annuntiaui iustitiam tuam, *id est legem euangelicam, quæ continet iustitiam perfectam.*

10 In ecclesia magna, *id est, templo, vbi omnes Iudæi conueniebant in quo Christus frequenter docuit, vt describunt quatuor euangelistæ. Similiter* in ecclesia magna *per totum orbem diffusa, in qua Christus per apostolos euangelium promulgauit, secundum quod dicitur psal. xviij. a.* In omnem terram exiuit sonus eorum.

11 Ecce labia mea non prohibebo, domine tu scisti, *à promulgatione veritatis euangelicæ per me & alios doctores ecclesiæ.*

12 Iustitiam tuam &c. *quia Christus eam manifestauit verbis & factis.*

13 Veritatẽ tuã, *quam implesti promissum de Christo patribus factum.*

14 Et salutare tuum, *id est meipsum à te missum pro salute hominum.*

15 Dixi. *omnia ista manifestè docuit Christus, vt patet ex decursu euangely.*

16 Non abscondi misericordiam tuam. *quam per me voluisti mundo facere.*

17 Et veritatem tuam, *quia misericordia & veritas semper se concomitantur in operibus Dei.*

18 A concilio multo, *sic debet scribi per c. quia sic est in Hebræo & in translatione Hiero. iuxta Hebræum habetur,* In ecclesia multa, *quod idem est.*

19 Tu autem do. *Hic consequenter describitur ipsius Christi deuota deprecatio pro statu corporis sui mystici: & primò quantum ad amotionem mali; & secundo quantum ad adeptionem boni, ibi,* Exultent. *Circa primum dicit,* Tu autem domine, *id est, tu Deus pater.*

20 Ne longe fa. &c. *id est à corpore meo mystico, pro quo Christus legitur frequenter orasse in euangelio.*

21 Misericordia tua & ve. &c. *orationem meam semper exaudiendo. Omnis enim oratio Christi procedens ex volũtate deliberatiua fuit exaudita, secundum quod dicit saluator Io. xj. e.* Ego autem sciebam, quia semper me audis, *quia volũtas Christi deliberatiua semper fuit, & est conformis voluntati diuinæ. Et causam huius deprecationis subdit, dicens,*

22 Quoniam circun. me ma. *scilicet, pœnæ,*

23 Quorum non est numerus, *Multæ enim pœnalitates fuerunt inflictæ Christi fidelibus à principio ecclesiæ, vt patet in apostolis & martyribus.*

24 Comprehenderunt me iniqui. meæ. *quia à principio fuerunt aliqui mali cum bonis in corpore Christi mystico, vt patet de Iuda proditore & multis alijs: à principio etiam insurrexerunt hæreses, vt patet ex epistolis Pauli, & aliorum apostolorum: propter quod be. Iohannes in euangelio suo expressit diuinitatem Christi contra Ebionem & Cherintum, & eorum sequaces, eam negantes, secundum quod dicit Hiero. in lib. illustrium virorum.*

✠ 1 Et non

MORALITER.

† 1 *Holocaustum & pro pecca.* repetitio est eius quod dictum est de legalibus.

4 *Tunc di. ec. ve.* paratus obedire euangelio.

6 *In capite &c.* primus enim psal. est de bono doctore, sicut dictum fuit ibidem.

† *Vt fa.* exemplo Christi, qui cœpit facere & docere.

6 *Annun*

9 *Annuntiaui.* verbis & scriptis, & sic faciam de futuro: ideo subditur,

1 *Ecce labia &c. iusti tu.* mihi reuelatam.

16 *Non abscondi*, sed propalaui.

19 *Tu autem do.* Hic petitur remissio peccatorũ ante cõuersionẽ perpetratorum, & etiã post, saltem venialiũ, cũ dicitur, *Tu autem do.* vt sicut misericorditer me vocasti, ita peccata remittas mihi.

22 *Quoniam circundederunt me mala.* sequitur.

✠ 1 *Et non*

☞ ✻ THEOD. Ecclesia salutem consecuta, diuina prouidentia indiget ob Dæmonum, hominumque impetus.

a *Capillos.* AVGVS. Bene in comparatione delictorum *capilli* ducti sunt. Nã ideo in veteri testamento sacerdotes radebãtur, vt sic carnis vitia deposuisse viderentur.

✻ THEODORET. Nec enim ecclesia ex hominibus perfectis tota constat: sed habet ignauos: & eos, qui remissam vitam sunt amplexi: & qui voluptatibus seruire decreuerunt: & quoniam vnum est corpus, tanquam ex vna persona, & hæc, & illa proferuntur.

Remi. vt superent eos qui sunt *capilli*, id est, fideles, qui in Christo sũt radicati: vel ad literam, comparatiuè.

b *Complaceat.* CAS. trinitatem personarum. Tibi singulariter vnitatem essentiæ signat.

AVGV. *Complaceat* ait, non diffidens de potentia Dei, si assit voluntas. Quasi, si tu vis, potes domine.

c *Respice.* CAS. Respectus eius nostrum est auxilium.

d *Qui dicunt mihi.* AVGVST. Et qui bona dicit malo animo, & qui mala dolosè laudando, vterque malus est & cauendus. De primis dixit, *Qui volunt mihi mala*: De secũdis, *Qui dicunt mihi, euge, euge.*

e *Et dicant.* CAS. Hæc est eorum exultatio: hæc enim professio in æternũ gaudentes efficit christianos.

f *Ego autem.* CAS. Hoc Christus ex forma serui: ne quis gloriam prædictæ lętitię sibi arrogaret. Mendicus, qui sibi nõ sufficit.

✻ THEODOR. *Pauperem* se appellat vt auxilio Dei egentem, & gratiæ libertatem præuidentem, quam supplicat ne procrastinetur, sed celeriter hominib. cõcedatur.

g *Ne tardaue.* AVG. *Nisi breuiati essẽt dies, nõ saluaretur omnis caro*: & tũc erit *væ prægnãtibus & nutriẽtibus.* Vel de præsẽti. i. quia & modo est *væ prægnantibus*. i. concipientibus desideria alienarũ rerũ: & *lactantibus*, qui iã quæsita nutriũt.

a ¶ Aug. Quibus oppressus Deus non potest videri, sed mundato corde videbit Deum. b ¶ Nec per conatum te videre potui. c ¶ Iniquitates. ¶ Aug. Si vitasti grauia, caue ne obruaris arena: minuta quidem videntur, sed multa sunt.

iniquitãtes meæ, & non põtui vt viderem. Multiplicatæ sunt 1
a ¶ Innumerabiliter. b ¶ Aug. Ratio reliquit, quia profutura non appetit, vel à primo cęci parente. ¶ Aug. Id est cor non cognoscit se, vt cum Petrus dixit, Non te negabo. c ¶ Ergo. ¶ Trinitati ¶ Vni Deo. 2

a super capillõs capitis mei: & cõr meũ dereliquit me. † Cõm- †
b a ¶ A malis. 3

placeat tibi domine, vt † eruas mẽ, domine † ad adiuuandum 4
a ¶ Aug. Respice pœnitentes in dolore suo. ¶ In boni cooperatione. b ¶ Ecce autem. ¶ Cas. Gauisi sunt, cum ipse animam posuit: sed confusi cum recepit. ¶ Mirabilium operatione. c ¶ Resurrectionis gloria. d ¶ Vt non ea fruantur.

c mẽ † respice. Cõfundantur & † reuereãntur simul qui quæ- 5
a ¶ Interficiendo. b ¶ Etiam. ¶ Aug. Humiles sequantur, qui superbe præibant.

runt animam meam, vt aũferant eam. Auertantur retrorsum
a ¶ Vel erubescant. b ¶ Non solum qui faciunt, vel dicunt. c ¶ Aug. Cum benedicunt, mala tamen volunt. d ¶ Vt pondus. e ¶ Cas. Ne diutius ingrauetur malum eorum.

et † reuereantur qui † võlunt mihi mala. † Ferãnt cõfestim †
a ¶ Adulatione. b ¶ Qui applaudunt quasi bono animo. c ¶ Econtra.

d confusionem suam qui dicunt mihi: euge, euge. Exultent et 6 7
a ¶ Fundati. b ¶ Aug. Non me sed in me te glorificantes.

e † lætentur supẽr tẽ omnes † quærentes te, et dicant semper, 8 9
a ¶ Aug. Quia si peccator est homo, ad pœnitentiam vocatur, si iustus, ad coronam. ¶ In membris, quia in senon potest. b ¶ Nec quilibet hæc dicant, sed. c ¶ Cas. Me. s. d ¶ De se autem hic.

f mãgnificetur dominus, qui diligunt † salutãre tuum. Egõ 10
¶ Cui dicebant euge. a ¶ Aug. Non est quod in me laudetur, ex me egenus & pauper, non diues, quia non superbus. b ¶ Sed. ¶ Curam habet mei.

autem † mendicus sum et pauper: dominus † solicitus est mei. 11 12
a ¶ De hoc constat. ¶ Aug. quod orat hic corpus Christi, vnus mendicus, vnus pauper cum eo. b ¶ Aug. Ne diu simus in malis, sed cito fini maxime tempore Antichristi. ¶ Hoc peto.

g Adiutor meus et † protector meus tu † es, Deus meus nẽ tar- 13 14 15
dauerís.

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non po. vt vi. *quia hæreses insurgentes multùm obnubilabant fidem simplicium.*

2 Multiplicatæ sunt. *Modus est loquendi hyperbolicus, ad designandum multitudinem hæresum, quæ insurrexerunt in ecclesia Dei, secundum quod patet per Aug. de hæresibus.*

3 Complaceat tibi domine vt eru.me. *Id est corpus meum mysticum à malis prædictis.*

4 Domine ad adiuuan. me re. *contra mala insurgentia de futuro.*

5 Confundantur &c. qui quær. ani. me. *id est fidelium meorum vitam; cuiusmodi fuerunt tyranni in primitiua ecclesia: quorum multi fuerunt confusi corporaliter & temporaliter secundum ordinem diuinæ iustitiæ: & aliqui confusi confusione pœnitentiæ, quæ est confusio adducens gloriam: quia multi videntes patientiam martyrum, & Dei virtutem circa ipsos, conuertebantur ad fidem.*

6 Qui dicunt mihi euge euge. *Interiectio est exultantis, quæ aliquando profertur ad congaudendum: & sic proferebatur à fidelibus de patientia martyrum gaudentibus: Aliquando etiam profertur ad deridendum, & sic proferebatur à martyrum persecutoribus.*

7 Exultent. *Hic consequenter ponitur deprecatio Christi pro suo corpore mystico quantum ad adeptionem boni, cùm dicitur,* Exultent & læten. super te. *Deum patrem, vel totam trinitatem: de bono quod daturus es eis.*

8 Omnes quærentes te, *id est fideles mei, qui te quærunt per veram fidem.*

9 Et dicant semper, magnificetur domi. *regratiando de bonis eius.*

10 Qui diligunt salutare tuum, *Id est, me Christum, quem misisti pro salute hominum.*

11 Ego autem mendi &c. *si hoc refertur ad personam Christi, certum est, quod vitam valde pauperem duxit in hoc mundo, sicut patet ex euangelio. Si autem referatur ad corpus Christi mysticum, sic certum est, quod fuerunt & sunt multi fideles propter Christum paupertatem eligentes.*

12 Dominus sol. est mei. *quia sufficienter prouidetur talibus ex prouidentia Dei, secundũ quod dicit saluator, Mat. vj. d.* Primùm quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis: *& ideo in fine psal. concluditur:*

13 Adiutor meus, *ad bonum promouendo:*

14 Et protector meus, *à malis præseruando.*

15 Tu es, Deus me. ne tarda. *mihi assistere in prædictis.*

✠ NICO-

MORALITER.

† 1 *Et non potui vt viderem*, quoniam peccatum obnubilat intellectum.

2 *Multiplicatæ sunt super ca. &c.* id est, plus quam scirem numerare.

† *Et cor. me. dereli. me.* præ timore offensæ.

3 *Complaceat ti. do. vt eruas me. &c.* ab istis peccatis.

5 *Confundantur & re.* scilicet spiritus maligni.

† *Ferant confe. confu.* tanquam victi.

6 *Qui dicunt mihi euge, euge.* gaudentes de mea deiectione.

7 *Exultent & lætentur super te.* Id est propter bonitatem tuam.

14 *Ego autem men. sum.* id est nullum habens ex me bonum.

15 *Dominus sollicitus est mei.* corporaliter & spiritualiter prouidens mihi.

18 *Deus meus ne tarda.* mihi succurrere in periculis cunctis.

✠ MORA-

GLOSSA ORDINARIA.

A a *In finem.* Hiero. *Intellectus filiis Core*, vt quamuis pauper & passus, credatur, tamē Deus. *Core* Caluaria interpretatur: quæ fuit locus dominicæ passionis. Per Caluariam igitur, Christi passio: per *filios Core* filii passionis, filij crucis intelliguntur: qui scilicet in cruce domini nostri Iesu Christi gloriantur cum Apostolo dicente, *Mihi autem &c.*

Avgvst. Quasi vnius hominis vox est capitis & corporis.

B PSAL. XL. d

b *Beatus.* Irridetur qui colit pauperē mortuū; Sed *beatus* Avg. Propheta intelligentem super egenum & pauperē, cōcelebrat. e f g h

✻ Basil. & Theo.

C Præsentem psalmum quidam Dauid aut Ezechiæ ascripserunt, Ioha. 14. Christus Dominus sibiipsi, in Euangelio dicens, *Qui manducat mecum panem, sustulit contra me calcaneum suum.*

✻ Basil. Egenum vocat eum, qui omnium est Dominus: *quoniam cum dives esset propter nos egenus est factus.*

✻ Theod. Hebræus, neque alij interpretes habent *Pauperem*, quod tamen legitur in quibusdam exemplaribus: *Diem malam*. Symmachus *vexationem* interpretatur, tacitè opinor innuit terribilem diem iudicij.

Hiero. prius propheta à se, post inducet Christum.

c *Qui intelli.* Avg. Nota qui intelligit, vt & nō petētibus detur qui petēti dat benefacit, qui tacētē intelligit, beatus sine dubio est.

d *Dominus conseruet.* Avg. Bene optat propheta intelligēti super egenum & pauperem, quod est certa promissio.

Avg. Pietas *promissionem habet vitæ, quæ nunc est & futuræ.*

e *Et viuificet.* Avg. In futura vita, vel hic per iustificationem.

f *Dominus opem.* Cas. Ne putes beatum requiem hic habere: dolores ei mitigat: & precatur ne hominis infirmitas duris superetur; quasi lectus quietis, sunt hæc bona temporalia: sed Deus facit hęc doloribus plena, ne in eis spes habeatur.

g *Lectum.* Avg. *vniuersum* enim *stratū*, id est, mundanam felicitatē prouidè cōuertit Deus in angustias.

Cas. Hic trepidus ipse misericordiā petit: quia qui se peccasse sciebat, his iure tradi timebat: sed ne famuli Dei his afflicti videātur à Deo desereti, cùm ipse Deus pertulit talia, vnde dicit, *Inimici mei dixerunt.*

Vel *lectus doloris*, Avg. Caro, in qua peccatum, in qua pius gemit, impius gaudet. Sed vnde dolor, quia *vniuersum stratum* secundum vegetationem & sensualitatem, (quæ erat subiecta rationi, & lectus lætitiæ & quietis) versauit Deus per contraria, vt modò impugnet, vt dolores inferat: *in infirmitate*, id est, quando Adam infirmatus est, præuaricando.

Opem. Avgvst. Hiero. in infirmitate carnis, quæ grauat animam.

h *Stratum.* Avg. Est aliquod terrenū quod infirmus, licet bonus, sibi eligit, in quo pausет: vt vxor, filij, & cætera licita, cùm laborē mentis in Deū extensæ, assiduè nō possit tolerare. Sed Deus volens nos amorem nō habere nisi ęternæ vitæ, his delectationibus

☞

†In finem psalmus Dauid XL.

a ¶ In æternis. b ¶ Et si videt eum egere. ¶ Aug. Quia & Deus. ¶ Aug. Intendendum est etiam super egentes, vt eis detur quod ad eum pertinet.

Beatus qui intelligit super egēnum & pau- 1

a ¶ Exponit beatitudinem. b ¶ Iudicij.

perem, in dīe malā liberauit eum dominus. 2

a ¶ Interim autem. b ¶ Hiero. Neab hoc intellectu cadat, sed in hoc manentem viuificet. ¶ Inter mala seculi.

Dōminus cōseruet eum, & viuificet eum, 3 4

a ¶ Ne putet sibi in futuro tantum dari & hic negligi. b ¶ In hac vita.

& beātum faciat eum in terrā, & non † tradat eum † in ani- 5 6

a ¶ In voluntatem, & si in manus. b ¶ Diaboli & ministrorum eius. c ¶ Sed. ¶ Aug. Vt quasi sanatus paralyticus portet lectum, imperando carni, non seruiendo. d ¶ Infirmitatem carnis.

mām inimicōrum eius. Dominus † opem ferat illi super lectū 7 8

a ¶ Doloris quia. ¶ Aug. Cur ergo Deo opem ferente tanta patimur, conuersus ad Deum expo nit consilium medicinæ eius.

doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate 8

per egenum & pauperem, quod est certa promissio. D

e *Et viuificet.* Avg. In futura vita, vel hic per iustificationem.

f *Dominus opem.* Cas. Ne putes beatum requiem hic habere: dolores ei mitigat: & precatur ne hominis infirmitas duris superetur; quasi lectus quietis, sunt hæc bona temporalia: sed Deus facit hęc doloribus plena, ne in eis spes habeatur.

g *Lectum.* Avg. *vniuersum* enim *stratū*, id est, mundanam felicitatē prouidè cōuertit Deus in angustias. E

Cas. Hic trepidus ipse misericordiā petit: quia qui se peccasse sciebat, his iure tradi timebat: sed ne famuli Dei his afflicti videātur à Deo desereti, cùm ipse Deus pertulit talia, vnde dicit, *Inimici mei dixerunt.* F

Vel *lectus doloris*, Avg. Caro, in qua peccatum, in qua pius gemit, impius gaudet. Sed vnde dolor, quia *vniuersum stratum* secundum vegetationem & sensualitatem, (quæ erat subiecta rationi, & lectus lætitiæ & quietis) versauit Deus per contraria, vt modò impugnet, vt dolores inferat: *in infirmitate*, id est, quando Adam infirmatus est, præuaricando.

Opem. Avgvst. Hiero. in infirmitate carnis, quæ grauat animam.

h *Stratum.* Avg. Est aliquod terrenū quod infirmus, licet bonus, sibi eligit, in quo pausет: vt vxor, filij, & cætera licita, cùm laborē mentis in Deū extensæ, assiduè nō possit tolerare. Sed Deus volens nos amorem nō habere nisi ęternæ vitæ, his delectationibus

☞

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XL.

Beatus qui intel. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriam psal. Dauid, *& in translatione Hiero. iuxta Hebręum*, Pro victoria canticum Dauid: *& idem penitus signant. Ex prædictis autem patet expositio huius tituli & ex titulo apparet autor psalmi scilicet Dauid: sed materia huius psalmi non apparet; propter quod varie dicitur à diuersis. Dicunt enim aliqui, quod Dauid fecit hunc psalmum pro Salomone filio suo, quem disposuerat regnare post se de voluntate domini, vt apparet j. Paral. xxviij. hoc tamen non obstante, Adonias frater eius volebat eum supplantare, vt habetur iij. Reg. j. Tum quia habebat pro se Abiathar summum sacerdotem, & Ioab principem militiæ, qui adiuuabant partem Adonia, vt habetur ibidem. Tum quia videbat patrem suum senem iacentem in lecto tanquam impotentem. sed per sapientiam Nathan prophetæ Adonias fuit fraudatus à proposito, & Salomon constitutus in regno, vt habetur iij. Reg. j. Dicunt igitur quod de hoc Dauid fecit hunc psalm. d.* Beatus qui intelligit &c. *id est, beatus sit Nathan propheta, qui posuit intellectum suum pro Salomone egeno & paupere, inquantum Adonias voluit eum de regno eijcere. Et sic consequenter quantum possunt, literam sequentem applicant ad hanc materiam. Sed hæc expositio & consimiles videntur dissonare ab intentione saluatoris Iohan. xij. b. vbi allegat scripturam huius psalmi tanquam dictam de seipso ad literam d.* Sed vt impleatur scriptura, Qui māducat meum panem leuabit calcaneum suum contra me. *Cui concordat litera Hebraica in hoc psalmo quæ sic habet,* Comedens panem meum magnificabit super me talum. *Et in translatione Hieron. iuxta Hebr. quæ sic habet*, Qui manducat panem meum leuabit contra me plantam. *Et secundum omnes expositores catholicos saluator Iohan. ij. allegat scripturam de hoc psalm. Dicendum igitur, quod Dauid qui plura mysteria Christi descripsit, quàm alij prophetæ (vt dictum fuit in principio huius libri) præuidens passionem Christi & eius resurrectionem in spiritu, fecit hunc psal. qui secundum hoc diuiditur in duas partes. In prima agitur de Christi passione, in secunda de eius resurrectione, ibi,* Tu autem domine. *Circa primum sciendum quod passio Christi incepit à sua paupertate, quam pati cœpit ab hora natiuitatis: & ideo primo agitur de eius paupertate, & secundo de eius morte; ibi,* Inimici mei. *Circa primum dicit Dauid,*

1 Beatus qui int. sup egenum *id est, Christum, qui in paupertate fuit natus, vtpote de paupere matre, & in paupere loco, & pauperibus pannis inuolutus, & similiter in paupertate conuersatus: vnde dicit de seipso Mat. viij. c.* Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. *Similiter fuit in paupertate mortuus, vt pote vestibus suis spoliatus, & in alieno sepulchro repositus. De isto igitur paupere dicit Dauid:* Beatus qui intelligit &c. *id est, intus legit: ita quod sub paupertate quā gessit in forma nostræ humanitatis, intus legit per veram fidem charitate formatam diuitias suæ deitatis, quas dabant intelligere opera diuinæ virtutis quæ faciebat.* 2 In die mala liberabit eum dominus, *quia talem fidelem* in die *iudicij* liberabit dominus, *à potestate inimici.*

3 Dominus conseruet eum, *in corpore*, 4 Et viuificet eum, *sua gratia in mente.* 5 Et beatum faciat eum in terra, *scilicet viuentium, in qua est beatitudo vera.* 6 Et non tradat eum in animā, *id est, ad voluntatem,* 7 Inimicorum eius. *corporalium & spiritualium.* 8 Dominus opem, &c. *id est, cum iacuerit super lectum afflictus dolore corporis, siue mentis.* 9 Vniuersum stratum eius versasti. *Mutat propheta modum loquendi de tertia persona ad secundam, quæ mutatio fit valde frequenter in prophetis. Et est sensus huius literæ, quod sic consoletur & sanetur à Deo, quod non indigeat lecto parato ad iacendum, sed magis reuerfetur tanquam lectus quo aliquis non indiget amplius. Per talem modum saluator Iohan. v. b. dixit languido ab eo curato in probatica piscina:* Surge tolle lectum tuum &c. *& hoc præcepit ad manifestationem miraculi perfecta sanationis. Cōsequenter Dauid conuertit se ad orandum pro se. sicut orauerat pro aliis, dicens:*

☞ 1 Ego

MORALITER.

† 1 *Beatus qui intel &c.* Psal. iste literaliter intelligitur de Christo. Moraliter autem potest exponi de quolibet fideli misericordiæ operibus intento, de quo dicitur, *Beatus qui intel. sup. ege. & pauperem.* affectu s. & effectu, secundum suam possibilitatem: talis enim beatus est in spe, & postea erit in re, si bene perseueret.

2 *In die mala.* scilicet mortis.

2 *Liberauit eum dominus.* ab inimicis.

3 *Dominus conser. eum.* in præsenti vita pro pauperibus suis.

6 *Et non tradat eum in ani. &c.* id est, non permittat eum cadere per peccatum mortale.

8 *Dominus opem ferat illi su. lec. do. &c.* id est, si cadat in infirmitatem corporis, dominus ita sanet eum, quod cito surgere possit de lecto: ideo subditur:

9 *Vniuersum stra. eius ver.* Et quia magis appeti debet sanitas animę quàm corporis, ideo subditur:

† *Ego*

bus miscet amara, & vertit in infirmitatem nostram: nec in via stabulum, vbi Samaritanus vulneratum curandum mandat, amemus, pro domo æternæ habitationis.

✠ Basil. & Theod. *Versasti.* i. mutabis: beatum autem illum prædicat qui paupertatem Domini intelligere potest, & qui pro viribus celebrandum curat eum, qui hanc paupertatem amplexus est, quia peccaui tibi.

✠ Theodoret. Symmachus. Et si peccaui tibi.

B a *Inimici mei.* Cas. Dominus de passione sua, quæ secundum egenum fuit.

Matth. 26. ✠ Basil. & Theodor. Iudæos inimicos vocat, qui consilium inierũt, quomodo illum perderent.

c d Aug. *Inimici mei.* Hæc de Christo specialiter dicta sunt, sed

C †belial (simpium) adhęrebit ei, id est verba impia inter eos iactantur. Vel adhæsit ei aliquod scelus (vel effusum est in ipso. Et qui iacuerit, nõ resurget

& de membris dici possunt: & hodie fit tribulatio, vt nomen Christi extinguatur: sed per mortem suam & suorum magis ecclesia creuit.

a ¶ Versasti. ¶ Sed. ¶ Sciens autem homo se pati hoc propter peccatum, conuertat se & dicat. ¶ Hoc dicit caput in membris. b ¶ Ita. ¶ Per flagella.

eius. Egõ dixi, domine miserere mei: sanã animam meam, 1 2

a ¶ Nullo modo excusso, sed accusso. b ¶ Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, sed non inimici. ¶ Aug. quoniam vident populos post Iesum ire c ¶ Falsa. d ¶ Hoc scilicet.

a quia peccãui tibi. Inimici mei dixẽrunt malã mihi: quãn- 3 †

a ¶ Aug. Ne ipsi perderent locum & gentem. ¶ Quia tædiosus eis & grauis ad videndum.
b ¶ Aug. Quia videntes eum mori, scient se falso sperasse in eo populi. 4
c ¶ Aug. Vt fama non sit de eo. d ¶ Vt Iudas.

b do mõrietur & pẽribit nõmen eius. † Et si ingrediẽbatur vt 5

a ¶ Quod erat. ¶ Exploraret: sic & de subintroductis falsis fratribus ait Apostolus: Qui subintroierunt explorare libertatem nostram. Gal. 2. a. ¶ Ficta.
b ¶ Aug. Parans calumniam aliis, sibi nocet, non mihi. c ¶ quam ibi deberet deponere.

vidẽret, vana loquebatur cor eius: cõgrẽgauit iniqũtatẽ sibi. 6

a ¶ Et quia intrauit vt videret. b ¶ De amicitia. ¶ Ad contrarios. 7
¶ Vt fieret apertus inimicus. c ¶ Falsa & vana. d ¶ Vanitatis. 8
e ¶ Non modo ingredientes, sed omnes inimici.

c Egrediebãtur forãs, & loquebãtur: † In idipsum aduersũ me 9

a ¶ Cas. In auribus inuicem murmurando. b ¶ Aug. Si quis alius alio amplius inueniret. 10

d e suſurrãbant omnes inimici mei, aduersum me cogitãbant 11

a ¶ Prout intendebant: cum potius sibi. b ¶ Tandem. c ¶ Occidamus eum & habebimus eius hæreditatẽ. 12
¶ Cas. Scilicet Expedit vt vnus moriatur pro populo. &c. Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris.
d ¶ Ipsi ita, scilicet. 13

f mãla mihi. Vẽrbũ †iniquũ constituerũt aduersum me, Nũn- 14

a ¶ Vt delatere dormientis sponsa formetur. ¶ Numquid mortuus necessitate, vt putatis? Sed sponte dormit, cito euigilaturus. b ¶ Aug. Et vnde dormitio? ex traditore. c ¶ Iudas. 15 16

g quid qui dormit, non adiiciet vt resurgat? Etenim homõ 17

a ¶ Et quia intrauit vt videret, vana locutum est cor eorum, cõgregauerunt. Ioan 2. † Simul

b *Et si ingrediebatur.* Cas. Nota tolerandos malos.

Cas. Non solum aperti inimici, sed & qui simulabant se amicos.

c *Egrediebatur foras.* à sinu veritatis, malus ingressus, malus egressus.

✠ Basil.

✠ Basil. & Theo. hoc euangelia de Iuda testantur, qui dixit, quid datis, & vobis eum tradam.

d *In idipsum* Aug. Id est, vno consilio omnes aduersum me susurrabant.

e *Susurrabant.* Cas. Non audent detegere consilium, quia in scelere *socij* sunt omnes: cum pauci soleant esse *autores* scelerum.

✠ Theodor. Dixerunt coram Pilato Seipsum regem facit & prohibet tributũ dari Cæsari.

f *Nunquid.* Avgv. Qui habet potestatẽ ponendi animã, nõne habet & resumẽdi eam?

✠ Theo. Dicebat Dominus, *soluite templum hoc & in triduo reædificabo illud.*

g *Etenim homo pa.* Cas. *Verbum iniquũ constituerunt.* quia etiã homo, *qui intingit mecum ma. in pa.* per quem eis illa opportunitas.

✠ Basil. & Theodor. Aquila & Theodotion, *Etenim Vir pacis meæ, cui confisus sum.* Symmachus, *Sed etiam homo, qui mecum pacem gerebat, quo fretus eram. Dolum* autem *calcaneum* siue supplantationem nominauit ex translatione eorum, qui de celeritate contendunt, quique suo calcaneo moliuntur, vt concurrens impingat simul & cadat.

D Matth. 26.

Luc. 23.

E

Ioan 10. d. Matt 26 b. † Et ingrediebatur vt videret, vana locutum est cor eorum, cõgregauerunt. Ioan 2. † Simul

F

☞ Spera

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Ego dixi do. mi. mei. *cuius causam subdit dicens:*

2 Sana animam meam, quia peccaui tibi, *in adulterio Bethsabeæ, & homicidio Uriæ, & populi numeratione. Virtus enim diuinitatis Christi, qua sanat peccata, est æterna: secundum quod dicit Apostolus ad Heb. xiij.* Ietus Christus heri & hodie ipse & in secula: *propter quod poterat saluare animam Dauid à peccatis.*

3 Inimici mei &c. *Hic consequenter agitur de Christi morte. & mutat Dauid modum loquendi: quia prius locutus fuerat de Christo, hic introducit Christum loquentem, sicut Psal. ij. cum locutus fuisset de Christo di.* Quare fremuerunt gentes, *consequenter introducit Christũ loquentem in propria persona, & dicentem* Ego autem constituitus sum rex ab eo, &c. *sicut fuit ibidem expositum: Et hæc mutatio sit frequenter in prophetis: agituri in persona Christi, dicitur*, Inimici mei dixerunt mala mihi. *quia Iudæi dixerunt ei vituperia frequenter: sicut patet Ioh. viij. f.* Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu & dæmonium habes?

4 Quando morietur & pe. nomen eius *Frequenter enim tractauerunt de Christi morte, vt sic periret memoria nominis eius. Ioh. xj. g. Ab illo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Alij etiam tres euangelistæ scribunt, qualiter tractauerunt de eius morte.*

5 Et si ingre. *Hic mutatur similiter modus loquendi. quia scriptura frequenter loquendo de pluribus in plurali, transit ad loquendum de vno, eo quod sunt coniuncti ad aliquid vnum, & maxime in scripturis prophetarum: & sic dicitur hic*, Et si ingrediebatur, *scilicet, quilibet de inimicis meis.*

6 Vt videret, *me docentem vel conuersantem.*

7 Vana loque. *quia falsa referebat ad meam diffamationem.*

8 Cor eius. *quia frequenter Iudæi posuerunt insidias Christo, vt eum caperent in sermone, vel in aliquo reprehensibili facto, sicut patet in pluribus locis in euangelio.*

9 Egrediebatur foras, *ad vulgares turbas.*

10 Et loquebatur in idipsum *diffamando Christum, vt auerteret deuotionem populi ab eo, sicut habetur Ioh. x.* Dæmoniũ habet & insanit, quid eum auditis? *Potest etiam illa litera ab illo loco.* Et si ingrediebatur, vt videret, *exponi in singulari de ipso Iuda, qui aliquando egrediebatur ad tractandum cum Iudæis de traditione Christi: & iterũ ingrediebatur consortium Christi & apostolorum, vt videret tepus & locum quomodo posset eum caute tradere. & sic multa falsa & iniqua fingebat, & dicebat hinc & inde, prout scribunt quatuor euangelistæ:*

11 Aduersum me susurrabant, *id est, latenter detrahebant,*

12 Omnes inimici mei, *scilicet scribæ, & Pharisæi, & consimiles*

13 Aduersum me cogitabant mala mihi, *scilicet inferre mortem contemptibilem & dolorosam.*

14 Verbum in. consti. ad. me. *qui ordinauerũt Christum mortuũ in sepulchro custodire, ne eius discipuli eum tollerent, & dicerent eum resurrexisse, vt habetur Mat. xxvij. ideo subditur:*

15 Nunquid qui dormit, *id est, iacet mortuus in sepulchro.*

16 Non adiiciet vt resur. *quasi non. Sic enim loquebantur de Christo mortuo, illud quod de resurrectione sua prædixerat contemnendo.*

17 Etenim homo pacis meæ. *quasi dicat Christus. Non est mirum si Iudæi, qui erant inimici mei, talia dicebant & faciebant contra me: quia etiam discipulus meus mihi familiaris contra me conspirauit cum eis, scilicet Iudas Scarioth. Et hoc est quod dicitur*, Etenim homo pacis meæ. *id est mecum habitans pacifice.*

☞ In quo

MORALITER.

† 1 *Ego dixi, do miserere mei &c.*

3 *Inimici mei dixe. &c.* id est, spiritus maligni.

† *Dixerunt ma. mihi*, de peccatis me grauiter tentantes.

5 *Et si ingrediebatur*, aliquis dæmonum,

6 *Vt videret*, qualiter me decipere posset.

7 *Vana loquebatur*, Id est mendacia nuntians incitando me ad malum sub specie boni.

8 *Cor eius congregauit iniquitatem sibi.* nam ex tẽtatione dæmonum crescit pœna eorum.

9 *Egrediebatur foras & loquebatur, In idipsum*, tentando me per hominem malum tanquam instrumentum suum,

11 *Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me.* scilicet dæmones & homines mali.

14 *Verbum iniquum cõstituerunt aduersum me*, & quid sit illud subditur:

15 *Nunquid qui dormit non adijciet vt resurgat?* quasi dicat si per consuetudinem obdormierit in peccato, non resurget ab eo nec mirum, si talia cogitant contra me dæmones: nam etiam propinqui mei moti ambitione quærunt me supplantare: ideo sequitur,

17 *Et enim homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super &c. tu autem do mine miserere mei & re. me.* Liberando me de talium malignitate.

✠ 1 *Et*

☞ a *Speraui.* AVGV. in membris, quia alij fratres in illum aliquid sperabant, quia talis videbatur vt cæteri. Sic & esurite in pauperibus se dicit.

b *Tu autem do.* AVGV. De resurrectione quæ est gloria egeni, ad confirmandam spem fidelium.

✠ BASIL. & THEODOR. hæc omnia tanquam ab assumpta natura dicta sunt, quæ crucem passa est: nam ita orabat, *Pater serua me ex hac hora.*

c *Et retribuam eis.* AVGVST. Quia enim dispersi sunt per mũdum, ad admonitionem est: nondum ad dãnationẽ

d *Me autem.* AVG. affirmat quod orauit

e *Benedictus.* CAS. Laudatiua cõclusio, exposita passione & resurrectione.

f *Deus Israel.* AVG. Iudęi sunt capsarij nostri, qui nobis codices portant: nos Israel.

¶ Aug. Prophetia de osculo, quo tradidit eum. a ¶ Secundum quod merueram. ¶ Vt visum est. b ¶ Prophetia de buccella, qua eum dominus signauit. ¶ Vel doctrinam.

† quem B

a pacis meæ, in † quo sperãui, qui edebat pãnes meos, † ma-

a ¶ Magnificam fecit. ¶ Cas. Vel ampliauit super me calcaneum suum, id est, erexit pedem vt me conculcaret. b ¶ Deceptionem. c ¶ Vt homo, petit: quod vt Deus, facit. d ¶ Quia egenus & pauper.

† magnificauit super me calcaneũ: id est, gloriatur quodin me surrexerit vel, strenue insidiatus est mihi)

b gnificãuit super me supplãtationẽ. Tũ autẽ domine miserẽ-

a ¶ In hoc. b ¶ In præsenti. c ¶ Vt dispergantur in futuro. d ¶ Aug. Vel, In hoc, quod resuscitat, apparet dilectio. ¶ Hiero. Quod vere faciet: In hoc quod voluisti me, id est, quod semper placui cognou. quoniam non gau.

C d † complacuisti in me (vel, dilexisti]

c re mei, ẽt resuscitã me, & † retribũam eis. In hõc cognoui,

a ¶ Aug. Gauisi sunt de morte, sed erubuerunt de resurrectione.

quoniam † voluisti me, quoniam non † gaũdebit inimicus

a ¶ Quod sine peccato sum b ¶ In resurrectione.

d meus super me. Me autem † propter innõcentiam susceпisti,

a ¶ In gloria impassibilitatis & immortalitatis. ¶ Vnde mors ei vltra non dominabitur. Ro. 6. b, ¶ Dando nomen super omne nomen ¶ Aug. Infirmasti in conspectu hominum & ad tempus. ¶ Suscepisti, confirmasti. b ¶ Vnde, Laus tibi.

† statuisti e f g h & † cõfirmasti me in conspectu tuo in æternum. Benedi-

a ¶ Cui debetur dulia. b ¶ Cui latria. ¶ Videntium se, qui non sunt Iudęi. sed nos, qui sumus minor filius, minor populus: Non fide sed tempore: cui seruit maior.

ctus dõminus Deus Israel à sęculo & in sęculum, † fiat, fiat,

Aliter putassent pagani ficta, quæ dicuntur de Christo, & ecclesia, sed vincuntur testimonio inimicorum.

✠ BASI. & THEO. hæc conueniunt serui formæ, quam Vnigenitus suscepit. *Confirmasti* autem, ob firmã coniunctionem & copulam indiuiduam, & gloriam sempiternam.

g *Ase. & in sc.* CAS. ex quo omnia cœpta sunt administrari vsque in sęculum futurũ vbi omnia æterna.

h *Fiat, fi.* Hiero. Geminatio ostendit hoc ab omnibus esse faciendum.

Fiat, fiat, Hiero. pro fiat, in Hebræo scribitur, *amen, amen,* quod Aquila, *verè, verè* transtulit, vel *fideliter.* Et finit hic primus liber Psalterii secundum Hiero.

✠ THEODO. Merito post cruciatus hymnum attulit, docens, non modo hominem fuisse, qui prædictus est, sed etiam ante sęcula habentem im-

D

1 2 E

3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 † 13 14

† reddam illis

† iubilabit (vociferabitur)

† propter simplicitatem meã fuistẽ tasti: vel in innocẽtia fuistẽtasti me F

mortalem naturam, & infinitam.

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 In quo speraui. *Id est, de quo ostẽdi, quòd considerẽ de eo: scilicet in eo quod portabat & custodiebat illa, quæ ex deuotione offerebantur pro necessarys Christi, & discipulorum eius, & ad dandum pauperibus, vt habetur Iohannis. xij. & xiij.*

2 Qui edebat panes meos, *Et, dicit panes in plurali, quia Iudas cum aliis discipulis in cœna domini duplicem panem manducauit, scilicet corporalẽ, & sacramentalẽ, quia corpus Christi cum aliis sumpsit.*

3 Magnificauit super me supplantationem. *tradendo me Iudæis, ad hoc quòd essem totaliter deiectus & conculcatus per mortem: sed non habuit intentum: quia Christus per hoc magis exaltationem habuit, tertia die resurgendo. Tunc enim dixit Matthæi vltimo. d.* Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

4 Tu autem domine. *Hic consequenter agitur de Christi resurrectione, cùm dicitur in persona Christi hominis,* Tu autem domine *id est, tu Deus pater, vel tota trinitas.*

5 Miserere mei. *vt non dimittas diu animam meam in inferno, & corpus meum in sepulchro.*

6 Et resuscita me. *animam corpori reuniendo: quod factum fuit tertia die, quando resurrexit in corpore glorioso. Pro gloria enim corporis, quam non habuit ante resurrectionem, legitur Christus orasse, Iohannis. xij.*

7 Et retribuam eis. *Istud fuit adimpletum, quando populus Iudaicus fuit occisus, & captiuatus per Romanos, propter peccatum quod commiserat in Christum, sicut prædixerat Christus Luce xix. g.* Videns Iesus ciuitatem sanctam Ierusalem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu, *scilicet mala tibi uentura, similiter fleres.*

8 In hoc cognoui, quoniam voluisti me. *id est, dilexisti, vel approbasti.*

9 Quoniam non gaudebit inimicus meus super me. *Id est populus Iudaicus.*

10 Super me, *scilicet finaliter, quia quamuis Iudæi de morte Christi ad horam lætati fuerint, tamen post resurrectionem magis fuerunt contristati. quia tunc fuit magis declarata gloria Christi. Sed potest hic mirari, quomodo Christus homo, qui habuit perfectam notitiam sua conceptionis, per suam resurrectionem cognouit erga se dilectionem vel approbationem patris? Ad hoc dicendum, quod præter scientiam diuinam, quæ competit Christo in quantum Deus; ponitur in Christo triplex notitia à doctoribus. Prima est, quã cognoscit verbum, & alia in verbo: & secundum istam notitiam non cognoscit vnam creaturam per aliam, vel vnum effectum per alium, quia in hac notitia non sunt cognitiones volubiles ab vno in aliud transeuntes, sed per verbum immediatè alia cognoscuntur: Secunda notitia est, qua à principio conceptionis sua cognouit res in genere proprio per scientiam diuinitus infusam, & ista notitia potest considerari dupliciter: Vno modo quantum ad acquisitionem, & sic non cognoscit vnum per aliud, quia cognitio omnium, quæ sic cognoscit, simul sibi fuit infusa: Alio modo quantum ad vsum, & sic bene cognoscit vnum per aliud, sicut habens notitiam acquisitam, vtendo ea aliquando concludit effectum per causam, vel econuerso causam per effectum, & vnum simile per aliud, & sic de aliis modis concludendi, & hoc modo Christus Mat. xvij. d. cum quæsiuisset à Petro:* Reges terræ à quibus recipiunt tributum, à filiis suis an ab alienis? *Respondit* Petrus ab alienis: *Concluſit Christus,* ergo filii sunt liberi. *Tertia cognitio est experimẽtalis, que fuit acquisita per lumẽ intellectus agentis: & ista cognouit vnum per aliud: & non solũ quãtum ad vsum sed etiam quantum ad acquisitionem, & secundum hoc de Christo dicit Apostolus Hebr. v. c.* Didicit ex his, quæ passus est, obedientiam.

11 Me au. propter in. *Licet enim Christus non meruerit gloriam animæ suæ, quam ab instanti suæ conceptionis habuit, tamen meruit gloriam corporis, & suam exaltationem, & quantum ad hoc dicit:* Me autem prop. in. 1. *propter meritum innocentiæ vitæ.*

12 Suscepisti,, *corpus glorioſum mihi conferendo, & in eodem ad te assumendo, secundum quod dicitur Mar. vl d.* Et dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum. *Et quia hæc assumptio est stabilis, secundum quod ibidem: subditur,* Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum, *vltimò in fine psal. propheta Dauid gratias agit de prædictis di.*

13 Benedictus do. Deus Israel. *Quia licet sit Deus omnium per creationem, tamen dicebatur Deus Israel per d. hũ cultum, & verã fidẽ.*

14 Fiat, fiat. *In Hebræo autem habetur* amen, amen: *quod importat veritatis confirmationem.*

✠ PSAL.

MORALITER.

† 7 *Et retribuã eis.* bona pro malis, secundum consilium Christi, Matth. v. g. *Benefacite his qui oderunt vos, &c.*

8 *In hoc cognoui quoniam voluisti me.* id est, approbasti me, si diabolus inimicus meus nõ gaudeat super me, tanquã deiectũ ab eo

† *Me*

11 *Me autem propter innocentiam susce.* in filium adoptando.

† *Et con.me. in conspe. tuo in æternum.* quantum est ex te: nam charitas est arra gloriæ. Et quia de tanto bono magnificè regratiandum est Deo, subditur, *Benedictus do. Deus Israel à sęculo & vsque in sęculum,* fiat, fiat.

✠ MORA.

ADDITIO.

In psalmo xl. Beatus qui intelligit: *vbi dicitur in postilla:* Sed potest quæri, quomodo Christus homo, *Hæc quæstio de facili potest solui ex modo loquendi sacræ scripturæ. Consueuit enim scriptura de Deo etiã secundũ deitatẽ, aliqua dicere, quæ ei non pertinẽt secundũ suã æternam notitiam: sed solum secundum suũ effectum eo modo qui Gen. xxij. c. legitur.* Nunc cognoui quoniam times Deum *Quod cõmuniter exponitur, Nũc alios feci cognoscere. Vnde à fortiori possunt exponere hæc verba psal. scilicet,* In hoc cognoui quoniam voluisti me, *id est, alios cognoscere feci. Et sic in hoc loco non requiritur alior altercatio.*

RE-

REPLICA.

In psalmo: Beatus qui intelligit, *circa illum passum*: In hoc cognouit quoniam voluisti me: *postillator monet quæstionem, Quo genere notitiæ Christus cœpit cognoscere: & bene soluit. vide ibi. Burg. autem nititur ire per compendium, volens hunc passum exponi sicut illum Gene. xxij. c.* Nunc cognoui. *id est, cognoscere feci. Sed expositio hæc beati Augustini xvj. de ciuitate ca. xxxvij. locum habet, vbi scriptura loquitur de nouitate cognitionis Dei, hic autem agitur de nouitate cognitionis humanitatis ad Deum. Veruntamen eam expositionem super allegatum locum Gene. Burg. abijcit. & quamuis sit beati Aug. contemnit, hic autem contra postillatorem, cum non habeat locum, grandipendit: quod est signum incircumspecti vel inuidi.*

CLOSSA ORDINARIA.

☞ a *In finem intellectus.* Cass. *Core* interpretatur Caluaria. Filij ergo Core sunt qui trophæum Christi, id est, signum crucis susceperunt. Conuenit hic psal. omni Christiano, qui flamma diuinæ charitatis accenditur, de qua re hic psalmus primus est. Sequuntur & alij duo. s. lxxxiij. & cxxxiij. psalmi contra tristitias seculi, ne à Deo retrahãt. Vox fidelis Deum desiderantis, qui degerat in vitiis, & ad fontem baptismi tendit. Vel exhaustis vitiis, ad cõtemplationem Dei ascendit, qui exquisito exemplo desiderium ostendit, cui obuiat malorum insultatio.

† vide suprà psal. 4.
† vide suprà psal. 13.
† Sicut.
† fortem.

Ambros. Sed ne tristitia seculi animum in desperationem detraheret vel tædium, consolatur animam.

4. Re. 2. d. Lucæ 23. c.

Hier. *Filij Core.* i. filij calui. i. Christi, in caluo Eliseo præsignati: quẽ qui irrident, à diabolo & angelis eius deuorantur, vt à bestijs. qui Eliseum irriserunt, dum dixerunt. *Crucifige*, hoc fuit puerili fatuitate dicere, *Ascende calue*, verbum puerorum deridentium Eliseum.

PSALMVS XLI.

b Quemadmodum *desid.* Avgvst. Vox hæc conuenit catechumenis, & etiam omnibus adhuc peregrinantibus.

✻ Theod. Cum inter captiuos Babylonicos essent viri pij Daniel, Ezechiel & similes, ex eorum persona Dauid, quæ par erat ab illis dici tempore liberationis à calamitate, multis ante seculis docet, vt vaticinatione oblectentur, & doctrina erudiãtur. Propterea in finem hic psalmus inscriptus est, siquidem post longissimam temporis seriem, ea, quæ dicta sunt, finem acceperunt. Apponit autem *prudentiam* siue *intellectum*, quandoquidem his maximè egent, qui sunt in calamitate.

D

a ¶ Crucis quæ in Caluaria.

† In finem, †intellectus filijs Cõre. Psal. XLI.

a ¶ Vt reiuuenescat. b ¶ Perempto serpente, quantum ad perfectum, vel tracto serpente, quantum ad cathecumenum. b ¶ Cass. Hiero. Christus fons aquarum, vnde omnia fluunt.

† Vemadmodum† dẽsiderat cerũus ad

a ¶ Aug. Ardenti desiderio cathecumenus agnoscens vitia. ¶ Consumptis vitijs amplius desiderat perfectus.

fontes aquarum, ita dẽsiderat anima

a ¶ Inquam & olim.

mea ad te Deus. Sitiũit anima mea ad

a ¶ Non ad mortua simulachra. b ¶ Etiam. ¶ Quasi dicat, Cupio dissolui. ¶ Quid sitiuit? venire, apparere.

Deum † fontẽm viuum, quãndo veniam & appãrebo ante faciẽm Dei? Fũerunt mihi lachrymæ

a ¶ Aug. Tunc & nos apparebimus, qui modo latemus. b ¶ quia tunc videbimus eum sicuti est. c ¶ In futuro apparebo. ¶ In via autem.

1 c *Ceruus.* Ceruus senio grauatus, excrescentibus pilis & cornibus, serpentem naribus haurit: vnde veneno æstuans, fontem ab bibendum ardentissimè desiderat; quo hausto, cornua & pilos deponit.

† vociferatur clamat; & infrà.

2

✻ Bas. & Theod. Aiunt ceruos, feras venenosas deuorare, & hinc in sitim vehementer accẽdi, & aquas magnopere desiderare: sic captiui Deum, versati cum impijs Babylonicis.

3

d *Sitiuit.* Avgvst. Determinat desiderium suum quia poterat intelligi desiderare ceruus fontem causa bibendi, vel lauandi; hic omne desiderium esse ad Deum ostenditur.

4

✻ Basil. & Theodor. *Deus fortis, viuus*, præ idolis Babyloniorum imbecillibus, & inanimatis.

5

✻ Basil. *Ad Deum*, id est, Dei cultum.

6

e *Quando veniam.* Avg. Quod citius est Deo, tardum est hominis desiderio. Talis ceruus dum currit, patitur insultantes: vn-

☞ de: Fuerunt mihi lachrymæ

E

F

NICOLAVS DE LIRA.

Psalm. xli.

☞ 1 Quemadmodum desi. ceruus. *Huic psal præmittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriam eruditio filijs Core. *Et huic dictioni* filijs, *præponitur. lamech, ad designandum quod est datiui casus. Et est sensus, quod psal. iste, est eruditio, facta filijs Core à Deo per spiritum propheticum, qui cantandus est à Leuitis cum quodam conatu victoriæ, sicut supra frequenter expositum est. Tamen secundum Aug. qui dicit omnes psalmos factos à Dauid, iste psalmus denominatur à filijs Core non quia ab eis factus, sed quia ab eis decantandus. Sed contra hoc videtur: quia licet filij Core fuerint de Leuitis, tamen non fuerunt cantores, sed ianitores, vt habetur Par. xxvj. Item Ra. Sal. & alij doctores Hebræi, & Hiero. (quibus in hoc magis est credendum, vt videtur) dicunt quod iste psalmus factus fuit à filys Core: vtrum autem ab vno vel à pluribus eorum, non inueni dictum ab Hebræis. Sed Hier. videtur sentire, quod fuerit factus ab vno, qui inter filios Core fuit excellentior. Vnde & in translatione iuxta Hebraum ponit talem titulum*, Pro victoria doctissimi filiorum Core. *Nec hoc dictum infringitur per hoc quod in titulo Hebraico in plurali dicitur, filij Core, sicut de aliquo libro, vel tractatu, edito ab aliquo fratre minore, frequenter dicitur, Hæc est doctrina fratrum minorum. Sciendum igitur, quod licet filij Core primo fuerint cum patre suo in illa rebellione contra Moysen, de qua habetur Numeri xvj: tamen audita reprehensione Moysi pœnituerunt, alijs tamen se elongantibus à tabernaculis Core, & sibi adherentium, remanserunt, vt persuaderent patri, quod pœniteret & obediret Moysi: quo non acquiescente, rupta fuit terra & Core cum sibi adherentibus pereunte factum est grande miraculum vt filij eius non perirent. Secundum quod dicitur Numeri xxvj. vbi istud miraculũ fuit plenius expositum, & infra plenius dicetur psal. xlv. Exĩde autẽ filij Core totis visceribus conuersi sunt ad dominum, & Deus dedit eis spiritum propheticum, & multa de futuris prophetauerunt, & psalmos fecerunt quorum iste est vnus, in quo agitur de statu populi Israel existentis in captiuitate Babylonica, quam præuiderunt in spiritu. Et diuiditur in duas partes, quia primo à dicta captiuitate liberatio postulatur: & secundo ad hoc oratio allegatur, ibi,* Iudica me Deus, *qui licet sit psal. distinctus ab isto apud nos, & in translatione Hiero. in qua ponitur xlij. propter quod sic quotaui quamuis aliter non distinxerim, tamen non distinguitur apud Hebræos. Prima in duas, quia primo describitur desiderium liberationis, secundo tædium dilationis, ibi*, Fuerunt mihi lachrymæ. *Circa primum in persona deuotorum Iudæorum in captiuitate Babylonica existentium dicitur*, Quemadmodum desiderat ceruus, &c. *Qui vexatus à venatoribus & calefactus, multum desiderat aquam.* 2 Ita desiderat, anima mea ad te, *id est, vt reducar ad locum tui cultus. scilicet in Ierusalem quam Deus ad hoc elegerat, vt habetur ij. Paralip. vj. b.* 3 Sitiuit. *i. summe. desiderauit.* 4 Anima mea ad Deum fortem, viuum, *sic est in Hebræo, & in translatione Hieron. iuxta Hebraicum. Sed vitio scriptorum positum est hic*, fontem *in libris nostris communiter, propter literarum similitudinem, vel ex imperitia aliquorum correctorum, qui ex ignorantia veritatis Hebraicæ posuerunt hic* fontem, *eo quod præmittitur*: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, &c. 5 Quando veniam & appa. ante faciem Dei. *id est, in loco cultus diuini. Hoc modo loquitur scriptura Exo. xxij. c.* Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino Deo tuo. 6 Fuerunt mihi. *Hic consequenter describitur tædium dilationis, & primo ex temporis longitudine, secundo ex afflictionis multitudine, ibi*, Abyssus, &c. *prima in duas; quia primo exprimittur tædium, secundo subditur aliquale solatium, ibi*, Quare tristis es. *Circa primum dicitur*, Fuerunt mihi lachy. meæ. *quia populus deotus frequenter lachrymabatur in Babylone pro captiuitatis longitudine, magis amore cultus diuini, quam patria: vtrunque enim erat tunc desertum.*

☞ 1 Panes

MORALITER.

† 1 *Quemad. desi.* Psalmus iste literaliter exponitur de filijs Israel existentibus in Babylonica captiuitate, desiderantibus ad terram suam redire.

Moraliter potest exponi de quolibet deuoto fideli, qui considerans hanc vitã esse captiuitatẽ, suspirat ad ciuitatẽ cęlestẽ, sicut Paulus Phil. j. c. *Desiderium habens dissolui & esse cũ Christo.* & sic dicitur: *Quemad. desi. cer. ad fon. aqua.* qui calefactus ex insecutione venatorum, aquam desiderat supra modum.

2 *Ita desiderat anima*, &c. i. vt ad te veniã per apertã visionem & plenam fruitionem, ideo subditur, 5 *Quando veniam &c.* Et sicut hæc visio est desiderata, sic eius dilatio est anxia: propter quod subditur, 6 *Fuerunt mihi la mea.* i. pro dilatione suæ visionis, flebam etiam tempore comestionis, & dormitionis.

de: *Fuerunt mi. lachr. mea.* in prosperis etiam, quæ despicit, sicut in aduersis.

Cas. non amaritudo, vel peremptio. sed *panes.*

✻ Theod. Proferunt enim suam potentiam tuâ superiorem. Illud autem *effudi animam meã* hoc significat, effusus sum & commotus in eiulatus.

✻ Bas. pudefiebã, & ad lamentãdum permouebar.

† Hæc recordatus effudit super me animã meã. i. angustiam animi mei lepuli quod

B † in congregatione agentium diem festum, vel saltantium & tripudiãtium,

† Quare dejecta es anima mea & infremis, vel strepitum facis, in me & infra.

C

a ¶ Caſ. Nam afflictionibus eruditur Chriſtianus. ¶ Non amaritudo, ſed refectio.
b ¶ In proſperis quæ iſte deſpicit. c ¶ In aduerſis. d ¶ quia.
¶ Caſ. Cauſa lachrymarum, inſultatio iugis prauorum.

meæ pãnes die ac nocte, dũm dicitur mihi quotidie: Vbi est

a ¶ Cum eorum Deus digito oſtenditur. b ¶ Improperia. c ¶ Alias meditatus.
¶ Aug. Super: quaſi anima in me remaneret, Deum non videret. qui vltra e. ¶ Ad attingendum Deum.

a Deus tuus? † Hæc recordatus sum, & effudi † in me animam

b a ¶ Sed quare hoc? b ¶ Aug. Extra locum tabernaculi huius, quærens Deum errat.
c ¶ Caſs. Id eſt, præſentem eccleſiam, quæ eſt ſpes futuræ Ieruſalem, quæ dum videtur amplius illa deſideratur, & amplius in iſta gemit, vſque ad domum Dei, non captus deſiderijs ſeculi.

c meam: quoniam transibo † in locum tabernaculi admirabi-

a ¶ Aug. quomodo ad ſecretum domus peruenies. b ¶ Laudis æternæ.

d lis vsque ad domũ Dei. In vôce exultationis & cõfessionis

a ¶ Ergo. ¶ Cum videas iucunda, cum de Deo non dubites, quem præſentis. quare, &c.

e † sonus epulãtis. † Quare tristis es anima mea, & quare cõ-

a ¶ Rationem. b ¶ Aug. quaſi ne dicat anima: ideo conturbo, quia ibi non ſum, quo per tranſitum rapta ſum: quia & hic grauor. Spera, inquit, interim. c ¶ A quo. ſ. non à me, eſt ſalus.
d ¶ quid? ¶ Aug. Nondum ex omni parte mihi ſalus, ſed confitebor in ſpe ſalutis vultus mei.

f turbas mẽ? Sperã in Deo, quoniam adhuc † cõfitebor illi

a ¶ Ex forma noſtra quam aſſumpſit. b ¶ Eſt etiam. c ¶ Creator meus.
d ¶ Aug. Ad me conturbatur quia ad Deum reficitur, non enim mihi firmitas vel ſpes in me, ideo nunquam præſumo de me, ſed ſperabo in Deo.

g ſalutare vultus mei, et Deus meus. † Ad meipsum anima

a ¶ Domine.

i mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra

Rom. 9. b.

Iordanis

quia perſtrepit mundus, & caro grauat animã: comparãs hæc

1 triſtia illis iucundis,

2 ait, *quare triſtis.*

3 e *Quare triſtis &c.*

4 Cassiod. De perturbationibus cõtra quas ratio confirmat

5 animam ſenſualem

6 ſpe Dei.

7 f *Quare conturbas.*

8 Aug. Qui, ſi inueſtigas, nihil eſt in mun-

9 do, quare hoc debeas: ſpera potius ſalutare

10 remedium adhuc, & ſi non modo, plene in futuro.

11 g *Spera.* Cas. Vel

12 ſperare poteſt, quia *adhuc* in preſenti *cõfitebor.* i. de peccatis

13 pœnitentiam agam,

14 vt tibi non obſtiam

15 h *Ad meipſum.* Conuerſus ad Deum dicit ex ſeipſo conturba-

16 tiones, ex Deo finem earum: vnde in eo eſt ei ſpes, Et hoc eſt *ad*

17 *meipſum* vel à meipſo.

† super † in cõgregationem vel numerum tripudiantium, incedam, vel, deducar cum eis:

E † celebrabo illi ſalutem vultus ſui, agam de ope, quam ferer præſẽti ſuo fauore & in fra.

F † Deus meus ſuper me de preſſa eſt, dejecta eſt anima mea.

Cas. Ecce qui ſuperius corrigebat animã ad conditionẽ hominis, reuerſus dicit hic animam à ſe turbari, quæ niſi vitia carnis eſſent, tranquilla permaneret. Ecce ex qua diuerſitate conſtat homo. Q. propterea. i. propter cõturbationes animæ, *memor ero,*

Aug. Id eſt, feſtino ad te, quia excludis mala omnia. Ecce remedium, quo euadat cõturbationes: vnde pro quibus ſit memor, ſubdit, *de terra Iordanis,* vbi dominus conſecrauit baptiſmum, in quo humiliati lauantur, & fiunt terra fructifera.

Cas. horum memor malis non turbatur.

i *Propterea memor.* Aug. Qua ad me turbatur anima, ideo *memor,* &c. nemo currit ad remiſſionem, niſi qui ſibi diſplicet, niſi

☞ qui

ipſos vſque ad domum Dei in voce laudis & gratiarum & actionis D *multitudinis celebrantis.*

✻ Bas. Dei protectio, eſt tabernaculum.

d *In voce exulta.* Aug. De æterna feſtiuitate ſonat quid dulce cordi: vnde rapitur ceruus ad fontes aquarum, & mulcetur. Sed

---

NICOLAVS DE LIRA.

20. 1 Panes die ac nocte. *q.d. iſta lachryma ex tædio procedentes auferebant mihi appetitum comedendi, ſicut dicitur de Anna.* j. *Regum.* j. *a.* Porrò illa flebat, & non capiebat cibum.

2 Dum dicitur mihi quotidie, *à Babylonijs mihi exprobrantibus.*

3 Vbi eſt Deus tuus? *q.d. nullius virtutis eſt, quia non poteſt populũ ſuum à captiuitate liberare: & de talibus blaſphemijs contra Deum affligebantur boni Iudæi ſupra modum, ideo ſubditur.*

4 Hæc recordatus ſum, &c. *cum lachrymis orando. Hoc modo dicebat Anna.* j. *Reg. qua flẽdo orabat,* Vinum & omne quod inebriare poteſt non bibi, ſed effudi animam meam in conſpectu domini.

5 Quoniam tranſibo in locum tabernaculi: *i. in Ieruſalem, vbi Dauid primo fecit tabernaculum ad reponendum arcam Dei.*

6 Admirabilis, *quia ibi dabantur diuina reſponſa mirabilia.*

7 Vſque ad Domum Dei. *quia ibi fuit ædificata domus Dei per Salomonẽ: ad quam tranſlata fuit arca de tabernaculo, quod Dauid fecerat. vt habetur* 3. *Reg.* viij.

8 In voce exul. &c. *ſ. diuina laudis: ibi enim Leuita diuinas laudes cantabant cum mentis exultatione.*

9 Sonus epulantis. *In tranſlatione Hiero. iuxta Hebræum habetur,* Multi-

Multitudinis feſta celebratis, *& tunc eſt plana litera. Ad idem autem poteſt referri, quod dicitur hic,* Sonus epulantis: *quia non ſolum Leuita diuinas laudes cantabant in pacificorum oblatione, ſed etiam offerentes: (quorum vna pars illius oblationis erat) de illa epulabantur latanter coram domino.*

10 Quare triſtis. *Hic conſequenter ponitur aliquale ſolatium, quod ſurgebat ex hoc, quod populus denotus firmiter ſperabat ab illa captiuitate liberari, ſicut per Ieremiam & alios prophetas fuerat dictum: propter quod ſic dicebat populus denotus loquendo ſibi ipſi,* Quare triſtis es anima mea. *q.d. recipias conſolationem. Et ſubdit cauſam,*

11 Spera in Deo, *firmiter ab eo expectando liberationem.*

12 Quoniam adhuc confitebor, &c. *confeſſione laudis in loco deputato ſuo cultui: & qualis futura ſit hac confeſſio ſubditur,*

13 Salutare vultus mei, *Id eſt, dans mihi lætitiam ſalutis.*

14 Et Deus meus. *tu es, ſupple, & non alius.*

15 Ad meipſum anima mea conturbata eſt, *propter predicta:*

16 Propterea, *ad aliqualem meam conſolationem.*

17 Memor ero tui de terra Iordanis, *Id eſt, beneficiorum, qua feciſti in terra Iordanis, quando feciſti patres noſtros tranſire per alueum arentem: & poſtea aquæ inerunt ſecundum curſum ſuum, vt habetur Ioſue. iij.*

☞ 1 *Et*

MORALITER.

† 1 *Vbi eſt Deus tuus* quia non habetur in vita præſenti. Exo. xxxiij. d. *non videbit me homo & viuet.*

2 *Hæc re. ſum & eff. in me ani. meã.* per gemitũ & lachymarionẽ

3 *Quo tranſibo in lo. ta. adm. vſque ad do. Dei,* id eſt, per talem luctum, cum Dei gratia, merebor tranſire ad locum fruitionis diuinæ. Matth. v. a. *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.*

5 *In voce exul. &c.* nam, in illa fruitione beata erit laus continua. Pſa. lxxxiij. a. *Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorũ laudabunt te.* Et quoniam ſpes aſſequendi hanc fruitionem dat internam conſolationem, ſequitur:

7 *Quare*

7 *Quare tri. es anima mea. &c.* Sequitur,

8 *Spera in Deo quoniam adhuc con. illi.* confeſſione laudis continue cum beatis.

9 *Ad meipſum anima mea conturbata eſt.* Id eſt in meipſo contriſtor pro dilatione gloriæ.

12 *Propterea,* ad aliqualem conſolationem.

13 *Memor ero tui de terra Iordanis.* Id eſt beneficiorum tuorum in terra Iordanis collatorum: nam ibi Chriſtus inſtituit baptiſmi ſacramentum, per quod habetur ingreſſus ad Deum in cælum. Ioan. iij. a. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire regnum Dei.*

† 1 *Et*

qui se fatetur peccatorem: quod notat *Hermonijm*; nemo confitetur nisi se humiliet, quod notatur, *in modico.*

A a *Iordanis.* AVG. Descensio. Descende ergo vt eleueris.

Mat.13.a. CASS. In Iordane dominus baptisma consecrauit, in quo humiliati lauantur, & fiunt terra fructifera, quæ reddit fructum tricesimum, sexagesimum, & centesimum.

✻ BASIL. & THEO. *Terram Iordanis* promissionis terram intelligit, *Hermonij* Montem Armon, & per montem ac flumen omnem illam

B teram ostendit. Symmachus habet *Anima mea liquefit, quãdo recordor tui à terra Iordanis & Hermonij à monte minimo.*

b *Hermonijm* AVGVST. Paruus mons iuxta Iordanem, & interpretatur Anathematizatio. Ana-

C thematiza ergo te, displicendo tibi, vt placeas Deo: Anathematiza etiã diabolũ, abrenũtiando ei, Et est sensus, *Memor ero tui de, &c. Hermonijm à mon. mo.* id est, qui feci-sti me mihi displicere, & diabolo abrenuntiare, & in virtutibus altum, & tamen humilem: quia non in superbis sed in humilibus memor Dei est.

c *Abyssus abyssum.* AVG. Decet vt sim memor. Nam ad hoc *abyssus abyssum inuocat*, id est euangelium & lex in eo concordant, *in voce cataractarum*, id est per doctrinam prophetarum, & apostolorũ, de quibus fluenta Dei manant: & ideo *memor* quia *omnia excelsa*, id est maior & minor pœna, quæ me superabãt, sic transibũt, Ideo etiã *memor*, quia *in die*, id est in prosperis præcepit Deus mala ferre, quod est misericordia, & in aduersis, exultare: & propter hæc omnia oro in aduersis, & hoc est, *Apud me oratio*,

D ✻ BASIL. & THEOD. Symmachus, *Abyssus Abysso occurrit à strepitu aquæ ductus tui.* Abyssos, militares acies appellat, quęqua si antiquũ diluuiũ totã terram vastauerũt.

AVGVSTI. Vel *abyssus abyssum inuocat* id est iudicium quod intulit Deus peccanti (vnde est nobis hic labor & mors) inuocat abyssum, id est ostendit aliud iudiciũ, quo mali damnabuntur: hoc timuit iste dicẽs, *Ad meipsũ anima mea com.est:* & ideo humilis, quia timet iudicia.

E d *Cataractarum*, Cataractæ ad literam sunt ostia fluuiorum.

† Omnes inundationes tuæ.

† ingressi

† declarauit.

† vt quid

a ¶ Aug. De baptismo, vbi remissio peccatorum. b ¶ Scilicet. c ¶ Per humilitatem.
d ¶ Memor Dei admirans Deo dicit. Abyssus. ¶ Aug. Homo hominem, cuius neutrius cor potest sciri, vocat, dum aliquid veritatis prædicat. ¶ Huiusmodi perturbant.

a Iordânis. & Hermonijm à monte modico. Abyssus abys-
a ¶ Non sua, sed catarac. ¶ Aug. qua minaris fut ura. b ¶ Alias, Omnes suspensiones tuæ.
b
c sum inuocat, in voce cataractarum tuarum. † Omniã
d ¶ quos sentio in re. b ¶ Non me premunt, quorum alterum de primo, alterum de futuro iudicio mihi est.
c ¶ Aug. Sed quo crebriora mala, dulcior misericordia.
¶ In quieto tempore dicitur lex dominis, sed in aduersis fructus eius declaratur.
e excelsa tua & fluctus tui, super me † trãsierunt. In diẽ
a ¶ Vnde, Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis sicut nubes pluuiæ in tempore siccitatis.
b ¶ Hæc finitur. ¶ Quid ergo agis in hac peregrinatione?
¶ Cas. Intus habeo quod offeram, vnde Deum placare, non extra quæro. c ¶ Id est, qui dat vitam.
f † cãnticum eius. Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam
a Aug. Cum per baptismum susceptus in patria tua collocandum. b ¶ Ergo.
c ¶ Aug. Dum differs promissa, & hoc est labor.
g Deo † susceptor meus es. Quare oblitus es mei, &
a ¶ Repetita confortatio. b ¶ Secundum sensus carnis. c ¶ Ad te. d ¶ id est quia.
e ¶ Aug. Dum abundante iniquitate refrigescit charitas multorum.
¶ Tentando, tribulando. f ¶ Diabolus.
† quare † contristatus incedo dum affligit me inimicus?

1 2 3 4 5 6 7 † 8 9 10 11 12

e *In die.* AVG. id est in prosperis, *mandat* Deus & docet misericordiam, quia liberat de tribulatione, sed non declarat illam misericordiam, id est, fructum eius, nisi in nocte aduersitatis. Tunc enim subuenit, & verum probat Deus, quod *in die mandauit:* ergo, vt formica, in prosperis debemus discere & colligere, vnde viuamus in aduersitate.

F

f *Apud me. ora.* AVGVST. Oratio in conturbationibus est mihi: & hæc apud me. Proue.6.a

g *Quare oblitus.* CASSIOD. Quare nunc me pateris his miseriis vexari?

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et Hermoniim, *Id est, mirabilibus factis in terra Hermoniim, quæ sic nominata est à monte Hermon: & est prope Iordanem.*

2 A monte modico. *quia ille mons Hermon est modicus respectu montium in terra illa existentium. Dicit tamen Rab. Salo. quod mons modicus hic dicitur mons Sinai, qui est modicus respectu montium, in quibus mortui sunt Aaron & Moyses.. In illo autem monte dedit Deus populo Israel beneficium legis, vt habetur Exo.xix. & xx. Istorum autem beneficiorum recordabantur Iudæi in captiuitate Babylonica positi ad suam consolationem, quia ex illis habebant spem suæ liberationis. Quia sicut dicit Grego, homilia.1.* Sequentium rerum certitudo est præteritorum exhibitio.

3 Abyssus. *Hic consequenter describitur tædium, dilationis ex afflictionis multitudine: & misim describitur hic multiplex afflictio, & interposita consolatio. Dicit ergo,* Abyssus abyssum inuocat, *Id est, vna afflictio aliam. Dicitur enim communiter, quod vnum damnum siue malum non venit solitarium, sed adducit secum alia: & sic fuit in proposito, quia cum malo captiuationis de terra propria, euenit Iudæis malum oppressionis in seruitute, & laboribus duris, & cõtemptibilibus verbis, & huiusmodi.*

4 In voce cataractarum tuarum. Cataractæ *Dei dicuntur fenestra cæli, quæ per quandam similitudinem videntur aperiri in voce tonitrui, & fulguris, & pluuiarum magnarum in talibus descendentium, secundum quod dicitur Gene.vij.b. de diluuio,* Et cataractæ cęli apertæ sunt. *Et per hanc similitudinem denotatur multitudo, & magnitudo afflictionum, quæ super populum Israel venerunt tempore captiuitatis Babylonicæ, iusto Dei iudicio pro sua iniquitate, ideo subditur,*

5 Omnia excelsa tua, & fluctus tui, *Id est pœnæ inflictæ à superioribus, & inferioribus.*

6 Super me transierunt, *sicut aquæ nimiæ terram cooperiunt. Verumtamen quia in talibus debet haberi patientia, ideo subditur,*

7 In die mandauit dominus misericordiam suam & nocte canticum eius. *Per diem intelligitur tempus prosperitatis, & per noctem tempus aduersitatis. Est igitur sensus, quod sicut Deus in prosperitate ostendit misericordiam suam hominibus, ita tempore aduersitatis, quo ostendit iustitiam suam, non debet omitti canticum laudis eius, secundum quod dictum fuit supra psal. xxxiij.* Benedicam dominum in omni tempore, *id est tempore prosperitatis, & aduersitatis; ideo subditur,*

8 Apud me oratio Deo vitæ meæ, *Id est directa Deo, qui est autor & conseruator vitæ meę.*

9 Dicam Deo susceptor meus es, *quia populum Israel suscepit, tanquam sibi peculiarem, educendo de Ægypto mirabiliter, & dando ei legem.*

10 Quare obli. es. mi. *dimmittendo me tandiu in captiuitate licet enim obliuio non cadat in Deo, tamen ad modum obliuiscentis se habet, quando petentibus auxilium non præbet.*

11 Et quare contristatus in. *per viam huius vitæ.*

12 Dum affligit me inimicus? *id est populus Babylonicus.*

MORALITER.

1 Dum

† 1 *Et Hermonijm à monte modico.* Iste mons potest intelligi mons Caluariæ, qui est modicus respectu aliorum montium circa Ierusalem, & etiam mons Hermonijm, id est, damnationis: nam ibi puniebantur damnati ad mortem, & ibi passus est Christus, cuius beneficij memores esse debemus.

3 *Abyssus abyssum, &c.* Hic describitur tædium proueniens ex prædicta dilatione, quod prouenit ex multiplicatione malorum in hac vita, quæ desiderantibus vitam beatam grauia sunt ad videndum: ideo dicitur, *Abyssus abyssum inuocat*, id est culpa culpam. Vnde dicit Grego. *Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit.*

4 *In voce cata.tu.* Cataractæ, sunt nubes, exquibus procedunt tonitrua, grandines, fulgura: per quæ significantur multiplices pœnæ, multiplicationi culparum debitæ. ideo subditur,

5 *Omnia ex.tua & fluctus tui.* quia propter peccata à superioribus creaturis & inferioribus infliguntur. Sap v.d. *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* Quia tamen istæ pœnæ patienter sunt tolerandæ, subditur,

7 *In die mandauit do.misc. suam.* id est tempore prosperitatis exercere opera pietatis.

† *Et nocte canticum eius*, Id est, tempore aduersitatis exercere canticum diuinæ laudis publice, & secreto, ideo subditur,

8 *Apud me ora* id est, in secreto.

9 *Dicam Deo, sus.me es.* in publico.

10 *Quare oblitus es mei*, in miserijs me relinquendo.

11 *Et quare contri.incedo.* per viam huius vitæ, cum possis me statim liberare.

A

† Chald. in terpr. Tanquã occiderẽt ossa mea & opprobriũ illud, quo afficiũt me inimici mei.

vexari? Videbat quæ dulcedo patriæ,& pericula mundi horrebat.

✠ THEODORETVS. Tui auxilij compotem non feci sti. Obliuio, humana affectio est: proprium autem Dei est sine affectionibus esse.

a Dum

a ¶ Ita affligit inimicus. b ¶ Aug. Quia & fortes ecclesiæ cedunt scandalis. c ¶ Etiam.

a † Dũm cõfringuntur ossa mea, exprobrãuerũt mihi qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt mihi per singulos dies,

a ¶ Aug. Cas. Hoc maxime in tentationibus ecclesiæ dicitur fidelibus.
¶ Aug. quasi, vel nullus est, vel de te non curat, & si curat, liberet te si potest.
b ¶ Aug. quia propter hoc anima mea turbata est ad me: quid ei sup. addam, nisi quod & supra.

ũbi est Deus tuus? quare tristis est anĩma mea, et quare cõturbas me. Spẽra in † Deo, quoniam adhũc confitẽbor illi salũtare vultus mei & Deus meus.

a ¶ Sed ne dicas, ideo turbor, quia hæc mala patior, potius. ¶ Repetita confortatio. b ¶ In futuro vel nunc. ¶ quid? quod ipse est. b ¶ Dicit ipsam confessionem, repetit spei confirmationem.

1 a *Dum confringũtur.* AVG. Quasi ossa
2 franguntur, dum
3 virtus patientiæ affligitur, quod irridٍent mali: Hæc est
4 exprobratio illa. *dũ dicitur mihi, vbi est*: vel nullus est: vel de te non curat. † domine.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dum con. ossa mea. *laboribus duris, & verberibus, sicut in Ægypto fuerunt afflicti, vt patet Exo. v.*

B 2 Exprobrauerunt mihi, *verbis duris, & blasphematorijs: ideo subditur.*

3 Dum dicunt mihi, *& exponatur sicut suprà.*

4 Quare tri.es ani.mea. *Hic interponitur consolatio ex spe liberationis: & exponatur sicut suprà.* E

MORALITER.

1 *Dum confrin. ossa* id est virtutes, in quibus consistit robur mẽtis, quæ tamen aliquãdo turbãtur ex afflictionibus vitæ præsentis.

✠ 2 *Exprobrauerunt mihi, qui tri.me inimi. mei.* id est, dæmones & homines mali, qui sunt eorum ministri.

3 *Dum dicunt mihi per sin.* quia tentant me desperare de tua visione: Sed quia talis tentatio est simpliciter repellenda, subditur,

4 *Quare trislis es ani.mea.* de talibus tentationibus.

† *Spera in Deo quo. adhuc con. illi.* confessione laudis continuæ, cùm ad tui conspectum adduxeris vultum meum.

ADDITIO.

In psal. xlj. Quemadmodũ, *vbi dicitur in posti.* Iste psal. denominatur à filiis Core: *Nõ habetur in litera in j. Para. xxvj. quod filij Core sic simpliciter nominati fuissent ianitores: sed quidam Coreitarũ de fil. s Asaph: vnde sicut ex hoc quod aliqui de filijs Asaph, fuerunt ianitores, non habetur quod Asaph non esset de cantoribus: sic eadem ratione ex hoc, quod aliqui Coreitæ erant ianitores, non sequitur quod omnes filij Core essent ianitores, vnde illa autoritas per postil. allegata, non facit contra opinionem beati Aug. Multi enim doctores Hebræorum maioris autoritatis apud eos, quam Ra. Sa. tenent, Dauid fuisse autorem omnium psalmorum, Dicere autem quod filij Core à tempore perditionis patris eorum quod fuit in deserto, habuerunt spiritum propheticum, videtur omnino irrationabile: Tum quia sine fundamento alicuius autoritatis sacræ scripturæ, Tum quia non est verisimile, quod in talibus, quæ fluxerunt à tempore Moysi vsque ad tempus Dauid, non fuisset facta aliqua mẽtio in aliqua historia Iosue, vel Iudicum, vel Samuelis, de ipsis filijs Core, si fuissent propheta, prout postil. sequendo Ra. Sala. videtur velle. Item de Asaph, Heman, & Idithun, non legitur aliquod miraculum in litera, nec in dictis expositorum, & tamen eis intitulantur plures Psalmi, vt patet psal. discurrenti. Et ideo ista, quæ de prophetia filiorum Core narrantur, videntur magis ficticia quàm vera: ex quibus, cum aliis, quæ dicta fuerunt in additione suprà primum psal. videtur, quòd opinio Augu. stat in suo vigore.*

REPLICA. Circa psal. Quemadmodum *mouet Burgen. differentias inter beatum Hiero. & beatum Augu. de autoribus psalmorum, de quibus vide circa psal. primum.*

C

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem psalmus Dauid.* AVGV. Corporis Christi, quod hic gemit inter zizania, id est, inter malos, habens cum eis multa cõmunia, nasci, mori, prospera & aduersa: cum quibus (quia nõ habet communem causam meritorum) exclamat, *Iudica me, &c.*

AVGVSTI. Psalmus iste contra pressuras, ne & ipsæ retrahant a nos à Deo.

† Titulus nullus apud Hebræos cohæret autẽ sententia huius psal. præcedenti.

CASS. Cõqueritur de commistione malorum, & precatur separationem. b

✠ THEODOR. Pro captiuis in Babylonios hic, vt præcedens psal. BASIL. Ideo descriptionem non habet.

a ¶ Tendens. b ¶ i. corporis Christi. ¶ i. ecclesiæ, quæ hic loquitur.

† In finẽm psalmus Dauid. XLII.



a ¶ Aug. videns misericordiam, non timet iudicium. b ¶ In futuro separando à malis. ¶ Hic interim. c ¶ Merita mea. ¶ Si non locum.

1 Non increpantium, † defende.
2 sed confitentium se
3 transgressionis participes destitutos à diuina prouidẽtia, quã
† implorant.

d *Emitte luc. tuam.*

4 CASS. Quia eo veniente tolletur omnis tristitia confusionis. † eripe. † vt quid.

AVG. Quia certi iam pignus habemus, quia ea ipsa, id est lux & veritas, deduxerunt à peccatis

† vt quid.

† mœrens, pullatus. i. quare permittis mœrentem me incedere.

PSALMVS XLII.

b *Iudica me.* CASS. Nõ petit peccata sua discuti, quod periculosum est: sed causam ab impiis parari, vt sit cum electis: vnde addit, & discerne. Gens non sancta est iniquus, & dolosus, à quibus in iudicio separatur: sed & hic, ne ab eis corrumpatur.

c *Quare tristis incedo.* AVGVST. Causam tristitiæ quærit, quæ est peccatum, vt causa lętitię iustitia. Esaias propter peccatum, *modicum quidem contristauit illum*, sic enim punit Deus.

✠ BASIL. & THEO.

a ¶ Cum qua est mihi par infirmitas, sed dispar conscientia & desiderium
b Aug. Hæc est gens non sancta. c ¶ Qui aperte mala facit.

Vdicã me Deus & † discerne cãusã meã de gẽte non sancta: ab hõmine iniquo & dolloso † erue me. Quia tu es Deus

a ¶ Miratur, cum Deus sit eius fortitudo, quare modo videtur repelli: desiderans enim, se repulsum putat, quia non statim habet quod optat.
b ¶ Aug. quia etsi non vincitur, saltem periclitatur.

c fortitudo mea: † quare me repulisti, & † quare d † tristis incedo dũm affligit me inimicus? Emitte

a ¶ Quia. b ¶ Tentationibus. ¶ Hic, quod non ibi. c ¶ Vt excludatur inimicus.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XLIII.

IVdica me Deus &c. *Postquam postulata est liberatio, hic consequenter ad hoc allegatur ratio: & accipitur ex malitia gentis Babylonicæ, quæ erat dedita idololatriæ, & ideo rationabile videbatur, quod populus Deum colẽs, ab eius seruitute liberaretur: & hoc est quod dicitur,*

1 Iudica me Deus, *id est secundũ iudicium tuum iustum libera me.*
2 Et discerne causam meã de gẽ. *i. Babylonica idololatriæ dedita.*
3 Ab ho. iniquo & do. *quia populus Babylonicus non solum malè se habebat erga Deum per idololatriã, sed etiam erga homines per iniustitiam: Et causa dicta liberationis allegatur; cum subditur,*
4 Quia tu es Deus fortitu. mea *quasi diceret: Non possum liberari per me, sed solum ex tua fortitudine.*
5 Quare me repulisti, *à ciuitate & terra deputata tuo cultui.*
6 Et quare tristis incedo, dum af. &c. *exponatur sicut suprà.*
7 Emitte lucem tuam, *ad educendum nos de terra Babylonica. sicut emisisti ad educendum patres nostros de Ægypto, sicut habetur Exo. xij. d.* Nunquam defuit columna nubis per diem, neque columna ignis per noctem coram populo.

1 Et

MORALITER.

2 *Iudica me Deus, &c.* Apud Hebræos psalm. iste non distinguitur à præcedenti: propter quod videtur ad eandem, vel consimilem sententiam referri. Sicut enim dilatio vitæ futuræ redditur tædiosa ex afflictionibus desuper vel de subtus venientibus: ita similiter ex molestia ab infidelibus, ideo dicitur *Iudi. me Deus, & di. cau. meam.* ipsam approbando.

† *De gente non san.* id est infideli ipsam condemnando.

3 *Ab homine iniquo & doloso erue me.* nam infideles iniquitates, & dolos cogitant contra fideles. 4 *Quia tu es Deus fortitudo mea,* id est potens me taliter liberare ab eorum nequitia.

5 *Quare me repulisti,* me dimittendo in afflictione tali

7 *Emitte lucem tuam,* scilicet gratiæ tuæ.

☞ tis in ecclesiam præsentem, quæ est tabernaculum.

A ✻ Basil. & Theod. Alij magis dilucidè, *Emitte lucem tuam & veritatem tuam, quæ deducent me & adducent in montem sanctum tuum. Tabernacula*, templum; *Montem*. Sion; *lucem & veritatem*, Iustum & salutarem Dei conspectum intelligit.

a *Et introibo*. sicut pontifex ad sancta sanctorum.

Cass. *Et introibo*, B de lætitia finali, pro qua laudat in tribulatione, qui suprà tristis erat, vnde &

† Vel vt introcam. se confortat.

✻ Theodoretvs. Symmachus vertit. *Vt veniam ad altare Dei, ad Deum lætitiæ* C *voluptatis meæ, &* † vide versum sextũ psal. 41. *confitebor tibi in psalterio Deus, Deus meus*. Nam *suspendimus in salicibus organa nostra* Babyloni, existimantes transgressionem legis esse, si extra tuum locum te coleremus.

b *Con. tibi in*. Avg. Qui præcepta Dei facit, & non patitur, in psalterio confitetur: Qui verò facit & patitur, quod est ex inferiori natura, in cithara, quæ ab inferiori resonat, sicut psalterium à superiori.

c *In cithara*. Cass. Ecce qui suprà fuit tristis de malis seculi, de D bono intellectu sibi gaudium facit.

d *Quare conturbas me*. Cass. Frequenter, & vehementer persuadet seculi tristitiam fugiendam, quæ patientiam, charitatem, & spem extinguit, & totam vitam confundit.

e *Salutare vultus mei*. Avgv. Et alibi: *Miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi*. hæc vox tuta est fratres: sed & in bonis operibus vigilate. Tange psalterium obediendo, tãge cytharam passionis, tolerando. *Frange esurienti panem tuum*, inquit Esaias. Ne putes ieiunium sufficere sine eleemosyna, & oratione. Ieiunio te castigat, sed alterũ non reficit. Fructuosæ erunt angustiæ tuæ, si alteri præstiteris latitudinem: aliis ergo da, quod tibi denegasti: quàm multos enim pauperes saginare potest intermissum hodie prandium? Ita ergo ieiuna, vt alio manducante prandisse te gaudeas. Si panem dederis tristis, & panem & meritum perdidisti. Ergo ex animo fac, & insta orationibus. Iustitia enim hominis in hac vita ieiunium, eleemosyna, & oratio quæ illis duabus alis volat ad Deum.

a ¶ Ad iudicandum. ¶ Aug. Lux & veritas Christus est, qui veniens modo discernit causam, & eruet ab iniquo & diabolo, quia mittit angelos separatores, qui separabunt triticum à paleis.

lũcem tuam, & veritãtem tuam: ipsa me † deduxerunt, & 1 2

a ¶ Eccleſiam. b ¶ Aug. Vbi positi hoc speramus. ¶ Aug. quæ sunt peregrinantium & militantium.

† adduxerũt in mõntem ſanctum tuum, & in tãbernacula. † 3 4

a ¶ Aug. Ad illud inquisibile, quo non accedit iniustus, qui verò accedit, sumitur in holocaustum diuino igne totus incensus. b ¶ Exponit altare. c ¶ Aug. Nouitatem, qui ante contristauit vetustatem.

a † Et introibo ad altãre Dei ad Dẽum, qui lætificat † iuũentu- 5 6

a ¶ Et ideo. ¶ Aug. Gratias agam in tribulatione. vnde supra. Tristis incedo.

b tem meam. Cõfitebor tibi in cithara, Deus meus, † qua- 7

c a ¶ Sed. b ¶ Ergo. c ¶ Cas. vult eam erigere ad meliora, vel forsan, quia non potest vitare omnia peccata, timet. d ¶ Rationem scilicet. e ¶ Potius. f ¶ Aug. non in te. Quid enim es in te, quid es de te? Ille sit sanitas in te, qui suscepit vulnera de te propter te.

d rẽ † tristis es ãnima mea, & † quare cõturbas me? Sperã in Deo 8

¶ Hoc. s. ¶ Tu me saluabis. ¶ Quia creasti

e quoniã adhuc cõfitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus

† deducant & adducãt vel colloceut, † perduxerunt. E † lætitiam exultationẽ. i. qui est autor lætitiæ meæ. † vt quid. † vt quid. F

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et ve. tuam. *qua promisisti per Moysen nos liberare de captiuitate, quando reuerteremur ad te, Deute. xxx. a.* Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde retrahet te dominus Deus tuus ad terram, quam possederunt patres tui.

2 Ipsa me. de. & ad. *id est deducent: loquitur propheta de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ. Et hic modus loquendi frequens est in prophetis. Vnde Esa. ix. b dicitur de Christo pro tunc futuro*, Paruulus natus est nobis.

3 In montem san. tuum. *Ille est mons Moria, vbi Salomon ædificauit templum, vt habetur ij. Paral. ij.*

4 Et in taberna. tua. *Dicuntur hic* tabernacula, *loca quæ erant circa templum orationi deputata.*

5 Et introibo ad al. Dei. *id est ad offerendum sacrificia & oblationes, quæ offerebantur in altari holocaustorum, & ad offerendum thymiama super altare incensi.*

6 Ad Deum qui læ. *Iuuentus autem populi Iudaici fuit in exitu de Ægypto secundum quod dicit dominus per Ier. ij.* Recordatus sum adolescentiam tuam, quando secuta es me in deserto. *Et ista iuuentus fuit quodammodo renouata in liberatione populi de captiuitate Babylonica, secundum quod dicitur infra psalm. cij.* Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.

7 Con. tibi in ci. *quia diuinæ laudes cantabantur à Leuitis, non solum humanis vocibus, sed etiam musicis instrumentis, vt habetur j. Para. xxv.*

8 Quare tri. *exponatur sicut supra.*

Mystice posset exponi psal. iste à principio. Quemadmodnm desiderat &c. *de qualibet persona deuota, quæ considerans miserium præsentis vitæ, reputat se esse in captiuitate Babylonis, quæ confusio interpretatur: & ideo totis præcordijs suspirat* de præsenti seculo nequam *eripi, & ad terram suam (quæ est terra viuentum) perduci, secundum quod dicebat Paulus apostolus de seipso Phil. j. d.* Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Et *ideo talis persona sic deuota plangit se esse in miseria vitæ præsentis, & deprecatur perduci ad gloriam cælestis vitæ: vbi Deum sunm videbit facie ad faciem, & vbi erit laus ingis, secundum quod dicitur infra psal. lxxxiij. a.* Beati qui habitant in domotua domine: in secula seculorum laudabunt te. *Et huic sententiæ considerari posset litera huius psalmi faciliter applicari, propter quod pertranseo: & quia sensus literalis insistere propono secundum gratiam à Deo mihi datam.*

MORALITER.

† 1 *Et veritatem tuam* iustitiæ tuæ.

2 *Ipsa me deduxerunt*, per viam morum.

† *Et addu. in montem san. tuum*, id est ad ecclesiam militantem, per fidem charitate formatam.

4 *Et in taberna. tua*. id est, sanctorum collegia.

5 *Et introibo ad altare Dei*, offerendo defensionis sacrificia,

9 *Ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam*, per spiritus renouationem. ij. Cor. iiij. Sed licet is, qui foris est, homo noster, corrumpatur, tamen qui intus est, renouatur, de die in diem.

7 *Confitebor tibi in cithara*, quæ est figuræ triangularis: ideo per ipsam significatur fides trinitatis, quoniam Deus trinus & vnus est confitendus.

8 *Quare tri. es. &c.* Exponatur sicut psa. præcedẽti fuit expositũ.

2 *Ad intelle.* Avg. Non sic quærant sibi fieri, sicut rudibus factum est, illis prospera, vt crederent, istis aduersa, vt futura quærant, scilicet, sciant per temporalia illorum figurari sua spiritualia: & est confortatio infirmorum. Ideo non audit Deus ad temporalia, vt ab eo desiderentur æterna, & hæc non amentur.

Cass. Distinguit beneficia Dei, quæ incipientibus data sunt in mundo, perfectis in cælo.

Vt magis sit mirum relinqui præsentes, recolit præterita.

✻ Theodoretvs. Psalmus hic futurorum prædictionem habens finem expectare hortatur: apponitur: *In intelligentiam*, vt ea intelligentes hinc reportent vtilitatem: prædicit autem Macedonicam sub Antiocho illustri crudelitatem, & Machabæorum fortitudinem, qui hoc psalmo sæpius vsi, pauci multos vicerunt. 1. Macha. ij.

✻ Basil. *Auribus suis audire*, est certo persuaderi: Patres autem fecerant ora sua, quasi libros, ad instructionem filiorum. † vide psal. 13.

† vide psal. 4.

¶ Christum. ¶ Passionis. ¶ Cur martyres relinquere videtur, cum inuit in manu valida?

a † In finem filijs Core psalmus † ad intellectum. XLIII.

PSALMVS XLIII.

a *Eu auribus.* Aug. Cas. Primùm dicit, Deus, quod facere solet lætus, vel grauiter afflictus.

b *Audiuimus*, vt maior fides sit rei, ne putetur ambigua.

c *Patres.* Non iuuenes, vt videantur veri nostri, qui suis certa dicerent.

✻ Basil. Apud homines, quorum labilis est memoria, recēsium narrationem faciunt: apud Deum, cui omnia ex æquo cognita, vetustorum.

d *Opus quod &c.* Aug. Cas. & li semper operetur; tamen operari dicitur, quando aliquod signum nouitatis ostendit.

✻ Basil. Si patres aduenas, ciues effecisti, & victores Cananæorum: nos sedibus patrijs eiectos non contemnes.

e *Sed dextera tua.* Aug. id est, bonus successus, quem eis dedisti.

✻ Basilivs. De Ægyptiis quidam intellexerunt; mihi & ipsum de gentibus dici videtur, quas licet armati vicerint, Opus tamen Dei no armorum erat.

✻ Theodoretvs. *Brachium*, auxilium nuncupat; *Illuminationem*, conspectum.

a ¶ Cas. discretione rationis intelleximus, cùm patres docerent nos. b ¶ A quibus audistis?

DEus auribus nostris audiuimus, patres nostri 1
a ¶ Retulerunt: Opus quod ope. &c. ¶ quid?
b ¶ Aug. Vt est eductio de Aegypto, & in terram promissionis inductio.
annuntiauerunt nobis. Opus quod operatus 2
a ¶ Pro id est, vel scilicet. b ¶ Aug. Vt est creatura cæli & terræ, quæ omnia spiritualiter implentur in nobis.
es in diebus eorum, et in diebus anti- †
a ¶ Scilicet hoc. ¶ Id est potestas. b ¶ Terræ promissionis. c ¶ Morte, & aliis modis.
d ¶ Patres. e ¶ Non facile: quia aliter non crederent.
quis. † Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos: afflixisti populos & expulisti eos. Nec enim in gladio suo pos- 3 4 5 6 7
a ¶ Amorrhæum, Heuæum, Hethæum & alios. b ¶ A terra promissionis.
c ¶ Tu non enim ipsi, quia forsitan putarentur ex se fortes.
a ¶ Robur.
sederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos.
a ¶ Aug. Nec per se habuerunt terram, nec per se sunt saluati. b ¶ Potentia. c ¶ Aug. Filius.
¶ Saluauit eos. Aug. Ideo talibus signis eis affuit Deus, vt præsens intelligeretur, qui nobis non nisi effectu miraculi præsentiam ostendit. d ¶ Aug. Propitiatio præsentiæ tuæ.
Sed dextera tua & brachium tuum, & illuminatio vul- †
a ¶ Non merito suo, sed quia. ¶ Vt illis solis faceres. ¶ Aug. Id est, sic egisti cum eis, vt alijs complaceres in eis: vt qui eos attenderet, diceret, vere Deus cum illis est.
b ¶ Qui hæc illis fecisti. c ¶ Qui soles regere & subuenire.
tus tui, quoniam † complacuisti in eis. Tu es ipse rex meus 8
a ¶ Cas. Ne dubites de Christo Deo, id est, quin Christus, de quo loquitur, sit Deus. b ¶ Corporales.
c ¶ Aug. Illis antiquis per creaturam, non per te visus illis quod seruatur in resurrectione iustis.
¶ Quæ tunc illis temporaliter, hæc nobis in futuro. d ¶ Quasi, sicut illos iuuisti, eodem modo nos.
& Deus meus, qui † mandas salutes Iacob. In te inimicos 9 10 11
d

De

f *Et brachium tuum, &c.* Aug. id est fortitudo, & *illuminatio*, id est, sapiens cōsilium: quòd eorum fecisti ex beneuolentia tua.

g *Tu es ipse rex meus & Deus meus.* Avgvstinvs. Tempora mutata sunt, autor non mutatur.

✻ Theo. *Mandat de salute Iacob*; sic Symmachus.

h *In te inimicos nostros ventilabimus, &c.* Avgv. Quod illis tunc, nobis in iudicio: vnde hic afflicti se consolantur, & resumunt animum.

✻ Theodoretvs. Animalia cornuta arma cornua.

☞ à natu

† Tu manu tua gentes expulisti

† complacuit tibi in illis

† præcipis vt liberetur Iacob, vel, præstas saluē Iacob.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS. XLII.

✻ DEus auribus no. *Huic psalmo præmittitur talis titulus in Hebræo*: Ad victoriam filijs Core eruditio. *Et exponatur, sicut titulus psal. præcedentis, qui est idem in sententia cum isto, & etiam in verbis, nisi quod hæc dictio* eruditio *ponitur hic in fine, ibi autem ponitur in secundo loco. De materia autem huius psalmi dicunt aliqui, quod psalmus iste est de statu captiuitatis Babylonicæ, quæ præuisa fuit a filijs Core, vt supra dictum est: ita quod in hoc recordando beneficia populo Israel præstita, & miseria in quibus erat in Babylone & petitur liberatio ab ipsis: secundum hoc psal. iste non differt a præcedente in sententia, nisi forte modicum. Propter quod alij exponunt de statu populi captiuitate facta per Romanos, in qua sunt modo. Sed hoc non videtur rationabiliter dictum. quia ab ista captiuitate non reducentur ad terram natiuitatis suæ. vnde dicitur Lucæ. xxj. e. de ista captiuitate,* Captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusalem à gentibus calcabitur, donec impleantur tempora nationum. *Et ideo de ista captiuitate non diceret propheta illud, quod ponitur in fine huius psal.* Exurge domine adiuua nos, & redime, &c. *Et ideo saluo meliori iudicio, mihi videtur melius dicendum, quod psal. iste sit factus de persecutione, quam sustinuit populus Iudaicus sub Antiocho nobili, vt habetur j. & ij. Machab. quam in spiritu præuiderunt filij Core. Secundum hoc igitur iste psal. diuiditur in tres partes, quia primo describitur antiquorum Dei beneficiorum recordatio, Secundo, præsentium malorum deploratio, ibi,* Nunc autem repulisti; *Tertio pro liberatione deprecatio, ibi,* Hæc omnia. *Prima adhuc in duas quia primo recordantur, præterita facta, secundo verba, ibi,* Tu es ipse. *Circa primum dicitur.*

1 Deus au. *Secundum quod dicit Rab. Sa. (& bene.) ex ista litera patet, quod filij Core non loquebantur pro seipsis, quia mirabilia, quæ fecit Deus in exitu de Ægypto, & in deserto, populo Israel, non cognouerunt per narrationem patrum suorum, quia ipsimet propriis oculis viderunt: & ideo loquuntur pro populo tunc futuro, quod impletum fuit tempore Machabæorum, quo populus existens in magna afflictione, recolebat beneficia antiquis patribus collata. Vnde & ij. Machab. viij. d. dicitur de Iuda Machabæo:* Admonuit autem eos & de auxilijs Dei, quæ facta sunt erga parentes, & quod sub Sennacherib clxxxv. milia perierunt, &c. ideo subditur:

2 Opus quod operatus es in diebus eorum &c. *Id est Moysi & Iosue, & aliorum patrum.*

3 Manus tua gentes disperdidit, *quæ habitabant in terra promissionis quod impletum est tempore Iosue.*

4 Et plantasti eos, *scilicet filios Israel in eadem terra,*

5 Afflixisti populos, *quia aliqui eorum fuerunt in prælijs trucidati, vtpote Chananæi, & Iebusæi.*

6 Et expulisti eos, *quia aliqui eorum recesserunt præ timore ante ingressum filiorum Israel, vt dictum fuit in libro Iosue. Sed quia victoria ista fuerunt facta diuina virtute, magis quam humana, & ideo subditur:*

7 Nec enim in gladio suo possede. terram. *& patet litera.*

8 Tu es ipse. *Hic consequenter recoluntur antiquorum verba, quia Iosue & alij, bellatores illius temporis, videntes victorias mirabiles, quas Deus dabat eis, attribuebant eas diuinæ virtuti, & ita sperabant de futuris, & ideo sic dicebant,* Tu es ipse rex meus *per specialem gubernationem, propter quod etiam Deus dedit illi populo legem, secundum quod dicitur infra psal. cxlvij. b.* Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, *Et hoc fuit, quia Christus de illo populo erat nasciturus,*

9 Et Deus meus *per specialem cultum.*

10 Qui mandas salutes Iacob, *id est, victorias in bellis. Populus enim Iudaicus exiuit de Iacob per duodecim patriarchas, à quibus denominatæ duodecim tribus Israel.*

11 In te, *id est per tuam virtutem.*

12 Inimicos nostros ventilabimus, *id est, faciemus.*

☞ 1 Cornu.

MORALITER.

† 1 *Deus auribus nostris &c.* Psalmum istum literaliter exposui de filiorum Israel afflictione per Antiochum nobilem. Mysticè verò potest exponi de persecutione Christianorum per Saladinum, & eius gentem, vt sic in persona Christianorum dicatur *Deus auno. au. pa. no. an. no.* Opera magna per te facta pro populo Christiano in terra promissionis tempore Godefridi de Bullione.

† *Et in diebus antiquis*, scilicet tempore Helij Adriani imperatoris, qui Ierusalem à Tito destructam reædificauit, & eius habitationes Christianis concessit, & prohibuit Iudæis.

† 3 *Manus tua gentes disperdidit*, id est, Saracenos, veniente dicto Godefredo cum exercitu Christiano contra eos.

4 *Et plantasti eos*, scilicet Christianos, qui terram de manibus Saracenorum ereptam tenuerunt lxxxviij. annis,

5 *Afflixisti populos*, Saracenorum:

7 *Nec enim in gladio suo possederunt terram*, Licet enim haberent exercitum magnum & fortem, tamen victoria virtute Dei principaliter fuit facta. Nam die qua capta fuit Ierusalem, Christianis propter nimiam afflictionem volentibus retrocedere ab insultu, apparuit angelus in specie hominis super montem Oliueti, eos ad prælium reuocantis, & sic ciuitas fuit capta. ideo subditur,

† *Sed dextera tua, &c. qui mandas salutes Iacob*: id est, populo Christiano supplantatori vitiorum.

11 *In te inimicos nostros vētilabimus, &c.* quia post captionē Ierusalē dedit Deus Christianis plures victorias cōtra Saracenos insurgētes cōtra eos, de quibus Deus erat laudādus: ideo subditur,

† *In*

à natura acceperunt: nos cornua salutis, victriciaque arma, nomen tuum, quo vtentes hostes superabimus.

A ✻ Bas. speramus victoriam, ab eo, quod cornea tubæ sonant, quæ ciuitatem munitam deiecerunt Iericho.

a *Arcu.* Cassi. Minor virtus hominis, quia minus valet in bello.

b *Gladius*, maior virtus, quæ in bello plus creditur valere.

Avg. Vel, *gladius meus non saluabit me*, sed tu, quia & in hoc seculo saluasti, ne nos traherent post se, & eos pudere fecisti: & ideo tunc *laudabimur.*

✻ Basil. vtor autem armis, quia Deus præcepit, in quem totum me conijcio.

✻ Theodore. Symmachus vertit *per totam diem* id est semper.

✻ Basil. Alius habet *laudabimus Deum tota die*, id est per totam vitam

c *Saluasti &c. conf.* Avg. Nota etiam præterita dicta, pro futuris esse accipienda.

d *Nunc autem repulisti.* Cassi. Diapsalmus. Enumerat mala, quæ hic fecerunt boni, non tamen obliti Dei.

✻ Basil. Alius habet *siquidem repulisti*, alius *sed proterea abiecisti.*

Cassi. Exaggerat mala, vt beneuolentiam iudicis impetret. *Confudisti*, dum hic ab iniquis habentur opprobrio.

Avgvstinvs. Hæc vere futura, illa à patribus audita: nunc autem in medio temporis *repulisti, & confudisti*, vt doceres hæc spernere, æterna quærere: hic est intellectus tituli. Et etiam ideo vt appareat, an gratis colatur Deus, à quo gratis est homo saluatus: non est pro terrenis colendus Deus, vel quia similia his in æternum sit daturus. Noli ergo talia sperare à Deo danda, qualia hic iubet contemnere: Qui enim ita colit Deum, laudabilis non est, Sicut non laudatur in illo ieiunium, qui ad luxuriosam cœnam

a ¶ Aug. Sicut paleam à granis separentes. dicimur de tuo regno, valemus. d ¶ In futuro.

noſtros ventilâbimus cornu: & in nomine tuo † ſpernemus 2

a ¶ Nunc. b ¶ Merito hæc nobis facies.

inſurgentes in nobis. Non enim in arcu meo ſperabo, & gla- 3

a ¶ Id est saluabis. ¶ In iudicio. fuit non potest non fuisse.

dius meus non † saluabit me. † Saluasti enim nos † de affli- 4

a ¶ Id est confundes.

gentibus nos, & † odientes nos confudisti. † In Deo laudabi- 4

a ¶ Perpetuitate, quæ non est interpolata noctibus. b ¶ Pro id est.
c ¶ Cas. Quia ex omnibus eruisti. ¶ Id est laudabimus te, quæ est eorum gloria. d ¶ Id est sine fine.

mur totâ die, & in nomine tuo confitebimur tibi in ſeculum. 5 6

¶ Ita in futuro, sed: Nunc. a ¶ Aug. quia differtur promissio. b ¶ Aug. Non in conscientia, sed in facie hominum. c ¶ Euidenter. ¶ Vlterius, sicut olim Iudæis.

† Nunc autem repulisti, & confudisti nos, & non egredieris 7 8

a ¶ Id est, exercitibus. ¶ Aug. Per hoc inualidi sumus contra inimicos nostros.

Deus † in virtutibus noſtris. † Auertiſti nos retrorſum poſt 9 10

a ¶ Aug. Id est in castra iniquitatis suæ attrahebant.

inimicos noſtros, & qui oderunt nos diripiebant ſibi. Dedi- 11 12

a ¶ Cas. quia omnia potestate Dei fiunt. b ¶ Aug. Plangit eos, qui sic passi sunt, vt in corpus gentium verterentur. c ¶ Id est quæ ad escas sunt, non ad fœtus spiritualium operum. d ¶ Perfecurio notatur.

ſti nos tanquam oues eſcarum, & in gentibus diſperſiſti nos. 13

a ¶ Aug. Videmus, quos dedisti, sed non quos accepisti. ¶ Martyres.

Vendidiſti populum tuum † ſine pretio: & non † fuit mul- 14

a ¶ Aug. quia tempore persecutionis non congregabantur ad iubilandum Deo vt fit in pace. ¶ Alias iubilationibus. b ¶ Præter duritiam etiam patimur. c ¶ Fixos in hoc.

titudo in commutationibus eorum. Poſuiſti nos † op- 15 16

a ¶ Iamiam conuertendis. b ¶ Naso contracto. c ¶ qui fit ore

probrium vicinis noſtris, † ſubſannationem & deriſum his 17

cœnam seruat ventrem suum, hoc est ieiunium non abstinentiæ, sed luxuriæ.

✻ *Non egredieris* Theodoretvs. Non eris dux nostri exercitus.

✻ Basilivs. Alius dicit *& non pregredieris in virtutibus nostris*, id est exercitibus, quod in illis est regni virtus: sed satis pœnarum dedimus.

b ¶ Fortitudine. c ¶ Id est, per hoc, quod ¶ Aug. quia tunc non valebunt lædere mali spiritus.

c *Auertisti.* Cass. pro deficientibus. Vel, auerti, est hostem fugere, vnde, *Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam.*

f *Diripiebant.* hoc fugatis contingit, vt cadant in prædam, qui hostibus nequeunt resistere.

g *Dedisti nos tanquam oues escarum.* Cassi. perstitentes in fide. Hic diuersi martyres, id est diuersa martyrij genera, alij esca feris, alij traditi gentibus in seruitutem: vnde dicit, *tanquam oues escarum* vbi notatur quorundam mactatio:

h *Vendidisti populum tuum sine pretio.* Av. Dū datur alienigenis & nullus acquirit: quod fit ad probationem, vel correctionē, vel nullus pro eis acquiritur vel si quis; pauci tamen.

✻ Theodoretvs. Symmachus vertit *Vendidisti populum tuum sine substantia*, non multum pretium illorum fecisti, quoniam cum nullum pretium ab hostibus recepisses vendidisti nos, verum ob peccata tradidisti,

i *Opprobrium vicinis.* Cass. Grauis afflictio, à vicinis ingeritur, quia non transitorie dicitur, quod à circunstantibus irrogatur.

✻ Theodo. Intelligit Idumæos Moabitas, & Ammonitas.

k *Derisum his, qui in circumitu.* Cas. *Derisus* est vox confusa lætitiæ insultationem immoderata hilaritate denuntians. Contemptus est abiecta vilitas.

✻ Basil. Alius *transpositionem* habet, vt hoc dicat, quoniam *transposuisti nos.*

† cum exercitibus.
† Sela supra psal. 3.
† & eos qui oderunt.
† nullis diuitijs. i. vili
† in
† risum & contemptum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cornu. *id est, potestate nobis à te data. Sicut enim de præterito & de præsenti habebant victorias virtute Dei, ita sperabant de futuro.*

2 Et in nomine tuo sper. &c. *id est nullo modo timebimus de eorum insultibus, de tua virtute confidentes: ideo subditur,*

3 Non enim in arcu meo, &c. *patet litera vsque ibi,*

4 In Deo laudabimur tota die, *id est, si laudemur de talibus victorijs, totum attribuatur Deo, & non nobis.*

5 Et in nomine tuo confitebimur; *confessione laudis pro beneficijs collatis nobis.*

6 In seculum, *hoc est, semper in futuro.*

7 Nunc autem repulisti. *Hic consequenter recoluntur miseria, in quibus erat populus Iudaicus tempore Antiochi regis, cùm dicitur:* Nunc autem repu. *quia videbatur gens Iudæorum à Deo repulsa, sicut mulier, cui dabatur libellus repudij.*

8 Et confudisti nos, *Vnde dicitur. i. Machabæ. j. c.* Et vniuersa domus Iacob induit cōfusionē: *& maximè quia Antiochus rex posuit abominandū idolū desolationis super altare Dei, vt dicitur ibidem.*

9 Et non egredieris Deus &c. *In Hebræo, & in translatione Hieron. habetur*, In exercitibus nostris. *& idem est. Tum quia Iudæi non poterant tunc congregare exercitum, Tum quia si tunc congregarent, pugnare tamen contra Antiochum regem non auderent.*

10 Auertisti nos retrorsum, &c. *id est fugere nos fecisti, & inimicos nostros nos insequi. Vnde dicitur. j. Machab. ij. a. quod Mathatias & filij eius fugerunt ad montes, & quod multi secuti fuerunt eos.*

11 Et qui oderunt nos diripiebant, &c. *Quia Antiochus, & milites sui rapiebant bona Iudæorum.*

12 Dedisti nos tanquam oues escarum, *quæ interficiuntur vt edantur: Sic tempore Antiochi multi de Iudæis valde fuerunt interfecti.*

13 Et in gentibus dispersisti nos, *quia multi de eis tunc fuerunt capti, & alijs gentibus in seruitutem venditi.*

14 Vendidisti populum tuum sine pretio. *Tot enim de Iudæis vendebantur quod dabantur pro modico pretio, quod quasi pro nihilo reputabantur, ideo subditur,*

15 Et non fuit mul. *scilicet pecunia vel ementium.*

16 In commutationibus eorum, *& propter hoc, pretium erat modicum & quasi nullum, quia pauci erāt emptores respectu vendentium. De hac autem venditione Iudæorum, & captiuatione & occisione dicitur secundi Machabæo. v. c.* Erant autem toto triduo. lxxx. milia interfecti. xl. milia vincti, non minus autem venundati.

17 Posuisti nos opprobrium, *Id est Gentilibus, qui erant circa terram promissionis: qui gaudebant de infortunio Iudæorum, exprobrantes eis, & deridentes eos: Ideo subditur,*

MORALITER.

† 3 *In Deo laudabimur, &c. Nunc autem repu. nos & con. nos.* scilicet tempore Saladini, & successorum eius.

12 *Dedisti,*

12 *Dedisti nos tanquam oues escarum.* quia multi Christiani fuerunt occisi, & multi capti, & in seruitutem venditi, & pro parua pretio quasi nullius reputationis.

☞ a *In similitudinem gentium.* CASS. In similitudine Christi gentibus sunt appositi, quando eos comparibus pœnis affecerunt.

✻ THEODORETVS. Maxima discrimina audientes capita mouere solemus ob stuporem, & cruciatus cruciatui comparare & dicere talia passum illum, qualia alterum.

b *Exprobrantis.* CAS. *Exprobrare* est in facie maledicere: *Obloqui* est absenti detrahere, & dolose mordere.

c *Venerũt super nos.* CASS. quia non erant in nobis per culpam.

d *Non recessit.* CAS. Ita quod retroiret, etsi aliquando descendit contemplatione deitatis.

✻ THEODORE. Qui Antiochi laqueos subterfugerunt, & qui impietatis retia transilierunt, propriã virtutem narrant.

e *Declinasti.* AVGV. Semitæ nostræ erant in voluptatibus, & f prosperitatibus seculi: sed tulisti eas de sua g via & ostendisti arctam viam, quæ ducit ad vitam.

✻ THEODORE. h Symmachus vertit i *Nõ declinata sũt à via tua ea, quæ dirigũt nos,* Vt autem lxx. opinionem interpretemur, sic intelligendum est, Multis, & omnis generis malis nos circundedisti, quæ sufficientia fuerunt auertere nos à via tua, *Vmbram* autem mortis, maxima discrimina quæ ad interitum ducunt, vocauit.

✻ BASIL. *Via* est templum qua ad Dei cultum quasi manu ducimur:

HIERO. Vel *& declina* id est, opera nostra de lege tua pendere fecisti. Vel, *non declinasti,* (alia litera) id est non permisisti declinare, & deuiare, semitas nostras.

HIER. *Semitas* id est opera, *à via tua,* id est à lege; ideo quoniam *humiliasti nos.*

f *Vmbra mortis.* AVGVST. Vel, hæc mortalitas, vmbra mortis est: Vera autem mors, est damnatio cum diabolo.

g *Si obliti sumus nomen Dei.* AVGVST. Iste est intellectus filiorũ Core, qui propter hęc omnia mala non obliuiscuntur Deum, scientes quia Deus requiret ista.

h *Nouit.* AVGVST. *Noscere* dicitur Deus & quod nouit, & quod te facit noscere AVGVST. Nouit quoniã requiret propter te, vt tu inuenias te, & gratias agas ei qui te fecit, vt in Petro actũ est, qui probauit quid posset.

i *Propter te mortificamur.* CASS. Non pro criminibus nostris, sed vt fides tua gentibus augeatur.

k *Exurge.* CASS. Precatur auxiliũ, vt hic afflictis tẽpore resurrectionis iubuentat.

✻ THEOD. hoc Macchabæi, & socij Mathatiæ, septem Iuuenes cum matre, & Eleazaro præ se tulerunt.

✻ BASIL. Et mirum quod illæsi multi remanserunt.

☞ ✻ BASIL.

à ¶ Nunquam nobiscum. b ¶ Vt de nobis formam maledictionis sumant super alios di. Sic pereas vt Laurentius.

qui in circũmitu nostro sunt. Posuisti nos in †similitudinem 1

a ¶ Ad insultandum. vt Christo in passione, mouentes capita sua. b ¶ Cas. Grauis verecundia, quæ permanet tota die, hæc erat contra sanctos vel coram. id est ante oculos sanctorũ. quãdo quos impios sciebant, sibi insultare videbant, vel contra, quia bonus erat. ¶ Describit verecundiam. Et quodam palio confusionis vultum dicit opertum, dum nube sanguinea facies flammata rutilat: sed cum dicit operuit me, non solum vultus, sed totius corporis indicauit horrorem.

†gentibus, cõmotionem capitis in populis. Tota die ve- 2
a ¶ Contra hoc, quod ego putaui, cum essem bonus. 3
recundia mea † contrà me est, & † confusio faciei meæ coo- 4
a ¶ Insultantis. b ¶ Crimen imponentis. c ¶ Instantia.
peruit me. † A voce exprobrantis & †obloquentis, à facie ini- 5
a ¶ Odio habentis. b ¶ Actu. c ¶ Non separatim. d ¶ Aug. Vt fera vel torrens. 6
mici & persequẽtis. Hæc omnia venerũt super nos, † nec 7 8
a ¶ Ecce quanta firmitas martyrum. ¶ Aug. Quia intelligimus gratis colendum te propter te.
b ¶ Quomodo non obliti quia. c ¶ Lege, vel pacto, quod pepigimus tecum in baptismo. †
d ¶ Cas. Desperando de bonitate Dei.
obliti sumus te, et † iniquè nõ egimꝰ in testãmẽto tuo. Et nõn 9 10
a ¶ Ratio. b ¶ Aug. Dum sic in angusta via ambulamus tu decli.
recessit cor nostrum, et † declinasti semitas nostras à via tua. 11
a ¶ Cas. Id est, in mundo, vnde nascitur compunctio & pœnitudo, exaltabis autem in loco fortitudinis scilicet in futuro. 12
Quoniã † humiliasti nos in locô † afflictionis, & † cooperuit 13
a ¶ Id est homines per ignorantiam morientes, & alios ad suæ mortis tenebras trahentes vbi.
b ¶ Non obliti, quia si essemus: vel sed.
nos vmbra mortis. Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si ex- 14
a ¶ Cas. Id est si nos cum operibus idola coluimus. 15
b ¶ Cas. descriptio orantis, qui tensis manibus crucem efficit, quam fronte recipit.
c ¶ Cas. quasi graue est apud Deum in fua religione peccare quod pondere acutæ pronunciationis ostenditur.
pandim⁹ mãnus nostras ad Deũ alienũ. Nónne Deus requiret 16
a ¶ Manifesta, quia etiam occulta. b ¶ Quo magis religio geritur, quàm deuotione corporis.
c ¶ Quæ abscondita? d ¶ Cas. Longis passionibus. Quasi, morimur, videt homo, sed cur, non nisi Deus. 17
istâ? ipse enim nouit absc̃dita cordis. Quõniã ꝓpter te † mórti- 18 19
a ¶ Cas. sine aliqua reluctatione occisi. b ¶ Aug. confortando stantes per fidem.
¶ Aug. Non in nobis, sed in gentibus, quæ non credunt.
ficamur tota die: æstimãti sum⁹ sicut oues † occisiõis. † Exũrge 20

NICOLAVS DE LIRA.

1 Posuisti nos in similitudinem gentibus, *Quando enim loquebantur de infortunio aliquorum, ponebant pro exemplo vel similitudine infortunium Iudæorum.*

2 Commotionem capitis in populis. *Solent enim homines mouere capita præ admiratione, quando vident aliquid magnum repente deiectum & annihilatum, qualis erat status Iudæorum.*

3 Tota die verecun. mea contra me est, *Id est occurrit mihi occasio verecundandi.*

4 Et confusio faciei meæ cooperuit me. *Homo enim confusus solet faciem operire, & se quantum potest, abscondere.*

5 A voce exprobrantis & obloquentis *Contra populũ Iudaicum.*

6 A facie inimici & persequentis, *quia non solum molestabant eos verbis, sed etiam factis,*

7 Hæc omnia. *Hic consequenter ponitur deprecatio pro liberatione: & primo ad hoc allegatur ratio ex parte populi afflicti: secundo ex parte Dei ibi,* Exurge. *Ratio autem, quæ debet mouere Deum ad liberandum populum afflictum, ex parte eius est, quando sustinet patienter, & non mouetur à lege Dei. Sic fuit in proposito: quia in persecutione regis Antiochi, licet aliqui Iudæi legem dereliquerint, tamen maior pars satis stetit in lege Dei, & pro ea sustinens afflictiones, & tormenta exquisita, vt habetur. j. Machab. & ij. & hoc est, quod dicitur hic:* Hæc omnia. *scilicet mala supra dicta,*

8 Venerunt super nos, nec obliti sumus te, *quia colimus te sicut Deum nostrum.*

9 Et inique non egimus in testamento tuo. *mandata legis tuæ transgrediendo.*

10 Et non recessit retro cor nostrum, *per apostasiam à fide.*

11 Et declinasti semitas nostras à via tua, *quia per afflictiones quas sustinemus, videtur quod repueris nos à te.*

12 Quoniam humili. nos. in lo. affli. *quia Iudæi tempore illo fugerunt ad loca deserta, quæ erant afflictiua, ita quod habebant afflictionem super afflictionem. Vnde dicitur ij. Machab. v. d.* Iudas autem Machabæus secessit in desertum locum ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat, & fœno cibo vescentes demorabantur. *Vnde hic in Hebræo, & in translatione Hiero. iuxta Hebraicum habetur,* in loco draconum, *pro quo nos habemus* in loco afflictionis.

13 Et cooperuit nos vmbra mortis, *quia quolibet momento erant in mortis periculo.*

14 Si obliti sumus nomen Dei *eius recordationem debitis temporibus omittendo.*

15 Et si expandimus ma. *scelus idololatriæ committendo.*

16 Nonne Deus requiret ista. *ad puniendum suo iusto iudicio, quasi dicat, sic: vnde subditur,*

17 Ipse enim nouit abscondita cordis. *Hoc dicitur contra errorem Gentilium quorundam, qui negabant diuinam prouidentiam, se extendere ad actus hominum.*

18 Quoniam propter te. *Id est, propter custodiam legis tuæ.*

19 Mortificamur tota die. *Iusserat enim Antiochus interfici Iudæos, qui nollent ad ritum transire, vt habetur. j. Machab. j.*

20 Exurge. *Hic consequenter ad liberationem populi allegatur ratio ex parte Dei, cui seruiebat populus Iudaicus, & ipse poterat eum liberare in momento, ideo dicitur,* Exurge. *& loquitur de Deo more humano, quia ille, qui oppresso vult auxilium ferre, surgit ad iuuandum ipsum.*

✻ 1 Quare

MORALITER.

✻ 3 *Tota die vere. m. contra me est.* quia sepulchrum Christi, & ciuitas sancta sunt in manu populi Saraceni.

7 *Hæc omnia vene. super. nos.* quæ sunt valde grauia.

† *Nec*

† *Nec obliti sumus te.* recedendo à catholica fide.

11 *Et declinasti semitas nostras à via tua.* non enim possumus pro libito nostro accedere ad sepulchrum tuum, & ad alia loca sancta. Cætera patent de afflictione Christianorum vsque ibi,

✻ 1 *Quare*

---

4 in nationibus.

† corã (vel ante oculos meos: † Propter vocem.

† non mẽtiti sumus in fœdere tuo. i. non violauimus pactũ tuũ † non declinauerunt. gressus nostri.

† cõtriuisti

† iugulationis, id est, destinatæ mactationi

† verecundia.

† prouerbium.

† blasphemantis, cõtumelijs afficientis.

† & obliti non

† draconis id est vbi draconum Sũt cubilia

Matt. 26. d.

† occidimur.

† Euigila

☞ ✻ Basil. Alij, *excitare, quare es tanquam dormiens? expergiscere.*

A ✻ Theodo. Somnum, patientiam vocat: vt enim qui dormit, quæ in se dicuntur, non aduertit: sic patiens.

Avgvstinvs. Hactenus non obliti; & vt perseueremus. *Exurge quia propter te mor.*

Avgvstinvs. Hieron. Et si sciunt Christum non dormire, & sibi resurrexisse: precantur tamē resurgere per fidem, non sibi, sed gētibus, quæ putant mortuū. Si enim & illi crederent surrexisse, credentes in eum non persequerentur, sed & ipsi crederent.

Avgvstinvs. Vel *exurge*, conforta.

a *Obdormis.* negligere videris. Quare etsi nesciamus, tu scis quare; vel pro culpa, vel pro vtilitate. Quod si pro culpa, vtinam abesset: si pro vtilitate, vtinam adesset. Quosdam repellis: quia faciem, id est, cognitionem tuam ab eis subtrahis: obdormis quibusdam, qui gemūt de malis.

b *Quare &c. obliui.* id est, non das spiritum fortitudinis, sine quo inopes.

✻ Theodo. Similis auersanti, & obliquo.

c *Et tribulationis.* Cas. quia eā non mitigas: & hoc quare? quasi nos nescimus, sed inquiramus, quia non nisi iustè & piè auertis faciem: quia subtracta cognitione tua, *anima* in cogitatione mundanorum, & *venter*, id est sensualitas, hæret eis, & cum ita necesse fac

a ¶ Dum differs, quod expectatur. b ¶ Reducendo deficientes.
¶ Aug. Si surgit, in gentibus cessat persecutio. c ¶ Et si hoc, non in finem.

† expergiscere, ne obliuiscaris, ne repellas, in ę-ternum

B

†depressa est nunc

† adhæsit

† libera

C

a quare obdormis domine? †exurge, & ne repellas † in finem.

a ¶ Enim. ¶ Non est querela, sed supplicatio pia puri cordis. b ¶ Cas. vt videtur, dum differt subuenire.
c ¶ Aug. quasi non adsis. d ¶ Quasi oblitus sis nostri. e ¶ Aug. cui consueuisti subuenire.

Quare faciem tuam auertis, obliuisceris † inopiæ nostræ &

a ¶ Cuius semper clemens es inspector. b ¶ Ideo ne obliuiscaris.
c ¶ Inter manus pulueris, vt te inuocemus in auxilium. ¶ Super aspersa cinere.
d ¶ Aug. puluis nos persequitur, id est, mali, de quibus dicitur, Non sic impij non sic, sed tanquam pul. ps. 1 b.

c tribulationis nostræ? Quoniam † humiliata est in puluere ani-

a ¶ Aug. gentibus per fidem, quibus cessantibus à persecutione & qui terræ hæserant eruti, & pœnitentes, redduntur corpori Christi.

ma nostra, † conglutinatus est in terra venter noster. Exur-

a ¶ Non propter meritum nostrum.

ge domine adiuua nos, & † redime nos propter † nomen tuū.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

† vsque

† afflictionis.

E

† misericordiam tuam

fac surgere, & erectos adiuua, & adiutos libera, vt sine meru D fimus. Et hoc *propter nomen tuum*, id est, gratis, non pro merito. Post moram auditionis, sancti non desperant, sed continuant orationem. Cinere super se sparso, animam peccatorum memoria cruciant. *Cinis enim & cilicium sunt arma pœnitentium, adhęsit vēter terræ*, vt fit prostratis, qui tota corporis effusione tenduntur. Vel, non solum pro nobis oramus, sed & pro his, qui facile cedunt illicitis motibus, & hærent terrenis.

d *Exurge do. ad.* Hic sine dormitione *exurge* ponitur, ꝙ ad resurrectionē pertinet, in qua est spes omniū fidelium: in qua humana destruitur captiuitas: per quam sumus adiuti & liberati.

e *In terra venter.* Avgvs. Qui genua figit terræ, habet quo plus humilietur: qui vero plus humiliatur vt & venter hæreat terræ. F non habet vltra quò plus humilietur. Exprimit ergo nimiam humiliationem, vt quia venit ad summam, iam, adsit Dei miseratio.

Avg. vel plangit eos, qui sunt venter, id est, carnales: & *hæserunt* id est, consenserunt iniquis.

✻ Theod. Multam humilitatem ostendit, quasi venter terræ adhæreat.

✻ Basil. De gulosis potest intelligi.

✻ Basil. Alius *sta ad adiuuandum nos.*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Qua. ob. do. *Deus enim ad modum dormientis dicitur se habere, quando permittit malos dominari, & iustos tribulari: vnde quando aliqua talia videntur, communiter dicitur, Deus dormit.*

2 Exurge, *repetitur hoc verbum, ad exprimendum desiderium liberationis.*

3 Et ne repellas *scilicet preces nostras.*

4 In finem, *id est finaliter.*

5 Quare fa. tu. auer. *loquitur de Deo more humano, quia quandiu orationem aliquorum non exaudit, faciem suam auertit.*

6 Obliuisce. ino. no. *in tanta enim inopia erant, quod* fœno cibo *vescebantur, vt prædictum est.*

7 Et tribu. no. *quia multis modis, & variis tribulabantur, vt patet. j. Mach. & ij.*

8 Quo. hu. est in tri. ani. no. *id est vita nostra, Tum quia in signum humilitatis humilitatis suæ, vel humiliationis, ponebant cinerem super capita sua, sicut moserat Iudæorum, Tum quia habitabant in montibus inter feras, vt dictum est, vbi non habebant lectisternia, sed iacebant in pulueribus, & ideo subditur.*

9 Conglutina. *id est immediate adhærens.*

10 In terra venter noster. *quia nec etiam paleas habebant, quas inter se & terram ponerent; ideo concluditur,*

11 Exurge do. ad. nos. *tantis malis oppressos.*

12 Et redime nos propter nomen tuum *quod colimus, ne ex malis quæ sustinemus, veniat apud Gentiles in contemptum.*

Moraliter potest exponi psal. iste de quolibet fideli in magna afflictione posito mentis vel corporis, vel vtroque modo: qui tamen patienter sustinet, prisstina beneficia Dei sibi collata, recolens, vt se ostendat gratum, & per consequens dispositum, ad alia in futuro recipienda: & sic vlterius explicat mala, quæ sustinet coram Deo, petens humiliter & deuotè ab eis liberari diuina misericordia & virtute.

MORALITER.

✠ 1 Quare obdormis domine. *dicitur enim dominus dormire secundum communem modum loquendi, quando dissimulat mala magna & publica punire.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem. &c.* Avgvstin. Epithalamium, id est, laus thalami. Canticum pro commutandis, & pro dilecto, id est, sponsa & sponso, scribitur filiis Core, vt venerentur: Hic enim describitur per quem commutabuntur, quia laus spōsi, & sponsæ hic cantantur.

Cass. Propheta præconia Dei se eructaturum promittit.

✻ Theodoretvs. Mœrentes consolatur, aduentum filij Dei prædicens, *pro dilecto* enim, id est filio Dei, de quo Esaias *Vinea facta est dilecto in cornu olei.* Porro eos, *qui mutandi sunt*, flores, Symmachus vocauit: Aquila vero & Thodotion, *lilia.* flores autem & lilia ver producit: Spiritus verò ver, Saluatoris est aduentus, in quo lætata est solitudo, & floruit sicut lilium.

Esai. 5.

† videsupra psal. 31.

† amorum, dilectionū.

a ¶ Consummationem æternæ beatudinis vel Christum. b ¶ De veteri homine; in nouum.
c ¶ Psalmus hic scriptus est. ¶ Christi.

† videsupra psal. 4.

† super susannim nomē instrumenti musici, quod interpretatur lilia

a † In finem † pro his qui commutabuntur, filijs Core † ad in-

a ¶ Tanti mysterij, tanti decoris. ¶ Scilicet coniunctionis Christi & ecclesiæ.
b ¶ De quo hic est filius meus dilectus. ¶ Christo.

tellectum, canticum † pro dilecto. XLIIII.

✻ Theo-

PSALMVS. XLIIII.

A *Eructauit.* AVG. HIER. Intus enim satur propheta laudem eructat: licet quidam magis superstitiosè quàm vere, non considerantes textũ, ex persona patris hæc arbitrantur intelligi, sic, *Eructauit*, ex plenitudine mea & secreta essentia genui *verbũ*, per quem notus *dico*. i. dispono omnia, & per B eum loquor, & hoc est *lingua mea*, & hic est *calamus mei scribę*. vtscriba nil sine calamo, & calamus sine scriba: sic cooperantur pater & filius. *Cor meum eructat.* Q. non extrinseco coniugio genui, sed de corde: sic C ut homo generat consilium de corde, antequam sit quod facturus est. Consilium vero patris est verbum.

✻ BASIL. *Eructationem*, Prophetiam vocat. Nam cum volumus, loquimur, non ita eructamus.

a *Bonum*, quo omnia bona facta sunt.

b *Dico*. i. verbum profero: idé hic quod prius; sed in ipso verbo omnia omnia opera Dei esse dicit: vnde, *Quod factum est in ipso vita erat*, vt nihil sit in opere, quod non prius fuit in consilio. De hoc dicitur: *semel locutus est Deus.* D

c *Calamus.* non sono, qui transit. comparat verbum: sed scripto, quod manet. Vel, *velociter*, quia nõ aliud post aliud, sed omnia simul in vno verbo æterno.

d *Velociter.* Virtus prophetiæ, quæ nõ sub cruciatu humano cogitat, quod de arcano diuinitatis aliis diuulgat.

✻ THEODOR. *Lingua calamũ* imitatur, gratia Spiritus sancti *velocem scribam.* E

✻ BASIL. qui de suo loquitur, tardus est componendo, & meditando: quando spiritus mentem mouet, nihil est quod remoretur: sunt autem qui de lingua tradant quod sit calamus speciosus pulchritudine: Mihi autem de Christo hic dici videtur. F

e *Speciosus forma.* CASSIODORVS. Incipit de laude sponsi prius à forma.

a ¶ Secundum diuinam naturam. ¶ Quasi de pleno. Mens intus plena. b ¶ Filium Dei, qui solus bonus.

ERuctauit cor meum verbum bonũ, dico ego 1
a ¶ Hunc psalmum, hanc prædicationem, quam mente acceperat, regi dicere, gestiebat. b ¶ Ne eum aliquid putes à se dicere calamo se comparat: à spiritu enim sancto regitur.
operâ mea regi. † Lingua mea calamus 2 3
a ¶ Dixit, & facta sunt omnia. b ¶ Secundum humanam naturam. ¶ Immunis à peccato.
scribæ, velociter scribentis. Speciosus 4 5

† Tu lingua mea es to, vt stylus scribæ velocis (vel lingua mea erit vt stylus scribæ prõpti)

☞ *Benedixit*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALM. XLIIII.

1 ERuctauit. *Huic Psal. præmittitur talis titulus in Hebræo*: Ad victoriam super sosannim filius Core eruditio cantici dilectionum. *Circa quod sciendum, quod Iudæi moderni dicunt, quod hoc nomen* שושנים sonannim *significat rosas in plurali. Hier. autem transferi lilia, qui ponit hic talem ti.* Victori pro lilijs filiorum Core eruditionis canticum amantissimum. *Credo tamen quod Hiero. melius dicit in proposito: & quod tempore suo Iudæi dicebant significationem dictæ dictionis* lilia *in plurali: & lilium quando ponitur in singulari ipsius, vnde in toto veteri testamento, vbicunque est ista dictio Hebraica in plurali vel singulari, Hiero. transfert* lilia *vel* lilium *& in quadã glo. Hebraica super locum istum ego reperi sic dictum*, Victoria super lilia. *Quicquid tamen sit de significatione ista vel illa, non mutatur tamen sententia apud Hebræos, nec apud Latinos: quia secundum Hebræos, per* lilia *vel* rosas *hic intelligũtur filii Israel, qui alios populos in fide excellebãt, & cultu vnius Dei, & in Psal. isto exprimitur prosperitas filiorum Israel, quæ fuit præuisa in spiritu à filijs Core: & hoc ab vno eorum, vel pluribus, sicut expositum fuit supra Psal. xl. Tamen de ista prosperitate varię dicitur ab Hebræis. Dicunt enim aliqui, quod fuit illa, quam habuerunt sub rege Assuero ad procurationem reginæ Esther, Et secundum hoc Psal. iste loquitur ad literam de rege Assuero, & regina Esther, & statu prospero Iudæorũ tempore illo. Alii dicũt, quod loquitur de prosperitate quæ fuit sub Salomone, quæ satis apparet iij Reg. & 2. Para. Et secundum hoc Psa. iste loquitur ad literam de rege, Salomone & filia Pharaonis eius vxore, vel secundum alios de regina Saba quæ venit ad regem Salomonis, & dedit ei cxx. talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas, vt habetur iij. Regum x. Aliqui autem doctores catholici dicunt, quod psal. iste loquitur ad literam de rege Dauid & Bethsabea, ex quibus descenderunt multi reges boni & iusti, vt Ezechias, & Iosias, & plures alij, qui per rosas vel* lilia *designantur. Sed omnes istæ expositiones vel consimiles excluduntur per hoc, quod de rege, de quo fit mentio in hoc psalmo infra dicitur, vt patet ex decursu literæ,* Sedes tua Deus in seculũ seculi, virga directionis, *&c. Item postea subditur de rege & regno simul,* Audi, & vide, & inclina aurẽ tuam, *&c. & subditur.* Et concupiscet rex decorem tuum, quoniã ipse est dominus Deus tuus, & adorabunt eũ. *Et in translatione Hier. iuxta Hebraũ habetur*: Et concupiscet rex decoré tuum, quia ipse est dominus Deus tuus, & adora. eũ. *De Assuero autẽ, vel Salomone, vel Dauid, seu quocunque alio rege mortali non potest dici, quod sit Deus, & latria adorandus. Itẽ Heb. j. c. Apostolus allegat hunc Psalmũ dictum ad literam de Christo, dicens*: Ad filiũ autẽ, Thronus tuus Deus in seculũ seculi *Propter quod Psalmus iste loquitur ad literã de rege immortali Iesu Christo, qui est verè Deus latria adorandus, & de sua sponsa ecclesia tanquam de regina. Item in translatione Chaldaica, quæ apud Hebræos est authentica, & vocatur* Targum, *vbi nos habemus in hoc Psalmo*, Speciosus forma præ filijs hominũ, *habetur sic*, Pulchritudo tua rex Messia maior quàm filiorũ hominis. *Ex quo patet quod Psal. iste intelligitur de Christo etiã secundũ Hebraũ. Igitur secũdũ hoc potest exponi titulus prædictus*: Ad victoriã super lilia, &c. *vt sit sensus: Psal. iste est eruditio facta per spiritũ sanctum filijs Core cãtici dilectionum super lilia, id est, de cantico dilectionũ Christi & ecclesiæ per lilia designatorum: quia Christus virgo est, & ecclesia mater & virgo, & hic Psal. idé est q̃ istud canticũ decantandũ ad victoriã. i. cum quadã conatu Leuitarũ sicut frequenter superius expositum est, & ad eundẽ intellectum de facili potest reduci iti. Hiero. vt patet de se. Secundum igitur hunc sensum Psal. iste diuiditur in duas partes, quia primò præmittitur quadã præfatio, & secundo subditur narratio, ibi,* Speciosus forma. *Præmittitur autẽ præfatio, quia de maxima re loquitur Psal. iste. s. de dulcissima dilectione Christi & ecclesiæ. In qua præfatione primo ponitur principale agẽs huius Psal. s. spiritussanctus, in quadã plenitudine, cum dicitur,* Eructauit cor meũ. *Sicut enim venter ex plenitudine cibi corporalis emittit eructationẽ: sic cor propheta ex plenitudine gratiæ spiritualis emisit hunc sermonem: ideo subditur,*

2 Verbũ bo. *quia est mysterij Christi & ecclesiæ expressiũ, & ideo non solum bonum, sed etiam optimum: & in hoc quodam generali tangitur materia huius Psalm. Tertio ostenditur intentio cum subditur,*

3 Dico ego op. meare. *i. ad laudem regis regũ Iesu Christi: quarto modus loquendi, cũ dicitur,* 4 Lingua, &c. *i. spiritussanctus, qui in docẽdo non indiget interuallo tẽporis.* 5 Speciosus. *Hic cõsequẽter ponitur narratio: & primo describitur regis Christi magnificẽtia secundo sponsæ decentia, ibi,* Astitit regina, *tertio prolis cõueniẽtia ibi,* Adducẽtur. *Circa primũ primo describitur Christi magnificentia quantum ad humanitatẽ: secundo quãtũ ad deitatem, ibi,* Sedes tua Deus. *Ista tamen diuisio non est præcisa, quia in prima parte fit aliqua mentio de deitate, & in secunda de humanitate, sed est à pluri. Circa primũ sciendũ quod speciositas optime sedet in principe propter quod dicitur, Species Priami digna est imperio, & quantũ ad hoc dicitur de Christo,* Speciosus forma, &c. *Fuit enim speciosus præ aliis ex parte corporis, quia corpus eius fuit formatũ spiritussancti virtute, in cuius opere nõ potest esse error nec defectus. Similiter ex parte animæ. quia ab instanti creationis fuit repleta omnibus gratijs, virtutibus, & scientijs, secundũ quod dicitur Iobã. xij. d quod est ei spiritus non ad mensuram. Secundo in principe sedet optima eloquentia claritas, & quantum ad hoc subditur,*

☞ 1 Diffusa

MORALITER.

1 *Eru. cor.* Psal. iste de Christo loquitur & ecclesia secundum sensum literalem.

Moraliter autem exponi potest de quolibet bono pontifice, & eius ecclesia, quæ est sua sponsa. Igitur psalmista præmittit quandam præfationem dicens, *Eructauit cor me. ver. bo.* verbũ propriè dictum est conceptus mentis, cuius expressiuum est verbum vocis. Cor autem in sacra scriptura, & in cõmuni modo loquendi frequenter accipitur pro mente. Est igitur sensus: *Eructauit cor meum ver. bonum. i.* mens mea concepit conceptum bonum.

3 *Dico ego opera meare. i.* verbo vocis exprimo conceptus meos bonos ad laudem regis omnium. Sed quoniam cor & lingua prophetæ in hoc mouebantur à spiritusancto, subditur.

4 *Lingua mea calamus scriba velociter scribentis.* id est, spiritussancti, qui temporis interuallo non indiget ad docendum.

5 *Speciosus forma præ fi.* Hic Psalm. accedit ad narrationem, in qua primò describit sponsi, scilicet pontificis conditionem, dicens. *Speciosus forma præ filiis hominum.* quia pontifex debet præcellere subditos in decore sanctitatis, Grego. in pastorali: *Tantã actionem populi transcendere debet actio præsulis, quantum distat à grege vita pastoris.*

† 1 *Diffusa*

☞ a *Benedixit.* CASSIO. Priora dixit propheta ex persona Dei, A hæc ex sua; vel omnia ex se. Vel, *eructat verbum*, qui dicit Deo hymnum.

✻ THEODOR. Res humanas Domini per hæc verba prædicit: pulchritudinem autem, non corporis, sed virtutis & totius iustitiæ describit.

Dico opera. AVGV. ad laudem eius, qui ex eo.

Lingua, calamus. quia quod dico, & scribo. Vel, *velociter:* quia citó ventura, B quæ scribo.

CASSIODO. *In labiis* quia eo loquente, mundus gratiam d reconciliationis accepit.

b *Accingere.* CAS. Hic laudat eum à potestate; & tu talis *accingere.* i

✻ BASIL. Suppli- k cium, quo punit: aut l *gladius, species pulchritudo* sunt dignitas, gloria, & magnificentia.

Accingere. ✻ BASI. Moses & Dauid mansuetissimi visi sunt victores: Est enim mansueri, quæ in ipsum sunt commissa, remittere: iniuria vero affectos vlcisci.

c *Speciè tua & pulchritudine.* CASSIOD. *Species* ad humanitatem, in qua mundo apparuit: *Pulchritudo* ad deitatem, qua omnia decorat.

d *Intende.* hominem pereuntem, miseratus respice.

e *Prospere*, liberans homines.

f *Procede*, de vtero virginis, vt sponsus: vel ab his victis ad alios vincendos. D

g *Regna.* in fide hominum tuam potentiam ostende, qui semper regnasti. Et per hoc, quia & per te, & per tuos veritatem doces, qua falsitatem nostram destruis: Et quia mansuetus ferendo malos, vt quando pro inimicis orauit, sic & sui: Et quia iustitiam vitæ ostendit: Et quia deducet te inoffensè per cursum totius vitæ, vel de populo ad populum.

h *Mirabiliter.* Quia omnes mirabuntur, vel quia miracula facies. E

i *Populi, &c inimicorum regis.* THEO. DORETVS. Ordo verborum perplexus dicit autem sic. Tu acutis sagittis cõtra hostes vtendo, illos † quidem recte iaculando configes, & † corde eorum cor vulnerabis, populos vero ab illis tyrannide op- F pressos cultum tuũ docebis.

AVGVS. Id est, multi de suis inimicis supponent se sibi, & hoc ratione vel voluntate: Hoc est quod titulus dixit: *pro his qui commutabuntur ex filiis Core.*

✻ THEODORETVS. *Dextera*, id est, consilia, quibus vsum, impetum peccati non est passus mihi. Docebit te mirabilia & terribilia, quæ edas in hostes tuos.

✻ BASIL. Alius habet terribilis est dextera tua.

k *In corda* Cass. inimicorũ tuorum, vt sint amici, sicut Saulus.

l *Sedes.* Cass. Hic à iudicio: sedes ad iudicium pertinet.

☞ BASI-

a ¶ Aug. Hier. cum ipse homo, non est tamen, vt quilibet homo: & ideo, vt eum in suo genere commendaret, non ait hic, præ angelis. b ¶ Et. c ¶ Aug. Lex per Moysen, gratia per Christum, quæ peccata soluit. Ioan. 1. b.

formâ præ filiis hominũ: diffũ a est grâtia in labiis tuis, pro- 1
2
populum.

a ¶ Aug. propter gratiam, qua regnum cælorum datur, cum olim terra. b ¶ Hominem.
c ¶ Dando tibi regnum, cuius regni non erit finis. d ¶ A similitudine pugnatori.
e ¶ Aug. Quo diuidit filium à patre, nurum à socru, id est, verbo Dei, quo & hostes trauit.

a b ptẽrea benedixit tẽ Deus in æternũm. Accingere gladio tuo, 3
4
vel quia miracula 5
facies. 6

a ¶ Carnem. b ¶ Cas. Vt secundum carnem venerandum habeas. c ¶ Aug. i. iustitia, vt pro eodem accipiantur.

c super femur tuum potentissimè. Specie tua & pulchritudine 7
8
9

a ¶ Et accinctus intende. ¶ Hominem pereuntem miseratus respice.
b ¶ Aug. Vt regnes per fidem in gentibus, quod iam factum est. c ¶ Quia impletæ sunt promissiones.
d ¶ Quia sunt martyres; vnde regnum creuit, vt & ipse prior passus est.

tua, †intẽnde, prõspere procede, & regna. Prõpter veritãtem 10
11
12
hostes vtendo, illos

a ¶ Aug. Quia veniet, vt iudicet secundum opera vniuscuiusque. b ¶ Potentia verbi.

& mansuetudinem & iustitiã, & deducet te mirabiliter dex- 12

a ¶ Et. ¶ Cas. Verba, quæ corda penetrant, & velociter, quo vult perueniunt, & longè diriguntur: Supra gladius positus est, qui prope ferit sic, & incomprehensibilis potentia Christi ostenditur.
b ¶ Per eas, vulnerati. c ¶ Aug. Vbi se erigebant contra Christum, ibi cadunt ante eum.

tera tua. Sagittæ tuæ acutæ, (populi sub te) cadent, in† cor- 13
14
eorum cor vulnera-

a ¶ Remi. id est, iudiciaria & regalis potestas. b ¶ Cas. quicquid constituit, non mutatur. ¶ Quod te decet.

da inimicorum regis. Sedes tua Deus in seculum seculi: 15
16
presſos cultum tuũ

NICOLAVS DE LIRA.

1 Diffusa est gratia, &c. *vnde dicitur. Luc. 4. d.* Mirabantur omnes in verbis, quæ procedebant de ore eius. 2 Propterea. *Ista benedictio est gloria corporis collatio, & ad calum assumptio: quam non habuit Christus à principio, sed ex virtutis merito, Tertio in principe requiritur prouitas, & quantũ ad hoc subditur,* 3 Accingere gladio *non materiali, quo Christus non fuit vsus. imo vsum eius prohibuit Petro. Ioan. 18. b.* Dixit ergo Iesus Petro, Mitte gladium tuum in vaginam. *Et ideo gladius hic intelligitur verbum Dei, secundũ quod dicit Apostolus Ephe 6. c.* Et gladium spiritus, quod est Verbum Dei. *Et isto gladio vsus fuit Christus suo verbo, præscindens vitia & errores.*

4 Super femur. *Per femur vbi viget vis generatiua intelligitur humana natura, in qua Christus prædicauit & docuit. Consequenter redit ad describendum expressius speciositatem, dicens,* 5 Speciè tua & pul. &c. *Circa quod sciendum, quod speciositas propriè consistit in viuacitate coloris & proportione membrorum, sed ad pulchritudinem cum istis requiritur debita perfectio quantitati, vnde. 4. Eth. dicitur, quod parui possunt dici formosi, & cõmensurati, non tamen pulchri. In Christo autem nihil defuit de his, quæ pertinent ad debitã formositatem & perfectionẽ corporis & animæ, ideo non solùm à specie sed etiam à pulchritudine commendatur.* 6 Intende prospere, *id est, prosperitati populi tui. ad hoc enim tendebat intentio Christi.* 7 Procede, *per viã mortalis vitæ,* 8 Et regna, *quia ea sancta obtinuit regnũ quantum ad executionem: propter quod in sua resurrectione dixit apostolis Matth. vlt. d.* Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra *Et quia gloriam corporis quam tunc habuit, ex merito præcedenti accepit, vt iam dictum est, ideo subditur,* 9 Propter ve. *scilicet, vitæ & doctrinæ.* 10 Et mansuetudinem, *quia molestias & iniurias sustinuit, sine mentis perturbatione, secundum quod prædixerat Esai. 42. a.* Non Non erit tristis neque turbulentus. 11 Et iustitiam, *abundantem, quam fecit in sua passione, asserendo seipsum Deo patri pro offensa generis humani: & sic fecit reconciliationem per viam iustitiæ,*

12 Et deducet te mirabiliter dextera tua, *per* dexteram, *quæ est pars nobilior, & fortior, intelligitur diuinitas Christi, cui vt organũ coniuncta erat humanitas: & ideo in omnibus mouebatur secundum motum deitatis.* 13 Sagittæ tuæ populi. *secundum quod dicit Ra. Salo. litera ista est reuersata, sicut & in pluribus locis sacræ scripturæ: & ad habendum planum intellectum eius sic est situanda:* Sagittæ tuæ acutæ cadent in corda inimicorũ regis, populi sub te. *Per* sagittas, *quæ missa à longè feriunt, intelliguntur apostoli à Christo missi ad prædicandũ & destinati, vt habetur Marc. vlti. d.* Eũtes docete omnes gentes. *Et ista sagittæ ceciderunt* in corda inimicorũ *Christi, ita penetrantes corda infidelium & Gentilium, quod multi conuersi sunt ad fidem per orbem vniuersum, & sic facti sunt de inimicis amici, ideo subditur,* 14 Sub te. *id est, sub obedientia tua Christe.* 15 Sedes tua Deus. *Hic consequenter describitur magnificentia regis Christi quantum ad deitatem, tamen cum hoc adiungitur de humanitate: quia ista duæ natura sunt inseparabiliter coniuncta in vno supposito. Dicit igitur,* Sedes tua Deus, *id est, maiestas regia. vnde in Hebræo & in trãslatione Hiero. sexta Hebraum ponitur:* Thronus tuus Deus. *Thronus autem dicitur proprie sedes regia maiestatis.*

16 In seculum seculi. *in Hebræo habetur,* עולם ועד holam vahed, *& significat in seculum seculi & vltrà: & est regula apud Hebræos, quod vbicunque sic scribitur, intelligitur duratio perpetua à parte finis, & aliquando ab vtraque parte. Ex quo patet, quod hic sit sermo de regno Christi, de quo scribitur Daniel. 7. d.* Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

☞ 1 Virga

MORALITER.

† 1 *Diffusa est gratia in labiis tuis,* nam labia pontificis debent esse gratiosa in diuinorum celebratione, & in efficaci prædicatione.

2 *Propterea benedixit te Deus in æternum,* Per hoc enim meretur à Deo benedici per gratiam in præsenti, & per gloriam in futuro.

3 *Accingere gladio tuo super femur tuum po. &c.* scilicet gladio verbi diuini ad præscindendum errores circa fidem & circa mores.

5 *Specie tua,* quantum ad puritatem mentis:

† *Et pulchritudine tua,* quantũ ad honestatem conuersationis,

6 *Intende prospere,* id est, ad prosperitatem ecclesiæ.

7 *Procede,* de bono in melius.

8 *Et regna,* fideliter ecclesiam regendo.

9 *Propter veritatem,* oris,

10 *Et mansuetudinem,* cordis,

11 *Et iustitiam,* operis,

12 *Et deducet te mirabiliter,* per viam vitæ præsentis ad gloriam vitæ cælestis.

† *Dextera tua,* id est, Christus, qui est beatitudo tua, quæ per dexteram designatur.

13 *Sagittæ tuæ acut.* i. doctrinæ tuę sint efficaces ad penetrandũ.

14 *Populi sub te cad.* id est, vulgares ab hæreticis decepti obedient tibi.

† *In cor. inim.* id est, hæreticorũ, qui sunt inimici regis omniũ.

† *Sedes tua Deus, &c.* Hic accipitur Deus secundum moralem sensum denominatiuè, sicut Psal. 81. b. *Ego dixi dij estis, &c.* nam homines perfecti, participatione dicuntur dij.

✻ *MORAL.*

☞ A ✻ Basil. *Populi sub te cadent*. parenthesis est. Est itaque duplex expositio. Aut enim Iudaicam captiuitatem, aut per anagogen verbi potentiam dicit. Prædicationis enim verbum sagittis acutius orbem penetrauit.

✻ Theodoretvs. Symmachus vertit *Thronus tuus aternus* naturam autē Verbi diuinam edocet.

†rectitudinis (equitatis)

✻ Basil. *Thronus* symbolum regni, Virga regiæ & iudiciariæ potestatis: oleum spiritussancti.

†impietatē

B a *Virga*. Cass. Regula diuinæ æquitatis, quæ verè recta & nunquam curuatur: hæc iustos regit, iniquos percutit.

Avgv. Nemo sibi multum de misericordia præsumat, blandiatur: quia virga directionis, si alios regit, alios conterit: regit spirituales, conterit carnales.

† participibus (sodalibus)

† inter honorabiles tuas (sub. mulieres vel, cū ornatu tuo) †32.q.5.c. si. Paulus.

† cū massa (diademate) auro. phir.

a ¶ Aug. quæ distortos dirigit. b ¶ Gubernatio. ¶ Sceptrum. c ¶ Veræ directionis, quia.
d ¶ Non solum iustus in tested etiam in aliis diligis iustitiam. e ¶ Aliter non perfectè diligitur iustitia.

a b c virgā † directionis virgā regni tui. dilexisti iustitiā, & odisti

a ¶ Non homines. b ¶ Vt diligeres iustitiam & odires iniquitatem. c ¶ Quia homo Deus.
¶ Secundum hominem, regem & sacerdotem significat. d ¶ O Pater. e ¶ Spirituali.
f ¶ Pro puritate conscientiæ & plenitudine gratiæ.

d † iniquitatē: propterea unxit tē Deus Deus tuus † oleo lætitiæ

a ¶ Apostolis & aliis, in quos ab eo vnctio gratiæ effluxit. b ¶ Mortificatio carnis.
c ¶ Boni odores virtutum his aromatibus signantur: vnde, Christi bonus odor fumus. 2. Cor. 2. d.
¶ Humilitas. d ¶ Fides. e ¶ Spirabunt aliis per exemplum.

e præ † cōsortibus tuis. Myrrhā & † guttā & casiā † à vestimētis

a ¶ Aug. ecclesia. ¶ Aug. Cordibus sanctorum: quibus inhabitat Deus. b ¶ Augu. Propter castitatem vel virtutum decorem. c ¶ Odoramentis. d ¶ Apostolorum: vel ad literam, terrenorum.

f tuis, † à dōmib. eburneis, ex quibus delectauerūt te filiæ regū

a ¶ qui primus frater. ¶ Id est, Christi. b ¶ Quæ sub lege regit. ¶ Sponsa, ecclesia.
c ¶ quæ à sinistris, non est regina, sed ancilla. ¶ In æternis spes. d ¶ Cæl. bonorum operum.

g h † in honore tuo. † Astitit † regina à dextris tuis † in vestitu deauråto circundata varietate. Audi filiā & vide, & inclina au-

a ¶ Non aureo, ne sola sit charitas, sed & cætera, quæ charitas ornat. ¶ Aug. Doctrina sapientiæ omnibus linguis, variata, & tamen vestis catholicæ doctrinæ vna est. b ¶ Meritorum. c ¶ Et o regina.
d ¶ Mea prædicatione genita. e ¶ Deum ipsum. f ¶ Parum est audire nisi humiliter audieris.

g *Filiæ re.* Avg. Terrenorum, nō curātes honorē patrū, sed Christi: Vel, regū id est, apostolorū. In lege scriptum est; *Si mortuus fuerit frater, accipiat vxorem fratris eius, & suscitet semen*, non sibi, sed fratri suo: & habeat natus nomen defuncti. i. Christi crucifixi: nā à Christo Christiani fideles dicuntur, non à Petro Petrini, vel à Paulo Paulini: qui tamen defuncto Christo, tāquam fratres, sponsam eius, id est, ecclesiam regendam, & ad semen excitandum susceperunt.

1 † 2 3 † 4 5 6 7 8 † 9 10 11 12 † 13 14 15

D

E

† exultationis præparticipibus † aloes (stacten) † omnia vestimēta tua delectātur dete, magis quā de tēplis eburneis (vel è palatiis eburneis vbi te exilarāt) † circūdata varietate † coniunx Mat. 22. b.

F

b *Dilexisti*. Avgv. vel, quia *Dilexi. in. & odi.* reddita sunt hæc

C præmia, fecit te regem, dando *nomen quod est super omne nomen.*

c *Et odisti*. Si homo iniquitatem in se odit, cum Deo facit: odit Deus iniquitatem, oderis & tu.

d *O Deus D.* Avg. Bis ponitur in Græco apertè, alter vocatiuus, alter nominatiuus. Iste vnctus est, ille lapis quem Iacob vnxit.

✻ Theod. Vel secundū Symmachum, *præ sociis tuis*. Participes autem sunt credentes socij, & fratres eius secundum humanitatē.

e *Myrrha, &c.* Cassio. Hic laudat propheta sponsum ab vxore, & ornatu; primo ab ornatu.

Avg. *Myrrha & gutta*. Odores bene adhibentur nuptiali thalamo, *Gutta*, quæ & amoniaca: *Casia*, quæ & fistula i. diuersa virtutum odoramenta. *Myrrha* est carnis amaritudo, quæ pellit vermes malorū desideriorū, & malæ cōscientiæ, & seruat à putredine vitiorum. *Gutta* pellit omnes inflaturas & tumores. i. humilitas, quæ curat duritias cordiū: ita duritiam cordiū prædicatio Christi. *Casia* in aquosis nascitur, & crescit in immēsum, & reddit odorē, fides, quæ per baptismū crescit: vestis, à qua hæc fluūt, ecclesia quā sanguine abluit à macula: extendit in cruce à ruga duplicitatis. Vel, vestis, qua celatur deitas, corpus Christi: ab hoc venit *myrrha*, quia mortuus pro omnibus, *Gutta*, quia duritiā cordium prædicatione resoluit, *Casia*, id est, redemptio, per aquam baptismi.

f *Eburneis*. Hiero. In ebore castitas, quod prius obscurū serris & limis lucidū fit, ita sancti per sectiones & attritiones diuersorum suppliciorum elimati, virtutum varietate fiunt lucidi.

✻ Basil. Hoc mulier hemorrhoissa sensit, & per domos eburneas reges intelligit, qui prædicationem verbi audient.

✻ Theodor. Symmachus & Aquila *dixerunt Tēpla eburnea. Vestē* autē, corpus vocat, quemadmodum hoc Apostolus ad Hebræos *velamē* nuncupat: *Myrrham* crucem, ipsa enim mortuis potissimum affertur, *Guttā & Casiam*, suauem odorē, qui è cruce exhalat: prædicit igitur corpus cruciatibus affectum, odoris suauitate totum orbem impleturum: adeo vt populi templa ipsi erigant regio ornatu.

h *Astitit regina, &c.* Cass. Hic ab vxore cōmendat sponsum.

i *Varietate*. Cass. Et si sit vnitas in charitate, tamen auro, id est, doctrina apostolorum, cōcco martyrum, gemmis virginum, purpura pœnitentium ornatur.

✻ Basil. Vestitus mentis, nitor mentis oculum vertit. Dixit autem deauratum ob doctrinæ varietatem.

k *Audi filia*. Cas. Laus sponsæ summissior, sed quadruplex, à forma, à gloria, ab adolescentulis, à prole.

Avg. *Audi filia*. Alloquitur propheta reginam, tanquam vnus de patribus. Iudæi viderunt & occiderūt, tu audi euangelium, &

☞ credendo

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Virga dire. *Distinguitur enim regnū à tyrannide, per hoc quod tyrannus quærit vtilitatē propriam per subditorum oppressionē: rex autē bonum cōmune subditorum per eorum directionē, secundum lineam veritatis & iustitiæ.* 2 Dilexisti iust. & odi. *Hoc autem dicitur de Christo ratione humanitatis, propter illud quod subditur,* 3 Vnxit te De. *Christus enim in humana natura vnctus fuit plenitudine gratiæ ab instanti creationis animæ.* 4 Præ consorti. *i. omnibus intellectualibus creaturis: propter quod dicitur Ioan. 3. d,* quòd datus est ei spiritus non ad mensuram 5 Myrrha. *per istas species aromaticas possunt intelligi aromata, quæ sanctæ mulieres emerunt ad vngendum corpus domini: quia de talibus speciebus erant confecta. Et quia corpus dominicum erat quasi vestimēti deitatis, secundum quod scribitur Phil. 2.* Habitu inuentus, vt homo, *ideo subditur,* 6 A vestimētis. *& dicitur in plurali, propter diuersas partes corporis.* 7 A domibus, *domus eburneæ sunt pyxides factæ de ebore vel alabastro, quod est simile ebori, in quibus illa aromata erant reposita sicut in domibus suis.* 8 Ex quibus. *quia deuotio illarum mulierū fuit accepta à Christo, licet non vnxerint corpus eius, quia non inuenerunt eum in sepulchro: iam enim surrexerat, teste angelo.* 9 Filiæ reg. *inter enim mulieres illas fuerūt Maria Iacobi & Maria Salome, quæ fuerunt sorores beatæ virginis Mariæ ex parte matris: de qua certū est, quod descendit de stirpe Dauid, & aliorū regum à Dauid descendentium: & idem verisimile est de suis sororibus, ideo dicitur hic,* Filiæ regū, &c. *quia illā vnctionem facere volebant ad Christi honorem.* 10 Astitit. *Hic consequenter describitur regina decentia, cū dicitur,* Astitit re. *s. ecclesia, Christi sponsa.* 11 A dextris. *i in potioribus bonis eius: quod patet de ecclesia triumphante, quæ est cū Christo in bonis cælestis gloriæ: similiter de militante, quæ astat ipsi Christo in bonis gratiæ, quæ sunt maxima bona præsentis vitæ.* 12. In vestitu deau. *Per hoc intelligitur decor sapientiæ, quæ refulget in ecclesia.* 13 Circūdata varie. *s. charismatum & virtutum.* 14 Audi fi. *Legem euangelicam, sicut enim ecclesia est Christi sponsa, ita & eius filia.* 15 Et vide. *intelligendo.* 16 Et inclina autē tuā. *ad obediendum opere adimplendo.*

✻ 1 Et

MORALITER.

† 1 *Virga directionis*, in moribus & fide. † *Virga reg.* ad hoc enim pontificis regimen ordinatur. 2 *Dilexisti iustit.* nam istæ sunt duæ partes iustitiæ. † *Propterea vnxit, &c.* vnctione gratiæ. 4 *Præ consortibus* id est, clericis & capellanis tuis, 5 *Myrrha & gut. &c.* per has species aromaticas signantur virtutes, ex quibus procedit odor bonæ famæ, qua debet pontifex redolere.

7 *A domibus eburn.* i. religiosis, quæ dicuntur eburneæ, propter obseruātiam castitatis. 8 *Ex quibus.* s. bonis odoribus. † *Delectauerunt.* i. personæ deuotæ, quæ sunt patris & filij & spiritussancti filiæ, licet enim tres personæ sint vnus rex, sicut vnus Deus, tamen sunt tres vnum regnū habentes: & bona fama talium subditorum delectat bonum prælatū: hoc etiam cedit ad honorem suum, ideo sequitur, *In honore tuo.* 10 *Astitit.* Descripta spōsi conditione, ponitur hic consequenter descriptio sponsæ. s. ecclesiæ suæ, cum dicitur. *Astitit re. i.* ecclesia, quæ stare debet per virtutis eminentiam, & non iacere per pusillanimitatem: ideo subditur, 11 *Adextris tu.* i. in prosperitate virtutis, ideo subditur, 12 *In vestitu.* s. virtutum, quæ sunt vestes animæ. † *Deaurato.* scilicet, charitate, quæ est forma virtutum. 13 *Circun. va.* s. bonorum operum. Et quia semper niti debet ad proficiendum, subditur. 14 *Audi fi.* Christum in euangelio, loquentem.

15 Et *vide*, considerando eius vitam.

16 *Et inclina.* ipsum imitando per obedientiam perfectam.

† 1 Et

credendo videbis Deum: hic per imaginem, in futuro per speciem. vel, Audi prophetias, quæ incarnationem prædixerunt, & vide impletas.

✻ Theodo. Hæc Iudæis non conueniunt, qui propter maiorum pietatem efferuntur; sed gentium ecclesiæ, quæ per spiritum-

a ¶ Ritus legis vel idololatriæ, per quos seruis regi Babyloniæ. b ¶ Aug. Babyloniæ, vnde creuit ecclesia. c ¶ Babyloniam, quæ est contra Ierusalem. ¶ Conuersationem & consortium. d ¶ Diaboli.

rem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris 1 2

a ¶ Quem ipse fecit in te. ¶ Quod est magnum. b ¶ Non qualiscunque rex. ¶ Non prior pater, scilicet, diabolus. c ¶ Non modo sponsus.

a tui † Et concupiscet rex † decorem tuum: quoniam ipse est do- 3

a ¶ Omnes populi, de quibus facta es. b ¶ Regem tuum. c ¶ Etiam. 4

b minus Deus tuus, & † adorabunt eum. Et filiæ Tyri in mune- 5

c a ¶ Aug. Quia vult vt in cælo thesaurizemus & lætanter temporalia. b ¶ Vultus ecclesiæ prodest eleemosynas facientibus, ne extrapositi faciant, vt sit gloria Dei non sua. ¶ Conformitatem. c ¶ Hæ sunt filiæ Tyri.

d ribus vultum tuum deprecabuntur, omnes diuites Plebis. † Om- 6 7

a ¶ Concupiscet rex decorem tuum, qui non est nisi intus. b ¶ Aug in conscientia. c ¶ In doctrina sapientiæ. ¶ In fine seculi, vel cuiusque hominis, quando perfecta erit.

e nis gloria eius filiæ regis ab intus, in † fimbrijs aureis, circum- 8

f a ¶ Quæ est regina. b ¶ Cas. varietas linguarum, decus doctrinæ: sed non prodest, nisi sit intus gloria. ¶ Virtutum vel gentium. c ¶ Cas. gratia Dei non enim à se. d ¶ Cas. pudicæ mentes. e ¶ Primam. 9

g † amicta varietatibus. † Adducentur regi virgines post eam, † †

h i a ¶ Cas. Non alienæ ab ea: sed ad eam pertinentes. ¶ Viduæ castæ, quæ gradu secundo. b ¶ Reginæ. c ¶ Ministeriis angelorum. d ¶ Orex. e ¶ Cas. quia sexus ille fragilis vicit graues passiones corporis. 10

proximæ eius afferentur tibi. † Afferentur in lætitia & exul- 11

a ¶ Non solum ad conspectum, sed in penetralibus regum, id est, Ierusalem futuram. ¶ Tanquam viui lapides. b ¶ Aug. in ecclesiam præsentem. c ¶ Adducentur nam. d ¶ Aug. apostolis, episcopi quos ecclesia genuit, & in sede patrum constituit. 12

tatione † adducentur in templum regis. † Pro patribus tuis 13 14

credendo videbis Deum: hic per imaginem, in futuro per speciem. vel, Audi prophetias, quæ incarnationem prædixerunt, & vide impletas.

✻ Theodo. Hæc Iudæis non conueniunt, qui propter maiorum pietatem efferuntur; sed gentium ecclesiæ, quæ per spiritum-

sanctum velut quandam spiritus regenerationem incipit.

a *Et concupiscet rex.* Cassio. Hic laudat eam à forma.

† Quoniã concupiuit

b *Tyri.* Cass. Per Tyrum vicinã Iudææ gentes designantur, vnde mulier Chananæa ecclesiæ figura.

† incuruate ei

B

Cassiodorvs. Tyri gentium, à parte totum.

✻ Basil. & Theodor. Per *filias Tyri* omnem impietatem innuit: mos enim est scripturæ à parte totum demõstrare. Est autem *vultus* ecclesię Christus, est enim caput corporis, aut sacerdotum ordo tanquam maioris spiritus dignitate ornatus.

† In vestibus ãcu pictis adducẽ tur regi virgines, post eã, proximę eius adducentur tibi. † ingrediẽtur.

C

✻ Basil. *Vultum* virtutem, *pulchritudinem* gloriã interpretatur.

c *In muneribus.* Avgvs. vt se offerant, vel eleemosynas faciant *filiæ Tyri.* s. *omnes diuites plebis.* nobiles, sapientes, & huiusmodi. Vel *filię Tyri*, id est, angustiæ, scilicet, peccatorum; gentes, scilicet, quæ sunt in angustia peccatorum.

d *Omnis gloria.* Cassio. A gloria sponsæ, vt supra à potestate sponsi.

e *Ab intus.* Avgvs. vel intrinsecus.

Avgvst. Sit ergo eleemosyna in occulto, vbi Deus videt. Vel,

D

Vel, non in circuncisione manufacta sicut in veteri lege, sed in spiritualibus.

f *Fimbriæ.* Cassiodo. Finis vestis significat finem mundi, vel hominis.

g *Aureis.* non deauratis, vt supra sed aureis: quia in fine tota perfectio est, vbi charitas inuenitur plena.

✻ Basil. Alius, *contexturis aureis circundatis variegata.*

h *Adducentur regi.* Cassiod. Hic laudatur sponsa ab amicabus, vt supra à iudicio.

†specię tuã

E

Cassiod. Addu cẽtur oportuna prædicatione.

† vel, Tota gloriosa est filia regis intrinsecus † pallis aureis inducta vel ex textu ris auri vestimentum eius.

i *Post eam.* Cass. Prius vnitas dicitur, post enumeratio partiũ est distincta, cum dicitur: *virgines & proximæ.*

† Ducentur

✻ Theodo. Perfectiores sponsam appellat, alios Virgines, qui fidem synceram acceperunt & conseruarunt: sunt enim in domo patris multæ mansiones, & in Christo omnes reuiuiscent, vnusquisque autem in suo ordine.

† 68. dist. c. quorũ vices

F

✻ Basil. Alius *sequentur*; alius *offerentur*. Vide autem prophetæ diligentiam, quoniam enim Virginitatis bonum non statim in ecclesiastico statu floruit, sed demum post aliquod tempus: ideo præcedentibus subiunxit.

Cassiod. Vel pro antiquis patribus idolotum cultoribus, nati sunt Apostoli, principes prædicationis.

Avgvstin. Vel post prophetas apostoli, post apostolos alij.

☞ Cantatur

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Et obliuiscere populum tuum, *id est, Iudaicum populum, de quo descendit primitiua ecclesia, sicut patet in apostolis, qui fuerunt natione Iudei.* 2 Et domum patris tui. *i. synagogam, siue templum, in quo conueniebant Iudæi ad sacrificia offerendum: quæ cessauerunt, eo quod essent figuræ oblationis corporis Christi in cruce: & ideo illis sacrificiis legalibus & imperfectis succesit sacrificium vnum perfectissimum. s. eucharistiæ sacramentum.* 3 Et concupiscet, &c. *quia Christus rex delectatur in cultu spirituali ecclesiæ, quæ est pulchrior quam cultus exterior synagogæ, in auro templi & similibus consistens.*

4 Quo. ipse. *propter hoc Christus dicebat Ioa. 4. d.* Spiritus est Deus & eos qui adorant, in spiritu & veritate oportet adorare.

5 Et fi. Ty. *Tyrus fuit ciuitas gentium: & ideo per* filias Tyri, *intelliguntur ciuitates Gentilium, designando à parte totum. Et multæ ciuitates Gentilium conuersæ sunt ad fidẽ per prædicationem apostolorum, offerentes Christo munera deuotè.* 6 Vultum. *Videmus enim adimpletum, quod principes mundi & potentes honorant Christum & ecclesiam suam humiliter se subiiciendo eis.* 7 Omnis glo. *Gloria enim ecclesiæ consistit in ornatu interiori charismatum & virtutum, & non in magno apparatu exteriori: sicut synagoga gloriabatur in parietibus templi deauratis, & vasis aureis & cæteris pretiosis in ministerium templi deputatis: ideo subditur,* 8 In fimbriis au. *Id est, sapientia doctrinis.* 9 Circumamicta va. *s. diuersorum statuum, quæ sunt in ecclesia Dei, & in varietatibus charismatum & virtutum, quæ sunt in personis huiusmodi statuum.* 10 Adducentur regi. *Descripta magnificentia regis & reginæ in seipsis, hic consequenter idem ostenditur in prole procedente ab eis, non per carnalem generationem, sed spiritualem scilicet per fidem & sacramenta. Et primo agitur de filiabus, secũdo de filiis, ibi,* Pro patribus. *Circa primum dicitur:* Adducen. regi. *loquitur hic de sponsa per similitudinem reginæ, quam sequuntur domicellæ ad eius honorem: vnde in Hebræo dicitur sic,* In brodatis ducetur ad regem, virgines sequuntur eam; *& in translatione Hiero. iuxta Hebr. habetur,* In scutulatis ducetur, *hoc est in vestibus pulchrè & varie depictis & ornatis ducetur ecclesia sponsa ad regem Christum, & virgines sequũtur eam, quia multæ nobiles puellæ spreto maritali thoro virginitatem suam consecrarunt Christo: quod cedit ad honorem ecclesiæ.*

11 Proximæ eius. *Et in transla. b. Hier. habetur,* Amicæ eius ducẽtur tibi. *huiusmodi enim virgines consecratę sunt amicæ ecclesiæ: & totum ordinatur ad honorem sponsi Christi.* 12 Afferen. in læ. *Scilicet mentis: aliter enim talis consecratio non placet Christo, vtpote si fieret per violentiam. Potest etiam dici aliter:* Afferentur. *& c. quia talia facta perfectionis sunt angelis sanctis procurantibus, qui de talibus lætantur & exultant: quia scribitur Luc. 15. b. quod gaudeant de pœnitentia peccatorum, & per consequens de promotione iustorum ad opera supererogationis.* 13 Adduc. in tem. reg. *i. ad seruiendum Christo regi: aliter non ei placerent, sed magis displicerent, sicut patet de virginibus quæ consecrabantur ad seruiendum deæ Vesthæ.*

14 Pro pat. *Hic consequenter agitur de filiis, & conuertit Psa. verbũ*

✻ *suum ad*

MORALITER.

† 1 *Et obliuiscere.* i. omnem carnalem affectum deordinantem. 3 *Et concup. rex.* s. cælestis. 4 *Decorem tuum.* Coniungendo sibi per cultum latriæ valde deuotum, ideo subditur, 4 *Quo. ipse.* latria adorandus. 5 *Et filiæ Tyri.* Tyrus fuit ciuitas populosa multis diuitiis & mercatoribus plena, vt patet Ezech 27. & ideo Tyri filię, dici possunt personę diuites, operibus tamen misericordiæ intendentes: propter quæ preces eorum exaudibiles sunt apud Deum. 7 *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus,* id est, in puritate conscientiæ 2. Corint. 1. c. *Gloria nostra hæc est testimoniũ conscientiæ nostræ.*

8 *In fimb. aur.* Per quas significatur honestas consecrationis.

9 *Circumamicta va.* i. bonis operibus. 10 *Adducentur.* Descriptis conditionibus boni pontificis & ecclesiæ: hic consequenter describitur fructus vtriusque, qui consistit in multiplicatione cælibatus in personis vtriusque sexus, quod notatur, cum dicitur, *Adducentur regi virgi.* i. consecrabuntur Christo per obseruantiã castitatis. † *Post eam.* Quia quælibet talium personarum est ecclesiæ domicella: & sic ei proxima. 12 *Afferent ti. in læ.* i. deuotione mentis. † *Et exultatione.* Quia feruens deuotio interius resultat ad corpus exterius, Psal. 83. a. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* 13 *Adducen. in templ. regis.* Ad deseruiendum sibi obsequio deuotionis. Consequenter agitur de cælibatu in virili sexu, cum dicitur, 14 *Pro patrib. tuis nati sunt ti. fily.* Pontificum patres sunt apostoli: quorum sunt successores, vt habetur in Decr. di. 21. in nouo testamento: & boni discipuli pontificum succedent eis in regimine ecclesiarum, ideo dicitur: *Pro patr. tuis, &c.* i. loco patrum succedentes. Vel: *Pro patr. tu.* i propter merita patrum. Et quoniã hęc institutio principaliter est à Christo, & ad eius obsequium ordinata, subditur,

✠ 1 *Memo-*

☞ A Cãtatur hic psal. de festo beatæ Marię virginis, quia quæ de ecclesia generaliter hic dicũtur, ad Mariã specialiter referri possunt. Cantatur etiam pro virginibus, quia ibi dicitur: *Adducentur regi virgines.* Et pro Apostolis, quia vbi dicitur: *nati sunt tibi*

† erunt filij tui.

† progenie

† vltra (vel in sempiternum)

a ¶ Non in vno loco ecclesia.

† nati sunt tibi filij, constitues eos principes super ômnẽ ter-

a ¶ Principes super omnem terram. ¶ Cas. Memores dicit populos Christianos, qui in eorum prædicationibus per omnes successiones perseuerant.

rã. Memores erũnt nominis tui domine in omni generatione

a ¶ Aug. Vna confessione. ¶ Aug. Hæc confessio vnitatis valet.

ne & † generatione. Propterea populi cõfitebuntur tibi in

a ¶ Præsentis seculi. b ¶ Vbi æterna laus. ¶ In futuro.

ætẽrnum, & † in secũlum seculi.

terpretes reddiderunt *quolibet seculo.*

tibi filij. Item de natiuitate Domini, quia ibi agitur de laude sponsi & sponsæ & de nuptijs Christi & ecclesiæ, quarum desponsatio facta est in verbi incarnatione.

1 2 3 4 5 6

✻ Theodo. Tres in-

D

B

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *suum ad regem Christum, di.* Pro patribus tuis, *id est, loco patrum tuorum secundum humanã naturam, qui fuerunt patriarchæ, reges sancti & prophetæ, ex quibus descendit Christus secundum carnem.*

1 Nati sunt, &c. *Id est, Apostoli & septuagintaduo discipuli, qui patriarchis & Prophetis successerunt.*

2 Constitues eos principes, &c. *in spiritualibus, quia constituti sunt episcopi per diuersas orbis partes.*

3 Memores erunt, &c. *quia per doctrinam, quam seminauerunt, & quam in scripto dimiserunt, reduxerunt & reducent ad memoriam facta regis Christi generationibus sibi succedentibus vsque ad finem mundi.* 4 Propterea populi, *credentes per eorum doctrinã,*

5 Confitebuntur tibi, *Confessione laudis.*

6 In æternum, &c. *quia ista laus non solum est in præsenti, sed erit potior in futuro, secundum quod dicitur infrà Psal. lxxxiij. a.* Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorũ laudabunt te.

E

MORALITER.

† 3 *Memores erunt no.tu.in ge. &c.i.* in futuris generationibus sibi succedentibus.

4 *Propterea popu.* ab eis edocti.

5 *Confitebuntur tibi.* fidei confessione in præsenti, & laudis perpetuæ in futuro.

2 *Propterea*

GLOSSA ORDINARIA.

C a *In finem.* Cas. Psal. Dauid, alicuius fidelis de Iudæa, vt sit certius testimonium.

b *Pro arca.* pro manifestatione arcanorum, quòd Deus sit homo: quòd salus pro-

† vide Ps. 4.

† super alamoth (instrumenti musici nomen, quod occultas in uẽculas, siue virgines interpretatur. Rom. 11. c. Esa 2. a.

missa vtrique populo: quod cæcitas cõtigit in Israel: quòd Apostoli transierunt ad gentes, quod pax in terra: vnde, *Conflabunt gladios suos in vo. & lanceas suas in falces.*

c *Filijs Core.* Cas. Filij

a
b
c
d

† In finem filijs Core Psalmus Dauid † pro arcanis. XLV.

a ¶ Communis. b ¶ Non modo Iudæorum. c ¶ Aug. alijdii non sunt refugium. ¶ Dum de periculo liberat. d ¶ Quia est refugium vbi plus timetur: quo qui confugerit plus infirmatur: Non est refugium nostrum tale, sed refugium nostrum virtus.

Eũs nõster refũgium & † virtũs,

a ¶ Ideo ad te refugiendum. ¶ Es. b ¶ Quia iuuat vincere eas.

ãdiutor in tribulãtionibus, quæ

1 2 3

Filij crucis: *de arcanis*, id est, de aduentu Christi loquitur.

✻ Theodor. Sciendũ quosdam de Gog & Magog suspicatos esse hunc Psalmum compositum, aut in Achaz & Phacee: aut in Ezechiã & Assyrios, sed prædicit impetus in Ecclesiam, & pro ea diuinũ auxilium. *In finem* autem inscripsit, exhortans vt finẽ expectemus præ dictionis.

F

PSAL XLV.

d Deus nõster. Cassio. Aug. v. In aduentu ☞ domini

†fortitudo, auxiliũ in tribulationibus magnis quæ inuenerunt nos (vel, auxiliũ in angustiis repertus est præsentissimum)

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XLV.

1 Deus nõster refugiũ, &c. *Huic Psalmo proponitur talis titulus in Hebr.* Ad victoriã filiis Core super עלמות alamoth canticũ. *Et dicunt aliqui Hebræi, quod* alamoth *est nomen musici instrumenti, super quod, vel in quo cantabatur Psalmus iste. Alij verò dicunt quod est nomen commune, & significat* iuuentutes *in plurali: & isti melius dicunt, vt credo, & hunc sensum sequitur Hier in translatione iuxta Hebraum, vbi ponit talem titulum:* Victori filiorum Core pro iuuentutibus canticum. *Dicunt autem aliqui expositores catholici, quod Dauid fecit Psalmum hunc, cõfidens diuinam protectionem circa se & circa regnum suum. Sed quo tempore Dauid, vel filij eius, fuerit talis terræmotus, qualis describitur in principio huius Psalmi dicitur:* Propterea non timebimus, cum turbabitur terra, & transferẽtur montes, &c. *non inuenitur: propter hoc dicit Ra Sa. & alij Hebræi, quod filij Core fecerint hunc Psal. quando miraculosè fuerunt saluati pereunte Core, id est, patre eorum cum aliis multis, secundum quod dicitur Numeri xxvj. b.* Et factum est grande miraculum, vt pereunte Core, filij eius non perirent. *Dicit autem Rabi Sa. & satis verisimiliter, quod illud miraculũ fuit, quia ad dictum Moysi alij recesserũt à tabernaculis Core & sociorum eius, vt habetur Numeri. xvj d. Filij autem Core remanserunt suadentes patri, vt obediret Moysi: & tunc ipso non acquiescente, subitò aperta fuit terra, & Core cum suis complicibus ad infernum descendentibus, filij eius diuina virtute steterũt in aere in medio illius apertura, quousque terra sub pedibus eorum fuit recluſa, & hoc fuit grande miraculum. Si enim cum alijs recessissent de tabernaculo patris sui ante terræ aperturam, nullum fuisset miraculum de salute eorum, sicut neque de salute aliorum. Viso igitur hoc miraculo Dei circa se, conuersi fuerunt ad Deum toto corde, & requieuit in eis spiritus prophetiæ, & fecerunt hunc Psalmum. Et in istis bene dicit Rab. Salo. vt credo: & ad hoc concordat titulus Psalmi supra positus:* Ad victoriam filijs Core super iuuentutes canticum, *vt sit sensus, Psalmus iste appropriatur filijs Core vt autoribus, qui est canticum super iuuentutes, scilicet filiorum Core miraculosè saluatos, vt dictum est,* Ad victoriam, *id est, qui est Psalmus decantandus à Leuitis cum quodam conatu victoriæ, sicut frequenter suprà expositum est. Dicit autem Rabi Salomon vlterius, quòd in hoc Psalmo denuntiauerunt filij Core simile signum in futuro fiendum: de quo dixerunt,* Non timebimus dũ turbabitur terra, &c. *Sed quia tale signum non legitur postea factum, maximè tempore filiorum Core, videtur melius dicendum, quòd fecerunt hunc Psalmum, gratias agentes Deo de liberatione sua: & cum hoc denuntiantes aliqua circa filios Israel de proximo ventura. Et primò ponitur primum: secundo secundum, ibi,* Fluminis impetus. *Circa primum dicitur:*

Deus nostet, *per veram fidem & confessionem.*

2 Refugium & virtus, *supple es nobis, ideo subditur.*

3 Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. *in hoc, quod terra aperta est sub pedibus nostris, & saluasti nos pereuntibus alijs.*

☞ 1 Propterea

MORALITER.

1 *Deus nostet refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, &c.* Psalmus iste literaliter exponitur de filiis Core, quãtùm ad tria. Primum est eorum liberatio mirabilis, eorum patre cum adhærentibus sibi pereunte, vt habetur Numeri xxvj. Secundum est eorum prophetia de mirabili trãsitu Iordanis per alueum arentem. Tertium est eorum prophetia de debellatione Chananæorum futura. Quantum autem ad primum moraliter exponi potest de liberatione Iudæorum in Christum credentium, aliis per Romanos destructis: nam credẽtes fuerunt præmoniti per Angelum, vt transirent in Agrippæ regnum, qui confœderatus erat Romanis: & sic fuerunt ibi saluati, propter quod in eorum persona potest dici: *Deus noster*, in quem credimus corde, & confitemur ore.

2 *Refugium & virtus.* supple factus es nobis saluans nos modo dicto.

† *Propterea*

domini omnis spes habenda ostenditur: etiam in transitu apostolorum ad gentes.

✻ BASIL. Recte *refugium & virtutem* dixit, quia aliquando fugiendo, aliquando pugnando vincimus: nec prohibet quo minus irruant tribulationes, sed viuentibus præsto est.

a *Inuenerunt nos nimis.* AVG. Nos enim fugiebamus eas. Vel, inuenerũt nos expositos per Adam. *Nimis*, tanto potentior qui liberat.

B b *Terra, & transferentur &c.* CASS. Iudæa, quasi arida: sine idololatria, amaritudine gentium circundata. Vel, *mare.* Aug. seculum.

✻ BASIL. Amplius, præstat auxilium, vt nec quidem timeamus; *terram*, montibus; & *corde maris* intollerabilia pericula significat.

c *Cor maris*, immanitas gentium.

d *Sonuerunt & turbatę &c.* contradicentes, gentes: vel apostoli prædicando.

e *Et turbatæ sunt aquæ eorum.* Ad sensum fit relatio, non ad vocem: id est, aquæ maris, scilicet populi, vel doctrinæ eorum, quæ infatuatæ sunt, coruscante doctrina saluatoris: vnde, *Absorpti sunt iuncti pet. in. eo.* Et hæc est virga Moysi, quæ vorauit virgas magorum.

✻ THEODORVS. *Aquas*, hominum sententias, quæ aquarum more huc & illuc feruntur & à fallacibus spiritibus circundantur, nominauit, *Montes* autem, Dæmonum agmen, ob superbiæ fastum, & insolentiæ fastigium.

✻ BASIL. Innuit hostium multitudinem, & qui inter illos sunt principes.

a ¶ Aug. quæ enim intus sunt à nobis nimis sunt: sed & hic adiuuat, quia peccata dimittit.
¶ Aug. non nos eas, vt per nos pœniteremus: vbi tamen & ille rogandus, sed & ipse tribul. nos inuene. aliis monentibus pœnitere. b ¶ Quia hic perimus. c ¶ Cas. quia talis est securitas.
d ¶ Aug. nos qui montibus consentimus, timeant contrarii.
e ¶ Cas. De nouitate tanti miraculi in aduentu Christi.

a inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum † turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris. † Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum, & conturbati sunt montes in fortitudine eius. Fluminis † impetus lætificat ciuitatem Dei, † sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam Deus † mane diluculo. Conturbatæ sunt gentes,

a ¶ Id est, apostoli, secundum illud: Quia repulistis verbum Dei, ecce conuertimur ad gentes.
b ¶ Quia gentes credunt eis. ¶ Aug. In fidem gentium.
c ¶ Quasi transferentur montes, in qua translatione.
a ¶ Alias eius, maris, populi, seculi. b ¶ Potestates seculi id est, exterius apostoli territi sunt.
a ¶ Nimia persecutione. b ¶ Dei qui refugium & virtus, vel maris. c ¶ Sed.
¶ Aug. Spiritus sancti inundatio.
a ¶ Sanctam ecclesiam. b ¶ Et.
c ¶ Cas. Ecclesiam, vel corpus quod assumpsit.
a ¶ Manet. b ¶ Aug. Æque omnibus, non accepit personas.
c ¶ Ciuitatis. d ¶ Et ideo. e ¶ Illa ciuitas.
¶ Portæ inferi non prævalebunt, aduersus eum.
f ¶ Cas. In labore seculi.
a ¶ Cas. Alias vultu suo, id est præsentia incarnationis. b ¶ Ideo salubriter.

f *Fluminis impetus.* CASS. Diapsalmus. Quia ecclesia in Christo fundatur, cui gentes & regna subijciuntur.

✻ THEODOR. *fluuium* Euangelicam prædicationem nuncupauit; *Ciuitatem* vero, piorum statum. Tres interpretes magis dilucidè, *fluuij diuisiones lætificant ciuitatem Dei*; sicut enim Paradisi fons in quatuor flumina diuisus est: eodem modo Dei fluuius innumerabiles habuit riuos, qui percuterent Iudęos, Græciam, Iudæam & alias regiones, de hoc & Habacuh dicens, *fluuios terra scindes.*

✻ BASIL. Bona Iudæis data exprimit.

AVG. quasi dicat: Ita fæuit mare; sed inter hos fluctus & sonitus non timent qui ad illud refugium confugerunt.

g *Adiuuabit eam.* CAS. Vel, *vultu*, id est demonstratione auxilij sui cum adiuuando se indicat.

h *Mane.* CASS. In ipso boni operis principio. & hoc: *Diluculò.*

☞ id est,

+ mutabitur

† Etiã si conuenerint & turbatæ fuerint aquæ eius & cõtremuerint mõtes propter sublimitatem eius Sela.

† Eius riui lætificabũt

F

† respicietne mane [vel, in prospectu amore siue mane)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propterea non timebimus &c. *id est, timuimus, videntes manifestè auxilium gratiæ tuæ. Et loquuntur de præterito per modum futuri: & hic modus loquendi est frequenter in prophetis: sicut econuerso frequenter in prophetis loquuntur de futuro per modum præteriti.*

Vel aliter, vt sit locutio de futuro, vt sit sensus: Propterea *quia saluasti nos in terræmotu tam mirabili & horribili*, Nõ timebimus dum turbabitur terra, *id est, si accidat casus similis, vel etiã magis horribilis, & hoc de tua bonitate & potentia confisi.*

2 Et transferentur montes in cor maris. *id est, si contingeret motus terræ tam horribilis, quod ex hoc montes propinqui maris caderent in mare, sicut aliquando contingit in terræmotibus magnis. Et quia ex tali casu causatur sonus terribilis, & turbatio aquarum maris, ideo subditur,*

3 Sonuerunt & turbatæ &c. *Ex dictis patet, quòd iste psalmus, est primus inter illos, quos fecerunt filij Core, quia fecerunt ipsum pro gratiarum actione suæ liberationis & salutionis: & tunc primò requieuit in eis spiritus prophetiæ, vt prædictum est, tamen non est scriptus in primo loco, quia psalmi scripti fuerunt, in libro psalmorum secundum ordinem quo reperiebantur: aliquando priores posterius reperiebantur: sicut fuit dictum in principio huius libri:*

4 Fluminis impetus &c. *Hic consequenter describitur futurorum prænuntiatio in spiritu prophetico. Circa quod sciendum, quòd dictæ terræ ruptura contingit, quando filij Israel erant in deserto. Primum autem mirabile quòd Deus fecit eis in exitu de deserto, fuit transitus Iordanis mirabilis. Secundum autem fuit destructio Chananæorum terribilis: & primò denuntiatur primum, secundò secundum, ibi,* Conturbatæ sunt gentes. *Circa primum sic dicitur,* Fluminis impetus, *id est cursus Iordanis impetuosus.*

5 Lætificat ciuitatem Dei. *id est lætificabit populum Israel, qui dicitur* ciuitas Dei. *Ciuitas enim est ciuium vnitas, populus autè Israel vnitus erat in cultu vnius veri Dei: & ideo meritò vocatur ciuitas Dei: Quam ciuitatem lętificat cursus Iordanis dupliciter: Vno modo, quia fletit vt populus transiret per alueum siccum, vt habetur Iosue. iij. Alio modo quia postquam transierat populus Iordanis iuit cursum suum sicut antè fecerat, vt habetur Iosue. iij.*

6 Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. *Hic accipitur tabernaculum pro arca, scilicet continens pro contento, sicut aliquando fit econuerso. sicut communiter dicitur: Dolium est bonum ratione bonitatis vini in eo contenti. Arcam autem testamenti tunc Deus sanctificauit, id est, eius sanctitatem ostendit, quia statim cùm sacerdotes eam portantes posuerunt pedes in aqua Iordanis, cursus aquæ superuenientis stetit: & quando exierunt de Iordanis alueo, cursus Iordanis solitus reincepit, vt habetur Iosue. iij. & iiij.*

7 Deus in medio eius non commouebitur, *id est in medio populi Israel, qui dicitur ciuitas Dei, ita quòd non dimittat eam, subtrahendo suum auxilium. Ideo subditur,*

8 Adiuuabit eam Deus mane diluculo. *id est, valde promptè & cito.*

9 Conturbatæ sunt. *Hic denuntiatur secundum, scilicet destructio*

☞ *Chana-*

MORALITER.

† 1 *Propterea non timebimus dum turbabitur terra*, scilicet Iudææ ex Romanorum impugnatione.

2 *Et transferentur montes in cor maris.* Per montes intelliguntur Iudæorum principes, qui per Romanos fuerunt sic absorpti, sicut si fuissent in mare demersi.

3 *Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum*, id est, populi principibus subiecti, Apoc. xvij. d. *Aquæ, super quas mulier sedet, populi sunt.* Et isti populi Iudæorum per clamorem sonuerunt, quando partim occisi, & partim captiuati fuerunt.

† *Conturbati sunt montes.* id est, Iudæorum principes.

† *In fortitudine eius*, scilicet Romani exercitus, qui dicitur hic Dei fortitudo, eò quòd erat eius instrumentum in punitione Iudæorum.

4 *Fluminis.* Hic ponitur secundum, scilicet prophetia de mirabili transitu Iordanis, per quem significatur baptismus, quem Christus instituit in Iordane, & sic dicitur, *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus.* id est, virtus baptismi lætificat ecclesiam & sanctificat, quæ est Dei ciuitas & tabernaculum.

7 *Deus in medio eius non commouebitur*, ab ea recedendo, Matt. vlti. d. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad finem seculi.*

8 *Adiuuabit eam Deus mane diluculo.* id est, velociter in his quæ spectant ad ecclesiæ salutem.

9 *Conturbatæ sunt.* Hic ponitur tertium, scilicet prophetia de de-

✠ bellatione

☞ id est, per illuminationem sancti spiritus, qui est lux quasi diei.

A ✻ THEODOR. *Manè*, diluculo, Celeriter, Velociter dixit.

a *Dedit.* quasi magnum præmium.

b *Vocem.* prædicationem ad quam tremuit terrenus. Tremet metu iudicis.

✻ THEODOR.

Deus veritate, rerum testimonio, & omnis generis miraculis, quasi quadam voce vsus, altitudinem suã ostendit.

c *Dominus virtutum.* CASS. Breuiter diffinit quid sit Christus.

d *Nobiscum.* CAS. Q. qui misit angelos, iam ipse venit, & est nobiscum, quia nobiscum susceptor, ergo: *Venite*, quasi, iam securos vos inuito.

e *Noster.* CAS. Non nisi filiorum crucis.

f *Deus Iacob.* qui tãta nobis dedit quanta dedit Iacob: non enim illius tantum est Deus.

✻ THEODOR. *Iacob* meminit, quia ab Esau, & Laban insidiis liberatus est, & primus degentium vocatione vaticinatus dicẽs, *Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat mittendus, ipse erit expectatio gentium.*

g *Venite & videte.* CAS. Diapsalmus. Magnalia incarnationis.

h *Posuit.* CAS. quasi signa, ad vocandum populum,

i *Prodigia.* vt de partu virginis: & stella & cæteris.

k *Auferens bella.* AVGV. quia per eius aduentum idololatria & superstitio totius orbis perit, vel, tunc temporis pro eius præsentia orbis pacatus fuit.

l *Vacate.* AVGV. *Si combusta sũt arma, vacate*, nõ habentes vnde pugnetis.

✻ THEODO. Saluatoris nostri tempore cum Romanorũ imperium singula regna expugnasset, omnium hominum aures Euangelij vocibus accomodauit: multo timore enim velut in vno regnõ percurrerunt, salutaremque doctrinam hominibus attulerunt.

a ¶ Etiam. b ¶ Vt adorent, non erecta per superbiam. c ¶ Quia. ¶ Intonuit de nubibus. d ¶ Id est, terrenis.

1 ēt † inclinãta sunt regna, dedit vocem suam, † mota est ter-
2 a ¶ Quia dedit vocem suam. b ¶ Cælestium. c ¶ Cas. Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus.
¶ Carne assumpta: & per hoc. d ¶ Aug. Nulla ergo terreat infirmitas.
3 4 † ra. Dominus † virtutum nobiscum, † susceptor noster Deus
a ¶ Aug. Quid fecit susceptor? ¶ Ergo. ¶ Fide. b ¶ Intelligite.
c ¶ Cas. Hier. Quæ tempore incarnationis fecit, vt de nimia pace, & huiusmodi.
5 6 7 8 Iacob †. Vẽnite & vidẽte operã domini, † quæ posuit prodi-
a ¶ Aug. Quia aliquid portendebant, hæc scilicet auferens &c. ¶ Totam. b ¶ Ecce opera.
c ¶ Spiritualia, scilicet malæ voluntatis.
d ¶ Hoc iam factum est quibusdam non repugnantibus Dẽo.
9 10 gia super terrã, auferens bellã usque ad fines terræ. Ar-
a ¶ Quia. ¶ Insidias. b ¶ Publicam impugnationem.
c ¶ Vanæ præsumptionis protectionem. d ¶ Spiritus.
11 cũm conteret, & confringet † arma & scuta combũret igni.
a ¶ Aug. Dedit vocem. Quam? Vacate ab armis diaboli. ¶ Infirmaris de te vt fortis sis de eo.
b ¶ Intelligere. c ¶ Aug. Non vos, sed ego qui feci & reficio, non de vestris operibus extollamini.
d ¶ Ille quem vos deludebatis.
12 13 14 15 † Vacate & videte: quoniam egõ sum Deus: exaltabor in
a ¶ Quando ad fidem conuertentur. b ¶ Postquam plenitudo gentium intrauerit. Rom. 11. d.
c ¶ Aug. Iudæa, gentes, mare. d ¶ Ergo licet dicere.
gẽtibus, ēt exaltabor in terrã. Dominus virtutum nobis-
a ¶ Cas. Qui fecit vincere populum Christianum licet sit posterior.
cum, susceptor noster Deus Iacob.

Gen 49.

✻ BASI. Per *Ignem.* Iram Dei intelligit.

☞ PSAL-

NICOLAVS DE LIRA.

Chananæorum & aliorum in terra promissa habitantium: quia cum audierunt siccationem Iordanis diuina virtute pro transitu filiorum Israel, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentes introitum filiorum Israel, vt habetur Iosue v. a. & hoc est quod dicitur, Conturbatæ sunt gentes. *in terra promissa habitantes.*

1 Et inclinata sunt regna, *id est, deiecta sunt ab audacia & fortitudine sua. Et dicit,* regna *in plurali, quia triginta reges & vnus fuerunt debellati à Iosue & filiis Israel: vt habetur Iosue xij.*

2 Dedit vocem suam. *scilicet dominus. & per hoc sacerdotes, qui de præcepto eius in circuitu Iericho tubis clangebant, & in die septimo ex tali clangore & populi clamore muri Iericho funditus euersi corruerunt, vt habetur Iosue vj. & quia hoc factum fuit per terræmotum à Deo immissum, ideo subditur,*

3 Mota est terra, *Iste vero terræmotus non contigit à causa naturali, sed diuina virtute: ideo sequitur,*

4 Dominus virtutum &c. *id est, acceptater deprecationum nostrarum.*

5 Venite, *per deuotionem:*

6 Et videte, *per attentionem.*

7 Opera domini, *quia illud factum contigit virtute diuina, non humana.*

8 Quæ posuit prodigia. *In Hebræo & in translatione Hiero. iuxta Hebræum habetur,* Solitudines: *quia ciuitas Iericho fuit posita sub maledicto ad reædificandum, vt habetur Iosue vj. d.* Maledictus vir coram domino qui suscitauerit & reædificauerit ciuitatẽ Iericho.

9 Auferens bella vsque ad finem terræ. *quia habitatores terræ promissionis ita fuerunt debellati per Iosue & filios Israel, quod nullus audebat bellum mouere contra eos, secundũ quod dicitur Iosue xj. d.* Quieuit que terra à prælijs; ideo subditur,

10 Arcum conteret & confringet &c. *quoniam per talia non potuerunt resistere filijs Israel: & quia ista fiebant diuina virtute, ideo subditur in persona domini,*

11 Vacate & videte, *per diligentem attentionem.*

12 Quoniam ego sum Deus. *cuius virtuti nullus potest resistere.*

13 Exaltabor in gentibus. *in earum mirabili contritione.*

14 Et exaltabor in terra. *quia per effectum videbitur, quòd nullus potest mihi resistere.*

15 Dominus virtutum nobiscum susceptor &c. *Istud verbum est filiorum Core, confitentium in fine psalmi se saluatos de terræ apertura diuina virtute.*

☞ PSAL-

MORALITER.

† bellatione Chananæorum per Iosue & eius exercitum, qui figuram Christi gessit in gestis & nomine, secundum quod dicit Hiero. in epistola ad Paulinum: & ideo per factum Iosue significata fuit infidelium conuersio per doctrinam Christi & suorum discipulorum: quæ dicitur infidelium deiectio, eo modo loquendi quo dicitur Prouer. xij. a. *Verte impios, & non erunt.* scilicet impij, & sic dicitur, *Conturbatæ sunt gentes.* idola colentes, quarum plures in principio prædicationis fuerunt turbatæ contra discipulos Christi, vt patet in Actibus apostolorum, & in legendis sanctorum: quia tamen finaliter Christo crediderunt: sequitur,

1 *Et inclinata sunt regna,* ad obediendum Christo.

2 *Dedit vocem suam.* per se & discipulos prædicando.

3 *Mota est terra.* id est, habitantes in terra ad credendum Christi mysteria. Et subditur modus motionis, cùm dicitur in persona discipulorum prædicantium,

4 *Dominus virtutum nobiscum,* confirmans sermones nostros virtute miraculorum, Marci vlti. d. *Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.*

† *Susceptor noster,.* Ad gloriam vitæ cælestis post laborem vitæ præsentis. Et quoniam ista sunt diligenter attendenda, sequitur,

5 *Venite & videte opera domini quæ posuit prodigia.* id est, alias nõ visa. Prodigium enim dicitur quasi procul à digito.

9 *Auferens bella vsque ad fines terræ,* quia multitudo gentium nõ est ad fidem conuersa per violentiam armorum, sicut multitudo Saracenorum.

10 *Arcum conteret, & confringet arma.* nam multi persequẽtes Christum in suis fidelibus, postea animo prompto passi sunt pro eo. Et quoniam talia Christi diuinitatem declarant, subditur: Vacate & videte, &c.

✻ MO-

A

PSALMVS XLVI.

a O *Mnes gentes.* ✠ Evthy. Est hic psalmus totus clarus & nihil obscurum continet. Illud tantum animaduertendū est, vt ex Apostolorum persona proferatur, qui veluti prospere ac fœliciter præeuntes, & multos adducētes ad fidem; præ lætitia, quam ipsi summam inde percipiebant, gaudere pari modo iubent omnes gentes, ad quas à saluatore missi fuerāt, quod scilicet effectæ sint hæreditas Dei.

†vide psal. 4.

B Avg. q. d. insultant pueri dicentes: *Caue, caue,* vos omnes gentes ad quas transiuit gratia,

b *Plaudite, &c.* Avg. Gentes ad quas transiuit gratia, & quos in priori psal. ad fidem vocauit, inuitat ad laudem.

†tribus

†nostram, vel, elegit nos in hæreditatem

†Sela supra psal. 3.

†Iubilatione.

c *Excelsus.* Hiero. potens quod vult.

d *Terribilis.* Remigivs quia iudicaturus in potestate.

e *Subiecit populos nobis.* Cas. Hoc hominibus fidelibus conuenit, quibus omnes extrinseci subiecti sunt, vel, sibi subiecit nobis associandos. *Populos,* Iudeos.

f *Nobis.* Cas. vniuersali scilicet ecclesiæ; hoc dicere conuenit omnibus fidelibus, quibus extrinseci subiecti sunt.

g *Sub pedibus.* Cas. Per *pedes,* prædicatores accipe, quibus populi subiecti sunt. Aug. *Sub pedibus.* Sic est exaltata ecclesia, vt nōdum credentes, sub pedibus habeat.

h *Elegit no. &c.* Vel in persona apostolorum, elegit nobis dare hæreditatem suam, multorum populorum, vt colamus eā, gladio prædicationis corda eorum ferientes, & malitiam destruentes. D

i *Hæreditatem.* Avg. Cælestis hæreditas, pulchritudo est Christiani populi, in qua speciosus erit fulgens vt sol, qui nunc est abiectus.

k *Speciem Iacob quem, &c.* Avg. Id est, similes Iacob vel signatos per Iacob, qui terrena dāt pro cœlestibus, vt Iacob fecit, quod fuit gratia Dei, quia *eum dilexit, Esau reprobato.* †laudis E

Speciem Iacob quā dilexit. ✠ Evthym. Neque hoc tātum, sed eos etiam, per nos elegit, qui vtiliores erant de genere Iacob; quos *dilectā speciem* propheta appellat, hoc est, formosos atque ornatos, virtutibus nimirum, atque ideo etiam maximè dilectos. Et superius quidem præposuit Iudæos, qui primi post Christi resurrectionem credidissent: nunc contra præponit gentes, quod ex eis semper plures crediderint; Iudæi enim gentibus comparati, minima quædam pars sunt fidelium. †gloriam, magnificentiam, F

l *Ascendit.* Cas. Diapsalma Ascensio & regnum Dei describitur, vnde instanter monet psallere.

m *In tubilo.* Avg. Gaudium admirantium apostolorum non poterat exponi, vbi fuit vox tubæ, id est, angelorum manifesta, ☞ clamantium.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XLVI.

1 Mnes gentes, &c. *Huic psal. præponitur talis titulus in Hebræo,* Ad victoriam filiis Core psalmus. *Et patet sensus huius tituli ex superadditis. In hoc autem psal. spiritu prophetico ponitur gratiarum actio à filiis Core pro victoria futura sub Iosue de populis habitantibus in terra Chanaan. Circa quam exprimuntur hic aliqua Dei beneficia in speciali, quæ non fuerunt expressa psal. præcedenti. Et diuiditur in duas partes, quia primò populus Israel ad Dei laudē inducitur; & secundo ad hoc ratio inducitur, ibi,* Quoniam dominus. *Circa primum dicitur,* Omnes gentes. *i. omnes tribus Israel, vnde in Hebræo habetur.* Omnes populi & *similiter in translatione Hier. iuxta Hebraum. Hoc enim nomen* gentes *communiter accipitur pro gentibus qui non erant de filiis Israel, sed hoc nomen* populi *indifferenter accipitur, pro Iudæis, & Gentilibus.*

2 Plaudite manibus, *In signum exultationis; in Hebræo habetur,* Tangite manibus, *scilicet instrumenta musica, in quibus diuinæ laudes canebantur à Leuitis, & cum hoc etiam vocibus humanis, ideo subditur,* Iubilate Deo in voce exultationis.

3 Quon dominus. *Hic consequenter ratio ad hoc inducitur, & secundo diuina laus resumitur, ibi,* Psallite. *Circa primum, & primo accipitur ratio diuinę laudis ex sua excellentia, cum dicitur,* Quon. dom. excel. *Quia transcendit omnem intellectum creatum, & per consequens omnem laudem sibi oblatam, secundùm quod dicitur Eccl. 43. d.* Benedicentes dominum exaltate eum quantum potestis, maior est enim omni laude. *Secūdo adducitur ratio ex eius beneficiis, cū dicitur,*

4 Terribilis. *s. hostibus nostris, quod magis exprimitur, cum dicitur,*

5 Subi. pop. no. *Id est, Chananæos, & Amorrhæos, aliosque, qui habitabāt in terra promissionis. In Hebræo autē habetur,* Pestilētiauit populos nobis, *i. pestilētia eos percussit pro nobis, vt haberemus victoria, & hoc factū fuit pugnāte Iosue cōtra eos, secundū quod dicitur Iosuę 10. c.* Cumque fugerent filios Israel & essent in descensu Bethoron, dominus misit super eos lapides magnos de cœlo vsque ad Azecha, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filij Israel. 6 Et gentes sub pedibus no. *Hoc fuit impletum in quinque regibus, qui tunc fugerunt in spelunca vt ibidē habetur, & postea inde inducti sunt ad Iosue, & ait ad principes exercitus qui secum erant,* Ite, & ponite pedes vestros super col a regum istorum, *et sequitur postea,* Sic enim faciet dominus cunctis hostibus vestris, contra quos dimicabitis. 7 Elegit no. &c. *Dicebatur enim terra promissionis speciali modo hereditas Dei, eo quod ibi viguit cultus Dei.* 8 Speciē Iacob *In Hebræo habetur,* Gloriam Iacob: *De hoc enim gloriatus fuit Iacob patriarcha, quod illa terra fuit sibi & suo semini promissa. Vel potest ibi accipi* Iacob *pro populo Israel descēdente à Iacob, & sic est sensus,* Speciem Iacob, *id est, terram speciosam, quam dedit populo descendenti de Iacob.*

9 Quē dilexit. *Et istud potest referri ad personam patriarchę Iacob, de quo dixit dominus Malach. 1. a.* Iacob dilexi, Esau autē odio habui; *vel ad populū descēdentē de Iacob, qui fuit populus peculiaris ipsius Dei, vt habetur Deuter. 7.* 10 Ascendit Deus in iubi. *Iste assensus fuit, quando habita est victoria de populis habitantibus in terra promissionis. secundùm quod dicitur Ios. 11. d.* Quieuitq; terra à prœliis. Filij autē Israel posuerūt tabernaculū domini in Silo, *vt habetur Iosue 18. a.* Congregati sunt omnes filij Israel in Silo, ibi fixerunt tabernaculū testimonij, & fuit eis terra subiecta. *Silo autem est in sorte Ephraim, quæ est terra mōtuosa. Tabernaculum autem fuit apportatum de Galgalis, qui locus est prope Iordanem, & sic demissior, propter quod portantes tabernaculum & arcam ad locum Sylo incedebant ascendendo, & per talem modum dicitur Deus ascendisse, quia propitiatorium, quod erat super arcam, erat quasi sedes Dei, sicut dictum fuit Exod. 25. Illa autem deportatio fuit cū iubilo diuinarum laudum, quę cantabantur vocibus humanis, et musicis instrumentis, & licet hoc non sit scriptū*

☞ *Iosue*

MORALITER.

† 1 *Omnes gentes, &c.* Iste psalmus ad literam est actio gratiarum à filiis Core pro victoria Iosue, quam in spiritu præuiderūt. Mystičè verò est gratiarū actio à fidelibus, pro victoria Christi, cuius figura fuit Iosue. Et sic dicitur, *Omnes gentes,* Christo credentes.

2 *Plau. ma.* Quia feruens deuotio mentis resultat ad membra corporis. 3 *Quon. domin.* Scilicet Iesus Christus est supple.

† *Excelsus est rex magnus.* Apoc. 19. *Habet in femore scriptum, rex regum & dominus dominantium.*

5 *Subiecit populos nobis, &c.* Multi namque de Iudæis, Saracenis, & gentibus aliis subiecti sunt Christianis, vt patet in Hispania & in aliis pluribus locis.

7 *Elegit nobis hæreditatem suam,* Id est, vitam beatam.

8 *Speciem Iacob,* Id est, visionem Christi clarā in deitate & humanitate, quę dicitur Iacob, eo quod diabolum supplantauit.

10 *Ascendit Deus in iubilo.* Id est, Christus Deus & homo ascendit in iubilo angelorum. Et quoniam ecclesia militans conformari debet triumphanti, sequitur,

a ¶ Prō conuersis gentibus dirigēndis in finem.

†In finem prō filiis Core. PSAL. XLVI.

a ¶ Apostolis, qui de Iudæa. b ¶ Aug. Passi à suis, honorantur à gentibus. ¶ Prędicatione nostra. c ¶ Non merito, sed gratia dicit ecclesia. d ¶ Dare.

a ¶ Non modo Iudæi. b ¶ Gaudete. ¶ Aug. Bonis operibus. c ¶ Hier. Concorditer manus & lingua: illa operetur, hæc confiteatur.

Mnes gēntes plāudite manibus, iūbilate

a ¶ Hę sunt causę iubilandi & plaudendi.

Deo in voce † exultationis. Quoniam

a ¶ Hic, quem irriserunt. b ¶ Aug. Ascendendo cœlū, qui prius despicabilis. c ¶ Qui suos regit.

dominus excēlsus terribilis, rex magnus

a ¶ Aug. Non tantum Iudęos. b ¶ Ideo etiam plaudite quia. c ¶ Gentium.

super omnem terram. Subiecit pōpulos

a ¶ Etsi, ad Iudæos venit. ¶ Vitam æternam. ¶ Vt colamus. b ¶ Quam? ¶ Aug. pulchritudinem. c ¶ Posterioris populi. d ¶ Iacob. ¶ Vel quam scilicet speciem.

nobis, † gentes sub pedibus nostris. Elēgit nōbis

a ¶ Nobis subiicit, quia. b ¶ Christus. c ¶ Cas. Vt mundus firmius crederet, quod tales prœcones confirmarent.

hæreditatem † suam, † speciem Iacob quem dile-

xit. † Ascēndit Deus in † iubilo, & dominus in voce

☞ clamantium: *Viri Galilęi quid statis aspi. &c.* Est enim iubilus inefA fabile gaudium, quod nec taceri potest, nec exprimi valet.

Act.1 d. Iubilus quid sit.

a *Psallite.* Cassiod. Operibus laudate: valdè est salutare quod tam crebrò repetitur, quia Deus est qui creat, & rex creata gubernans.

b *Omnis.* Cassi. Nō vt Iupiter Cretæ, Mars Thraciæ.

a tubæ. Psallite Deo nostro psallite, psallite regi nostro psalli-

a ¶ Assiduè. b ¶ Cas. Iam omnis, quia ab omni agnoscitur. c ¶ Alias intelligenter.

b tē. Quoniam rex omnis terræ Deus, psallite †sapienter. † Re-

a ¶ Cas. quasi, qui humilem contemnunt, potestati succumbant. b ¶ Qui olim super vnam. ¶ Vel dominus. c ¶ Omnes. d ¶ Aug. ad dexteram patris regnans per secula. e ¶ Cœlos, angelos, vel iustas animas.

e gnabit Deus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam 5

a ¶ Quomodo regnabit. b ¶ Aug. omnium, non vnius tantum. ¶ Etiam. c ¶ Alias conuenerunt. ¶ Id est, in Christo, qui est Deus.

f suam. Principes populorum congregati sunt † cum Deo A- 6 7

¶ Abrahæ. a ¶ Qui habet filios de lapidibus. b ¶ Id est, Iudæi præsumentes de terra. c ¶ Augustinus. Id est, valde superbierunt; quasi, fracti sunt rami, vt humilis oleaster inseratur. 8

g brahām, quoniam dii † fortes terræ vehementer † eleuati sunt. 9

† Dei sunt scuta/protectores)

✲ Beda. Ideo sapienter psallendum est, quia Deus regnauit, id est, regnare cognoscitur super omnes gentes, etsi non in paleis, saltem in granis: quod innuit cum dicit, quia Deus sedet iam dispositione, sedebit etiam in re super sedem sanctam suam, id est, super animas iustorum. Præparate itaque vos Domino, & Ipse sedebit in vobis, quia Salomon dicit, *Anima iusti est sedes sapientiæ.*

C

c *Sedem sanctam.* Aug. Throni, virtutes, & sancti.

f *Principes po.* Cas. primitiui omnium gentium conuenerunt credendo in Christo, quia expulsis Iudæis, gentes in filios Abrahæ succedunt, habentes promissionem, quia Iudæi superbierunt. D

Hiero. Cas. Vel *dij fortes*, apostoli scilicet; quos neque mors, neque vita separabit à charitate Christi. *Eleuati* miraculis & doctrina. E

† inllerigibili t (prudenter, cū intellectu) †Regnauit Rom. 8. g.

g *Quoniam fortes Dei à terra vehemēter eleuati sunt.* ✲ Euthym. *Congregati autem sunt cum Deo Abraham illi populorum principes*, quoniam Apostoli, quos ea ratione *fortes Dei*, hoc est, robustos Dei appellauit: quia sancti spiritus auxilio fortificati, dæmones & tyrannos vicerunt, quoniam hi, inquam, Apostoli terrena ac mundana omnia superauerunt, nec voluptatibus vllis aut tribulationibus victi sunt: sed vita ac sermone semper claruerunt, atque ideò per eos summi etiam principes ac reges ad Christum adducti sunt. Illud non prætereundum duximus, quod dictio, *Dei*, genitiui casus est, quemadmodum expositio docuit, & ex græca lectione apertius patet. F

† populus Dei.

† eleuatus est.

☞ GLOSSA

NICOLAVS DE LIRA.

✲ *Iosue* 18. *tamen hoc probabiliter dicitur ex aliis locis scripturæ, in quibus arca legitur deportata cum tali solemnitate, vt habetur 2. Reg. 6. a. quando arca fuit deportata ad locum, quem parauerat Dauid & similiter 3. Reg. 8.*

1 Psallite. *Hic pro prędictis Dei beneficiis laus eius resumitur, cū dicitur.* Psallite Deo nostro. *Et dicitur quinquies psallite, ad maiorem inuitationem secundum numerum quinque librorum Moysi, cuius causa subditur,*

2 Quon. rex omnis. *Ideo excellenter laudandus, ideo subditur,*

3 Psallite sap. *Id est, maturè & deuotè: & nō insolenter seu dissolutè.*

4 Regnabit Deus, &c. *Licet enim modo regnet, tamen perfectius apparebit regnum suum in futuro iudicio.*

5 Deus sedet super. *Id est, super propitiatorium, secundum modum prædictum Vel, super cœlum empyreum, quod figurabatur per sancta sanctorum, in quo erat propitiatorium, sicut plenius dictum fuit Exo. 25*

6 Principes po. *Id est, duodecim tribuum Israel.*

7 Congregati sunt, *Id est, ad locum diuini cultus in Sylo, vbi cōgregati fuerunt principes populi Israel, vt dictum est supra. Et dicitur* Deus Abraham, *quia Abraham primo publicè fidem vnius Dei prędicauit seu confessus est aliis ad idololatriam declinantibus.*

8 Quon. dij. fort. ter. *Isti sunt iudices terræ Israel, de quibus dicitur, Exo. 22. d.* Diis non detrahes, & principi populi tui nō maledices.

9 Vehementer eleuati sunt. *Fuerunt multum eleuati, quando terra fuit subiecta filiis Israel, & locus diuini cultus in Sylo stabilitus.*

✲ NICO-

MORALITER.

1 *Psallite, &c.* Id est, in puritate mentis, quia nō est speciosa laus in ore peccatoris. 6 *Princi. po.* Id est, apostoli & alij perfecti qui iam decesserunt. 7 *Congregati, etc.* In beatitudine cœlesti. Fit autem specialis mentio de Abraham, quia locus beatorum sinus Abrahæ nominatur.

Eccl. 15. b.

8 *Quon. dij. for. ter.* Id est, Apostoli, qui dicuntur *dij fortes terrę* participatiuè, eò quod in terra fecerunt miracula magna.

9 *Vehementer eleuati sunt*, Id est, valdè, cum domino nostro Iesu Christo regnantes in ęternum.

† MORA-

ADDITIO I.

In psal 46. Omnes gentes plaudite, &c.

Licet litera huius psalmi quantum ad plura in eo cōtenta aliqualiter posset tolerare expositionem postil. & Ra. Sa. quē in hoc loco sequitur, nō tamē ex toto: vnde apud catholicos verę & magis propriè exponitur ad literā de ascensione Christi, & de eius sessione in cœlo, & de regno eius. Ad quod sciēdū, quod licet propitiatorium, quod erat super arcā, sit quasi sedes Dei, prout postil. allegat: ex hoc nullo modo sequitur, quod propitiatorium dicatur Deus, sic quod cū dicitur, Ascēdit Deus in iubilo, *sit idē acsi dicatur, Ascēdit propitiatorium arcæ in iubilo, prout posti. vult. Legitur. n. de cœlo quod sit sedes Dei Esa. vlt. nūquā tamē ad literā cœlū dicitur Deus, similiter & arca fœderis cū suo propitiatorio in trāsitu Iordanis, vbi maximè fuit glorificata propter miraculū ibi factū, vt patet Iosue 3. nō tamē ibidē vocatur Deus. sed dicitur.* Ecce arca fœderis dominatoris oīs terræ, *vnde prę supposita catholica fide iste psal. ad literā intelligitur in persona ecclesiæ reddētis gratiarū actiones Deo pro ascēsione Christi ad cœlū, & hoc cū dicit,* Ascēdit Deus in iubilo, &c. *quia in iubilo angelorū dicētiū,* viri Galilæi quid aspicitis in cœlū, &c. Dominus in voce tubæ, *scilicet apostolica, quia tēpore ascēsionis apostolis fuit iniunctū prædicationis officiū vniuersaliter, Marc. 16. d.* Euntes in mūdū vniuersū prædicate, &c. *Similiter ecclesia reddit gratias de sessione Christi in cœlū, cū dicit* Deus sedet super sedē sanctā suā. *Similiter & de extēsione regni Christi super omnem terram, & super gentes, &c. cum dicit,* Rex omnis terræ Deus, & regnabit Deus super omnes gentes, *iuxta illud Matth. 28 d.* Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. *Similiter & de hoc scilicet, quod principes populorum scilicet apostoli, de quibus dicitur,* Constitues eos principes super omnem terram, *conuenerunt credendo,* Cum Deo Abraham. *i. cum Christo qui est Deus Abrahæ, qui scilicet Abraham habuit duos filios, vnum de ancilla, & aliū de libera, quod allegoriZatur ab Apostolo, Gal. 4. c. de duobus testamentis, et sic ecclesia reddit gratias Deo specialis de hoc, quod principes populorum. s. apostoli, cōgregati fuerunt cum Christo Deo Abrahā, coiungendo simul duo testamēta cōtra deos fortes terrā. s. Iudęos terrena sapiētes, qui de se præsumentes vehementer eleuati sunt. i. valde superbierunt. Quæ quidem beneficia ecclesiæ collata sunt tam maxima, vt pro eis cōdecenter ecclesia inuitat omnes gētes ad laudem Dei et sæpe replicat,* Psallite psallite, sapienter. *Cætera autem quę in hoc psal. continentur, faciliter huic proposito possent applicari. Et sic expositio hac debet teneri apud catholicos non solum vt vera, sed etiam vt propriè literalis, tanquam ex prima & propria significatione literæ consurgens, & fidei veritati omnino consona, cum hoc tamen stare potest, quod ex ea fortè non sumatur argumentum efficax contra infideles, prout contingit in multis locis sacrę scripturæ.*

Act. 1. b.

REPLICA.

In expositione psal. Omnes gentes *Burg. adducit cōtra postillatorē, quod ad literam secundum primū sonum vocis debeat exponi de Christi ascensione. Postil. autē generaliter exponit de Deo secundum verā transsumptionem, quod videlicet, quis videtur ascendere ipso ascendente, in quo creditur residere. vnde Burg. in fine suę expositionis fatetur ex sua expositione contra infidelem argumentum efficax sumi non posse, quod verum est signum, expositionem Burg. literalem non esse. Expostillatoris autem expositione etiam infidelis conuincitur, quod Deus Israel ab omnibus sit venerandus,* quia est terribilis rex magnus, *prout patet ex miraculis in expositione postil. deductis, quæ negari nō possunt. Sed ad argumentum Bur. commune est contra istam ipsius expositionē. Consueuit n. arguere, Vniuersalia sunt particularibus magis diuina, sed postil. exponit vniuersaliter de Deo, vbi Burg particulariter arctat ad Christū, igitur expositio postil. est melior & diuinior. Sed argumentum reputa modicum hic, sicut alibi, propter ea quę superius dicta sunt.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Psalmus vel laus cantici filiis Core sec. &c.* Avg. Primo die fecit Deus lucem, & discreuit à tenebris: Sic dominico die Christum suscitauit, & à mortalitate discreuit. Secũdo die firmamentũ, id est, ecclesiã fecit, corpus capiti; quæ est firmata post Christi resurrectionem supra firmã petram, à qua dimoueri nõ potest, de qua hic cantatur filijs Core.

Cassiod. De fundatione ciuitatis, quam commendatiue describit. B

Avgvstinvs. Commendat ciuitatem, & dominum ciuitatis, vt omnes eum amplificent. Quinq; modis commendat ciuitatem, scilicet à dignitate conditoris: à situ, ab amplitudine, à benignitate regis; à stabilitate æterna. Ciuitas Ierusalem.

a ¶ Quasactum est firmamentum, id est, cœlum, id est, agens de ecclesia, quæ post Christi resurrectionẽ est confirmata, quam vocat ciuitatem.

Psalmꝰ vel laus cãtici filijs Core secũdã sabbathi.

PSAL. XLVII.

a ¶ Cassiod. Quia omnia potenter facit. ¶ Augusti. Qui ptius humilis. b ¶ Cassiod. quia pulchre & mire fecit.

Magnus dominus & laudabilis † est nimis † valdè.

☞ *In monte*

NICOLAVS DE LIRA.

Psal. XLVII.

1 Magnus dominus & laudabilis. *Huic Psalmo in Hebræo & in translatione Hieronymi iuxta Hebraum, præponitur talis titulus*, Canticum Psal. filiorum Core, *& patet sententia ex supradictis. De materia verò huius* B *Psal. dicunt communiter expositores nostri, quod Psalmus iste loquitur ad literam de magnificentia ciuitatis Ierusalem & templi, quæ Salomon rex Valdè magnificè fecit ædificari, vt habetur tertio Regum & secundo Paralipomenon, & hoc ad Dei cultum & honorem: quod præuidentes in spiritu filij Core dixerunt, vel Dauid secundum alios*, Magnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, *id est, Ierusalem, quam Deus elegit ad cultum nominis sui, vt habetur secund. Paralipomenon sexto cap.* In monte sancto eius, *Quia in monte Moria, siue Sion erat templum, & regale palatium*, Fundatur exultatione vniuersę terræ, *Tota enim tetra Israel exultauit in templi & ciuitatis ędificatione & consummatione, multi etiam de aliis terris aliquando veniebant ad templum causa deuotionis.* Mons Sion latera aquilonis, *quia Sion est in parte aquilonari ciuitatis Ierusalem, vt dicunt aliqui, secundum alios magis est in parte australi, & sic litera esset exponenda*, Mons Sion, *scilicet à parte australi*, Latera aquilonis, *id est, pars ei opposita in Ierusalem*, Ciuitas regis magni, *id est, faciunt ciuitatem regis nostri, id est, Dei, ad cuius cultum est electa causa deuotionis* Deus in domibus eius cognoscetur, *quia in ædificiis ad diuinum cultum deputatis, non solum fiebant sacrificia, sed etiam ibi vigebat doctrina legis & prophetarum: Vnde & Christus in euangelio frequenter legitur docuisse in templo, & in sancto sanctorum dabantur diuina responsa*: Cum susC cipiet eam, *promouendo ciuitatem ad hanc gloriam, vnde & in translatione Hieronym. habetur sic*, Deus in domibus eius agnitus est in auxiliando. Quoniam ecce Reges terræ congregati sunt, &c. *quia multi reges audientes famam Salomonis, veniebant ad audiendum eius sapientiam, & ad videndum ipsius & ciuitatis magnificentiam.* Ipsi videntes, sic admirati sunt, *quia maiora videbant, quam audierant, & ideo multum admirabantur, secundum quod dicitur de regina Sab. ter. Regum decimo. a.* Conturbati sunt, & commoti sunt, *quia ipsi, vel saltem multi eorum, inuidia percussi turbabantur, vt dicunt isti.* Tremor apprehendit eos, *quia timebant de suis regnis expelli, per potentiam Salomonis, & sic torquebantur doloribus multis, ideo subditur*, Ibi dolores parturientis in spiritu vehementi conteres naues Tharsis. *Istud refertur ad Iosaphat regem Iudę qui, ad similitudinem Salomonis, fecit naues ad afferendum aurum de Ophir. sed tempestate insurgente confractę sunt, eò quòd contraxerat amicitiam, cum Ochozia rege Israel pessimo, vt habetur secund. Parali. 20. g.* Sicut audiuimus sic vidimus. *Ista sunt verba hominum tempore Salomonis existentium, qui videntes ciuitatis Ierusalem magnificentiam, dicebant, se videre impletum, quod à filiis Core & aliis prophetis audierant esse prædictum.* Suscepimus Deus misericordiam tuam, &c. *Quia in templo à Salomone ædificato dabantur diuina responsa & aliæ beneficia* Secundum nomen tuum Deus, *quod est immensum*, Sic & laus tua in fines terræ, *scilicet diffusa est; vnde dixit Dauid primo Paralipomenon vigesimo secundo. b.* Domus quam ædificare volo domino, talis debet esse: vt in omnibus regionibus nominetur. Lętetur mons Sion, *id est, habitantes in eo, propter loci magnificentiam.* Et exultent filiæ Iudæ, *id est, ciuitates Iuda.* Propter iudicia tua domine, *per quæ subiecisti nobis gentes in circumitu nostro.* Circundate Sion, & complectimini eam *validis muris, & munitionibus* Narrate in turribus eius, *laudes Dei, cuius beneficiis hæc fiunt.* Ponite corda vestra in virtute eius, *eorum ei attribuendo*, Et distribuite domos eius, *id est, distinctis officiis ad Dei gloriam disponite*, Vt enarretis in progenie altera, *id est filiis, vestris succedentibus, Dei beneficia. Ideo subditur*, Quoniam hic est Deus Deus noster, &c.

Licet autem hęc expositio videatur in pluribus literę concordare, tamen in aliquibus discordat, scilicet, ab illo loco cum dicitur, Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, *quod non videtur posse intelligi ad literam de regibus venientibus ad regem Salomonem, vt audirent eius sapientiam, quia de illis dicitur secund. Paralipomenon, decimo nono. f.* Omnesque reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent eius sapientiam. *Desiderium autem si compleatur, delectat animam, vt habetur in Proverbiis, & ideo valde dissonat, quod subditur in hoc Psalm.* Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, &c. *imò magis de eius visione gaudebant, & de eius amicitia acquisita lætantes recedebant sicut patet ibidem de regina Saba. Et idem probabiliter intelligitur de aliis, qui simili causa ad Salomonem Venebant. Idem quod sequitur*, in spiritu vehementi, *dicunt referri ad Iosaphat, quod non videtur conuenienter dictum, eò quòd fuit quintus rex à Salomone, propter* F *quod fictitium videtur quod scriptura in eodem contextu faciat talem saltum. Propter quod & aliqui alij Hebręi exponunt Psalmum istum de rege Messia, per quem intelligunt Christum futurum, in cuius aduentu expectant Ierusalem & templum reædificari magis magnificè quam vnquam fuerit, & sic exponunt literam istam*: Magnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, *vsque ad locum illum*, Reges terræ, *qui exponunt locum illum de regibus Gog & Magog & aliis regibus sibi adiungendis, quos dicitur venturos contra Ierusalem sic reædificatam. sed destruentur per regem Messiam. Et ad hoc inducunt scripturam Ezechiel. 38. a. vsque ad finem eiusdem libri. Ideò subditur*, Conturbati sunt, commoti sunt, &c. *Et quia non solum Venient per terram, sed etiam per mare in nauibus suis, quas conteret dominus, ideò subditur*, In spiritu vehementi conteres, *& tunc filij Israel videntes ista Dei beneficia dicent*, Sicut audiuimus, *scilicet per dicta prophetarum*, Sic vidimus in ciuitate Dei nostri, *esse adimpletum, & sic applicant literam sequentem ad suum propositum, sed expositio hęc est erronea, quia supponit Christum venturum in mundum, sicut probaui diffusius per scripturas veteris testamenti, in quadam quęstione, quam disputaui de aduentu Christi, quæ in pluribus locis habetur. Propter quod saluo*

☞ *meliori*

MORALITER.

† 1 *Magnus dominus, &c.* Psalmum istum literaliter exposui de honore ciuitatis Ierusalem in aduentu Christi, nam in ea fuit oblatus in templo, & ibidem prædicauit, & plura miracula fecit, & in signo visibili spiritum sanctum apostolis misit.

Mystice vero exponi potest de ecclesia, quæ ciuitas dicitur Dei, id est, ciuium vnitas, per gratiam & sacramenta, & Ierusalem allegoricè, quam honorauit Christus & honorat quotidiè per effectus gratiarum & miraculorum. Et secundum hoc dicitur, *Magnus dominus & laudabilis nimis*, Super virtutem creatam. Ecclesiastici 43. d. *Maior enim est omni laude.*

a *In monte sancto, &c.* AVG. Hic est mons ille, qui, vt ait Daniel, *fuit paruus lapis præcisus de monte sine manibus, qui creuit in montem magnum postea, & impleuit omnem terram*, id est, Christus de gente Iudęorũ sine virili semine natus, super quẽ fundata est ecclesia.

Dan. 2. c.

b *Fundatur ex.* HIERON. Quasi dicat, quæ prius maledictionibus subiecta, sterilitatis opprobrio dolebat, nunc prole fœcunda vbique exultat. Et commendatur hic ab amplitudine *Vel fundator exultationis vniuersæ, &c.* Quasi dicat, dominus est, magnus dominus, dico, fundator exultationis vniuersæ terræ; cui concordat alia translatio. Alij sic transferunt, *Dilatans exultationes vniuersæ terræ*, ipse est Christus, qui per vniuersam ecclesiam gaudia dilatat.

† nostri in

B

esse in munimẽtũ vel elenatione, aut protectionem terræ

c *Mons Sion la.* AVGVST. Quicunque alicui hærent, latera eius dicuntur; ita gentes, diaboli latera. Per montem Sion Iudæos significat, *latera aquilonis* gentes, quæ adhærent diabolo, qui per aquilonem ventum frigidum & durum significatur. Ipse namque ait, *Ascendam in cœlum, & ponam sedem meã ab aquilone &c.* De quo, *Surge aquilo & veni auster.* Item *ab aquilone pandetur omne malum, &c.*

C

Iere. 1.

Montes Sion latera Aquilonis. ✠ THEODORETVS. Atquẽ etiam montibus ipsam circundedit, vt Aquilonis damnum declinet. *Ab Aquilone* enim, inquit, *accendentur mala, supra omnem terram.* Et rursus, *Aquilonem expellam à vobis.* Cæterum Sionis nomen de cœlesti ciuitate diuinus Apostolus accepit, *Accessistis enim*, inquit, *ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cœlestem.* Montes autem qui Boream expellunt, & ciuitatem incolumen custodiunt, iure diceret quis; Apostolos & vates esse, & varias eorum doctrinas; & ad hæc Angelos credentibus præfectos, *Immittet* enim, inquit, *Angelus domini in circuitu timentium eum.*

Ad Hebr. 12.

D

Psal. 33.

d *In domibus.* Vel, in gradibus, id est, secundùm gradus meritorũ, quia in singulis distinctim dabit cognitionem sui.

Esa. 14. d. Cant. 4. d. Iere. 1. c.

✠ BEDA. *Mons*, inquam, *Sion & latera Aquilonis sunt ciuitas regis magni.* Et hoc modo, nam cognoscetur, id est, per euidentia signa præsens esse cognoscitur, non tantùm in domo vna, sed etiam in domibus eius ciuitatis, id est, tam in populo de gentibus, quàm in illo de Iudæis. Quod dictũ est contra arrogantiam Iudæorum, qui iactabant se de patre Abraham; & saluari se solos putabãt; & meritò *cognoscetur Dominus in domibus eius*, cùm (pro quia) suscipiet tanquã bonus medicus eam infirmã sanandam & tuendam. Et potest hæc referri susceptio vel ad occultam & continuam eius misericordiam vel ad incarnationem verbi.

E

† pulcher termino, vel locus elegãs, aut pulchrũ clima siue regio. Alij vertunt formosa, exultatio, † transierũt pariter

e *Cum suscipiet eam*, AVGVSTINVS. Tutandam, & quid opus est? *Quoniam reges contra.* Sed videntes per fidem, sic scilicet quòd tam digna est hæc ciuitas admirati sunt, &c.

F

f *Reges.* AVG. CAS. Principes Iudæorum.

g *Congregati.* Ab Herode scisciante locum natiuitatis.

h *Con.* Concorditer dicendo. *In Bethlehem Iudæ secundũ scripturas*

Matth. 2. a

i *Videntes.* Quæ in prophetis legerant.

k *Admirati sunt.* De tanta gloria, non leuiter vel otiosè.

l *Sed con.* Pro peccato, &

☞ *Commoti*

a ¶ Vbi. ¶ In malis enim blasphematur Deus. ¶ Non in Babylonia.
b ¶ Aug. Quæ est in monte, nec potest abscondi, omnibus diffamata. Hic est mons, qui creuit & impleuit omnem terram. Ne, autem putes, non vbique esse, addit, fundatur.
c ¶ Quæ ciuitas.

a b in ciuitãte Dei nostri, in mõte sancto ei⁹ † fũdatur exultatione 1 2
a ¶ Per partes ostendit, quod dixerat. ¶ Duo parietes conuenerunt in lapidem angularem, qui fecit vtraque vnum, vt esset vnus pastor & vnum ouile. b ¶ Id est, Dei, 3 4
c vniuersæ terrę, mons Sion lãtera aquilonis ciuitas regis mã- 5 †
a ¶ Etiam. b ¶ Quia iam plures. ¶ Alias gradibus. c ¶ Sed hoc per gratiam suscipientis.
¶ Vt medicus. ¶ In æterna beatitudine. ¶ A benignitate regis.
d e f g h i gni. Deus in dõmibus eius cognoscetur, cùm † suscipiẽt 6 7
a ¶ Hæc sunt latera aquilonis. b ¶ Cum Cæteris fidelibus.
k l eam. Quõniam ecce reges terræ cõgregati sunt, † conue- 8
a ¶ Non est locus hæreticis, per partes prauidogmatis concisis, dicens, ecce hic est, ecce illic.
¶ In lapidem angularem, id est, vnitatem fidei & morum. b ¶ Etiam sic scilicet per fidem.
c ¶ Facti. d ¶ Et. ¶ Scilicet videntes. e ¶ De gloria & miraculis Christi.
nerunt in vnũm. Ipsi⁹ vidẽtes sic ãdmirati sunt contur- 9 †
10

NICOLAVS DE LIRA.

meliori iudicio videtur mihi melius dicendum, quòd iste psalmus exponendus est ad literam de Christo, cuius aduentus iam transiit, in quo aduentu ciuitatem Ierusalem & templum magis glorificauit sine comparatione, quàm vnquam fuerit; quia ibi fuit oblatus à beata virgine, & ibidem pluries docuit, & in Ierusalem cum discipulis suis imminente passione cœnauit, & in Ierusalem pro nobis mortem fuit adituratus, & prope portam ciuitatis passus, Ioan. 16. In ciuitate autem Ierusalem primò discipulis suis manifestauit suam resurrectionem, & de monte Oliueti, qui est iuxta Ierusalẽ, ascendit in cœlum, & apostolis in monte Sion existentibus misit in signo visibili spiritum sanctum, secundum quod dicit Hier. in epistola ad Paulinum, de omnibus diuinæ scripturæ libris 7. cap. quæ epistola ponitur in principio Bibliarum nostrarum tempore moderno, & propter ista & alia multa in quibus Deus noster & homo in vna persona ciuitatẽ glorificauit, & templũ vt dicitur Aggæi 2. b. Adhuc vnum modicũ est, *Et subditur*, Et veniet desideratus cunctis gentibus & implebo domum istã gloria, dicit dominus exercituum *Et ibidem subditur*, Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ, *& certum est, quod propheta loquebatur de templo, quod reædificabatur, post reditum de captiuitate Babylonica, & istud quasi nullius reputationis, fuit respectu templi primi, quod ædificauerat Salomon in ædificiis & huiusmodi, propter quod in nullo potest verbum prophetæ verificari, nisi per hoc, quod Christus glorificauit ipsum per prædicta, adhuc enim stabat illud templum. Igitur secundum hunc sensum psalmus; iste diuiditur in tres partes, quia primò ponitur prophetiæ denuntiatio secundò eiusdem denunciationis impletio ibi*, Sicut audiuimus; *tertiò impletionis impletionis publicatio, ibi*, Circũi. Sion. *Circa primum dicitur*, Magnus domi. *& hoc ex suis magnis beneficiis.*

1 In ciui. Dei no *Scilicet Ierusalem, quæ fuit electa ad cultum Dei.*

2 In mon. san. eius. *Quia in parte ciuitatis, in qua erat mons Sion, erat templum diuino cultui deputatum, & ideò dicebatur* mons sanctus *quia factum in vna significatione idem est quod diuino cultui deputatum, propter quod vestes sacerdotales dicuntur sanctæ, & cætera diuino cultui deputata. In locis autem istis fuerunt prædicta beneficia ad Dei laudem exhibita. Ex hoc ecclesia,* 3 Fundatur, *In fide catholica per Christum ibidem prædicantem in persona propria, etiam miracula facientem, & per apostolos postea, vt habetur Act. 2.*

4 Exul. vni. ter. *Id est, ad exultationem vniuersæ terræ, quia fides catholica de Ierusalem ad alias partes orbis per prædicationem discipulorum Christi est deriuata, secundum quod erat per Esaiam prædictum 2. c.* De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem, *quod est causa exultationis omnibus fidelibus.*

5 Mons Sion latera aquilonis. *Quia, sicut dictum est, mons Sion est in aquilonari parte Ierusalem.*

6 Deus in do. *Christus enim Deus & homo in templo fuit cognitus à sancto Simeone iusto, & ab Anna prophetissa, & aliis fidelibus.*

7 Cũ sus. eã. *Scilicet Ierusalẽ, promouendo eam ad talem gloriã, vnde & in translatione Hier. iuxta Hebraum*, In auxiliando.

8 Quo. ecce re. ter. *Isti fuerunt tres reges, qui venerunt ad adorandum Christum natum.* 9 Ipsi videntes admirati sunt, *Scilicet videntes stellam ductricem ad puerũm Iesum & eius matrem.*

10 Contur. sunt, com. sunt. *Istud refertur ad Herodem regem & suos*

MORALITER.

† 1 *In ciuitate Dei nostri*, Id est, in ecclesia, vt prędictum est.

2 *In monte sancto eius*, Dicitur enim ecclesia mons sanctus, sicut & ciuitas Dei, Esaiæ 2. a. *Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium, &c.*

3 *Fundatur exultatione vniuersæ terræ.* 1. Cor. 3. c. dicitur, *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Et ipse est exultatio vniuersę terrę*, causaliter, Lucæ 2. b. *Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est nobis hodie saluator mundi, qui est Christus, &c.*

5 *Mons Sion.* Quæ specula interpretatur, ideo per ipsam signãtur contẽplatiui. † *Latera aquilonis.* Quæ sunt expositа Borealibus realibus ventis, ideo per ipsa significantur actiui, qui sunt solicitudinibus & turbationibus expositi Luc. 10. d. *Martha Martha, solicita es, & turbaris erga plurima.* Ex istis verò scilicet cõtemplatiuis & actiuis, cõstituitur ecclesia, quę est *ciuitas regis magni.* 6 *Deus in do.* Licet autẽ vniuersalis ecclesia sit vna, habet tamẽ multas ecclesias singulares, de quibus dicitur. *Deus in do. &c. cũsu. s.* deprecantem. 8 *Quo. ec. re. ter.* In fidei vnitate per preces ecclesię. Et subditur modus congregationis, cum dicitur, 9 *Ipsi viden.* Mirabilia per Christianos facta. † *Sic admirati sunt.* Quia superãt virtutem, naturę creatę, & sic cognouerunt ea facta esse diuina virtute, propter quod per fidem venerunt ad ecclesiam, & sic deluerunt quòd persecuti fuerant ipsam, sicut patet de Cõstantino & pluribus alijs, ideò subditur, 10 *Con. sunt*, De Christiani

† sanguinis

☞ a *Commoti sunt.* Ad fidem, & tantus fuit pauor, vt corpus tremeret.

b *Ibi dolores vt parturientis,* Pœnitentiæ, videntes ita. Sed:

c *In spiritu vehementi,* Herodis.

d *Cõteres naues Tharsis.* Quia in Tharso Cilicię naues quæ magos transposuisse in patriã suam credebantur, confractæ sunt ab Herode.

a ¶ Aug. Post admirationem gloriæ & miraculorum Christi. ¶ Aug. Pro peccatis. b ¶ Ad bona mutati. c ¶ Augustin. Pro conscientia delictorum. d ¶ Augustin. Tantus erat pauor, quod etiam corpore tremebant. e ¶ Pœnitentiæ.

†præcipitati sũt, festinauerunt,

a b †bãti sunt † commõti sunt, trẽmor apprehẽdit eos. Ibi dõlo-

a ¶ Graues, sed vtiles. ¶ Cas. Quia inde fructus prouenit. ¶ Vnde, A timore tuo domine concepimus & parturiuimus spiritum salutis. ¶ Quomodo? b ¶ Per spiritum sanctum. ¶ Augustin. In forti timore iudicaturi. c ¶ Euertes superbiam gentium.

†vẽto noto, Oriẽtali.

†ita

c d res vt pãrturientis, in † spiritũ † vehementi contẽres naues †

a ¶ Quia ita est, ergo. ¶ Augustin. In promissionibus prophetiæ, sicut est illud, Adorabunt eum omnes gentes, &c. Et illud, In semine tuo bene. omnes gentes. b ¶ Augustin. In exhibitione. ¶ Omnes enim reges, omnes gentes adorant Christum, Christus regnat in cœlis ad dexteram patris. c ¶ Augustin. Qui in hac ciuitate est, audit & videt; qui extra est, cæcus est.

e f g Tharsis. Sicũt audiuimus, † sic vidimũs in ciuitãte Domini †

a ¶ Ecclesia. b ¶ Ipse. c ¶ Aug. Ne ergo timeas, ne quando cadat firmamentum

virtutum, in ciuitãte Dei nostri: Deus fundãuit eam in æ-

a ¶ Stabiliter. b ¶ Fundauit quia. ¶ Fide. ¶ Nos grana inter paleas lilium inter spinas, amica inter filias. c ¶ O. d ¶ Filium. ¶ Aug. nõ solum sacramenta, sed etiam rem sacramentorum. e ¶ Palearum, quæ per sacramenta. quibus communicant, populus Dei sunt & templum, de quibus, habentes formam pietatis, virtutem verò abnegantes. ¶ In communi populi tui. ¶ Et qui hoc est.

*Selasuprà psal. 3.

†Cogitauimus.

h i ternũm. * † Sũscepimus Deus misericordiãm tuam, in mẽdio

k a ¶ Quę non est nisi in sanctis. ¶ Aug. non desunt qui laudent per omnes tetras.

l templi tui. Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in

C Tharsis.

e *Sicut audiuimus. In ciuitate domini virtutum,* quia ibi custodes angelos deputat. Repetit,

D

f *In ciuitate Domini virtutum, in ciuitate. Dei nostri.* Id est, Catholica ecclesia, ne sibi hoc nomen conuentus hæreticorum vsurpet. Ne autem putetur temporalis, addit,

g *Deus fundauit eam in aternum.* Non ad horam, vt prius tabernaculum Moysi.

h *Suscepimus Deus misericordiam tuam.* CASSIODORVS. Agens gratias de Aduentu Christi, monet de gradibus Ecclesiæ distribuendis, per quos saluatorpossit agnosci.

†violẽte. †maris. E †exercitũ Luc. 2. c.

i *In medio templi.* Ierusalem. grauius accusantur, qui contẽnunt eum, qui in medio eorum conspectus est. Per hoc notatur incarnatio Christi, qui secundũ quod homo, præsentatus est in templo.

Dextera. CASSIODORVS. Hac parte iusti locantur.

AVGVSTINVS. *Suscepimus Deus.* Quo ordine fundata, vel quod audiuimus & vidimus.

F

k *Templi tui.* AVGVSTINVS. Id est, populi non sucipientis misericordiam, qui multis: vt nulla videantur esse grana, sed tamen nonnulla, quia secundum nomen.

l *Secundum nomen.* CASSIODORVS. Quod vbique diffusum est, quia nullus est, & si nesciat cultum, qui huic nomini non se subijciat.

Vel secundum nomen. Hoc est, sicut reuerentia tui nominis dilatatur, ita in ecclesia quæ toto orbe diffusa est, laus tibi datur

☞ quia

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *suos fautores, qui audientes verba prędictorum, fuerunt valde conturbati, secundùm quod dicitur Matt. 2. a.* Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Ierololyma cũ illo. *Et quia aduentus regũ fuit causa turbationis Herodis & suorum, vt dictum est, ideò sub eodem contextu ponitur vnum iuxta aliud, sicut effectus iuxta causam, & ecõuerso; & etiam secundùm modum loquendi scripturæ, qui variatur de bonis ad malos, secundùm illam regul... exponendi sacram scripturam quam posui in principio Genesis, quæ est de corpore Domini bipertito, quia in eo continentur boni, & mali; & propter talem coniunctionem in vno corpore frequenter fit transitus de vno ad aliud. Et hoc modo sponsa in canticis dicit,* Nigra sum, sed formosa. Nigra *propter peccatores,* formosa, *propter iustos, sicut ibidem plenius fuit expositum. Et hoc modo potest dici in proposito, quòd scriptura sub vno contextu loquendò de regibus cupientibus Christum adorare, transit ad loquendum de Herode & suis fautoribus quærentibus eum occidere.*

1 Tremor apprehendit eos. *Eò quod Herodes timuit regnum suum perdere. Et quia ex hoc interius torquebatur, ideò subditur,*

2 Ibi dolores vt parturientis. *Vel istud potest referri ad dolores matrum, quorum filios Herodes occidi fecit propter Christum. Matthæi. 2.*

3 In spiritu vehementi conteres naues Tharsis, *In Hebræo & in translatione translatione Hieronymi iuxta Hebraeum habetur,* In spiritu vrediinis, *& dicitur ab vro vris. Herodes enim audiens quod magi rediissent in terram suam per mare in nauibus Tharsis, iratus eas succẽdit, vt habetur in Scholastica historia: & sic adimpleta est prophetia ista.*

4 Sicut audiuimus. *Hic consequenter ponitur prophetia adimplẽtio, cũ dicitur,* Sicut audiuimus, *Scilicet à filiis Core, vel aliis prophetis.*

5 Sic vidimus. *Adimpletum in aduentu Christi, & loquitur hic psalmista in persona fidelium, qui dicebant adimpletũ Christi mysteriũ.*

6 In ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri, *Id est, Angelorum, Angeli enim sancti propter reuerentiam diuini cultus frequentabant locum illum.*

7 Deus fundauit eam in æternum. *Quia Christus Deus & homo fundauit eam in fide catholica, vt prędictum est, quę fundatio stabilis est in aternum.*

8 Suscepimus Deus misericordiam tuam, in medio templi tui. *Hoc fuit adimplatum, quando Christus, per quem misericordiam Dei consecuti sumus, oblatus ibi fuit, & veritatem Euangelicam docuit.*

9 Secundum nomen tuum Deus. *Id est, secundùm magnitudinem nominis tui, quæ est infinita.*

10 Sic & laus tua. *Id est, diffusa est per orbem terrarum per prędicationem Apostolorum.*

☞ Iustitia

MORALITER.

† sanguinis effusione.

† *Commoti sunt,* Motu pœnitentiæ.

1 *Tremor apprehendit eos,* Propter seueritatem iustitiæ diuinæ.

2 *Ibi dolores vt parturientis.* Ex magnitudine contritionis.

3 *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis.* Per naues istas, quæ dicuntur in scriptura solennes, signantur potentes in mari huius sæculi, qui sicut dictum est, de persecutione Christianorum fuerunt valde contriti: quod signatur cùm dicitur, *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis.*

4 *Sicut audiuimus.* Scilicet prophetias de conuersione gentium.

5 *Sic vidimus in ciuitate Domini nostri.* Id est, in Ecclesia adimpletum.

☞ quia dextera, id est, tua propitiatio iustificauit multos, qui omnes laudant.

a *Lętetur.* AVGVSTINVS, Etsi laborent iusti inter spinas, tamen exaltentur, quia non errat Deus in iudicando, sed discernet omnia grana à paleis. Concretè nati, discretè viuant, non temerè modò iudicent; eorum est modò colligere, Dei est separare.

b *Mons Sion & exultent.* CASSIODO. Ecclesia, quæ est in speculatione populi.

c *Filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine.* Sanctæ fœminæ. Per Iudam, gens earum ostenditur, quæ est propter Christũ, qui de Iuda, & hæ exultent, vt in vtroque sexu Ecclesia sit.

AVGVSTINVS. Causa lætitiæ, iudicia futura, vbi se sciũt ad beatitudinem vẽturas. Qui intus sunt, letentur, vos qui extrà, circundate.

Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ. ✻ EVTHYMIVS. Per *montem Sion* homines intelligit, qui illic habitant, & per *filias Iudę*, mulieres ipsas, quas veluti viris timidiores ac mœstiores lætari etiam iubet. Nam si his etiam lætandum est, tanto magis viris. Vel per *filias Iudę*, ciuitates dicit, quæ sitæ erant circa Hierusalem, atque ei subiectæ. Possumus & per *montem Sion* vnicam fidelium Ecclesiam intelligere, vt diximus, & per *filias Iudę*, filias confessionis & fidei, hoc est, fidelium animas, vel Ecclesias, quæ in variis mundi partibus fundatæ sunt.

d *Circundate.* Honores exhibendo.

e *Complectimini eam.* Charitate.

f *Narrate in turribus eius. Ponite corda vestra.* CASSIODORVS. Prędicate alijs in concordia Apostolorum, in hac fundatæ bene sunt turres Apostolorum, munitiones contra hæreticos & altitudines, vnde exteris est loquẽdum vt possint audire, ne per lętitiam remissi lenteſcant.

g *Virtute eius.* AVGVSTINVS. Virtus ciuitatis charitas est, quam nihil vincit; vnde Salomon, *Dilectio fortis est vt mors.*

CASSIODORVS. In virtute Ecclesiæ monet ponere corda.

h *Distribuite domos eius, vt ennarretis in progenie altera.* Id est, officia distincta ordinatione disponite, presbyteros, diaconos; vt per eos magnalia narrentur in altera progenie, id est, populo Christiano, qui est secundus ab Hebræo, quem primum Dominus elegit.

i *Quoniam hic est &c.* Hoc est quod narrandum est, breuis sententia, sed quæ omnia concludit. *In ęternum*, contra illos, qui temporales homines Deos faciebant.

Distribuite. AVG. Id est, distinguite domum à domibus; quæ habet formam tantum, & quę cum forma pietatẽ; nolite confundere, quasi vnum sint, vel domos circuncisionis, & præputij vt Paulus eat in gentes, alij in circuncisionem. Dispensationem quidem diuiserunt, sed charitatem iunxerunt: hoc magis conuenit, vnde subdit, vt sic ô prædicatores enarretis vsque ad posteros.

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iustitia. *Scilicet abundante, quæ continetur in veritate Euangelij*

2 Plena est dextera tua, *Id est propitiatio, seu largitas tua, par quam est pro orbem diffusa.*

3 Lætetur mons Sion. *Vnde doctrina Euangelica accepit exordium, vt prædictum est.*

4 Et exultent filiæ Iudæ. *Id est, ciuitatis Iudæ, in quibus prædicauit Christus in propria persona.*

5 Propter iudicia tua Domine, *Eis per te denuntiata.*

6 Circundate. *Hic consequenter describitur impletionis dicta promulgatio, quæ facta est per Apostolos: qui adimpletum Christi mysteriũ constanter publicauerunt in Hierusalem, & ciuitatibus propinquis, & remotis, secundũ quod dixit eis Christus Act. 1. a.* Eritis mihi testes in Ierusalem, &c. in omni Iudæa, *&c. Et hoc est quod dicitur eis in spiritu prophetico,* Circundate Sion, *Quoniam in monte Sion, vbi erat tẽplũ & etiam in alijs locis per Ierusalem, constanter discurrebant, publicãdo fidem Christi, & miraculis confirmabant, intantum quod in plateis ponebantur infirmi in lectulis veniente Petro, vt saltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum: & liberarentur ab infirmitate sua, vt habetur Actuum 5. c.*

7 Narrate in turribus eius. *Id est publicè & manifestè, sicut præcones clamantes in turribus audiuntur de tota ciuitate.*

8 Ponite corda vestra in virtute eius, *Id est ipsius Christi, in cuius virtute magnalia faciebant Apostoli, vt habetur in Actibus Apostolorum.*

9 Et distribuite domos eius, *Id est ordinatè loca ad cultum ipsius: quod fecerunt Apostoli primò in Ierusalem et ciuitatibus Iudæ, postea verò in orbe terrarum vbique, secundum quod habetur ex eorum actibus, ideò subditur,*

10 Vt enarretis in progenie altera, *Id est, gentilitate, quæ erat altera progenies à Iudæa, quia primò prędicauerunt Apostoli & Christi discipuli Iudæis, & postea gentibus per orbem diffusis. Quid autem prędicauerint, ostenditur, cùm subditur,*

11 Quoniam hic est. &c. *Scilicet Christus, cuius diuinitatem prædicauerunt.*

12 Deus noster. *Qui se dedit nobis, & non solùm in præsenti per gratiam, sed etiam in futuro per gloriam; ideo sequitur,*

13 In æternum & in seculum sæculi.

14 Ipse regat nos in sæcula, *Hebręi dicunt:* Ipse reget nos suauiter; *quia diuina prouidẽtia* attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. *Hiero. autẽ in trãslatione iuxta Hebr. dicit.* Ipse reget nos vsque ad mortẽ, *quia tunc magis apparebit, quod ipse est rector Christianorũ, in hoc quod deficientibus humanis auxilijs habebit specialem curam ipsorum. Ratio autem huius diuersitatis in litera est ista, quia in Hebręo sic habetur: Ipse reget nos* עלמות halmuth. Halmuth. *autem, si sint duæ dictiones, signat super mortem, vel in morte, & sic accipit Hiero. si autem sit vna dictio, signat sæcula in plurali, prout litera habet communis, vel iuuentutem, loco cuius Hebrai dicunt suauiter, eò quod homo puerum suum paruulum ducit in suauitate & non in rigore, secundùm quòd dicit Rab. Sa. super istum locum. Hie. tamen minus bene videtur dicere, quia in omnibus Bibliis Hebraicis quas vidi,* halmuth *hic est vna dictio, et non duæ.*

✻ NICO-

MORALITER.

1 *Iustitia.* Quia paratus est iustificare per gratiam omnem hominem se debitè disponentem.

3 *Lętetur mons Sion,* Id est, Ecclesia.

4 *Et exultent filiæ,* Id est fideles personæ.

5 *Propter iudicia tua Domine,* Quę sunt iustissima.

6 *Circundate Sion.* Hoc verbum dirigitur ad rectores Ecclesiæ, qui debent eam per diligentem custodiam circumire.

† *Et complectimini eam,* Sicut sponsam dilectissimam.

7 *Narrate in turribus eius, &c.* Imminentia pericula, sicut boni speculatores.

8 *Ponite corda vestra in virtute eius,* Id est, ad virtutem eius dilatandam, ideò subditur:

9 *Et distribuite domos eius in progenie altera.* Ecclesias nouas ordinando in infidelibus conuertendis.

11 *Quoniam hic est Deus, Deus noster.* Scilicet Christus.

14 *Ipse reget nos in sęcula.* In præsenti sæculo per gratiam, & per gloriam in futuro.

7 *Narrate*

---

a ¶ Multi sunt iusti, qui stabunt ad dexteram. ¶ Ad quam iusti. b ¶ Vnde.
c ¶ Iudæa quæ primos radios accepit fidei.

b fines terræ, iustitia plena est dexterâ tua. Lætẽtur mõns Sion
a ¶ Auguſt. Gentes à Iuda, id est, ab apostolis genitæ per confessionem. b ¶ Confessionis.
c ¶ Auguſt. quibus cęcitas contigit in Israel, do. plena gen. Roman. 11 c,
c d & exultent filiæ Iũdæ, propter iũdicia tua Domine. Cir-
a ¶ Et ô vos gẽtes. ¶ Auguſt. Vos autem reprobi, in quorum medio suscipitur misericordia, circundate non scandalis, sed charitate bonos. b ¶ Electos. c ¶ Brachijs charitatis. d ¶ Auguſt. Prædicate laudes eius in altitudine munitionum eius,
e f cundãte Siõn & † complectimini eam, † nãrrate in turribus
a ¶ Non modo ora: ¶ Auguſt. non ira vt habeatis formam pietatis, & veritatem eius negetis.
b ¶ Auguſt. habita charitate non temere iudicabitis, videbitis non obesse malos bonis. ¶ Hoc solum. Alias, gradus,
g eius. Ponite cõrda vestra † in virtute eius, ẽt † distribuite do-
a ¶ Cas. Christus præsens in terris visus, & cum hominibus conuersatus. Baruc 3. d.
h i mos eius, vt enarretis, in progenie † altera. † Quõniam hic
a ¶ Et si in homine latet. b ¶ Non ad tempus, vt falsi diji. c ¶ Quia Deus, protegit ne moriamur; quia rex, regit ne cadamus,
est Deus, Deus noster in ætẽrnum & in sæculum sæculi, ẽt ipse †
a ¶ Sine fine.
reget nos in sæcũla.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

D E F

Ca. 8. b.

† circũite. † ad antemurale. † ducet, diriget, nos vsque ad mortẽ; alij in secula vertũt. Alij, sicut in puericia: vel sicut duxit in diebus adolescentiæ nostræ. Alij ducet nos in abscondito. † numerate turres. † roborate exaltate palatia. † sequenti vel, nouissima, id est, apud posteros. † Quod iste.

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem psal. &c.* CASSIODORVS, Agit Propheta de amatoribus mundi, & Christo redemptore, non illorum, sed contemptorum mundi, vt dejectus in mundo non appretietur elatos.

AVGV. Qui colunt Deum, vt hic eis bene sit, murmurant & blasphemãt, quia mali florẽt, ipsi premuntur, quasi Deus hoc ignoret, vel non curet, ne ipse laboret hoc videndo vel corrigendo, contra hos loquitur hic.

AVGVST. Primum attentos facit ad noua & ad ingentia.

✻ BEDA. Titulus est talis: *In finem filijs Core; psalmus Dauid Propheta* vel cuiusque fidelis perfectæ animæ de priori populo, vel de posteriori, relatus in finem, proponitur filijs Core, ad hoc scilicet vt deuitent vsitatem peruersionem. Vsitata enim peruersitas in hominibus est, quòd cùm deberent viuere secundum Dei voluntatem, potiùs volunt Deum viuere secundùm suam voluntatẽ. Et dum ipsi nolunt corrigi, volunt Deum deprauari, arbitrantes non esse iustum quod ipse vult, sed quod ipsi volunt. Et qui diligunt eum propter terrena commoda, & bona temporalia, murmurant aduersus eum, cùm vident bonos tribulari, malos prosperari, quasi non dignetur regere humana, non curet hæc infima. Contra tales loquitur diuinus sermo, etiam in hoc psalmo.

† Vide psal 7.

PSALMVS XLVIII.

Vdite hæc omnes gentes. CASS. Nullum excipio, non accipit Deus personas, omnibus præsto est; &, generale beneficium est incarnatio. *Terrigenæ*, qui vitia sequuntur terrena, hi in parte Adæ qui homo, non, filius hominis. *Filij hominum*, iusti, in sorte Christi, qui fuit filius hominis. Breuis explicatio, *diues*, terrigena, *pauper*, filius hominis. *Simul*, vsque ad messem; quandoque non simul, quãdo scilicet separabũtur zizania à tritico, oues ab hædis.

Matt. 13. d. Ibidẽ. 23 c.

c *Quique ter.* AVGVST. Nulli sermonem subtraho, audiat hęres terræ, propter iudicium: iustus, propter regnum.

✻ THEODORETVS. Quidam *terrigenas* Adamum & Euam nuncuparunt, tanquam ex terra effictos, non autem ex coitu natos. Sed hic sermo non quadrat Ecclesiæ, etenim Apostoli non admonent eos, qui iam mortui sunt, sed illos qui adhuc viuunt; Diuersas itaque vitas tacitè innuit: aliqui enim vrbes incolunt, nonnulli agros & villas agriculturæ studentes. Et ex hominibus quidam sunt mansuetiores, quidem agrestiores; & hi quidem maiori cum ratione viuunt, hi verò ferinò more solitudinem habitantes; aliqui verò Amaxobij nuncupantur, qui in curribus degunt, aliqui verò pro domibus vtuntur vmbraculis. Hos puto terrigenas nominari, tanquam ciuilioris vitæ expertes; hoc est, vniuersi homines, ea quæ dicuntur audite. Nimirum Vrbani & solitudinis incolæ, mansuetiores & agrestiores, & cõmuniter omnes & sigillatim, sic enim & Symmachus interpretatus est. Nam pro *terrigenis & filijs hominum*, humanitatem dixit, & insuper, filij cuiuslibet hominis: pro eo quod est, cõmuniter humana natura audiat, quę dicũtur & quilibet sigillatim fructũ percipiat.

† Etiã filij hominũ etiã filij virũ id est simul plebeius & dominus vel nobilis intelligẽtiam.

† similitudinem.

a ¶ Id est Christum. b ¶ Passionis, & crucis Christi.

† In finẽm filijs Corẽ Psal. Dauid. PSAL. XLVIII.

a ¶ Attentos facit. ¶ Iam hodie per recitatores. b ¶ Aug. omnes iniqui. c ¶ Audiendi.

1 AVdite hæc omnes gentes, auribus percipite

a ¶ Aug. Domini, non serui rerum. ¶ Non transeuntes audiatis. ¶ Iusti. b ¶ Aug. Habitat orbem qui non tenetur ab orbe, nec erroribus implicatur. c ¶ Exponit per partes.

2 omnes qui habitatis orbem. † Quique terri-

a ¶ Iniqui. b ¶ Iusti. c ¶ Aug. Non separatim vsque ad messem. d ¶ Ad terri. c ¶ Ad filios ho. f ¶ Quia.

3 genæ & filij hominum, simul in vnũm diues & pauper. Os

a ¶ Christum. b ¶ Ne putes eum solo ore, & non ex corde loqui.

4 meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei † pru-

a ¶ De moribus, quod est in futuro prouidere. b ¶ Nec hoc à meſed. ¶ Veritati. ¶ Quæ parabolas & enigmata docet c ¶ Videmus nunc per speculum in ænig. quicquid modo videmus per ænigma est. 1. Corinth. 13 d. d ¶ Factis ostendam quod dico.

5 dentiam. Inclinabo in † parabolam aurem meam, ape-

a ¶ Id est quod mihi præ omnibus propono, id est æternam beatitudinem. b ¶ Incipit

6 riam † in Psalterio propositionem meam. Cur timebo

7 8

† cũ citha ra ænigma meum.

d *Os meum lo.* CASSIOD. Commendat dicenda. *Sapientia* ad diuinas res. *Prudentia* ad mores instruendos, in his duobus omnis sermo diuinus indicatur.

e *Inclinabo.* HIERONYM Humiliabo me veritati intus loquenti, quæ docet loqui in parabolis, ne omnibus pateat.

Incli. &c. ✻ EVT. Sermonẽ habiturus ad vos, inclinabo vicissim aurẽ animæ meæ in parabolam, quę à sancto mihi spiritu suggeritur. Parabolam vero hic ambiguũ atque ænigmaticũ sermonẽ intelligit. Sũt enim prophetica omnia ambigua admodũ, propter occultos sẽsus, obscuritate verborũ velatos fidẽ etiã sermoni suo præstat his verbis, dũ supernè ea sibi denotat inspirari.

f *Aperiam in psalterio propositionem meam.* ✻ EVTHYMIVS. Per propositionẽ, sermonem intelligit, ad exhortationem atque vtilitatem audientium propositum ac prolatum. Aperiam igitur, hoc est, manifestabo hunc sermonem meum vna cum psalterij harmonia. Nam qui ianuam aperit, omnia manifestat quæ intus sunt. Ex eo enim quod præcedit, denotauit id quod consequitur. Manifestaturum se, autem id ait, cum harmonia & cantu, vt sermo suus iucundior sit; iuxta anagogem, ille aperire dicitur propositionem suam in psalterio, qui facit pariter & docet, cuius opera sermonibus congruunt. Ad melodiam enim psalterij excitandã manibus opus est, per quas operãdi facultas designatur.

g *Cur ti.* CASSI. Incipit narrare, quæ promisit, dicens quod Christus non redimet impios, hic propheta in sua persona generalem agens causam, quęrit causam damnationis, & timoris malorum, quæ est iniquitas.

AVGVST. Cur timebo; quasi, non est quod timeam, cũ iniquitatem vitare sit in mea potestate, pro qua tantum timebitur in die nouissima, quæ erit mala damnatis, non iustis.

☞ *Calcanei*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XLVIII.

AVdite. *Huic psal. premittitur talis titulus in Heb.* Ad victoriã filijs Core Psal. *& in trãslatione Hie. iuxta Hebreum*: Victori filiorũ Core Cãticũ *titulus aũt cõmunis est*: In finẽ filijs Core Psal. *& est eadẽ sententia in istis, vt patet ex dictis suprà psal. 4. Et patet expositio ex supradictis. Sciendum tamen quod secundum Aug. psal. iste intitulatur à filijs Core, quia ab eis decãtãdus, sed à Dauid factus; secũdũ verò Hier. & doctores Hebræos, quibus videtur mihi magis in hoc assentiendũ, iste psal. & alij sic intitulati à filijs Core, fuerũt ab eis facti. s. ab vno eorũ vel pluribus, vt dictum fuit suprà psal. 41. & ex dictis ibidẽ patet expositio huius tituli. Diuiditur autẽ iste psa. in duas partes. s. in prooẽmiũ, & tractatũ. Secunda incipit ibi,* Cur timebo. *Circà primũ primò redduntur auditores beneuoli ex communi vtilitate doctrinę cũ dicitur,* 1 Audite &c. *Q. d. Illud quod est hic dicendum, vtile est pro bono cõmuni omnium.* 2 Auribus. *Id est aure corporis & mẽtis.* 3 Quique, &c. *Id est, quaruncunque nationum & statuum, ideo subditur*: Simul in vnũ diues & pauper. *Secundo reddũtur attenti ex dicendorũ profunditate, cum dicitur,* 4 Os meum &c. *Quę est notitia de altissimis.* 5 Et medi, &c. *Qua est directiua in agibilibus humanis. Tertiò redduntur dociles, ex modi loquendi intelligibilitate, cùm dicitur* 6 Inclina. *Id est, applicabo intellectum meum ad intelligendum verba legis & prophetarum, quæ frequenter sunt parabolica: & tũc potero lucidè tradere alijs ipsa, ideo subditur.* Aperiam. *i. lucidè tradam,* 7 In psal. *Quia iste psal. erat aptus decantari, in tali iustrumento.* 8 Cur ti. *Hic consequenter ponitur tractatus, in quo primò mouetur quædam quæstio & soluitur; & secundò declaratur solutio, ibi,* Ne timueris. *Circa primum sciendum, quod ista quæstio est de extremo iudicio, quod erit valde formidabile iniustis, delectabile tamen iustis, tunc videntibus vindictam de peccatoribus: secundum quod dicitur psal. 57. b.* Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatorũ. *Propter quod saluator Lu. 21. c. loquẽs de aduẽtu ad iudiciũ dicebat discipulis suis,* His autẽ fieri incipiẽtibus respicite, & leuate capita vestra. *i. exhilarate corda vestra, secũdũ quod exponit Greg. Secũdũ hoc igitur psalmista monet quæstionẽ dicens,* Cur ti. *in die mala. Id est, in die iudicij, quę frequẽter vocatur* dies mala *in scripturis veteris testã. et noui: & loquitur in persona generis humani, in quo sunt plures mali quàm boni, secundum quod dicitur Eccl. 1 d.* Stultorum infinitus est numerus. *Consequenter respondet ad quæstionem. dicens.*

Iniquitas

MORALITER.

1 *Audite.* Psal. iste secundũ naturalẽ sensum loquitur de iudicio futuro, quod in hoc psal. describitur terribile reprobis, & delectabile bonis: vnde saluator Luc. 21. c. loquens discipulis de futuri iudicij signis dicit. *His autem fieri incipientibus, respicite et leuate capita vestra, id est, exhilarate corda, vt* Gregorius exponit. & sic patet quod sensus literalis est etiam spiritualis: & idò non est ad præsens alius requirendus.

☞ a *Calcanei.* AVGVST. Alludit verbis, quæ in Genesi dominus serpenti dixit: *Inimicitias ponam inter te & mulierem: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* In singulis nostrûm est hæc mulier, Eua enim, caro nostra est; quæ seduxit virum, id est, rationem; per quam carnem labitur homo, qui lapsus, per calcaneũ hic significatur. Vel, per calcaneum finis vitę intelligitur: cui diabolus maximè insidiatur. Vel *iniquitas calcanei*, Quę mihi erit in fine, *Circundabit me*, id est, opprimet & timere faciet.

Genes. 3. c. Euæ calcaneo quomodo diabolus insidiatur.

b *Qui confidunt.* AVGVST. Hi, scilicet, qui confidunt, sunt quos circundabit iniquitas calcanei.

† mala, cũ iniquitas calcaneorũ meorũ, i insipiẽtium mihi circũquaque. † substãtia, diuitijs, fortitudine. † cum tamẽ fratrẽ nemo redimat, nec det Deo redẽptionẽ pro ipso.

AVGVSTINVS. Obseruat diabolus quando laberis, vt deiiciat te: tu obserua caput, id est, initiũ suggestionis, ne veniat delectatio.

B † Sepulchrũ numquã visuri. † interiora id est, quic quid est in illorũ domibus, manet & crescit sẽper; vel, cogitãt in interioribus suis & corde suo quod domus eorũ permansuræ sunt in æternum.

AVGVSTINVS. Ideò timendum, iniquitate circundato, quod per partes exprimit iniquitatis, quia eos, scilicet *qui confidunt*, &c. *frater non redi.*

AVGVSTINVS Quasi dicat, timor est de iniquitate, iniquitas de terrenis, in quibus adeò stulti sunt.

C *Frater non re.* AVGVSTINVS. Si frater, id est, Christus, non redimit, homo nullus redemptus est, quæ ergo in hoc fratre confidit, nõ timebit in di mala, vt alij, vel qui cõfidit in diuitiis, vel virtute, vel amicis, *non dabit placationem suam* quo flectat Deum pro peccato, *& pretium*, id est, eleemosynam quibus redimat animam, & hic talis *laborabit*, Sub admiratione, id est, Christus nõ redimet & si ipse non, homo, qui saucianit redimet? Non. Quasi dicat, nullus homo redimet: quia non dabit homo Deo vnde placetur, & vnde redimatur anima, quia nulla oblatio potest compensari pretio Christi. Vel ideò frater non redimet talem, quia talis non dat Deo placationem.

D d *Et viuet adhuc.* AVGVSTINVS. Post finem vitæ viuet secũdum animam, quia non peribit anima cum corpore, sed dolori saluabitur, vsquequo accepto corpore vtrinque crucietur.

e *Non videbit* AVGVSTINVS. Id est non intelligit, quid sit interitus, dicit enim, Si sapiens, qui piè deũ coluit mortuus est, & nõ potest euadere, cur sequerer eum, mihi enim bene faciam dum viuo, & ita nescit quis sit vet⁹ interitus, qui enim ei imminet, ęternus: cum sapiens transit vitam.

† in abundantia.

E † Quanta pretiosa erit, id est, magni pretij erit, redẽptio animæ eorũ, vt in perpetuũ viuant, & viuãt in ętẽnum. † Videbit enim quod sapientes moriẽtur.

✻ BEDA. Ideo meritò labor eius erit æternus, quia ipse neque videt neque videbit, id est, non attendet verum interitum, interiorẽ scilicet, sed tantùm exteriorem, cùm viderit sapientes exteriùs moriẽtes. Dicit enim ita, Ecce hic sapiens erat, seruire Deo omnibus modis satagebat & tamen mortuus est. Quid profuit ergo ei sanctitas sua? vel quid iuuit eum bonitas sua? Nihil vtique. Ergo dum viuam epulabor, gaudebo, nec in sanctitate huiusmodi laborabo. Et hæc dicens miser, exteriorem tantùm, & non verùm mẽtis attendit interitũ. F Et quia verum non attendit interitum, ideò *insipiens & stultus peribunt simul.* i. in corpore & anima. insipiens est, quisquis non attendit in quanta hic sit miseria, stultus verò qui sibi non prouidet in futuro.

f Vel, *insipiens.* AVGVSTINVS. Qui non attendit.

g *Stultus.* Qui si attendit, non cauet.

h *Diuitias.* CASSIOD. Propter quas fecerunt mala.

i *Suas,* Quæ non secundum Deum.

☞ a *Vocauerunt*

a ¶ Aug. Iudicij, quę dies, quia tunc omnia aperta. b ¶ Auguſt. Eua, noſtra caro, per quam labitur homo, de qua dicitur, Illa obſeruabit caput tuum & tu eius calcaneo; id eſt lapſum vel finem. c ¶ AVGVST. Alij præſumunt in virtute ſua corporali vel ingenij,

a b in diẽ † mala? iniq̃itas calcanei mei circundabit me. Q̃ui con-

a ¶ AVGVST. Alij in diuitiis confidunt. ¶ Poſt intrinſeca, quę nomine virtutis ſignificauit, ponit exteriora, quæ intelligit per diuitias. b ¶ Vnde magis inflatur homo.

fidunt in † virtute ſua & in † mãltitudine diuitiarũm ſuarum

a ¶ AVGVST. Alij in amicis, ſed fruſtra, quia. ¶ Alias de propitiatione ſua.

c gloriantur. † Frãter non redimit, redimet homo? non dabit

a ¶ Id eſt, vnde redimatur anima omnis.

Deo placationem ſuam. † Et pretiũm redemptionis animę

¶ AVGVST. Labor non finietur, vita tamen hæc finietur. a ¶ Ideo laborabit quia. ¶ Non intelliget.

d e ſuæ, & laborabit in æternum & viuet adhuc in finem. † Nõn

a ¶ Cum viderit æque mori bonos & malos.

videbit interitum, † cũm viderit ſapientes morientes: ſimul

a ¶ AVGVSTINVS. Q̃ui ſibi non proſpicit in futurum. b ¶ AVGVSTINVS. Q̃ui neſcit in quo malo ſit: c ¶ Et filijs, tamen alienis, quia alieni ſunt qui nihil profunt.

f g h inſipiẽs & ſtũltus peribunt. Et relinquent aliẽnis diuitias

a ¶ AVGVST. Quæ extruxerunt, quaſi domos æternas, ad memoriam, quamuis in inferno magis maneant. b ¶ Qui palatia huius ſæculi ædificauerunt. c ¶ Huius ſæculi, d ¶ In quibus ad tempus. ¶ Domos quas hæredibus dimittant putant eſſe duraturas.

i ſuas, & † ſepulchrã eorũ domus illorũm in æternũm. Tabẽr-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iniquitas calcanei, &c. *Id est, hoc habebo timere in iudicio, si iniquitas circũdet me, sicut rete inuoluens auem captam vel bestiam, & ideo dicit,*

2 Calcanei mei, *Id est, operis mei, quia calcaneum hominis facit vestigium in puluere: Opera autem hominum aliquando vocantur in scriptura vestigia eorum; & in hoc intelligitur pars opposita, videlicet quod absoluti ab iniquitate non habebunt tunc timere.*

3 Qui confidunt. *Hic consequenter declaratur dicta solutio, & primò quantum ad iniustos, secundò quatum ad iustos, ibi,* Et dominabuntur eorum iusti. *Circa primum sciendum, quod iniquitas circundans impium, propter quam, in iudicio condemnabitur, ex duobus principaliter oritur, scilicet ex presentis prosperitatis inordinato appetitu; & ex futura felicitatis contemptu: primo ergo declaratur primum, & secundò secundum, ibi,* Non videbit interitum. *Circa primum dicitur,* Qui confidunt *Id est, fiduciam & finem ponunt,*

4 In virtute sua, *Id est, in potestate temporali in se, & amicis suis,*

5 In multitudine diuitiarum suarum gloriantur, *Tanquam in summo bono; & per consequens in abyssum peccatorum labuntur, in quam ista duo faciunt ruere: Tales, inquam, in futuro iudicio habebunt timere, cuius causa subditur, cum dicitur,*

6 Frater non redimit *Quia nullus ab illa sententia poterit redimi pretio amicorum suorum, secundùm quod dicitur. Prouerb. 6. d.* Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet precibus cuiusquam, nec recipiet pro redemptione dona plurima.

7 Redimet homo? *Interrogatiuè, quasi dicat, ipse peccator poterit-ne se redimere? quasi dicat, non; ideò sequitur,*

8 Non dabit Deo placationem suam, *Id est, sacrificium vel oblationem, vnde placetur sibi Deus.*

9 Et pretium redemptionis, &c. *Similiter non poterit dare, quia erit extra statum merendi: propter quod sequitur,*

10 Et laborabit in æternum, *Id est, affligetur pœna æterna.*

11 Et viuet adhuc in finem, *Vt semper sentiat pœnam, quæ à non viuentibus non sentitur, propter quod dicitur Apoc. 9. b.* In diebus illis quærẽt homines mortẽ, & eã non inuenient, & desiderabũt mori, & fugiet mors ab eis. *Et hoc modo exponit Hie. passum istum.*

12 Non videbit interitum. *Hic consequenter declaratur secundum; ex hoc enim, quod homines mundani vident, & iniustos, sapientes, & stultos, similiter mori, reputant quod non sit alia vita post mortem in qua isti præmientur & illi puniantur: & hæc est occasio currendi ad vitia sine freno, vnde & in persona talium dicitur, Sapien. 2. a.* Ex nihilo nati sumus, & post hæc erimus tãquã si nõ fuerimus, & *postea concluditur,* Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt, *& subditur,* Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra, *& per consequens tales ponunt finem suum vltimum in vita ista, nec per consequens post mortẽ quærũt aliquid, nisi quod remaneant in hominum memoria, sed ad pœnã inferni deueniunt per talia, ergo secundùm istam sententiam dicitur hic,* Non videbit interitum, *Scilicet gehennæ.*

13 Cum viderit sapientes morientes, simul insipiens & stultus. *Id est, homo carnalis, eo quod videt sapientes, qui sunt iusti, & insipientes, qui iniusti, similiter mori: non credit esse interitum gehennæ.*

14 Et relinquent alienis diuitias suas. *Transeundo de vita presenti: quia iniusti non portant secum diuitias suas, sic nec iusti.*

15 Et sepulchra eorum. *in Hebræo & in translatione Hieronymi, iuxta Hebraum habetur,* Et interiora eorum. *Et in idem redit, quia sepulchrum sit intra terram, & ideo sepulchra sunt interiora habitacula mortuorum.*

16 Domus illorum in æternum. *Reputant enim isti, quod iusti & iniusti post mortem nihil habeant in se, nisi quod cadauera eorum in sepulchris remanent absque alia resurrectione futura, propter quod quærunt perpetuari, quantũ possunt in vita ista, faciendo alia ad eorum famam post mortem, vnde subditur,*

17 Tabernacula eorum in progenie & progenie. *Faciunt enim aliqua magna & fortia ędificia, quæ possunt permanere in multis generationibus, vt sic in illis remaneat eorum fama. Ideo subditur,*

☞ 1 Vocaue-

a Filiorum. b Nepotum. c Auguſt. Hoc quærunt, vt vocentur nomina eorum à domibus. Vel inuocabunt.

a nacula eorum in prógenie & prógenie † vocáuerunt nomi- 1
a Prouinciis ſuis, quia ad exteros fama non peruenit. b Auguſt. Ad imaginem ſcilicet Dei factus, non viribus, ſed rationis intellectu. c Dum ſepulchra quaſi æterna conſtruit, & nomina facit inuocari? cum potius æterna deberet quærere. Auguſti. Suam dignitatem, ſcilicet, quod intellectu præeſt, homo iumentis, non viribus,
b na ſua in tèrris ſuis. Et homo † cum in hónore non intéllexit: 2 3
a Et merito. b Quia. Vitio, non natura.
comparatus eſt iumentis † inſipiéntibus, & ſimilis factus eſt 4 5
a Auguſt. Non Dei. b Caſ. Quia ducit ad mortem. c Auguſt. Non ita ſit tibi, vt tales putes beatos. Malis. d Caſ. Vbi ſimulatio, non in corde.
illis. Hæc via † illórum † scándalum ipſis, & poſteà in oré 6 7 8
a Vel benedicent. b Sed. c Ignari. d Auguſt. Iam mente, vt iuſti mente in cælo; vel poſt, Auguſt. Qui ſola præſentia attendunt, e Diabolus.
ſuo complácebunt. * Sicùt ouès in inférno poſiti ſunt, mórs 9
a Vel paſtor eſt eis. b Præeminebunt eis, & iudicabunt eos. c Caſ. Reſurrectione, quia ſunt cum Chriſto, qui eos iudicabit. Auguſt. Id eſt in iudicio, quando omnia erunt aperta.
depáſcet eos. Et dominabúntur eórum † iuſti in mátutino, 10 11 12
a Auguſt. quod hic habebant in gloria ſæculi, quod erat à gloria eorum, id eſt à virtute ſua, pecunia amicis. b Aſimilitudine panni.
& † aúxilium eorum veteráſcet in inferno à gloria eorum. 13 14 15
a Ipſi ita, ſed ego non. b Caſ. Vt terror proſternit malos, ſpes redemptionis releuat bonos. c Caſ. de poteſtate diaboli, qui, ante aduentum, animas tenebat,
Vérumtamen Deus † rédimet animam meam de mánu 16 17 18
a Carnem ex me. b Ergo. quia ſic peribunt mali, & quia ſic Deus retribuet. c Auguſt. In quo tibi videris fruſtra laboraſſe, qui iuſtus es, & tamen pauper. Non eſt magnum quod dices es,
inferi, cùm acceperit mè. * Nè timueris cum diués fa- 19 20 21
ctus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus
a Ideo ne timueris. b Hic poſſeſſa.
eius. Quóniam cum interierit non ſumet ómnia, neque 22 23

a Vocauerunt nomina ſua. AVGVSTINVS. Hæredes, qui ad ſepulchra mortuorum, inebriant ſe in memoriam eorum, ſed nec gutta peruenit ad linguam in inferno ardentis.

b Et homo cum. Et tam in hoc, quam in cæteris, homo non intelligit; vel, inde non eſt accuſandus Deus, non intellexit ſuã dignitatem, non intelligenter egit, ſed cõparatus amiſſa ratione iumẽtis, non in alia re, ſed in ſapiẽtia.

c Hæc via. CASSIODORVS. Hic iam, omnia dicta colligit, in vnum. *Via*, id eſt, vita, quia ducit ad mortem.

d *Scandalum*. Stimulus & dolor, non ſecuritas, quia de ſuis actibus torquẽtur. *In ore complacent*, alios ſecum perdunt, vel ſua palliant mala, vel benedicent. Mos peccantium, cũ vota implent, Deo gratias agunt, ſed nõ in ore, iuxta illud: *Populus hic labys me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.*

e *In oré ſuo complacebunt*. AVGVSTINVS. Cum tales ſint, fiunt hypocritæ, & labiis benedicunt Deum, non corde, audientes enim de æterna vita, de contemptu mundi, non curant, ſed ne erubeſcant, vel corripiantur, ore benedicunt, & peiores ſunt apertis malis.

f *Sicut oues*. CASSIODORVS, Diapſalmus. Quæ impiis anguſtia reddenda. Se iactant, ſed mihi iam conſtat, quod in inferno poſiti ſunt. *Oues*, amiſſa lana manent: ſic in iſtis ſine conſumptione ſubſtantiæ, pœna inuenit quod cruciet.

g *Mors*. AVGVSTINVS. Vt Chriſtus vitã, ita diabolus mors; qui paſtor eſt eis, vt ouibus, quas trahit ad paſcua mortis.

h *Depaſcet* CASSIOD. A ſimilitudine iumentorum, quæ non radicitus herbas euellunt, ſed ſummitates tantum carpunt: vnde iterum herbæ naſcuntur ad paſtum, Sic, illi, morte depaſti, reuiuiſcunt, quia non deficiunt.

Vel depaſcet. CASSIOD. De Paſcua, id eſt, de pœna ad pœnam ducet.

i *In matutino*. AVGVSTINVS. Quia modò nox, dum non apparent merita iuſtorum, & quaſi felicitas nominatur impiorum.

k *Veteraſcet in inferno à gloria eorum. Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cùm acceperit me*. AVGVSTINVS. Quantam viſus eſt habere gloriam inter homines, tantam in inferno corruptionem. Alia litera: *A gloria ſua repulſi ſunt*; Vel ita diſtingue ſecundum aliam literam: *Auxilium eorum veteraſcet in inferno*. Sequitur: *A gloria ſua* expulſi ſunt.

l *Ne timue*. CASSIOD. Diapſalmus. Admonitio, ne timeantur potentes, qui omnia cum luce relinquunt. Cur enim hæc peccatoribus permiſſa ſint, communis querela eſt.

m *Dies factus*. CASSIODORVS. Hæc enim & abiecti habent.

n *Gloria*. in honoribus ſæculi.

o *Domus*. Quia non ſolum ipſe, ſed omnes, qui ad eum pertinent.

† Vocauerũt nomi-nibus ſuis terras.

† in honorenõ manebit ſed aſſimilatus iumentis quę intereunt & infrà.

† Stultitia illius, & poſteri eorũ præcepta illorũ ſectantur. Eſa. 26. d.

† Vocauerũt nomi-nibus ſuis terras.

† inſenſatis

† eorum.

Sela Pſal.

† recti.

† figura eorum vt veteraſcat, ad foueã ſub. egredietur ex habitaculo ſuo, vel fortitudo eorum veteraſcet, infernus domus eorum,

† liberabit. * Sela. Pſalm. 138

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vocauerunt nomina ſua. *Id eſt, quæſierunt vocari per famam remanentem.*

2 In terris ſuis. *Quia homo magis curat de fama in vita: Et poſt vitam in terra propria, quàm in aliena. Simile legitur. 2. Regum* 18. *d. de Abſalon, vbi dicitur:* Porrò Abſalon erexerat ſibi titulum, cũ adhuc viueret: dixerat enim, non habeo filium, in *quo ſcilicet maneat memoria mei, &* hoc erit monumentum nominis mei, &c. *Huius autem erroris cauſa ſubditur,*

3 Et homo cum in honore eſſet non intellexit. *Honor hominis conſiſtit in hoc, quod factus eſt ad imaginem Dei, capax ipſius per cognitionem et amorem: et ſic ordinatur ad beatitudinem æternam, quam homo carnalis non intelligit, vt dictum eſt; vnde ſubditur,*

4 Comparatus eſt iumentis inſipientibus, *Eò quod elegit vitam voluptuoſam, quę vocatur vita pecudum. 1. Eth.*

5 Et ſimilis factus eſt illis, &c. *Quia ſubtracto honore imaginis, non differt homo à brutis: vnde in perſona talium carnalium dicitur Eccleſiaſt. 3. d.* Vnus eſt interitus hominis & iumentorum, & æqua vtriuſque conditio ſicut moritur homo, ſic & illa moriuntur, nec habet aliquid iumento amplius.

6 Hæc via illorum, *Id eſt, proceſſus talium in vita præſenti.*

7 Scandalum ipſis. *Quia facit eos ruere de peccato in peccatum, vt prædictum eſt.*

8 Et poſtea in ore ſuo complacebunt. *Qui iactant ſe de tali vita, tanquam aſſecuti fœlicitatem homini poſſibilem. Sed quia non vident, nec conſiderant pœnam ſibi paratam poſt mortem, ideo ſubditur.*

9 Sicut oues, *Scilicet ducta ad occiſionem, hoc ignorantes, ſic iſti,*

10 In inferno poſiti ſunt, *Poſt mortem.*

11 Mors depaſcet eos, *Scilicet mors gehennæ, quę ſemper affliget eos & ruminabit, ſicut vermes corrodunt cadauer in ſepulchro.*

12 Et dominabuntur eorum iuſti in matutino. *Hic conſequenter declarat ſolutionem ſuprà poſitam quantum ad iuſtos, qui non habent timere in iudicio, ſed magis lætari, vt ſuprà dictum eſt; & hoc eſt quod dicitur,* Et dominabũtur eorũ iuſti in matutino, *Quando index veniens ſua claritate illuminabit vniuerſa, quæ prius erant in nocte; quia tunc clarè diſcernentur pij ab impijs: & iſti in beatitudine dominabuntur, & illi in infernum detrudentur. Ideò ſubditur,*

13 Et auxilium eorum, *Quod habebant ab amicis carnalibus in vita præſenti,*

14 Veteraſcet in inferno, *Quia totaliter ceſſabit.*

15 A gloria eorum, *Supple, erit tranſitus ad maximam confuſionem. Sed quia iuſti à talibus erunt liberi: Ideò ſubditur,*

16 Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi. *Id eſt, de poteſtate eius, & loquitur hic Pſalmiſta in perſona cuiuſlibet iuſti.*

17 Cum acceperit me. *Scilicet de præſenti vita. Vel aliter:* Cum acceperit me, *Id eſt, me receperit ad ſuam gratiam.*

18 Ne timueris. *Hic ex prædictis ponitur quædam vtilis monitio, ſcilicet quod homo non turbetur, ſeu admiretur, cùm viderit aliquos malos in præſenti proſperari, & ſe talibus priuari: quia totum erit oppoſitum in futuro, & hoc eſt quod dicitur,* Ne timueris, *Quaſi miſer & priuatus omnibus bonis.*

19 Cum diues factus fuerit homo, *Viuens carnaliter & mundanè,*

20 Cum multiplicata fuerit gloria domus eius, *In parentibus & prole.*

21 Quoniam cum interierit, *Per mortem citò & repentè,*

22 Non ſumet omnia, *Minus dicit & plus ſignat, ſcilicet quod nulla portabit. Ideò ſubditur,*

23 Neque deſcẽdet cũ eo gloria eius, *Id eſt felicitas vitę præſentis.*

a *Benedic.* CASS. non de bono actu, sed de delitijs benedicetur, fauore luxuriantium, qui inter epulas pastoribus bene optant.

b *Confitebitur tibi cum benefeceris ei.* AVGVSTINVS. Despecta confessione, quam prosperitas facit: sed illa est magni meriti, quam non tollit vis doloris.

c *In progenies patrum.* AVGVSTINVS. Qui patres sequuntur pessimos, eorum societate damnandi sunt.

d *Introibit vsque in progenies patrum suorum.* ✠ THEODOR. Pro *Introibit*, Introibis tres alij Interpretes explanarunt. Videbis, inquit, hunc de quo dixi, *Ne timeas, cùm dies factus fuerit homo*, eandem mortem sustinere, quam eius maiores, non modò præsenti lumine, verumetiam sempiterno priuatũ.

e *Vsque in seculum non videbit lumen.* ✠ EVTHYMIVS. Donec, inquit, sæculum est: sæculum verò semper est; nunquam igitur videbit lucem, vtpotè missus ad tenebras.

f *Et ho.* CASSIODORVS. Iterat deformitatem hominis vt malus à malo quiescat.

anime suę in vita sua benedicet & celebrabunt te cũ benefeceris ei vel dum viuit anima ei⁹ beata dicit. Laudatur cũ bene est ei, vel anima eius in vita sua bonis fruetur & laudabunt te cum benefeceris tibi

✠ THEODORETVS. Hoc manifestius Symmachus dixit, *laudabunt te si benefeceris ei.* Hæ namque sunt veræ laudes, non modò viuum, verumetiam mortuum celebrem & clarum esse. His laudibus autem dignus est, qui diuitias in propriam vtilitatẽ dispensauit: quandoquidem beneficia in alios collata in ipsum beneficij authorem reuertuntur.

a ¶ Ad inferos, quia in abyssum cadet. b ¶ Cass. sensualitas, non ratio. ¶ Augustin. quamdiu vixit in prosperis, sibi benefecit, in morte torquebitur anima.

descẽdit cum eo gloria eius. Quia † ănima eius in vita

a ¶ Id est exaltabitur. b ¶ Quia.

a ipsius benẽdicetur, confitẽbitur tibi cum benefeceris ei. In-

a ¶ Cass. imitabitur antiquos, in quos. b ¶ August. quia etiam hic in tenebris interioribus est & postea exteriores patietur.

c d e f troibit vsque in prõgenies patrum suorum,* vsque in æternum

a ¶ Sed quare hoc? ¶ August. quia non inde accusandus Deus, sed homo, quia.

non videbit lumen. Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis † insipientibus, & similis factus est illis.

† insensatis

c *In progenies*

GLOSSA

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia anima eius in vita ipsius benedicetur. *Id est commendabitur ab adulatoribus, qui assistunt talibus.*

2 Confitebitur tibi, *Te commendans,*

3 Cum benefeceris ei, *Id est, operatus fueris ad eius lucrum temporale, vel honorem, vel aliquid simile.*

4 Introibit vsque in progenies patrum suorum, *Descendens cum eis ad infernum: sicut fuit imitator paternorum scelerum.*

5 Vsque in æternum non videbit lumen, *Non videbit lumen gratiæ & gloriæ: quia in inferno nulla est redemptio, Per hoc autem intelligitur oppositum de iustis, Scilicet quod videbunt lumen gratiæ, & gloriæ æternaliter. Vltimo repetit causam erroris hominum carnalium cum dicitur,*

6 Homo cum in honore esset, &c. *Exponatur sicut prius. Ad hoc enim repetitur, vt per hoc intelligatur, quod est verbum memoria dignum, & debet imprimi in cordibus hominum.*

NICOLAVS

ADDITIO I.

In Psal. 48. Audite hæc. *Vbi dicitur in postilla.* Sciendum tamen quod secundum Augustinum:

De hac diuersitate opinionum Augusti. & Hieron. circa autores psalmorum satis dictum est in additione supra Psal. primum: & 41. vnde ibi videndum est quod circa hoc rationabilius sit tenendum. Sed circa materiam huius psal. inquirendum videtur quod tam magnum & profundum, & tam aptum ad intelligendum verba legis & prophetarum in hoc psal. contineatur, vt in suo proœmio Psalmista tanta ponat ad reddendum auditores attentos, tam ex descendorum profunditate dicendo: Os meum loquetur sapientiam; *quam ex inutilitate in agendis cum dicit,* Et meditatio cordis mei prudentiam, & cætera. *Huiusmodi, quę in hoc Psalm. proœmialiter, prater modum communem psalmorum, preponuntur. Si autem dicatur, quod causa huius est, eo quod in psalm. declaratur quomodo homo debet formidare extremum iudicium, et non considere de mundanis bonis, quæ potius sunt contemnenda, cũ sint modicę durationis & huiusmodi: quę & similia in hoc psal. aperte continentur; Hoc non videtur sufficere, quia iam in aliis psalm. prateritis, vt in psal.* Dixi custodiam; *& etiam in futuris, prout infrà patebit, de istis multa traduntur, prout in locis suis posset videri. Sed dicendum ad hoc videtur, quod in hoc psalm. clarius & apertius explicatur mysterium redemptionis Christi: & hoc inquantum apertè tradit, quod humanum genus communiter tendebat in damnationem infernalem, & hoc cum dicit,* Sicut oues, In inferno positi sunt, *mors depascet eos, quod loquitur quasi de communi lege; & cum hoc etiam tradit, quod redemptio ab huiusmodi condemnatione infernali à nullo est nisi Deo, & hoc cum dicit,* Veruntamen Deus redimet animã de manu inferi. *Innuit etiã, quod hæc redemptio fiet per hominem & hoc cum dicit,* Redimet homo; *vt infrà dicetur. Et sic patet quod in hoc psalm. traditur illud mysterium à seculis absconditum, de quo Apostolus ad Col. 1. d.* Mysterium quod abscond. fuit à secu. generationibus, nunc manifestum est sanctis. *Et quia ista tam magna & profunda, & tam vtilia toti generi humano, tam in credendis quam in agendis, non sic leguntur aperte & compendiosè tradita in propheticis scripturis veteris testamenti, idcirco non immeritò incitat omnes gentes & omnes habitantes orbem cuiuscunque status: & hoc cum dicit.* Omnes gentes &c. Quique terrigenæ, &c. *promittens se locuturum* sapientiam *de diuinis, et* prudentiam *de humanis: & hoc cum dicit,* Os meum loquitur sapient &c. *Et de parabolis legis et prophetarum eis aperire propositionem, & hoc cum dicit,* Inclinabo ad parabolam aurem meam, &c. *quæ omnia propriè pertinent ad mysterium redemptionis Christi, vt patet intuenti, &c. Ex quibus rationabiliter infertur, quod autoritas istius psal. non nisi egregio psalt. Israel est attribuenda.*

ADDITIO II.

In eodem. Psalm. *Vbi dicitur in postilla.* Redimet homo, interrogatiuè.

Nulla ratio nec aliquid signum apparet in litera Hebraica nec Latina, quare illud quod dicitur: Redimet homo: *teneatur interrogatiuè: vnde melius videtur dicendũ, quod illa verba intelliguntur planè, sicut immediatè precedentia & sequentia. Pro quorum intelligentia sciendum, quod* frater *in scripturis, prater rationem coniunctionis, quæ proueniet ex consanguinitate, quandoque significat societatem, vel participationem in bono vel in malo. Exemplum primi,* Omnes fratres *sumus in Christo, vnde,* Omnes autem vos fratres estis. *Matth. 23. a. Exemplum secundi Genes. 49.* Simeon & Leui fratres. *Vnde quia nullus homo, qui sit frater in crimine communi humani generis, potest redimere, quia indiget propitiatione pro se: et idèo non posset propriè alius suffragari, prout ad Heb. 5. idcirco dicit,* Frater non redimet: Sed homo, *supple, qui non est frater in huiusmodi criminis participatione, posset redimere; & hoc est quod dicit,* Redimet homo, *scilicet nõ frater in crimine, sed homo. Quia tamẽ, potestate et autoritate talis homo redimat: postea declarat. d.* Veruntamen Deus redimet animam meã, *in quo ostendit, quod hęc redemptio facta per hominem, sit virtute diuina. Consequenter autem declarans, quomodo frater non redimat cũ subdit,* Non dabit Deo placationem suã &c. *exponatur vt in postil. interposuit tamen,* Redimet homo: *Inter hoc quod prędixit,* Frater non redimet, *& hoc est quod subiungit,* Non dabit Deo placationẽ suam, vt *excluderet errorem, posset enim quis æstimare, quod ad nullũ hominem pertineret redimere, ex quo frater non redimit.*

ADDITIO III.

In eodem psam. *Vbi dicitur in postil.* Homo cum in honore esset, non intellexit.

Ex hoc quod homo est capax Dei per cognitionem & amorem, non contingit eum non intelligere, sed potius ècontra: vnde impropria videtur expositio postillatoris in hoc versu, sed potius videtur dicendum, quod honor hic intelligitur de honore mundano, de quo suprà loquitur circa principiũ Psal. d. Qui confidit in virtute sua, *etc. de quo honore, scilicet mundano, etiam immediatè suprà loquitur cum dicitur,* Vocauerũt nomina sua in terris suis, *etc. & talis honor apparẽs est propria causa, vt homo non intelligat: quia abundantia & amor terrenorum intellectum excęcant humanum, vnde propriè dicit,* Homo cũ in honore esset &c. *scilicet humano,* non intellexit: *vnde &* comparatur iumentis &c.

ADDITIO IV.

In eodem psam. 48. *Vbi dicitur in postilla.* Et auxi.

Hoc quod dicit: Veterascet, *non significat idem quod cessabit, prout posti. dicit. Nam licet quod* veterascit & antiquatur prope interitũ est, *vt ad Heb. 8. d. tamen ex hoc non dicitur cessare: vnde ista verba,* Auxiliũ eorum veterascet in inferno à gloria eorũ, *potius videtur referenda ad auxilium, quod homines habere putant in memoria hominum post eos relicta, ad quod pertinet illud quod prius dixerat:* vocauerunt nomina sua in terris suis, *quod quidem auxilium, licet non statim deletur cum morte, tamẽ veterascet in processu tẽporis, donec ex toto deleatur iuxtà illud Eccles. 1. c.* Non est memoria priorũ, *sed nec eorum*

rum quidem, quę posteà futura sunt, recordatio: vnde sensus est, Auxiliũ eorũ. *Id est, hominum qui faciunt magna & fortiora ędificia, vt eorum fama perpetuetur,* veterascet in inferno, *scilicet huiusmodi auxilium ipsis iam in inferno existentibus languet & veterascet,* à gloria eorũ, *hoc est dicere, quod licet illa ędificia fortia permaneant in multis generationibus, tamen veterascent à gloria, ędificantium: quia sæpe contingit esse magna sepulchra & ędificia antiqua, quorum nomina fabricantiũ ignorantur, et sic veterascunt* à gloria eorum, *scilicet ędificantium.*

REPLICA.

In Psam. *Audite hęc omnes gentes :* Postilla. *Se bene habet exponens eum de diuino iudicio : quomodo in illo nullus peruersus confidens* in virtute sua, *&c. redimi potuerit neque per* fratrẽ. *neque per se. Burgen. exponit de mysterio redemptionis Christi sine continuatione literæ, & vt propositũ suum elaboraret, accepit nomẽ* fratris *valde extraneę, vt ille dicatur frater alicuius, qui participat cũ eo in crimine: quæ acceptio nimis extorta est, nec probatur per concordantiam per eum adductam Gen. 49. quia Simeon & Leui non dicuntur ibi fratres ratione criminis, sed ratione germinis : quamuis eorũ posteri fuerant futuri criminosi, vt ibidem dicitur. Nec sonat Chatolicè, quod Burgensis hic prętendit. Prętendit enim, quod frater qui iustus est redimere potest prauum hic descriptum, videlicet confidentẽ in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantem, & c. patet à contrario sensu quod argumentum Burgensis sępe grandipendit. Arguitur enim sic : Frater in crimine, particeps, in crimine non redimet, igitur non particeps in crimine, sed innocens redimere potest : consequens videtur falsum, etiam de Christo, quod redimit talem prauum iudicio diuino damnatum; quia efficacia suæ redemptionis respicit patiens dispositum, quale non est id quod hic describitur.* Bene igitur dicit postilla. *Quod ly* redimet homo, *debet exponi interrogatiuè, vt sensus sit : ex quo frater non redimet, an forte homo redimet se, quasi dicat non ideo, sequitur,* non dabit Deo placationem & pretium redemptionis animę suę, *quia est extra statum merendi, sed* laborabit in æternum, *id est, affligetur, &* viuet adhuc in finem, *quia etsi desiderabit mori, mors effugiet ab eo. Et hoc modo etiam beatus Hieronym. exponit hunc passum, cui Burgen. sine ratione audet se opponere. Notat etiam Burgen. postil. exponentem illum passum,* Homo cùm in honore esset non intellexit, *de honore sublimi & spirituali, quia ad imaginem Dei creatus : Burgen. autem exponit de honore mundano excęcante ne intelligat : sed non videtur prophetam honorem mundanum sic grandipendere, vt dicat hominem non in eo esse, sed potius videri esse; sed loquitur de* verò honore, *de quo suprà :* Gloria & honore coronasti eum &c. *& cùm carnalis homo, de quo hic sermo, illum verũ honorẽ non aduertit; dicitur non intelligere, qui tamen ad hoc creatus fuerat, vt intelligeret rationem imaginis : subtracto enim honore imaginis :, non differt à brutis; ideo dicitur,* Similis factus iumentis : *subtracto autem honore mundano adhuc remanet homo, & sæpe à bestialitate reuertitur ad ratiocinationem. Nec est alicuius ponderis quod Burgens. dicit de* veterascere, *quia idem est cum dicto postilla. posita enim resolutione per tempus cessat quod veterascit, vt vult postilla.*

GLOSSA ORDINARIA.

Asaph. a *Psalmus Asaph.* HIERO. *Asaph,* Latinè congregatio; Græcè, synagoga, quæ fidelis hic loquitur, quæ Christum expectat, per quam magis confutantur increduli Iudæi.

CASSIODORVS. *Asaph.* vocem Dei inducturus, de mutatione sacrificiorum, prius agit de vtróque aduentu per primum inuitans, per secundum terrens.

✠ THEODORETVS. Hic *Asaph* magister Cantorum alius chori, producitur autem Christi aduentus ad futurum iudicium.

a ¶ Attribuitur. b ¶ Synagogæ fideli.

Psalmus Asaph. PSAL. XLIX.

a ¶ Et omnis creaturæ. ¶ August. Verbum caro factum est. ¶ Qui homines deificat.

PSALMVS XLIX.

b DEus † Deorum Dominus

† Deus.

b *Deus Deorum.* CASSIOD. Ne quis mediocriter de incarnatione æstimet, potentia eius prædicitur, vt incredulitas tollatur. *Asaph* etiam, vt inde sit maior autoritas, sibi inducit Deum loquentem. *Deus,* dicitur aliquando substantialiter, vel naturaliter, vt Deus pater, & filius, & spiritussanctus, Adoptiuè sicut dicuntur sancti, qui per gratiam adoptionis dij sunt; Nuncupatiuè, vt falsi dij, Iupiter, Venus.

✠ THEODORETVS. Tres alij interpretes sic legunt, *fortis Deus loquutus est.* 70. Deos appellant, vt psal. 81. qui imperium fortiti sunt, & iudicandi officium, quod proprium est solius Dei : Id est, ad sacerdotes pertinet; Verùm propriè *Dij* vocantur, quicunque ad diuinam imaginem effecti sunt, illámq; synceram conseruant : horum enim Deus vniuersam terram cõgregat in iudicium.

✠ BASILIVS. *Deus Deorum* gentium, qui pro dijs suspiciebantur, est enim illorum Dominus, de substantijs illorum dico.

☞ a *Locu-*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XLIX.

DEus Deorum dominus. *Huic Psam. in Hebræo & in translatione Hier. iuxta Hebręum præponitur talis titu.* Psal. asaph. *& secundum August. attribuitur ei solum sicut cantori, quia fuit vnus de principalibus cantoribus, vt habetur. 1. Paralipomen, Dauid autem sicut autori, secundum verò Hieron, & omnes Hebr. quibus in hoc magis assentio, Asaph non fuit tantũ cantor, sed etiam propheta : & fecit hunc psalmum et plures alios, vt videbitur infrà. De materia verò huius psal. dicunt aliqui Doctores Catholici, quod psam. iste loquitur de datione legis in monte Sinay, ad quem venit* Dominus *in terrore tonitrui & fulguris, vt habetur Exod. 19. Sed contra hoc videtur, quod in principio huius psam. dicitur,*

1 Deus Deorum Dominus locutus est, & vocauit terram, &c. *Et ibi est finis primi versus in Hebr. & in translatione Hier. iuxta Hebręum. Ad dationẽ autem legis Mosaicę non vocauit Dominus habitatores terrę à solis ortu vsque ad occasum, sed tãtum populum Iudaicum, cui soli data est lex illa, eò quod Christus de populo illo secundum carnem erat nasciturus, vt dictum fuit in principio Exod. Item in hoc psalmo non fit mentio de monte Sinai in quo data est lex Mosaica, sed solũ de monte Sion, in quo data fuit lex Euangelica, quia Christus ibi docuit, & super Apostolos spiritum sanctum misit ad confirmationem Euangelicę legis, ideo dicitur hic :* Et Sion species decoris eius. *Itẽ in hoc psal. fit mentio de reprobatione sacrificiorum veteris legis, secundũ quod dicitur infrà.* Non accipiam de domo tua vitulos. *Et posteà.* Nunquid manducabo carnes taurorum, *In datione verò legis in monte Sinai non fuerunt reprobata veteris legis sacrificia, sed magis instituta & appobata. Propter quod dicit Rabi Samuel Hebręus, quod iste psal. loquitur ad literam de Rege Messia, id est, Christo, cuius aduentus erit manifestus : quia tunc fient multa mirabilia virtute diuina, inter quæ, vt dicit, erit vnum, scilicet quod omnes Iudæi per orbem dispersi, quasi in momento congregabuntur ad ipsum in Hierusalem, & secundum hoc exponit quod subditur,* Congregate illi sanctos eius. *Et sic consequenter applicat literam ad suum propositum prout potest. Omittatur igitur opinio eius, quantum ad hoc quod continet falsitatis, scilicet quod Christus venturus sit in mundum, & Iudæi congregandi ad ipsum; et accipiatur id, quod est veritatis, scilicet quod iste psalmus loquitur ad literã de Rege Messia, qui est Christus Dominus noster. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur aduentus Christi : secundo virtus sui euangelij, ibi* Audi populus meus. *Prima in duas secundum duplicem Christi aduentum scilicet in carnem, vel mundum; & ad iudicium : & primò agitur de primo, Secundo De secundo ibi,* Deus manifestè veniet. *Circa primum sciendum, quod dij aliquando in plurali dicuntur in scriptura propheta, & homines sancti : quia præ alijs sunt participes deitatis, et hoc modo dicitur infrà psal. 81. b.* Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, *secundum quod exponit saluator Ioan. 10. g dicens,* Illos dixit illos ad deos sermo Dei factus est : *secundum hoc igitur dicitur hic,*

Deus Deorum Dominus. *Id est, ille, qui est vnus verus Deus, & Dominus Dominorum, id est, sanctorum prophetarum; licet enim sit dominus omnium generaliter, tamen istorum est dominus specialiter, inquantum obediunt ei, sicut fidelis seruus domino suo.*

☞ Locutus

MORALITER.

1 *Deus Deorum Dominus :* Sicut dixi in expositione literali psal. iste loquitur de duplici Aduentu Christi, scilicet in mundum, & ad iudicium, & de virtute Euangelij quantum ad eius autorem, & doctinæ veritatem, & sic literalis sensus est spiritualis, propter quod de alio sensu requirẽdo pertranseo sicut in primo psal. præcedenti.

† MORAL.

a *Locutus est & vocauit terram.* AVGVSTINVS. Per se, per præcones.

b *A solis ortu vsque ad occasum.* CASSIODORVS, Quasi dicat, qui omnes gentes vocat, à Hierusalem incepit, quia inde exeuntes Apostoli speciem decoris Christi toto orbe anuntiauerunt; vnde: *Exibit de Sion lex, & verbum domini de Hierusalem.*

c *Ex Sion. Species decoris eius. Deus manifestè veniet, Deus noster & non silebit.* AVGVSTINVS. Cœpit decus Euangelij, & inde, *speciosus præ filijs hominum*, cœpit annũtiari, quia ibi datus est spiritus Apostolis, vt testes essent in Hierusalem, & in tota terra.

d *Ignis in conspectu eius exardescet & in circumitu eius.* AVGVSTINVS. Ante eũ præibit; pœna, ergo terreat, quos præmia non inuitant,

AVGVSTINVS. Ignis materialis, vel malæ conscientiæ torquebit impios, cùm conspicient iudicantem. Ignis purgatorius, qui erit perfectis, qualis tribus pueris; minus perfectos purgabit; malos comitabitur ad inferos.

e *Tempestas valida. Aduocauit cœlum desursum, & terrã.* CASSIOD. Non ventus, sed potentia Dei, vt eius sententiâ area ventiletur. Quæ iudicatio tempestas dicitur à simili, quia improuisa veniet, & celeriter rapiet. *In circumitu*, quia cum ipso iusti sedentes iudicabunt. Prius omnes communiter vocauit, tunc vocabit vt discernat.

f *Discernere populum suum.* AVGVSTINVS. Primò commissos vocauit à solis ortu vsque ad occasum, tunc autem vt discernat.

g *Congregate illi sanctos eius.* AVGVSTINVS. Videns Propheta futura, quasi præsentia, hortatur Angelos congregantes, & applaudit.

AVGVSTINVS. *Congregate.* Messores Angeli, quosdam portabunt in sinu, quosdam in manibus. In sinu contemplatiuos, In manibus actiuos; quasi saluos per bonam voluntatem, & operationem. De malis dicitur, *de quo non impleuit manum suam.*

h *Qui ordinant testamentum eius super sacrificia.* AVGVSTINVS. Nouum Testamentum super vetus. Vel, qui dicunt. *Non sunt condignæ passiones huius temporis.* Vel, post laborem sequi denarium. Vel, qui pluris habent opera charitatis, quàm sacrificia pecudum.

i *Et annuntiabunt cœli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est.* AVGVSTINVS. Iam cœli nuntiauerunt nobis hanc iustitiam Dei, quod quidam erunt ad dexteram, quidam ad sinistram: nullum granum erit tunc cum palea, & si nunc permista, quia *Deus est iudex iustus.*

k *Audi populus meus, &c.* CASSIODORVS. Vox Christi, vt relictis sacrificiis pecudum fiat sacrificium laudis.

AVGVSTINVS. Vel, repetit sub alio verbo, Audi sicut Israel, id est, sicut videns Deum, & *teslificabor* hæc scilicet, *Deus tuus ego sum.*

☞ *Deus*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Locutus est, & vocauit terram, *Scilicet in humilitate pro nobis assumpta, vnde dicit Ioan.8. d.* principium, qui & loquor vobis.

2 Et vocauit terram. *Hic est finis versus, vt prædictum est. Et est sensus, quod vocauit habitantes in terra,* Ab ortu solis vsque ad occasum, *Ad euangelicam legem per se & per Apostolos, quos misit in mundum: secundum quod dicitur psal.* 18. *a.* In omnem terram exiuit so. eo. *&c. Lex autem Mosaica fuit data tantum vni populo, scilicet Iudaico.*

3 Ex Sion species decoris eius. *Christus enim docuit euangelium in monte Sion, & ad eius confirmationem ibidem spiritum sanctum super Apostolos misit, ex quo facti sunt constantes & loquentes omnibus linguis: vt inde exirent ad prædicandum in diuersis partibus orbis, sicut prædictum fuerat. Esa.2.a. De Sion exibit lex & verbum domini de Hierusalem. Et hoc est quod dicitur hic,* Ex Sion species decoris eius. *Quia puritas legis Euangelica inde deriuata est ad alias partes terræ.*

4 Deus manifestè veniet Deus noster. *Hic consequenter agitur de aduentu ad iudicium, qui erit valde manifestus, secundũ quod dicit Saluator. Math.24.c.* Sicut fulgor erit ab Oriẽte, & apparet vsque in Occidentẽ, ita erit aduentus filij hominis & *hoc est quod dicitur,* Deus manifestè veniet, Deus noster & non silebit. *Quia Deus in humana natura apparebit in iudicio, in qua fuit indicatus coram Pilato, sed apparebit in forma gloriosa omnibus manifesta.*

5 Et non silebit. *Quia proferet sententiam contra impios dicens:* Ite maledicti, &c. *& pro iustis dicens* Venite benedicti patris mei, *vt habetur Matth.25.c.*

6 Ignis in conspectu eius exardescet. *Hoc dicitur de igne conflagrationis qui præcedit aduentum iudicis.*

7 Et in circumitu eius tempestas valida, *In tantum quod admirabitur omnis creatura.*

8 Aduocauit cœlum desursum, *Quia Angeli cum eo descendent ad iudiciũ, secundùm quod ipsemet dicit. Math.16.d.* Filius hominis venturus est in gloria patris sui cũ Angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua.

9 Et terram. *Quia ad præceptum eius mortui de terra resurgent. Ioan.5.c.* Omnes qui in monumentis sunt, audiant vocem Filij Dei.

10 Discernere populum suum. *Tunc enim discernentur pij ab impijs, sicut segregantur oues ab hœdis: & ibunt impij in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam, vt habetur. Matth.25.d. ideò subditur,*

11 Congregate illi, *Id est, Christo.*

12 Sanctos eius, *Sicut membra capiti: Et dirigitur hoc verbum ad Angelos Sanctos, qui erunt executores diuini iudicij in hoc.*

13 Qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Et annunciabunt cœli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est. *Duplex autem est testamentum, scilicet vetus & nouum: In veteri autem fuerunt multa sacrificia, quia imperfecta; In nouo autem est vnum perfectissimum, in quo Christus immolatur, scilicet Eucharistia; quod institutum est à Christo, quantum ad id quod est essentiale; Sed circà solemnitatẽ huius sacrificij multa sunt ordinata à sanctis patribus noui testamenti; & eodem modo fuit de sacrificijs veteris legis à sanctis patribus illius temporis; & isti patres, & illi Christo aggregabuntur.* Testamẽtũ duplex.

14 Audi po. *Hic consequenter describitur virtus Euangelij, quæ cõsistit principaliter in duobus, scilicet in autoris cõditione, & sacrificij oblatione: quia per conditionẽ autoris, omnia vera probantur, & ad sacramentã eucharistiæ omnia sacramenta noua legis ordinãtur. Primò igitur ponitur primum, secundo secundũ sibi,* Nõ in sacrificijs. *Circa primum sciendum, quòd propria conditio Christi, qui est autor Euangelij est, quòd Deus est, & homo verus in vna persona: vnde dicit Leo Papa:* Paris enim pecriuli est, si in filio Dei vera huamnitas, aut patris negetur æqualitas. *Humanitatẽ enim declarauit inter homines conuersando in natura passibili: Deitatem autẽ verbis & factis ostendẽdo, & hoc est quod dicitur hic in persona eius,* Euangelij virtus.

Audi populus eius, &c. *Christus in persona propria prædicauit filijs Israel, & si aliquando alijs prædicauit, vt Samaritanis, tamen hoc fuit ita raro, quod pro nihilo reputatur respectiuè, propter quod dicit Matth.15.c.* Non sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israel. Diuisio.

☞ Et te-

---

a ¶ Qui olim multifariam in prophetis loquebatur ¶ Missis testibus vsque ad vltimum eius. b ¶ Hoc loquendo fecit. c ¶ Non vnam tantum, sed omnem quæ est.

a locũtus est, et vocãuit terrã. A solis ortu vsque ad occasum

a ¶ A Hierusalem. b ¶ Quia speciosus forma præ filijs hominum. & est adhuc, tamen. c ¶ Quia si occultus tunc, d ¶ August. Ad iudicium.

b ex Siõn † spẽcies decoris eius. Deus mãnifestè vẽniet, Deus

a ¶ Qui veras est. b ¶ August. A iudicio, vt modo; cum & flagella sunt admonitio. ¶ Augustinus, Modo enim expectat ad pœnitentiam. c ¶ August. Timeat ergo palea se arsuram,

c nõster & non silẽbit. Ignis in conspectu eius † exãrdescet, &

a ¶ A similitudine. ¶ August. Angeli separatores & sancti. b ¶ Augustin. quia separabit bonos à malis. c ¶ August veniens autem ad iudicium. ¶ Cas. vel veniens sursum à patre. d ¶ Augustin. Omnes perfectos secum iudicaturos, desursum sessuros; cœlum enim cum illo terram discernit.

d in circumitu eius tempẽstas validã. Aduocãuit cælũm desur-

a Omnes iudicandos. ¶ Peccatores. b ¶ A malis. c ¶ Et quia erit, ergo ô Angeli messores.

e sum, & terrãm † discẽrnere populum suum. Cõgrega-

a ¶ Augustin. Qui cogitant de promissis eius suprà illa quę operantur quæ sunt sacrificia Deo.

f te † illi sanctos † eius, qũi † ordinant testamentum

a ¶ Veniet manifestus, & iudicabit, & hanc iustitiam annunti. ez. id est, Apostoli toti mundo,

g eius super sacrificia. Et annuntiãbunt cœli iustitiam

a ¶ Qui non fallitur. ¶ Discernens. b ¶ August. si populus meus, audis; & si audis, loquar tibi: aliter etsi loquar, non tibi loquar.

h eius, Quoniam Deus Iũdex est. * Audi populus meus

1 Esa. 2. a. Psal. 44. Act. 1. a. B † Perfectus decor Dei splendidè apparuit, vel ornamẽto pulchro Deus effulgebit, veniet. † Manifestus. † vt iudicet C * Sela Psal. 3. † mihi † meos Dan. 3. e. D Matth. 24. Matth. 3. c. E † Vorabit F † pepigerunt pactũ meũ super sacrificiũ, id est, pluris faciunt pactũ meũ, quã sacrificia vel sacrificijs sãciunt fœdus meum.

a *Deus tuus.* AVGVSTINVS. Prius dicit simpliciter, *sum Deus,* Et postea dicit, *sum Deus tuus.* Q. d. etsi non sū Deus tuus, tamen sum Deus, Bono enim meo sū Deus, malo tuo non sū Deus tu⁹.

b *Sum.* CASSIOD. Esse est proprium Deitatis.

Audi Israel. CASSIOD. Q. d. si es Israël, id est, si me vides, audire non negligis. Deus ille generalis, Deus tuus propriè.

✠ THEODOR. Docet, legis imperfectum cultum, nullúmque illius sacrificium Deo gratum, præsentibúsque & comprobantibus patriarchis & prophetis perfectam allatarum disciplinam cū lege iustitia non terminetur.

✠ BASILIVS. Non enim Deus de sacrificijs principaliter præcepit, sed ad infirmitatem eorum sese dimittere voluit, & ab eorum, qui vani sunt, consuetudine auellere.

c *Holocausta autem.* AVGVST. Si anima inflāmatur, & membra in vsum suum rapit, ne seruiant cupiditati: vnde præcipitur in Leuitico, vt ad ipem cum tenunculis offerāt, quibus interna charitas signatur.

d *Non accipiam, &c.* CASSIOD. Etsi sic feceris, *Non accipiam de domo tua vitulos,* quasi significatos acciperem, non illos de domo. *Quoniam meæ:* ac si diceret, quia non sunt tua, sed mea.

e *Quoniam meæ sunt, &c.* AVGVST. Mea sunt quæ non possides, indomita scilicet.

f *Feræ syluarum, iumenta, bo. &c.* CAS. His similitudinibus figurat ecclesiam, *Feræ,* sunt gentes: *iumenta in omnibus,* simplices in culmine fidei; *Boues,* apostoli prophetæ; *Volatilia,* supernæ angelorum virtutes; *Pulcritudo agri* gentes conuersæ: quę sunt decus terræ, esurit salutem, & de omnibus satiatur. *Carnes taurorum* non vult in sacrificijs, sed in pauperibus.

g *Cognoui omnia volatilia.* AVGVSTI. Cum illo sunt omnia, cognitione quadam ineffabilis sapientiæ.

h *Si esuriero, non,* AVGVSTINVS. Si hæc datis forsitan esurire putatis, quod est insania.

i *Nunquid manducabo carnes taurorum.* Olim hęc sacrificabantur, non ideo quod Deus inde delectaretur, sed ne dæmonibus offerrentur, & tantum Deo sacrificabantur, in quibus etat aliqua significatio.

✠✠ BEDA. Possunt hic eadem dici allegorice, quasi dicat: Mihi quidem, Israel, placent holocausta significata, non vero (vt putas) accepta: quia ego *de domo tua,* id est, de populo tuo durę ceruicis *non accipiam,* id est, non acceptabiles habeo *vitulos,* id est, de libertate arbitrij lasciuientes, & de legalibus institutis superbientes, & modicum sibi necessarium non putātes; licet se mihi velint offerre; *neque de gregibus tuis hircos,* id est, in peccatis semper fœtidos. Ideo autem illos de populo tuo nō accipiam, quoniam mihi elegi alium populum, *meæ enim sint omnes feræ syluarum,* omnes si de gentibus, quia prius quasi feræ syluestres erant, quia nec lex aliqua nec prophetæ eos domuerant.

✠ BASILIVS. Maximum, inquit, supplicium in eos decreui, qui sanguinem comedunt, quomodo ergo nisi sanguine opus esset.

k *Imola Deo.* CASSIOD. Non dicit mihi, sed de se, quasi de alio vt & post. *Peccatori autem dixit Deus, non ego.*

✠ THEODORETVS. Trinitatis venerandum numerum patefecit, cum dixit, *Deo, altissimo, me,* diuisit autem tres, non vt diuideret operationes, sed numerum posteros doceret, cęterum hostiam laudis vocat hymnos, vota promissiones.

✠ CHRYSOST. De Eucharistia intelligit.

✠ BASIL. Ista vide, vt dominum tuum glorifices: laus enim hic glorificatio est, vota sunt promissiones, & recte dixit, *Redde.* Nam transit res ista post promissionem in debitum.

☞ *Tribula-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et testificabor tibi. *Verbis & factis.*

2 Deus Deus tuus ego sum. *Deitatem autem testificatus est verbis Ioann. 10. f.* Ego & pater vnum sumus, *& in multis aliis locis: Similiter factis, faciendo miracula per imperium, tanquam propria potestate, quod est solius Deitatis, sed dicit,* Deus tuus, *quia naturam humanam Deitatis vnitam assumpsit de populo Israel, quia beata Virgo descendit de semine Dauid. Per hoc autem quod author Euangelij declarauit suam Deitatem, firmitatem dedit verbis & factis suis, quæ in Euangeliis continentur, cum à Deo, qui est ipsa veritas, non possit tradi aliqua falsitas.*

3 Non in sacrificijs tuis, &c. *Hic consequenter ostenditur Euangelij virtus quantum ad Eucharistiæ sacrificium, & primo declaratur propositum, secundo concluditur intentum, ibi,* Intelligite hæc. *Prima in duas, quia primo ponitur sacrificiorum veteris legis euacuatio, & secundo sacrificij nouæ legis stabilitio, ibi:* Immola Deo, &c. *Circa primum sciendum quod sacrificia veteris legis habuerunt cursum vsque ad mortem Christi, sed extunc fuerunt mortua: poterant tamen seruari, vsque ad publicationem Euangelij, dum tamen homines non ponerent ibi fidem, post publicationem autem Euangelij sunt mortifera. Dicit ergo:* Non in sacrificijs. *Scilicet veteris testamenti.*

4 Arguam te, &c. *Tanquam reprehensibilem, si omittantur. Et hoc à tempore passionis, quia vsque tunc offerenda erant ex Dei obedientia.*

5 Holocausta autē tua in conspectu meo sunt semper. *In Heb. & in translatione Hieronym. habetur,* Et holocausta tua coram me sunt semper, *& secundum quod dicit Rab. Salom. & benè, ratione huius copulatiuè, &, ly* non, *quod est in principio versus, hic resumitur, & est sensus:* Et holocausta tua non sunt coram me semper, *id est, de cætero non sunt mihi accepta. Et hoc modo loquitur scriptura Psalmo præcedenti, vbi dicitur,* Non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ, *subintelligitur similiter, non dabit, vt supra dictum est.*

6 Non accipiam de domo tua vitulos. *Quasi diceret: sicut sacrificia veteris legis non sunt mihi amplius accepta ratione obedientiæ, ita nec ratione indigentię, Nec à parte animalium tuorum quasi eis indigeam, quia omnia animalia tam domestica quam syluestria mea sunt.*

7 Cognoui omnia volatilia cœli, &c. *Hoc dicit; quia de aliquibus auibus fiebant sacrificia, scilicet de turribus, columbis, & passeribus.*

8 Et pulchritudo agri mecum est, &c. *Quia fiebant oblationes in lege de frugibus.*

9 Si esuriero non di. *Id est, si ita esset, quod esurirem, non oporteret, quòd à te aliquid peterem, cum omnia in potestate mea habeam: sed quia sicut Deus, non indiget talibus propter defectum verum: sic nec ex conditione suæ naturę, cui repugnat comedere, & bibere in quantum Deus, Ideo sequitur,*

10 Nunquid mandu. *Q. d. Non*

11 Immola Deo. *Hic consequenter describitur sacrificij nouę legis stabilitio, & primo immolatio huius sacrificij præcipitur; secundo minister indebitus excluditur ibi,* Peccatori. *Circa primum sciendum, quod Christus instituendo Eucharistiæ sacramentum, simul præcepit huius sacrificij exercitium, secundum quod dicit Luc. 22. b. cum dixisset,* Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, *statim subdit,* Hoc facite in meam commemorationem: *& hoc est quod dicitur hic:* Immola Deo sacrificium laudis. *Id est, sacrificium Eucharistię, quod immolatur cum laudibus diuinis.*

12 Et redde altissi. vota tua. *Quę promisisti in baptismo, quantum ad omnes Catholicos; & in susceptione sacri ordinis vel professione religionis.*

a *Tribulationis.* Aug. Nostra tribulatio propriè est timore salutis, non carnalium.

b *Peccatori autem.* Aug. A quibus sacrificium velit, vbi peccatori suæ nequitiæ imputantur.

Cas. Hæc populo suo dixit, sed non suo, id est, *peccatori.* *Deus. Quare enarras,* id est, quare communi sermone ad Ierusalem profers aliquid de mea maiestate? hoc contra prædicantes,

Cas. Quia laudē quærit, ne putet turpis sibi imperari, prohibet, ne lingua præsumat laudare, cui obuiat praua cōscientia. Non tamen interdicitur laus cōuersis ad pœnitentiam, sed oblitis Deū, vt inferius ait: *Immola Deo sacri. lau. &c.* Sed videas ne bene cantes, & malè viuas: quia *peccatori dixit Deus*, ne sit securus, quasi hoc solo saluetur, quod bene docuit.

c *Quare tu enarras.*

Cas. Quasi dicat, Nec sancta verba os pollutum præsumat docere; vel, os hæretici, etsi legere. Non enim lectio negatur corrigendis, vnde Apostolus: *Castigo corpus meum, & in ser. re. ne cum alys prædica. ipse repro. effi.* Non ait cum alijs legerim: Ideo in vete. testa. erat labium æneum in introitu tabernaculi, vbi sacerdotes lauabant manus, vnde: *Mundamini qui fertis vasa domini.*

d *Assumis.* Cassiod. Indecorus præsumis. Non enim lectio negatur corrigendis.

✠ Basil. Recte *per os tuum*, cum enim cor sit vacuum & inane: labia frustra, & ad condemnationem docentis, doctrinam legis mouent.

✠ Basil. Si peccatori laudem prohibet, quis docebit? Ideo specialiter quędam vitia ponit, quibus peccatori inquinato fit prohibitio.

e *Tu vero oblisti.* Cas. Tu verò ore dicis, sed facto negas disciplinam: si corrigo, murmuras.

f *Furem cur.* Cas. In his omnia tonat vitia; à parte totum. Cas. vel furem sani intellectus scripturæ.

g *Adulteru.* Qui ponunt falsum, auferendo verum.

h *Os tuum abundà. &c.* Cas. Accusat cōscientiam, & linguam. *Concinnabat,* quia mos est decipientis sic falsa componere, vt lepore verborum blādiatur, & hoc, *nam contra fratrem sedes*, non casu alij derogat, sed studio.

i *Sedens.* Cas. Quod transiens vel stans facit, non cum voluntate facit.

k *Fratrem.* Cas. Omnem hominē. *Et adueisus filium matris* ecclesiæ, cui charitate iungimur. *Ponebas scandalum*, hæreses, vel alia, quibus innocens capiatur.

l *Loquebā. & adue.*

Aug. Dum detrahit, qui doctus videtur, fratri, forsitan bene docenti, vel bene ambulanti, ponit scandalum infirmo, qui nescit iudicare, & ideo *filius matris* dicitur, lacte scilicet egens ecclesiæ, nondum patris ad mensam accedens, cuius pane pascatur, id est, validioris doctrinæ cibo.

m *Tacui.* ✠ Bas. Dei Silentium patientia est, quam non diuinæ philantropiæ tribuunt impij, sed quasi Deus nolet punire.

n *Tui simi.* Cassiod. Consentiendo malis.

o *Stat. cō. tu.* Aug. Quod post dorsū posuisti, ante faciē ponam.

✠ Theod. Consonant hæc illis Apostoli vocibus. *Ignoras quod Dei bonitas in pœnitentiam te ducit, secundum vero duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi ipsi iram in die irę, & reuelationis, & iusti iudicij Dei.*

p *Rapiat.* Cas. Deus ad pœnā *& non sit qui eripiat.* Quādo diabolus rapit, Deus eripit. Sed cum Deus rapit, nemo valet liberare.

☞ *Sacrifi-*

---

a ¶ Quæ in te, non extra. b ¶ Tunc. ¶ Aug. Non enim debes præsumere de omnibus viribus tuis. c ¶ Quę ideo datur, vt homo inuocet.

a ¶ Sic. b ¶ Ecce præmium, oblationis. ¶ Ne deficias. c ¶ Aug apud alios causa honoris eris mihi. d ¶ Hæc contra prædicantem, securus tamen sic qui audit, à quocunque audiat bona.

a ¶ Cum opere non imples. b ¶ Nec sanctum verbum os pollutum Præsumat. ¶ Sanctum.

¶ Alias in. ¶ Pollutum. a ¶ Aug. Laudas, quando parco: murmuras, quando castigo.

a ¶ Aug. Quædicis, post te ponis, ne videas. b ¶ Alias post te. c ¶ Non dicas te non feciſſe, quia. d ¶ Aug. assentiebas laudando.

a ¶ Aliquo consensu. ¶ Id est astipulator facti eras. b ¶ Aug. non solum non reprehendit vel tacet, sed etiam laudat, etsi malum esse sciat, vt sit dolus.

¶ Alias nequitia.

a ¶ Aug. quasi cum otio, ita tibi placet. ¶ Quasi cum studio. b ¶ Qui bene ambulat, & bene docet. c ¶ Vel detrahebas, alia litera. d ¶ Repetit fra. tu.

a ¶ Insidiosè. b ¶ Id est distuli pœnam, expectans ad pœnitentiam, sed tu vertis ad impunitatem.

a ¶ Aug. Placere mihi putas mala, quem non credis vltorem. b ¶ Sed ego. c ¶ Arguendo. d ¶ Aug. Ostendam te tibi, & displicebis tibi, quod & modo faceres, si te videres; mihi verò placeres si tibi displiceres

a ¶ Ergo. ¶ Laudem volo, sed non à peccatore. ¶ Nemo dicat, non prædictum. b ¶ Me Deum non creditis. c ¶ Cui nemo potest resistere. d ¶ Deus, id est, ego.

NICOLAVS DE LIRA.

religionis quantum ad clericos & religiosos, quasi dicat, sine istis, sacramentum eucharistię non reciperetur dignè à laicis, & ab inferioribus, nec administraretur dignè à ministris ecclesiæ, & superioribus, ideò subditur,

1 Et inuoca me, &c. *Si feceris ista.*

2 In die. tribula. *Id est, tentationis.*

3 Eruam te. *Quia, sicut dicitur* 1. *Cor.* 10. *c.* Fidelis autem est Deus, qui non patietur vos tentari vltra id quod potestis, sed faciet cū tentatione prouentum, vt possitis sustinere.

4 Et honorifi. me. *Dignè recipiendo, vel administrando sacramentum eucharistiæ.*

5 Peccatori. *Hic consequenter minister indebitus excluditur, cum dicitur.* Peccatori autem dixit Deus, *ipsum repellendo,*

6 Quare tu enar. iusti. me. *Euangelium in Missa recitando, vel exponendo.*

7 Et assumis test. *Quia epistola & cætera, quę sequuntur vel dicuntur in missa, accipiuntur pro maiori parte de veteri vel de nouo testamento.*

8 Tu vero odi disci. *Mandata superiorum contemnendo, & etiam mea, ideo subditur.*

9 Proie. ser. me. retro. *Quod explicat magis in particulari, dicens.*

10 Si videbas fu. *In furto eius participando, vel exemplo illius furtum aliud committendo, sequendo concupiscentiam oculorum.*

11 Et cum adulte. *Sequendo concupiscentiam carnis.*

12 Os tuum abun. ma. *Id est, malis verbis, & superbis, sequendo superbiam vitæ, vnde sequitur,*

13 Et lingua tua. *In Hebræo habetur*, blasphemiam. *Peccatum enim blasphemiæ procedit ex magna elatione superbiæ. Secundum autem literam nostram, istud refertur ad deceptionem proximi, cum dicitur,* Et lingua tua, concinnabat. *Id est colorabat falsa, & mendacia ad proximi deceptionem.* 14 Sedens aduer. fra. tu. lo. *Falsò accusando eum in iudicio, vel calumniose ipsum obiurgando.*

15 Et aduer. filium matris tuæ. *Id est, aduersus catholicum ecclesiæ matris tuę filium.*

16 Ponebas scan. *Præbendo ei occasionem ruinæ ex verbis tuis malis, & factis: scandalū enim est dictum vel factū minus rectum præbens alteri occasionem ruinæ. Quod autem omnia mala ista prædicta sint in multis ecclesiæ ministris, tam clericis quàm etiam religiosis malis, apparet ad sensum, & ex hoc præbent laicis, & simplicibus materiam scandali.*

17 Hæc feciſti & tacui. *Quia Deus mala nostra non statim punit, sed frequenter differt secundum ordinem sapientiæ suę: & ideo videtur malis, quod non debeat alias punire, ideo subditur,*

18 Existimasti inique, *Id est, quod non displicent mihi peccata tua, quod non statim punio ipsa, sed expecto tempus debitum, ideo subditur,*

19 Arguam te, *Saltem in morte,*

20 Et statuam contra fa. tuam, &c. *Per remorsum conscientiæ tuæ, quę est magna pœna in damnatis, propter quod vocatur vermis conscientiæ mordens, & corrodens continuè, Esa.* 66 *g.* Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.

21 Intelligite. *Hic vltimò ponitur intenta conclusio, quia prædicta ad hoc sunt inducta, quod mali ante mortem, corrigantur, & sic per sacramentum eucharistiæ, quod dicitur viaticū, ad patriam reducantur, & hoc est quod dicitur,* Intell. hoc qui obliu. de. *eius mandata contemnendo.*

22 Nequando rapiat, *Scilicet vos de præsenti vita.*

☞ Et non

☞ a *Sacrificium laudis.*

A CASSIOD. Non quod scelerati cătant, *Sacrificium laudis*, non animalium. Et hæc est via ad Deum, scala Iacob, qua *angeli*. id est, fideles *ascendunt* ad laudem diuinitatis, & *descendunt* ad laudem humanitatis.

† Sacrificiũ laudem.

Genes. 28.

B

C ✻ THEODORETVS. Symmachus explanatius, *Sacrificans super*

a ¶ Et hoc intelligite, quod. b ¶ Auguſt. Non laudat', qui benè dicit, ſi mâle viuit: nec qui bene viuit, ſi ſibi dat, vel ſi ſuper alium ſe extollit, potius erogare deberet, quod habet. ¶ Alias glorificabit.

a piat, & non ſit qui eripiat. † Sacrificium laudis honorificabit b me, & illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei.

a ¶ Laudanti. ¶ Me ſcilicet.

ſuper laude honorabit D
1 *me, & modeſte eunti*
2 *diuinam ſalutem oſten-*
3 *dam.*
4 b *Illic iter quo, &c.*
5 CASSIODORVS. In ſacrificio laudis. E

c *Salutare Dei*, AVGVSTINVS. Chriſtus, qui cum gratia venit, quem nouit, qui aliquid alij, quam gratiæ Dei, attribuit. F

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non ſit qui eripiat *Quia in inferno nulla eſt redemptio.*
2 Sacrificium laudis, *Scilicet Euchariſtię, vt dictum eſt.*
2 Honorificabit me, *Si præmiſſa debita pœnitentia recipiatur, & adminiſtretur.*
4 Et illic iter quo oſtendam illi. *In virtute huius ſacrificij,*
5 Salutari Dei. *Id eſt, vitam beatam, in qua eſt ſalus noſtra ad quã nos perducat, &c.*

ADDITIO I.

In Pſal. 49. Deus Deus Deorum. *Vbi dicitur in poſtilla.* Et lingua tua concinnabat dolos.

In libris Hebraicis correctis non dicitur, ibi blaſphemiam, nec aliqua dictio ad eam pertinens, ſed ponitur ibi quædam dictio, quæ propriè ſignificat dolum in ſingulari, vel fraudem.

ADDITIO II.

In eod. Pſal. *Vbi dicitur in poſtilla.* Sacrificium laudis. *id eſt, Euchariſtię.*

Et illic iter: *gloſſa illic, id eſt*, in Sacrificio laudis eſt iter, quia hoc ſacrificium eſt iter ad Deum: *Hæc in gloſſa quæ videtur magis propria huius literę. Et notandum, quod prout dicitur Ioan. 14. a.* Chriſtus eſt via, veritas & vita: *qua tria per ordinem innuũtur in hoc quod dicit*, Illic eſt iter, quo oſtendã illi ſalutare Dei. *In hoc enim quod dicit*: Illic eſt iter, *oſtẽditur quod ibidẽ eſt* via, *vt dictũ eſt, Cùm autẽ ſubdit*, Quo oſtendã illi, *innuitur ibi quod ibi* veritas. *Id enim quod vere oſtenditur, non niſi veritas eſt. Cùm autem ſequitur*, Salutare Dei *intelligitur* vita *ſcilicet beata, in qua eſt vera ſalus, et ſic Pſalmiſta in prædictis verbis manifeſte innuit, quod in ſacrificio laudis ſcilicet Euchariſtia, eſt realiter ipſe Chriſtus, qui eſt* via, veritas & vita, &c.

GLOSSA ORDINARIA.

2. Reg. 12.

a *In finem Pſal.* CASSIODO. Arguente Nathan, rex non erubuit peccata publicè confiteri, non ſe excuſauit, vt ſolet homo, & à ſe pœnas exegit, quas vix ferret aliquis coactus: In conſpectu omnium reum ſe abiecit, cuius iudicium timebatur, vnde hic ſpecialiter humilitas oſtenditur, quæ à Deo valet pœnitentibus.

† vide. Pſal. 4.

✻ BASILIVS. *In finem*, quia prædictio eſt futurorum, nempè Babylonicæ captiuitatis, cui dat proprium Pharmacum, & ſimul ſuis medetur vulneribus, nam tempore pœnitentiæ & ſpiritu prophetiæ fuit præditus.

† De pœn. diſt. 3. c. totam & di. 2 cap. ſi enim ver. Dauid. electus.

✻ THEODOR. Pſalmo enim ſexto de futuro iudicio vaticinatus eſt. *Non enim*, inquit, *in morte eſt qui memor ſit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?* & in 31. beatos exiſtimat qui ſine labore peccati remiſſionem acceperunt, quod ſola baptiſmatis gratia largiri poteſt & in præſenti Pſalmo, *Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.* Non enim petit ſibi dari gratiam, ſed ne auferatur, ſupplicauit.

b *Dauid.* AVG. Proponitur in exemplum, non cadendi, ſed, etſi ceciderit, reſurgendi ne deſperes.

CASSIOD. Prima eſt deprecatio, vbi captat à perſona iudicis per miſericordiam, & iuſticiam, quã punire debet, niſi quia & iſte ſatisfacit, quod eſt & à ſua perſona captare.

CAS.

a ¶ Miſſus à Deo ad arguendum, qui ſimile de oue propoſuit paup.

a † In finem Pſal. Dauid, cum venit ad eum Nathan propheta b quando intrauit ad Bethſabee 2. Reg. 12. PSAL. L.

a ¶ Cæſ. hoc dicens, locum aufert iudicio diſcuſſionis, quia factum conceditur.
b ¶ Hieron. q d. ad tuam miſericordiam confugio, vt grauibus vulneribus ulteriorã remiſſionis infundas. ¶ Quia magna miſeria mea.
c ¶ Naturalem.

MIſerêre mei Deus, ſecundum mãgnam miſẽricor- c d

CASSIOD. Pro modo iubilei, Pſalmus remiſſionis. Iubileus quippe annus in lege quinquageſimus erat, in quo omnibus debita remittebantur, & poſſeſſiones alienatæ reſtituebantur, vnde iubileus initians vel remittens dicebatur, ita per pœnitentialem humilitatem, de qua hic agitur, plena præſtatur peccatorum remiſſio.

Leui. 25. bi Iubileo anno Pſal 50 cõparatur.

PSAL. L.

c *Miſerere mei Deus.* CAS. Hic pœnitentialis Pſal. plus frequentatur, quia hic magna humilitas oſtẽditur, & quia hoc eſt temperatũ ſupplicationum genus, quod & infirmi poſſunt implere, quia hic nihil difficilè dicitur vt in alijs, *Lauabo per ſingulas noctes lectum. Et grauata eſt ſuper me manus tua, Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meę. Cinerem tanquam panem mandu: De profundis clamaui ad te domine. Perſecutus eſt inimicus animam meã, &c.* Sed à pio petit miſericordiam. Alibi ergo diſtrictiora fortioribus, hic temperata infirmis prouidet, forſan ideo dicit, *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur, &c.* Quia præuidit per hunc Pſalmum plures perituros.

1 magnam

Pſal 6 & 31 Pſal. 37 & 110. Pſalm. 129. & 142.

d *Secundum magnam miſericordiam tuam.* De graui peccato deſperandum eſſet, niſi magna miſericordia eſſet: Magna non poteſt diffiniri quanta ſit.

Magnam miſericordiam. CASS I. Magna miſericordia Deum de cœlo depoſuit, corpore induit vt pateretur, moreretur, per quam ſe credebat facile abſolui, per quam ſciebat & humanum

☞ genus

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS L.

MIſerere mei Deus, &c. *Huic Pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo, & in tranſla. Hieron. (& de cætero per talem modum loquendi intelligatur tranſla. Hieron. Iuxta Hebraũ, vt breuius ſcribatur,)* Ad victoriã Pſal. Dauid cum venit ad eum Nathan prophęta quando intrauit ad Bethſabee. *Circa quod ſciendum, quod hoc non fuit immediatè poſt adulterium cum Bethſabee, ſed quando poſt mortẽ Vriæ Dauid accepit in vxorem Bethſabee, tunc enim venit Nathan ad arguendũ Dauid, vt habetur 2. Reg. 12. d. & tunc Dauid peccatũ ſuũ recognoſcens dixit*, Peccaui domino: *& de pœnitentia illa fecit Pſal. iſtum, iſtum, & ſic patet author & materia huius Pſalm. qui diuiditur in duas partes, & in prima Dauid petit culpæ remiſſionem: In ſecunda gratiæ reſtitutionem, ibi:* Aſperges me, *Licet autem iſta duo ſint idem re, quia non remittitur peccatum, niſi per gratiam iuſtificantem, differunt tamen ratione, quia remiſſio culpæ reſpicit maculam, quę abijcitur, iuſtificatio gratiam quę acquiritur. Prima in duas, quia primò ponitur imploratio remiſſionis, ſecundo ad hoc inducitur allegatio multiplicis perſuaſionis, ibi:* Quoniam iniqui. *Circa primum dicit Dauid.*

1 Miſerere, &c. *Secundùm Auguſtinum miſericordia miſeris neceſſaria eſt, & ideo Dauid implorando magnam miſericordiam confitetur ſuam magnam miſeriam, et in hoc oſtendit culpę ſuæ grauitatem.*

℔ Et

MORALITER.

† *Miſerere, &c.* Pſalm. iſtum fecit Dauid pœnitens de adulterio cum Bethſabee, & homicidio Vriæ petens à Deo remiſsionem humiliter & deuote.

MORALITER. autem eſt oratio cuiuſlibet vere pœnitentis & deuote veniam poſtulantis, dicendo.

1 *Miſerere, &c.* Quia peccata mea grauia ſunt & magna.

† Et

genus liberari, quid ergo non poterat dare, cùm secundùm se rogatur Deus ignoscere?

a *Miserationum, &c.* Cassiod. Per misericordiam & miserationem petit. Et est misericordia in natura, miseratio in effectu.

b *Iniquitatem.* ✻ Basil. & Theod. Dauid, populo captiuo, & his qui inter nos male affecti sunt, proposita quadrat. Peccatum autem recte *iniquitatem* appellat, quia duplicè habet transgressionem.

† preuaricationes meas, & inf. 4.

c *Amplius laua me.* Cassio. Quem modum delendi velit, subdit.

B † delictum † coram.

Avgvs. *Amplius laua*: vt non modo culpam operias, sed etiam reatum voluntatis abstergas

Hieron. Vel amplius, quam petere intelligam.

✻ Basilivs & Theodoretvs. Per Nathan veniam mihi dedisti, sed quia peccati sordes die & nocte mihi ob oculos versantur, eas vniuersas quæso abradas.

d *Munda me, &c.* Hiero. Sic laua vt mundes, lauantur enim quædam, quæ tamen non sunt pura.

e *Quoniam iniquit.* Avgvst. Cassiod. Cuius misericordiam petit vt ignoscat, quia scit iustum vt peccata puniat, subdit, Tu ne punias, quia ego punio. *Quoniam iniquitatem meam, &c.*

f *Contra me.* Avgvst. Post tergum peccatum habuit, cum C rex sententiam in diuitem, qui rapuit ouem pauperis dedit, oblitus sui.

g *Tibi soli peccaui, &c.* Hieron. Solus enim ille iuste punit, qui non habet in se, quod reprehendatur, hic est inter homines solus Christus.

Cassiod. *Tibi soli.* Quia rex omnibus superior, tantum à Deo puniendus est.

✻ Basil. & Theod. Non quod in Vriam, & eius vxorem non deliquerit: sed quia maximum crimen in Deum fuit commissum, qui eum regem constituerat, & *malum coram te feci.* Huius enim historia meminit. Apparuit enim, ait commissum peccatum coram Domino.

✻ Theod. Captiuus autem populus ait, tuorum beneficiorum sum factus immemor, Babylonios autem cum nihil offenderim, rim, ab illis magnopere sum offensus. D

h *Coram te.* Quia vbique esse scit, vnde se arguit, quia eo præsente peccate non erubuit.

i *Vt iustificeris, &c.* Cuius verba non transeunt sed implentur.

✻ Basil. Non ideo peccauit Dauid, vt Deus iustificaretur: sed è contrario peccato ab ipso cõmisso declarata est iustitia Dei.

✻ Theodor. *Vt*, hic causam non declarat, sed ait, tu iustus & benignꝰ ap parens puniendo, ego iniquus peccato commisso.

Vnicas cum iudicaris. Deus tantæ iustitiæ est, vt velit se cum homine iudicari, vnde in Esaia: *Iudicate inter me & vineam meã*: ergo cõtra eum, quem ex pastore regem fecit, talem habet iustitiam, vt vincat inter se, & eum, si iudicentur. E Esa. 5. a.

Avgvst. *Tibi soli*, Christo nullum habenti peccatum, in præscientia, id est, spiritu prophetiæ Dauid, dicit, *Tibi soli peccaui: & vincas cùm iudicaris*, superas enim omnes homines, id est, omnes iudices, & qui se putat iustum coram te, iniustus est: tu solus iuste iudicas, cum (id est, quamuis) iniustè iudicaris à Pilato & Iudæis. Sed ne putetur vincere eos tantum, qui grãdia commiserunt, nõ eos qui ex quo nati sunt, nihil tale cõmiserunt, addit personã totius generis humani in se ostẽdens, *Ecce enim in iniquitatibus, &c.* Q. d. etiã his imputas peccata. In omnibus vincula, propago mortis. Tu omnes vincis, qui de spiritu sancto cõceptus. F

k *Insermonibus.* Remig. De promissionibus Christi. Vel de venia ingemiscentis, vt agat contra eos, qui Christũ, quãuis à patre promissũ, ex Dauid, propter eiꝰ peccata nõ nasciturũ dicũt, vel qui dicebãt, eũ Dauid nõ indulgere, eo quod tã grauiter Deũ offẽderat.

✻✻ Beda. In tantum tu es solus sine peccato, vt nec etiam in lingua perces. *Sed iustificeris in sermonibus tuis*, sis, verus in omnibus verbis tuis, *et vincas* omnes iudicatos, atque etiam iudices, *cum iudicaris* quia solus sine culpa iudicaris. Difficile est cognoscere cui loquatur, cum manifestum sit, quod pater, cui prius loquebatur, non fuerit iudicatus: sed propheta per spiritum præuidit, iudicem verum iudicandum, & iustum ab impius damnandum: & ideo *vincentem*, quia nihil in eo esset, quod iudicaretur

☞ *Et*

a ¶ Cass. Vt nullum remaneat vestigium. b ¶ Contra proximum.
c ¶ Quam ab actu peccati. ¶ Quia plus peccaui, scienter scilicet, & ex voluntate.
d ¶ Videbat per spiritum ablutionem baptismi, & taliter ablui petit.

1 diam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tua-
a ¶ Cassiod. quę superat multitudinem quamlibet peccatorum. b ¶ Ab initio sæculi exhibitarum. ¶ Factarum.
2 rum, dele † iniquitatem meam. † Amplius laua me ab iniqui-
a ¶ Contra Vriam. b ¶ Adulterij. ¶ Quod in me fuit carnis voluptate.
c ¶ Auguſt. Quid ergo erit? per misericordiam peribit iustitia, vt hoc sit impunitum? non quia ego punio, quasi, ignosco, quia agnosco, non dissimulo.
3 tatẽ, & à peccato meo munda me. † Quoniã iniquitatem meam
a ¶ Sibi facit ille, quod Deus iudicio faceret: vnde supra, arguam te, & statuam contra faciem tuam.
b ¶ Vel coram, non post tergum, vt prius eum negligeret.
4 ego cognosco & † peccatũ meum † cõtrà me est semper. † Tibi
5 soli peccaui, & malum coram te feci, † ut iustificẽris in sermo-
6 nibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus
7 conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim
a ¶ Munda: quia. ¶ Auguſt. quia tu solus sine peccato, & ideo iustus punitor.
b ¶ In me carnis voluptate. c ¶ In proximum. d ¶ Tibi soli, vel ideo munda.
e ¶ Auguſt. solus in hominibus verum potuit dicere, homo Deus.

† Multum & plurimũ. † Depœn. di. 3 illud.

† Depœn. di. 1. c. & venit.

† propterea iustus agnoſceris, vel iustifica secundum verbũtuum & munda secundum æquitatem tuam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et secundum mult. mis. &c. *Implorando miserationum multitudinem, ostendit suæ culpæ multiplicitatem, quia primò peccauit adulterando, secundo peccatum suum celare volendo, tertio in modo celandi, quia volebat introducere falsum hęredem, inducens Vriam ad dormiẽdum cum vxore sua, vt sic puer conceptus de Dauid ascriberetur Vriæ, quartò in hoc non potens hoc facere. Vriam fidelissimũ militem suũ fecit occidi proditorie, quintò, quia occasione mortis ipsius plures alij de seruis Dauid fuerũt mortui, vt habetur 2. Reg. 11.* 2 Ampl. *In hoc enim quod petit ampliorem lotionem, & mundationẽ, ostẽdit peccati sui diuturnitatẽ, maculæ enim in vestibus recẽter contractæ de facili ablũtur sed inueterate de difficili, à tempore autem, quo Dauid commisit adulterium cũ Bethsabea, vsque ad reprehensionẽ per Nathan, transiuit annus, vel circiter, quod patet ex hoc, quod puer, quẽ conceperat Bethsabee, de Dauid, erat natus, vnde & dixit sibi Nathã, filius qui natus est tibi, morte morietur.* 3 Quoniam ini. *Hic consequenter inducitr multiplex persuasio ad impetrandum dictã remissionem, & prima accipitur ex parte veræ pœnitentię ipsius Dauid, propter quam Deus peccata remittit, & hoc est quod dicit,* Quoniã iniq. *Q. d.* Miserere mei, *quia iniquitatem meam, tanquam vere pœnitens, recognosco.*

4 Et peccatum meum contra me est semper. *Id est, horridum mihi est, sicut aduersarius existens continuè contra me præsentialiter, Secunda ratio accipitur ex parte veritatis diuinę, ad quam pertinet implere quod promisit, Promiserat autem Deus Dauid ante peccata prędicta, quod firmaret regnum eius ad posteros, & quod filius suus ędificaret templum domini, quam promissionem multi dicebant impeditã & frustratã propter Vriæ occisionem: propter quod Dauid ad peccati sui remissionem allegat dictę promissionis impletionem fiendam, dicens.*

5 Tibi soli pec. *Scilicet tanquam iudici, & punire potenti: Peccauerat enim contra Vriam & alios occasione huius interfectos, tamen quia erat rex, non habebat iudicem superiorem, qui posset eũ punire nisi Deũ.*

6 Et malum coram te feci. *Et subintelligitur, remitte mihi,*

7 Vt iustificeris in sermonibus tuis, *Id est, vt promissio tua mihi facta impleatur, prout decet tuam veritatem.*

Et

MORALITER.

† 1 *Et secundum multitudinem.* Quia sunt etiam multæ.

2 *Amplius.* Id est, perfecte.

3 *Quoniam iniq.* Hic allegatur ratio ad propositum ex parte peccatoris, quæ est humilis recognitio peccati, cum dicitur.

Quoniam iniqui. meam ego cog. Id est, recognosco.

4 *Et peccatum meum contra me est semper.* Id est, ante oculos cordis mei, per recordationem amaram. Consequenter allegatur ratio ex parte Dei remittentis. Circa quod sciendum, quod alij iudices offensam dimittere non possunt pro sua voluntate, quę non est regula iusticiæ: sed Dei voluntas est huiusmodi, & ideo potest simpliciter relaxare peccata, ideo dicitur.

5 *Tibi soli, &c.* Tanquam simpliciter relaxare potenti, ideo remitte mihi. 7 *Vt iustificeris in sermonib. &c.* Quibus promisisti peccata dimittere vere pœnitenti. Ezechielis 18. g. *Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat.*

† Et

☞ a *Et vincas.* AVGVSTINVS. Vel adeò iustus es, vt vincas diabolum, & mortem, & Iudæos, cum iudicaris: & in iudicio, quo iudicatus es.

b *In iniquitatibus.* CASSIOD. Minuitur inuidia peccati, si à radice peccator est, id est, quia à radice peccatorum se confitetur: & cum humilis confessio tot peccatorũ misericordiam pij commouet iudici; de vno arguitur: & omnia confitetur.

AVGVSTINVS. *In iniquitatibus.* Non quia peccatum est misceri coniugibus: sed quod fit, de carne pœnali fit, & quod de corpore mortuo propter peccatũ seminatur, cum vinculo peccati nascitur & moritur.

✠ THEODORET. Hoc vult dicere, peccatum, cum primos parentes occupasset, quandam viam & tramitem per humanum genus effeciſſe. Et peccati quidem vim naturalem minimè fuisse, nam si ita se haberet, à supplicio liberi essemus: sed naturam ipsam ad peccatum esse procliuem, cum ab affectionibus turbetur; vincit tamen ratio, cum laboribus pro auxilio vsa fuerit. Non igitur, vt quidam suspicati sunt, nuptias exprobrat, aut matrimonij coniunctionem, iniquitatem vocat, vt nonnulli hanc clausulam temerè interpretabantur; verum transgressionem originalem à primis hominibus audacter perpetratam in medium profert, & illam harum vndarum fontem fuisse dicit. Si enim illi non peccassent, non accepissent mortem præmium peccati, sed interitu superiores extitissent; si verò interitus non extitisset, perturbationibus obnoxij non essent: si autem non essent perturbationes, peccatum locum non haberet. Sed quoniam peccauerunt, mortales facti, mortales procrearunt filios, quos concupiscentiæ, timores, voluptates, mœrores, ira, & inuidia secutę sunt.

c *Ecce enim, &c.* AVGVSTINVS. Sic misericordiam dat, vt seruet veritatẽ, vt nec peccata sint impunita eius cui ignoscit. Ignoscit enim ipsum punienti. Misericordia ergo etiam est, quòd homo liberatur; veritas quod peccatum punitur.

d *Veritatem, &c.* CAS. Quia in confitendo, veritatẽ dixit, quam Deus super sacrificia quærit, supplicat sibi subueniri.

e *Incerta & occulta.* AVGVSTINVS. Sunt & occulta quod talibus ignoscit Deus sub hac incertitudine: Niniuitæ pœnituerunt dicentes, *Quis scit si ignoscit Deus?* & hoc nouit Dauid, dicente sibi confitenti propheta. *Dimissum est peccatum tuum. Asperges,* enim *me,* inquit; *Incerta & occulta.* Prophetiam notat, vt sciret quod Deus filium habet, & quod de suo semine nasceretur, vnde magis à peccato erat sibi cauendum.

Occulta. CASSIO. Ex autoritate manifestantis, confidentia ablutionis & dealbationis.

f *Asperges me* CASSIODORVS. Secũda est cõfidentia misericordiæ Dei, quæ multum est vtilis: ne surrepat desperatio, quę omnibus peccatis grauior est.

✠ BASILIVS & THEODORET. Solum baptismatis donum purgationem hanc perficere potest, qua gratia indigeo, quæ omnibus mortalibus datur, ex Isaia dicente, *Lauamini, mundi estote; si fuerint peccata vestra vt coccinnum, sicut niuem dealbabo.* Quod enim hyssopum nullam operetur peccatorum remissionẽ, ex Mose discitur, homicidam enim & adulteram lex nõ purgabat aspersionibus, sed morti subiiciebat. Aliarum igitur rerum hyssopum est ænigma, qui enim sanguinem agni postibus, in Ægypto asperserunt, exterminatoris manus euaserũt. Erat autem typus salutarium Christi passionum. Sanguis enim hic, & lignum salutare fuit his, qui cum fide accedebant. Alludit ad legis expiationes, quæ fiebant aspersorio constante ligno cedrino, hyssopo aqua & sanguine pecudum madefacto, & filo coccineo.

g *Hyssopo.* CASSIO. Immolato sanguine intincta, super corpus leprosi aspergebatur, significans sanguine Christi maculas peccatorum abluendas.

AVGVSTINVS. Hyssopus herba humilis, sed medicabilis, cuius radix petræ hærere dicitur, ita homo hac in mysterio fit humilis radice charitatis fixus in humili Christo, & mundãtur. Dicitur & hæc herba purgare pulmones, in quibus est inflatio: sic humilitas superbiam.

Super niuem. AVGVST. Incomparabiliter: vnde & in monte vestis

---

a ¶ Aug. Videt futurum iudicem iustum à peccatoribus iudicandum, & in eo vincentem vnde Psal. 66. a. Quia ascendit super occasum, &c. occidendo enim victor factus est.
b ¶ Verè vincis, vel peccaui. c ¶ Aug. Non quod de adulterio natus, sed quia in omnibus trahitur iniquitas ex Adam, & vinculum mortis.
¶ Originalibus & actualibus, quia macula originalis peccati teneor, & ad actualia pronus existo.

a nibus tuis, & † vincas cùm iudicaris. Ecce enim in iniquitati- b

a ¶ Aug. id est, libidinis concupiscentia, quæ peccatum est, nisi excusetur per bona coniugij. Nam hoc opus castum in coniuge non habet culpam, sed origo peccati in prole secum trahit debitam pœnam.

bus conceptus sum, & in † peccatis concepit me mater mea.

a ¶ Non in te culpam refundo, sed veritatem profiteor, quam diligis. b ¶ Cas. Aliis incertus, aliis occultus erat filii Dei aduentus. c ¶ Cognitionis tuæ, vel remissionis peccatorum mihi per sapientiam tuam reuelatæ, & ita certus sum, vt asperges sanguine Christi.

Ecce enim † veritatem dilexisti incerta & occulta sa- c d
pientiæ tuæ manifestasti mihi. † Asperges me domine e f

a ¶ Sanguine Christi. b ¶ Vel mundabis alia licera. Aqua baptismi.
c ¶ Aug. Vt sit vestis domini sine macula & ruga, quia vestimenta Christi in transfiguratione facta sunt alba sicut nix, per quæ sancti significantur. Vnde ad Gal. 3. Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.

g hyssopò, & mundabor; lauãbis me, & super niuẽm 7 8 9

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et vincas cum iudicaris. *Faciẽdo contrarium illius, quod de te iudicatur a multis; scilicet, quod tua promissio mihi facta sit retractata. In Hebræo habetur,* Et mundaberis cũ iudicaris. *i. apparebis mundus adimplẽdo promissum, cum tamen de te à malis iudicetur contrariũ, modo prædicto. Tertia persuasio accipitur ex humana fragilitate, ex qua peccatum eius est remissibile: Non sic autem peccatum angeli, in quo non est talis fragilitas, & hoc est quod dicitur,* 2 Ecce enim in ini. conce. &c. *Quia homo descendens ab Adam per carnalem generationem in vnione animæ ad corpus contrahit originale peccatum, quod est ad peccata actualia inclinatiuum, ratione fomitis remanentis, etiam in illis, qui mundati sunt ab originali, in quantum est culpa.*

3 Et in peccatis concepit me mater mea. *Repetitio est eiusdem ad maiorẽ expressionem. Quarta autẽ persuasio accipitur ex diuina veritate. Et est eadẽ cũ secunda, repetitur tamen hic sub aliis verbis, eo quod est efficacior aliis, sicut communiter fit in persuasionibus, quod ratio magis efficax, sub aliis verbis, pluries replicatur. Dicit ergo.*

4 Ecce enim veritatem dile. *Tu, qui es ipsa veritas; quasi diceret, ex consequenti decens est, quod promissiones tuæ verificentur.*

5 Incerta & occulta sapien. &c. *Ad occulta enim diuinæ sapientiæ pertinent futura contingentia, de quibus erat promissio ipsi Dauid facta de successione regni in filijs, & de descẽsu Christi de semine eius: quasi diceret, decet vt ista impleantur, quæ non implerentur, nisi peccatum mihi remitteres.* 6 Asperges. *Hic consequenter petit Dauid gratia restitutionem. Et primò ponitur sua petitio, secundo ad hoc inducitur multiplex persuasio, ibi,* Docebo iniquos. *Primo ergo petit gratiam iustificantem, dicens,* Asperges me do. *id est, aspergas. Hebræi enim non habent optatiuum modum, sed pro eo vtuntur futuro indicatiui.*

7 Hyssopo, & mundabor. *Loquitur de mundatione spirituali, per modum emundationis corporalis: quia emundatio leprosi, & contaminati ex tactu morticini, fiebat cum hyssopo, vt habetur in Leuitico, & in hoc confitetur Dauid se incurrisse lepram, & mortem spiritualem.*

8 Laua. me. *Id est, laues me aqua tuæ gratiæ: de qua dicitur Ezec. 36. e.* Effundam super vos aquam mundam, & emundamini ab omnibus inquinamentis vestris.

9 Et super niuem dealbabor. *Quia dealbatio spiritualis maior* ☞ *est corpo-*

MORALITER.

✠ 1 *Et vincas cum iudicaris,* Id est, conuincas contrarium tenentes: sicut fuerunt aliqui hæretici, dicentes, quod pœnitentes non semper recipiuntur ad gratiam. Consequenter allegatur pronitas hominis ad peccatum, cum dicitur.

2 *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis con. &c.* Ex parentibus enim contrahit homo originale peccatum, & difficultatem ad bonum, & pronitatem ad malum: propter quæ peccatum hominis est remissibile, & non peccatum angeli; ideò concluditur,

4 *Ecce*

4 *Ecce enim veritatem dil. xisti.* Quasi dicat, decens est vt remittas peccata pœnitentibus, sicut promisisti.

5 *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Quod enim aliquis sit per gratiam iustificatus, occultum est, & incertum hominibus. Manifestatur tamen à Deo dupliciter: Vno modo, per reuelationem; alio modo per probabilem coniecturam ex interna consolatione diuina, & sic dicitur hic, *Incerta & occulta sapientiæ tuæ ma. &c.* propter quod subditur.

6 *Asperges me domine hyssopo.* Id est, aspergas me infusione tuæ gratiæ, nam Hebræi pro optatiuo vtuntur futuro indicatiui.

D Ionæ 3. d. 2. Reg. 12. d

1 2 peccato erat sibi cauendum.

3 † delictis vtero aluit E

4 5 6 † Purificabis, expiabis, absolues.

7 8 9

Numer. 19. Leuit. 14.

F

Mar. 9. a.

☞ te vestis Christi fulsit, sicut nix.

A a *Audi.meo.* AVGVSTINVS. Nota humilem. Audiam te humilis; Non loquar contra te superbus; non enim defendo culpam, qui humilis audit & discit, intus gaudet de veritate; vnde, *Amicus sponsi* stat & audit, non cadit loquendo: & gaudio gaudet propter vocem spõsi, & quia iam humilis iam *exultant ossa humiliata.*

Ioan.3.d.

✣Audire facies me.

✣ BASILIVS. & THEODORETVS. Hac lætitia aures meas impleto, perfectam purgationẽ pollicitus, vt ossa spiritualia humiliata virtutem suam resumant.

†quæ contriuisti Luc.2.

B ✣ ARNOBIVS. Fiã particeps gaudij quod pastoribus angelus nunciabit.

b *Auerte.* CASSIO. Ex confidentia securus, petit deletionem omnium peccatorũ, & plenam restitutionem.

†50.d.c põderet. & c. cum exaudiero, & de pœ dist.2. ca.si enim

✣ BASILIVS. & THEODORETVS. Ne respicias peccata, sed pœnitentem.

† voluntario, munifico, liberali, principali, †transgressores.

c *Omnes iniquitates meas dele.* CASSIODORVS. De duobus culpatus, prudenter pro omnibus orat. *Dele*, de notitia tua.

C

Cap.36.

✣ BASILIVS & THEODORETVS. Peccati senium admisi, me renoua; sic per Ezechielem captiuis Babyloniæ inquit, *Dabo ipsis cor nouum & spiritum nouum*, non sanctum ad rationis motum.

d *In visceribus meis.* CASSIODORVS. Vnde adulterium exijt. In vtrisque partibus, anima & corpore remedium curationis petit: quia in eis peccauit. Sic desiderat expiari, vt videatur nil tale vltra velle committere.

e *Ne proijcias me à facie tua.* CASSIODORVS. A peccatis faciem auerte, sed non me à facie tua, vnde lumen & sanitas veniat. D

✣ BASILIVS & THEODORETVS. *Facies* est Dei cura & prouidentia. Hinc autem discimus, eum non fuisse priuatum gratia spiritus sancti.

a ¶ Et sic audiam te. b ¶ De absolutione peccati. c ¶ Cas. de æternis promissis.

a dealbabor. † Auditui meo dabis † gaudium et lætitiã, & 1 2

a ¶ Interiora mea. b ¶ quia sine fastu, sine tumore, tumor enim infusa repellit.
c ¶ Quia ea ante faciem habeo: si enim homo aduertit peccatum, Deus auertit faciem ne puniat. d ¶ Non à me.

b exultabunt ossa † humiliata. † Auerte faciem tuam à peccatis 3

a ¶ Aug. Plus præsumit quam de illo grandi peccato adul. per magnam misericordiam.
b ¶ Auertendo. ¶ Deletis malis. c ¶ Aug. Quasi nouum aliquid, sed quia & ante innocens, innoua.

c meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum creã in 4 5

a ¶ Aug. Quia curuata est rectitudo spiritus mei ad terrena. Rectus est, cum ei bonus est Deus per omnia, vt Dauid post in aduersis.

d e me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne 6 7 8

a ¶ Aug Cuius faciem timet amittere, eius faciem inuocat.

proiicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum 9

a ¶ Aug. quia iam habet donum spiritus qui confitetur & pœnitet.
b ¶ Per eum. ¶ Aug. quia peccando amisi. c ¶ Christi.
¶ Aug. Per cuius venturi fidem priores sanati sunt, & nos per fidem factæ rei saluamur. Tempora variata sunt non fides.

ne auferas à me. † Redde mihi lætitiam salutaris 10 11

a ¶ Aug. Id est, spiritu sancto confirma. non solum non auferas.

f tui, & spiritu † principali cõfirma me. † Doce- 12 13

g a ¶ Qui in fide manentes peccant. b ¶ Misericordiam, & veritatem.
c ¶ Qui sine Deo, id est infideles. ¶ Vt ego, vel etiam.

bo † iniquos vias tuas, & † impij ad te conuertantur, 14 15

✣ BASILIVS. Tertiò spiritum nominando, trinitatem in vnitate esse docuit.

g *Docebo.* CASSIOD. Quid restitutus persoluat; prius plorans, iam fit doctor.

AVGVSTINVS. *Docebo iniquos.* Confirma in gratia, qua ignouisti, & confirmatus non ero ingratus, sed *docebo*,

CASSIODORVS. *Docebo* vel exemplo, quia dum sibi parcitur, alij spes datur. Vel verbo Dei, post magnalia Dei prædicauit. Ecce quæstuosus de prędicatione fructus, scilicet, quod impij, &c. Hoc ergo dicere non est elatio, sed prouidentia, quia per ista verba multi orantes soluti sunt.

f *Spiritu principali.* AVGVSTINVS. Notant hic quidam trinitatem in Deo, qui est spiritus, cum non corpus; per *spiritum rectum*, filium; *spiritum sanctum*, suo nomine, per *spiritum principalem*, patrem.

†exultationem

†De pœ. di. 2.ca. vt cognouerũt.

E

CASSIODOR. Spiritum prophetiæ qui sibi omnib⁹ pretiosior est robur solum petit non auferri tacens de cæteris.

✣ BASILIVS. & THEODORET. *Spiritum principalem*, Rationem imperantem vocauit, petitq; sibi gaudium in Deo seruitute peccati amissum restitui.

†50.d.c.põderet & ca. cum exaudiero, & de pœ. di 3.c. totam

† peccatores.

F

☞ *De sangui-*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *est corporali, & melior (quia ibidẽ idem est esse mains & melius) quanto spiritualia corporalibus præferuntur. Secundo petit Dauid spiritum, prophetiæ, qui ab eo recesserat propter peccata prædicta, dicens,*

1 Auditui meo dabis gau. *Id est, des gaudium auditui meo, per hoc quod facias me audire auribus mentis reuelationes tuas sicut ante.*

2 Et exultabunt ossa humiliata. *Id est, tanta erit exultatio in mente mea, quod redundabit ad corpus meum in terra humiliatum: quia ex pœnitentia Dauid iacuit in terra 2. Reg. 12.*

3 Auerte faciem tuam. *Vt non aspicias ea amplius ad puniendum.*

4 Et omnes iniquitates meas dele. *Sicut delentur scripturæ, de quibus non curatur. Et quia hoc non potest fieri sine gratia iustificante, ideo repetit petitionem iam positam de iustificatione per gratiam; sicut affectuose petentes replicant suas petitiones, ideo dicitur,*

5 Cor mundum crea in me, Deus. *Et dicit* crea: *quia gratia iustificans de potentia subiecti non educitur, sed in anima à Deo creatur.*

6 Et spiritum rectum. *Id est, rectè tendentem in Deum.*

7 Innoua in visceribus meis. *Quod fit per gratiæ restitutionem. Secundo repetit petitionem de gratia prophetiæ, dicens,*

8 Ne proiicias me à facie tua. *Subtrahendo à me tua secreta.*

9 Et spiritum sanctum tuum, *Scilicet, propheticum.*

10 Ne auferas à me. *Mihi non restituendo, quia adhuc tunc carebat ipso, ideò subditur.*

11 Redde mihi lætitiam salutaris tui, *Id est, salutare tuum me lætificans.*

12 Et spiritu principali con. *Id est, spiritu sancto confirma me præseruando me à recidiuo.*

13 Docebo iniq. *Hìc consequenter ad prædictam petitionem impetrandam inducitur multiplex persuasio. Et prima accipitur ex parte boni ad alios deriuandi, cum dicitur*, Docebo iniquos vias tuas, *quasi dicat, si mihi petenti gratiam restitueris, homines iniqui ex pœnitentia mea edocti pœnitebunt; & sequitur,*

14 Vias tuas. *Id est, mandata tua.*

15 Et impij ad te conuertentur, *Per pœnitentiam. Et dicuntur* impij *propriè peccantes contra Deum*, iniqui *verò contra proximum: tamen frequenter vnum pro alio accipitur. Secunda persuasio accipitur ex bono, quod euenit ipsi Dauid, Deum laudando, ex restitutione sua iustitia, & hoc est quod dicitur,*

☞ Libera

MORALITER.

✣ 2 *Auditui meo.* Dando mihi spem de consecutione beatitudinis futuræ.

3 *Et exult. os.* In futura resurrectione.

4 *Auerte.* Hic reuertitur ad petendum veniam de peccatis, dicens: *Auerte faciem tuam à peccatis meis*, id est, non videas amplius ipsa ad puniendum,

6 *Cor mundum crea in me.* Per gratiam, quæ infunditur per creationem.

7 *Spiritum rectum*, Id est, in te tendentem rectè per amorem.

9 *Ne proijcias.* Tanquam reprobatum à te.

12 *Redde mihi lætitiam salutaris tui*, Id est, lætitiam de spe salutis tuæ.

13 *Et spiritu principali con.* Id est, spiritu sancto me præserua à recidiuo mortalis culpæ. Et quoniam Dei misericordiam consecuti, debent inducere alios ad veritatem reuerti, subditur,

14 *Docebo imi. vias.* Et quoniam amici carnales impediunt aliquando in via Dei, sequitur,

† *Libera*

7 *Spiritum*

☞ a *De sanguinibus.* CASS. Quia multa sunt carnalia peccata: vt A iam ab his desinam. AVGVSTINVS. *de sanguinibus.* Etsi minus Latinè, magis tamen propriè pluraliter dixit: innuens, multa 2.Cor.15.f. peccata ex origine carnis peccati trahi; Vnde *caro & sanguis regnum Dei non possidebunt*, id est, peccata, quæ de corruptione carnis & sanguinis veniunt.

✠ ARNOBIVS. De hac sententia qua dixisti, *Nō recedet gladius de domo tua.*

b *Iustitiam tuam.* CASSIODORVS. Iustitiam laudat, cum pietati deberet gratias agere: sed & iustitiæ fuit, confitentem suscipere; & hæ duæ B res semper in iudicio domini adiunctæ sunt.

✠ BASILIVS. & THEODORETVS. Vriæ cædem in † confractū f memoriam reuocat Symmachus, *Loquetur lingua mea misericordiam tuam.*

† ipsi. ✠ BASILIVS. & THEODORETVS. Peccatum enim linguam obturare solet. C

c *Laudem tuam.* AVGVSTINVS. Quòd me creasti: Quòd peccantem non reliquisti; Quòd confiteri monuisti: Quòd mundasti.

d *Sacrificium Deo.* CASS. Quod illo tempore pro expiatione ponebatur.

✠ BASILIVS & THEODORETVS. Dictum psalmo præcedenti. *Non accipiam de domo tua vitulos.*

e *Contribulatus.* CASS. Lætus & lasciuus spiritus obligat peccato. Sequitur huius sacrificij promissio: *Cor contri.* D

✠ BASILIVS & THEODORET. Mentis modestia est tibi Dan 3. grata. Cor ergo contritum & comminutum tibi offeram; sic tres pueri, *in corde contrito & spiritu humilitatis suscipiamur coram te.*

a ¶ Quod possim. b ¶ Ab omni corruptione pœnæ & culpæ, & da incorruptionem.
c ¶ August. Quæ erit in incorruptione, cum mortale hoc induet immortalitatem, modo etiam in spe.

a Liberā me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, & 1 2

a ¶ Cas. Et si me liberaueris à sanguinibus, alioquin timeo, quod supra dictum est: quare tu enarras iustitias. b ¶ Nec inde dubito quia O. c ¶ Propter peccatum clausa.

b exultābit lingua mea iustitiam tuam. Dōmine lābia mea a- 3 4

a ¶ Cas. Etiam cordis arcanum. b ¶ Hoc obtendo, quæ quia non vis sacrificia pecudum. ¶ Videbat tempus, quo hæc figuratiua cessarent.

c peries, & ōs meum annuntiabit laudem tu- m. † Quonā b iam si 5

a ¶ Sed. ¶ Nec etiam. b ¶ Quæ in aduentu Christi respuuntur.

voluisses sacrificium, dedissem, vtique holocaustis non

a ¶ Hiero. Quid ergo offerendum. ¶ Autem. ¶ Peccatorum quod Deo placet, est spir. con.
b ¶ In quo spes veniæ conuertendis si pœnitere velint.

d e delectaberis. † Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor 6

a ¶ Pœnitentia. b ¶ Deo confitendo non elatum peccatum excusando, non potest cor humiliari, nisi contritum.
c ¶ Aug. Spernit taurum & hircum &c. quæ tempora habuerunt, cum aliquid futurum promitterent.
d ¶ Quod sacrificium, vt tibi fiat. Benigne. Mitte filium, dimitte peccata.

cōtritum & † hūmiliatum Deus non dēspicies. † Bēnignè 7

a ¶ O. b ¶ Augustinus. Non sibi tribuat aliqua merita.
c ¶ Ecclesiæ. d ¶ Vel &.

fac dōmine in bona voluntate tuā † Sion: † ut ædificentur 8 9

a ¶ Per primum hominem destructi. b ¶ Muris ædificatis.

g h mūri Ierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, 10

e *Contri.*

f *Benigne fac.* CAS. Iam gaudens, de ædificatione Ierusalem prophetat, vbi sacrificium iustitiæ.

AVGVSTINVS. Supra vnus precabatur, propheta scilicet pro seipso: Ecce iam hic est typus ecclesiæ, huic Sion, benignè E fac, quæ aliquid speculatur quod sperat. † Quoniã non vis sacrificium & holo.

✠ BASILIVS. & THEOD. Luculentius ex his verbis instruimur, Psalmum hūc plenum esse vaticinio: cōueniūt enim † [Benefac. hæc verba captiuis Babylonijs, qui petebant reædificari templum Hierosolymis, † ædifices muros. in quo secundum legem sacra facerent. r spernit F

✠ THEODORET. Ipsorum enim ista vox est, *Quomodo cantabimus canticum Domini* Psal. 130. *in terra aliena.* Item precatur vt noua Sion consurgat, & vt cœlestis Hierosolyma super terram ædificetur.

✠ ARNOBIVS. Vituli sunt iuuenes luxuriantes, qui cognoscentes luxuriam Deo displicere, in altitudine casti consilij imponentur super altare.

g *Muri.* AVGVSTINVS. Munimenta immortalitatis nostræ construantur in fide, spe, & charitate.

h *Tunc acceptabis sacrificium.* AVGVSTINVS. Modo sacrifi- ☞ cium

---

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Libera me de sanguinibus Deus salutis, *Id est, à pœna mortis, quam incurri propter effusionem sanguinis Vriæ, & aliorum, occasione eius interfectorum.*

2 Et exultabit lingua mea iusticiam tuam. *Videtur, quod deberet dicere misericordiam tuam; Ad hoc dicendum, quod in omnibus Dei operibus semper se concomitantur misericordia & iustitia, & ideo cum dicitur hic,*

3 Iustitiam tuam, &c. *Subintelligitur misericordia temperata: & sic fuit in proposito, quia licet Dauid non habuerit tunc pœnam mortis, quam incurrerat in propria persona; tamen eam habuit in persona filij sui de Bethsabee nati, vt habetur 2. Regum 12. Cum hoc etiam persecutionem grauem sustinuit à filio suo Absalom, contra eum motam in pœnam huius peccati, sicut dicitur 2. Regum 12. c.* Suscitabo aduersum te malum de domo tua.

4 Domine labia mea aperies, &c. *Id est, aperias. vt suprà dictum est: & in hoc petit Dauid restitutionem gratiæ, quia illi soli qui sunt in gratia, possunt debitè coram Deo os suum aperire ad ipsum laudādum, quia* non est laus speciosa in ore peccatoris. *Ecclesia. 15. b. Tertia persuasio accipitur ex promptitudine ipsius Dauid ad satisfaciendum: qua notatur cum dicitur;*

5 Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique, holocaustis non delectaberis. *Id est, paratus eram, & fui facere. Circa quod sciendum, quod sacrificia veteris legis non erant Deo accepta de se, sed tantùm ex fide & deuotione offerentium: propter quod dicitur Gen. 4. a.* Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius, *quia non respexit ad munera, nisi propter bonitatem offerentis; & ideo Dauid ante remissionem peccati non erat in statu offerendi: ita quod suæ oblationes essent Deo acceptæ: remissio autem peccati acquiritur ex contritione sufficienti, ideò subditur,*

6 Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. *Quia sacrificia Deo oblata non erant accepta, nisi præcedente contritione debita. Quarta autem persuasio accipitur ex diuina veritate: quia Deus ante promiserat Dauid templum ædificandum per filium suum nasciturum, vt habetur secundi Regum 7. quod impletum non fuisset, si Dauid propter peccatum Vriæ mortuus fuisset, secundum rigorem iustitiæ. Et quia decet Deum adimplere promissum, ideo hoc allegat Dauid dicens,*

7 Benignè fac domine in bona voluntate tua. *Id est, procede magis secundum dulcorem misericordiæ, quam secundum rigorem iustitiæ.*

8 Sion. *Id est, monti Sion. Et quæ sit illa bona voluntas, ostendit dicens,*

9 Vt ædificentur muri Ierusalem, *Id est, muri templi in Ierusalem per filium meum, quod fuit ædificatum in illa parte, vbi est mons Sion: tamen cum hoc clausit Salomon Ierusalem triplici muro, vt dictum fuit 3. Regum 3.*

10 Tunc acceptabis sacrificium. *Id est post restitutionem iustitiæ* ☞ *meæ*

MORALITER.

✠ 1 *Libera me de san.* Id est à cōsanguineis impedientibus. Et quia doctrina salutis principaliter est à Deo, ideò sequitur.

4 *Domine labia mea aperies.* Et quia reducere peccatores ad viā bonam, est sacrificium Deo acceptissimum, sequitur,

5 *Quoniam si vo. sa.* Scilicet, veteris legis, paratus essem offerre tibi: Sed quoniam de illo dicitur, *sacrificium & oblationem noluisti.* Psal. 39. pœnitentia verò peccatoris est sacrificium tibi acceptum

ceptum, prout subditur,

6 *Sacrificium Deo spi. contri.* Ideo illud offero tibi, peccatores ad pœnitentiam inducendo. Et quoniam hoc dependet à bonitate diuina, Sequitur,

7 *Benigne fac do. in bo. vo. tua Sion.* Id est, ecclesiæ, cuius ruinæ reparantur per reuersionem peccatorum ad dominum; ideò subditur,

10 *Tunc acce.* Nam opera vere pœnitentium Deo sunt sacrificia accepta.

☞ cium pro iniquitate. *Cor contri. & humilia.*

† holocaustomata

tunc solius laudis, quod est sacrificium

B iustitiæ, vel; cum ecclesiam constru-

eris, tunc iustitia erit sacrificium, *oblationes* minores sanctι, *holocausta*, perfecti.

C a *Tunc impo.* CASSIODOR. Sacerdotes, *vitulos* innocentes adultos, sine iugo peccati. Vel *vituli*, prædicatores, qui orbem mugitibus implent. *Super altare*, id est, ecclesiam. Vel *vituli* qui se offerunt

a ¶ Aug. Vt diuinus ignis eos totos absumat, & sic leuetur holocaustum vt absorbeatur mors in victoria.

b ¶ Angeli vel messores.

c ¶ Super fidem vel Christum.

a oblationes, & † holocausta, tunc imponent super altare

b ¶ Aug. Innocentiam nouæ ætatis, colla libera à iugo legis & peccati. ¶ Nouos populos.

I tuum vitulos.

offerunt in sacrificium Deo, id est, martyres. Vel, *sacrificium iustitiæ*, passio Christi; *Oblationes & holocausta* ad fideles pertinent, Et est: *Tunc acceptabis sacri. iusti.* id est, tibi erit accepta passio Christi, & *acceptabis obla. & holo.* id est, fideles pro tuo nomine patientes, tibi erunt grati. D E F

b *Altare.* AVGVST. Cœlestem Ierusalem.

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *mea, sacrificium meum erit tibi acceptabile. Vel potest hoc referri ad sacrificia Salomonis oblata templo ædificato, quorum acceptationem Deus ostendit per descensum ignis de cœlo super ea: vt habetur 2. Paral. 7.*

I Tunc impo. *Extunc enim cum maiori deuotione, & fiducia obtulerunt ibi sacerdotes sacrificia.*

☞ NICOL.

ADDITIO I.

In Psalmum L. Miserere mei Deus: *Vbi dicitur in postil.* Licet autem ista duo sint idem in re.

Ex hoc, quod culpa non remittitur, nisi per gratiam iustificantem: non sequitur quod iustificatio per gratiam, & remissio culpæ sint idem in re, prout postillat, videtur arguere, sed potius oppositum: nam cùm gratia iustificans sit causa remissionis culpæ, sequitur quod iustificatio per gratiã se habeat ad remissionem culpæ, sicut causa ad effectum, & sic sequeretur quod differret in re, cum idem non sit causa suiipsius; sed veritas huius est, quod si gratiæ infusio, & remissio culpæ secundum substantiam actus considerentur, idem sunt, cum eodem actu Deus largitur gratiam, & remittit culpam: Si verò considerentur ex parte obiectorum, sic differunt secundum differentiam culpæ, quæ tollitur, & gratiæ quæ infunditur. prima secunda q. cxiij.

ADDITIO II.

In eodem Psal. *vbi dicitur in postilla.* Vt iustificeris in sermonibus tuis.

Promissio facta ipsi Dauid à Deo ante peccatum, de hoc quod firmaret regnum eius ad posteros, & quod filius suus ædificaret templum domini, poterat adimpleri absque hoc, quod Deus remitteret Dauid culpam, quam incurrerat. Dato enim quod Dauid fuisset æternaliter condemnatus: posset ex eo descendere Salomon, vel alius filius, qui ædificaret templum: & ad posteros descendere regnum suum etiam vsque ad Christum. Christus enim ex multis descendit peccatoribus, vt patet in eius genealogia; vnde hoc quod dicitur, vt iustificeris in sermonibus tuis, *non bene exponitur, intelligendo, vt promissio tua mihi facta impleatur, prout postil. exponit; Sed prædicta verba melius videntur exponenda secundum glos. quæ in hoc loco sic dicit.* Precatur ergo Dauid vt parcat, vt sic impleat, quod promisit de venia ingemiscentis, dicens: Quacunque hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor, quasi dicat, ideo me munda, vt iustificeris in sermonibus tuis, qui sunt de promissione veniæ ingemiscẽti. Et vincas, id est, conuincas eos qui dicunt quod non parceres mihi, eò quòd grauiter peccaui. Cum iudicaberis ab eis. *Hæc in glo. Nec mirum, si Deus dicitur iudicari ab homine, nam secundum glos.* Deus tãtæ iustitiæ est, vt se cum homine vellet iudicari, vnde Esa. 5. a. Iudicate inter me, & vineam meam. *Si autem dicatur, quod sermones illi de venia concedenda ingemiscenti, fuerunt dicti per Ezechielem, qui magno tempore fuit post Dauid; Ad hoc dicendum, quod etiam Moyses, qui prius fuit, hoc idem videtur asserere. Exod. 34. a vbi dicit:* Dominator domine Deus, misericors & clemens & patiens, & multæ misericordiæ ac verax, qui custodis misericordiam in milia, auferens iniquitatem & scelera atque peccata, &c. *quod intelligitur circa pœnitentes. In Hebræo autem, vbi nos habemus*: Et vincas cum iudicaris, *habetur*, Et mundus cum iudicabis, *quod magis correspondet sensui prædicto: hoc est dicere, iustificando, seu verificando sermones tuos de venia concedenda peccatoribus, mundabis peccatorem, scilicet, pœnitentem cum ipsum iudicabis, &c.*

ADDITIO III.

In eodem Psal. *vbi dicitur in postilla.* Dicit igitur: Ecce enim veritatem dilexisti.

Successio regni in filijs Dauid, & descensus Christi de semine eius poterant poterant impleri etiam si peccatum non fuisset remissum ipsi Dauid, vt dictum est. Sed verba hæc, Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, *aliter videntur exponenda, scilicet vt referantur ad renelationem factam ipsi Dauid pœnitenti per Nathan prophetam dicentem sibi*, dominus transtulit à te peccatum tuum, 2. *Reg.* 12. *d. Quæ quidem remissio erat incerta multis: imo ferè omnes scientes grauitatem delicti ipsius Dauid, credebant oppositum: sed erat vera & occulta apud sapientiam diuinam, & manifestata Dauid per prophetam, vnde dicit sic: Ex quo remissio peccati mei, licet sit incerta hominibus & occulta, tamen mihi eam manifestasti; precor ergo, vt eam ad perfectum in publicum adducas: vnde propriè subiungit.* Asperges me domine hyssopo, &c. *nam Leu.* 14. *(vbi agitur de ritu leprosi mundati quod significat peccatorem cui iam culpa est remissa) legitur, quod cum sacerdos inuenerit lepram esse mundatam, facit circa eam quædam ceremonialia, inter quæ cum hyssopo aspergit leprosum illum iam mundatum, vt ibi latius continetur: ad quem ritum referenda sunt verba Dauid in hoc loco; quasi dicat, ex quo iam manifestasti mihi per prophetam occulta sapientiæ tuæ, scilicet, remissionem peccati mei, per quam sum verè mundatus, licet occultè: iam non restat, nisi vt ritu sacerdotali aspergas me hyssopo, & mundabor, scilicet, in publicum.*

REPLICA. In Psal. Miserere mei Deus. *Burg. de remissionis culpa & iustificationis identitate, volens aliquid dicere contra postillatorem, sese inuoluit dicens; Primo iustificationem fore causam remissionis: ex hoc arguit quod non sunt idem in re, quia nihil est causa suiipsius; Sed illud dictum suum non videtur habere veritatem: quia prior est de communi lege remissio quam iustificatio; ideo vulgo dicitur, quod expulsio vitij virtutis meretur ingressum: nullum etiam posterius est causa prioris, vt sic. Dicit secundo quod est idem actus remissio, & iustificatio. Quod dictum etiam non videtur verum, quia stat quod detur gratia, & non remittatur culpa, sicut in beata Virginis conceptione iuxtà doctrinam scholæ fratrũ minorum. Vnde de identitate & distinctione remissionis culpæ, & infusionis gratiæ, siue quoad actus, siue quoad obiecta, grandis disputatio est inter Scotistam & Thomistam, vide de hoc Scotum lib. 4. dist. 16. q. 2.*

In eodem Psal. *circa passum illum*, Vt iustificeris in sermonibus tuis. *Cùm postil. exponit eum de verificatione promissorum factorum ipsi Dauid de firmitate regni sui ad posteros, &c. Burgen. exponit de veritate sermonum domini, quibus dicitur*, Quacunque hora peccator ingemuerit, &c. *Sed replicat contra se, quod illi sermones de venia concedenda ingemiscenti, fuerunt Ezechiels longè post tempora Dauid dicti: nõ igitur Dauid potuit ea exemplariter allegare, ideo adducit aliam autoritatem de Exod. 34. Sed illi sermones non sunt propriè Dei, sed Moysi, & sic esset sensus*, Vt iustificeris in sermonibus Moysi, *cuius propriè sunt, vt patet in loco allegato. Per idem patet quantum valeat quod Burg. subdit circa versum*, Ecce enim veritatem dilexisti: *nam stante iudicio hominum, quod propter grauitatem peccati Dauid Deus non permittit filium suum regnare post ipsum, nec Christum nasci ex eius semine, optimè locum habet expositio postilla. Quod autem homines habebant illam opinionem, ostendit Burgen. circa psalmum:* Domine probasti, *allegans ad hoc illud Psalmistæ.* Multi dicunt animæ meæ, non est salus illi in Deo eius. Ezech. 18. c

GLOSSA ORDINARIA.

A a *In finem pro &c.* HIERON. AVGVSTINVS. Doeg prodidit Dauid, & Saul sacerdotes occidit, non Dauid; vt & aries immolatus est, non Isaac: vbi vtrobique effuso sanguine resurrectio Christi, & vita figurata est. *Doeg* motus: *Idumæus* terrenus ab Edom, id est, genus hominũ terrenum, quod mouetur, non perseuerat in æternum, *Saul* petitio, & significat mortem, quam homo peccãs verbis & manibus appetijt, Sicut populus à domino Saulem regem extorsit, *Dauid* manu fortis, vel desiderabilis aspectu. Dauid rex comedit panes propositionis, quos non licet edere nisi sacerdotibus, figurauit, non solum personã regis, sed etiam sacerdotis. Est ergo Dauid Christus, & corpus eius. Hic autem mista sunt terrenum, & cœleste, de his duobus agit hic psalmus. Non est hic oratio pro malis, sed prophetia quid sit eis futurum.

† vide psal. 4 † vide psal. 31.

a ¶ Mittens nos. b ¶ De hoc. c ¶ Motus.

† In finẽm, † intellectus Dauid, cum venit ad eum Doeg

a ¶ Terrenus, id est genus malorum. b ¶ Prodidit morti.

¶ Tunc est proditus morti Christus cum venit ad regnum patris, id est, regnum Iudæorum quod pater instituit.

Idũmæus, & annuntiauit Sauli, & dixit: Venit Dauid in do-

a ¶ Id est, Iudæos, alia litera Achimelech.

mum Abimelech. PSALMVS LI.

¶ Aug. Quasi, In bono gloriandum est, quod est magnum. a ¶ Tu.

Quid gloriaris in malitia qui potens es in ini-

a ¶ Quod minimum est. b ¶ Sine intermissione.

c ¶ Ecce iniquitas. d ¶ Meditatio mali est in lingua.

quitate ? † Tota die iniustitiam cogitauit

a ¶ Aug. Si non potest facere, loquitur saltem malum: & si hoc nequit, cogitat.

b ¶ Aug. Ita expedite, vel inutilia rapit, vel animam purgat.

lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti

b *Doeg.* CASSIODOR. Aduersarius Dauid significat Antichristum, qui totum orbem mouebit: qui veniet per signa, & miracula ante aduentum iudicij, & auxilium à Saule, id est, à diabolo petens, nuntiabit venisse Dauid, id est, Christum in domum Achimelech, id est, ad ecclesiam, quæ est regnum patris.

c *Abimelech.* HIERONYMVS. dicit, in Hebræo Achimelech. Ita enim dictus est sacerdos ille, sed propter similitudinem literarum Beth & Caph, quæ modico apice differunt, variatur *Abimeleh*: Forsan autem sicut suprà, non coram Achis, sed coram Abimelech mutato nomine, vt non res historiæ prosequaris, sed mysterium, ita & hic est: ergo Abimelech patris mei regnum, & significat Iudæos.

✠ BASIL. & THEOD. Sacerdos & Abimelech & Achimelech dictus est. Psalmus inscriptus in finem, & intellectus, vt nos prudentia vtentes expectemus rerum euentum. Continet & historiam Doeg, & prædictionem in Rapsacem, qui ortus ex Indis, mancipium Assyriorum factus, blasphemia & fallaci oratione Iudæorum exercitum occidere conatus est. D

✠ ARNOB. Cum fugeris gladium principis mundi diaboli, & ad altare conuolaueris, & mundus sanctum panem assumpseris, nõ deerit qui diaboli impulsione affligat, tunc autem hunc psalmũ cantabis.

✠ HILARIVS. Hic psalmus historia prior, ordine posterior est: quia in finem intellectus præscribitur, sacramentorum generibus absolutis, in quo *Dauid* Christus; *Achimelech domus*, Ecclesia; *Doeg* populus proditor. E -in iniquitate.

† Misericordia Dei omni die † prauitates Eccle. 21. d.

PSALM. LI.

d *Quid gloriaris in malitia, &c.* CASS. Prima est inuectio in Doeg, vt fideles corroboret, contra Antichristum & eius complices.

✠✠ BEDA. Tu *qui potens es*, id est potentiam tuam reputas *in iniquitate*, vbi potius impotentia est; propter quid gloriaris in malitia, in qua non est gloriandum, sed erubescendum? Multi enim sunt qui destruunt, pauci qui construunt. Ideo *qui gloriatur in domino glorietur:* Iuxta quod scriptum est, *non glorietur sapiens in sapientia sua: sed glorietur scire & nosse me, dicit dominus.* F

e *Cogitauit.* CASS. Leuis mens, præceps dictio, non ante cogitat quam loquatur, vnde: *In ore stultorum est cor eorum.*

f *Sicut nouacula, &c.* CASS. Quæ dũ promittit innouationem, incidit: ita ille dolosus, Antichristus scilicet, beatitudinẽ, & occidit.

HIER. & AVG. *Sicut nouacula.* Mali sanctis capillos radunt, id est, superflua bona præsentia, quæ contemnunt cum ipsa vitã, vt sint filij Core, quibus dicitur: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.*

☞ a *Dilexisti*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALM. LI.

✠ QVid gloriaris in mali. &c. *Huic psalmo præmittitur titulus talis in Hebræo.* Ad victoriam Psalmus Dauid: quando venit Doeg Idumæus, & annuntiauit Sauli, & dixit ei, Venit Dauid in domum Achimelech, *& in translatione Hieronym. ponitur iste titulus eiusdem sententiæ, licet verba aliquantulum sint mutata. De hac autem annuntiatione habetur* 1. *Reg.* 22. *quia cũ Saul turbatus de hoc, quod Dauid euasisset manus eius, conquereretur de seruis suis, tanquam de fautoribus ipsius Dauid, iste Doeg dixit Sauli, quod viderat Dauid in domo Achimelech sacerdotis, & quod dederat ei panes & gladium, adiungens etiam falsum secundum opinionem aliquorum, sicut modus est relatorum, scilicet, quod Achimelech consuluisset pro Dauid Deum; tamen contrarium videtur mihi probabilius scilicet, quod consuluit sicut ibidem plenius fuit expositum: propter quod Saul iratus iussit sacerdotes, vxores, & paruulos eorum interfici, & ciuitatem eorum destrui, cuius iussionis Doeg cum suis satellitibus fuit executor, vt ibidem habetur: & de hoc fecit Dauid psalmum istum. Et diuiditur in duas partes. Quia primo malitia Doeg arguitur; secundò innocentia Dauid ostenditur, vt opposita iuxtà se posita magis elucescant, ibi,* Ego autem. *Prima in tres, quia primo Dauid arguit Doeg malitiam; secundò prædicit pœnam, ibi,* Propterea destruet te; *tertio ostendit vtilitatis consequentiam, ibi;* Videbunt iusti. *Circa primum dicitur,*

1 Quid gloriaris in malitia? *Quasi diceret, hæc est pessima gloria; quia propria illorum est qui peccant ex certa malitia, & habitu. Signum enim habitus generati est delectatio in opere, vt dicitur* 2. *Ethicorum. Propter quod dicitur Prouer.* 2. c. Qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.

2 Qui potens es in iniquitate. *Id est, potenter exercuisti iniquitatem, sacerdotes, vxores eorum, ac paruulos occidendo, vt dictum est. In Hebræo, & in translatione Hieronymi sic habetur,* Quid gloriaris in malitia potens misericordia Dei tota die, *ita quod ly* tota die, *quod est principium versus secundi in translatione nostra, est finis primi in Hebræo, & in translatione Hieronymi, & est sensus:* Quid gloriaris in malicia potens, *id est, quid gloriaris, eo quod malitiam tuam potenter exercuisti in opere, & in sacerdotum occisione;* Misericordia Dei tota die, *id est, misericordia Dei, qua tota die sustinet te in vita, debuisses te traxisse à tanta malitia.*

3 Tota die iniustitiã cogitauit lingua tua. *In Hebræo et in traeslatione Hieronymi sic incipit versus iste:* Insidias cogitauit lingua tua: *tamẽ non mutatur sententia. Iste enim Doeg quasi continuè insidiabatur Dauid & amicis eius, ipsos Sauli falsò accusando: quod erat iniustum.*

4 Sicut nouacula ac. fe. do. *Nouacula bene acuta aufert pilos quasi insensibiliter. Doeg autem sic dolositates suas colorabat, quod Saul non percipiebat. Et faciebat quia hoc ex habitu, qui causat delectationem in opere, vt dictum est, ideo sequitur,*

✠ 1 Dilexisti

MORALITER.

✠ 1 *Quid gloriaris in malitia.* Psalmum istum fecit Dauid contra malitiam Doeg, qui adulando Sauli regi, retulit sibi quod Achimelech sacerdos panes & gladium dederat Dauid fugienti: propter quod Saul præcepit sacerdotes cum vxoribus & paruulis occidi 1. Reg. 22. Moraliter autem potest exponi de quolibet adulatore, qui relationibus suis excitat aliquem potentem ad persequendum innocentem. Igitur contra talem dicitur: *Quid gloriaris in malitia.* Nam hæc est dæmonum gloria.

2 *Qui potens es in iniquitate.* Quæ non est verè potentia, sed impotentia: est enim posse deficere.

3 *Tota die iniustitiam cogitauit lingua.* Id est, quasi continuè cogitauit cor tuum & lingua tua, vt loqueretur malum.

4 *Sicut nouacula acu. fe. do.* Scilicet, cor vulnerantem, sicut nouacula acuta vulnerat carnem.

☞ a *Dilexisti malitiam, &c.* Cas. Non deserit malum, qui diligit super benignitatem: & si benignitas tangit animum, refugit.

b *Præcipi.* ✻ Basilius & Theodoretus. Ex eorum metaphora, qui submergunt & suffocant. Id Doeg fecit qui mendacijs sacerdotum vniuersam familiam perdidit: sed frustrà.

c *Lingua dolosa.* Cass. Id est, dolosa verba fallaciæ ministra, aliud in corde gestantium, aliud in ore promentium;

d *Propterea Deus.* Cassio. De celeri fine iniqui.

e *Et radicem tuam de terra viuentium.* Augustinvs. Radix nostra charitas est in terra viuentium; vnde radix huius, id est, voluntas eradicatur, quia non est altius fixa per charitatem, sed in petra arida & sterili. *Ecce Doeg.* id est, motus de quo loquitur titulus, hic enim pulvis, quem proijcit ventus à facie terræ.

Augustinvs. Radix mali cupiditas, quæ non fructum parit in terra viuentium. Vel, loquitur de Antichristo, cuius radix ministri, qui, cum eo, nihil habebunt cum sanctis.

f *Videbunt iusti.* Augustinvs. Pro deiectione eius irrisio.

Augustinvs. *Videbunt iusti.* Quid malis sit euenturum in fine, vident nunc iusti, & timent sibi, ne & ipsi cadant; in futuro verò ridebunt. Nunc enim ambulant quasi ad lucernam, (secundum propheticum sermonem) in nocte; & ideò timendum; tunc verò erit dies. Petrus enim ait: *Attendentes ad propheticum sermonem, quasi ad lucernam in nocte, donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus nostris*, id est, Christus appareat, qui est lux nostra. 2. Pet. 1. d.

g *Speraui, &c.* Nõ dicit habuit: quia habet aliquis, qui non amat; & ardet auaritia, qui non habet.

Præualuit in vanitate sua. Aug. Vel de Antichristo specialiter agitur. Et *præualuit in vanitate sua*, quia plus omnib⁹ alijs malis fideles decipiet.

h *Ego autem, &c.*

Augustinvs. Quomodo contra eũ bonus se habeat.

Cassiod. Hucusque vituperatio illius, hic laus contrariæ partis: Ecce perfecta demonstratio.

i *Oliua fructifera.* Aug. Populus Dei oliua, vnde fracti sunt superbi rami, id est, Iudæi, & insertus est oleaster de gentibus.

Cass. Oliua fructifera, de cuius germine dominus Christus efflorvit, qui spirituali oleo perunctus est præ consortibus suis.

☞ a *In*

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem. *Et patet litera vsque ibi.*

2 Dilexisti omnia verba præcipitationis. *Id est, verba Saulis, quibus præcipitanter præcepit sacerdotes occidi: ad quod enim induxisti.*

3 Lingua dolo. *Vt patet per prædicta.*

4 Propterea Deus destruet te in finem. *Hic consequenter Dauid in spiritu prophetico prædixit ipsius Doeg pœnam dicens*: Propterea Deus destruet te in finem. *Licet modo sis potens cum rege.*

5 Euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, &c. *Animam de corpore auferendo, quod fuit impletum in monte Gelboe, vbi Doeg iusto Dei iudicio interfecit se, prout dictum fuit primi Regum vltimo.*

6 Et radicem tuam de terra viuentium, &c. *Hoc fuit impletum quando Dauid fecit interfici filium Doeg, in quo sperabat post mortem suam manere, sicut in quadam radice remanente, vt dictum fuit 1. Reg. vlt. & 2. Reg. 1.*

7 Videbunt iusti & timebunt, &c. *Hic consequenter ponitur vtilitatis consequentia, quia iusti videntes punitionem iniquorum, ex hoc magis firmantur in bono, & contemnunt prosperitatem malorum: & hoc est quod dicitur*, Videbunt iusti, &c. *Scilicet, Doeg destructionem.*

8 Et timebunt, &c. *Magis offendere Deum, quam ante.*

9 Et super eum ridebunt, &c. *Contemnentes eius prosperitatem præteritam.*

10 Et dicent: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, suum, &c. *Per bona merita.*

11 Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, &c. *Quas male acquisiuit Saul adulando, & munera ab illis, qui habebant negotiari cum rege, male accipiendo.*

12 Et præualuit, &c. *Ad tempus, quia inter seruos Saulis erat potentissimus, vt habetur primi Regum 22.*

13 In vanitate sua. *Quia prosperitas eius transiuit velut vmbra.*

14 Ego autem sicut oliua fructifera. *Hic consequenter ostenditur ipsius Dauid innocentia: quia propter Doeg & Saulis malitiam non reliquit suam innocentiam; quod patet ex hoc, quod Saul bis in sua manu tradito, bis à morte pepercit, vt habetur primi Reg. 24. & 26. & hoc est quod dicit*, Ego autem sicut oliua fructifera, &c. *Non est per hoc intelligendum, quod aliqua arbor oliua esset iuxtà domum Dei, quia præcipitur Deuteron. 16. d.* Non plantabis lucum iuxta altare domini Dei tui, neque vllam arborem. *Sed per oliuam fructiferam, hic intelligitur oleum, quod de fructu oliuæ exprimitur, quo lucernæ in domo Dei replebantur, secundum quod dicitur Leui. 24. a.* Præcipe filijs Israel, vt offerant oleum de lignis oliuarum purissimum ad concinnandas lucernas. *Istarum autem lucernarum aliquæ ardebant de nocte, & de die, licet plus arderent de nocte. Est igitur sensus,*

Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. *Id est, sicut fructus oliuæ est fomentum luminis continuè in domo Dei; sic innocentia mea lucebit coram Deo, nec extinguetur per Doeg, vel Saulis nequitiam.*

✻ 1 Speraui

MORALITER.

✠ 2 *Dile.em.* Id est, ad præcipitandum innocentes.

4 *Propterea Deus destruet eum.* Tibi reddens debitam pœnam.

5 *Euellet te, &c.* Extrahendo animam à corpore.

6 *Et radicem tuam de terra vi. &c.* Id est, animam tuam (quæ viuificat corpus, sicut radix arborem) priuabit te gloria per æternam damnationem.

7 *Videbunt iusti.* Tuam deiectionem,

8 *Et timebunt*, Deum offendere plus quàm antea.

9 *Et super eum rideb.* Applaudentes iustitiæ diuinæ.

10 *Et dicent, Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, &c.* Ideò meritò lapsus est ad infernum.

11 *Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, &c.* Ponendo ibi finem suum.

12 *Et præualuit in vanitate sua*, Ad tempus modicum.

14 *Ego autem sicut oliua fructifera in dom. &c.* Hoc dicit iustus confidens de bonitate diuina.

† *Confitebor*

a ¶ Ille Doeg in diuitiis. b ¶ Aug. non ad terrena adipiſcenda, ſed æterna. c ¶ Duratura. d ¶ Pro id eſt. e ¶ quod dixit in æternum repetit. ¶ Et. ¶ Laudabo.

a Dei ſperâui in miſericôrdia Dei in æternûm, & in ſeculum ſe-

a ¶ Quia tunc ſaluabor, non enim præproperus. b ¶ Rem nominis tui, quod eſt Ieſus, ſcilicet, quod tunc ſaluabor.

b culi. Confitebor tibi in ſeculū quia feciſti: & expectabo nō-

a ¶ Aug. Iucundum eſt nomen, ſed non niſi guſtanti, amarum vero ſeculum. b ¶ Sed non in conſpectu impiorum, qui non guſtant amando.

men tuū, quoniam † bonū eſt in cōſpectu ſanctorū tuorū.

cœlorum.

b *Feciſti & expectabo no.* AVGVSTINVS. Prædicta ſcilicet, quod ſim

2 oliua, quod ſperaui

3 in miſericordia in

4 æternum.

† iucundū

NICOLAVS DE LIRA.

1 Speraui in miſericordia Dei in æternum, &c. *Id eſt, non tantum in vita præſenti, ſed etiam in futura, ideo ſubditur,*

2 Confitebor tibi in ſeculum, *Confeſſione laudis.*

3 Quia feciſti, *Mihi miſericordiam in præſenti.*

4 Et expectabo nomen tuum, *In futura retributione iuſtorum*

5 Quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum, *Qui laudant continuò nomen tuum: ſed in conſpectu iniquorum non eſt bonum, qui frequenter verbis & factis blaſphemant ipſum.*

MORALITER *autem poſſet exponi pſalmus iſte de quolibet iniquo detractore, qui per detractiones & adulationes ſuas excitat aliquem potentem ad innocentum perſecutionem: pro quo conſequitur finaliter pœnam æternam, & cum hoc aliquando temporalem, & ad hoc conſideratis prædictis poteſt de facile applicari litera huius pſalmi.*

MORALITER.

2 *Confitebor tibi in ſeculum,* Confeſſione laudis.

3 *Quia feciſti.* Miſericordiam mihi.

4 *Et expectabo nomen tuum.* In retributione iuſtorum.

ADDITIO.

In Pſal. 51. Quid gloriaris, *vbi dicitur in poſtil.* Circa primum dicit.

Litera Hebraica ſic habet: Quid gloriaris in malitia ô potens miſericordia Dei tota die: *quod ſic exponit Abenhazra, & bene, vt videtur videtur,* ô potens *id eſt, Doeg, qui pro tunc potens erat apud regē Saul.* Quid gloriaris in malitia. *id eſt, in vanum gloriaris in tua malitia me perſequendo, nam* miſericordia Dei tota die *eſt, qua me protegit à tua perſecutione: quod conſonat cum fine Pſal. vbi dicitur:* Ego autem ſicut oliua *&c.* ſperaui in miſericordia Dei.

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem pro &c.* CAS. Intellectus Dauid prophetæ quem habuit de Amalechitis, qui vaſtauerunt Sicelech: per quos intellexit membra Antichriſti vaſtatura eccleſiam, quæ hic confutantur. Suprà idem Pſal. de incarnatione domini, hic de aduentu iudicij.

† vide pſ. 4. † pro mahalath ſuper mahalath (inſtrumētū muſicū, quod interpretatur chorus, cōgregatio, hæreditas, ſiue infirmitas)

AVGVSTINVS. Vel pro mahalath; id eſt, patiente vel dolente, quæ eſt eccleſia; pro qua increpantur hic homines, b inter quos gemit. Cōſolatio in fine Pſalmi

¶ Vel pro Mahalath id eſt, parturiente, aliis patiente vel dolente quæ eſt eccleſia.
¶ Lingens terram.

a † In finem, † pro † Amalech intellectus Dauid.

PSALMVS LII.

a ¶ Et ſi in ore non audet.

1 Dixit † inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.

✠ BEDA. Pſalmus iſte eſt intellectus propoſitus ipſi Dauidi pro parturiente ſiue dolente, hoc eſt, vt intelligat corpus Chriſti parturiens & dolens, nunc eſſe parturiendum, nunc dolendum: quia quia hæc finem habebunt, præmia verò eorum nunquam habebunt finem. Redarguit autem perſequutores corporis Chriſti, & exhortatur ipſum corpus, ſeu eccleſiam, ad patientiam, ſubinferens eius conſolationem.

PSALM. LII.

b DIxit *inſipiens.* AVGVSTINVS. Increpatio malorū. † Mahalath

AVG. *Inſipiens,* omnis qui malè viuit, Qui enim putat ei placere mala, nō eum putat Deum. Vel, qui dicit, eum omnibus parcere; Vel, *inſipiens* Iudæus, dixit de Chriſto, non eſt Deus. Idem hodie mali. Vel, cui ſupra dictum eſt, *exiſtimaſti iniquè, quod ero tui ſimilis*; ille dicit, non eſt Deus.

† imprudēs

☞ a *Deus*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALM. LII.

DIxit inſipiens. *Huic Pſal. in Hebræo præmittitur talis titulus,* Ad victoriam ſuper mahalath eruditio Dauid. *Et dicunt aliqui Hebræi, quod* mahalath *eſt hic nomen inſtrumenti muſici, cui appropriabatur cantus huius Pſal. Alij autem dicunt, quod ſignat chorum: & hoc modo accipit Hieron. in tranſlatione ſua, vbi ponit tale titulum,* Victori per chorum eruditio Dauid; *ſecundum ergo hanc ſignificationem, quam credo veriorem, ſenſus huius ti. eſt, quod Dauid fecit hunc Pſalmum decantandum à choro Leuitarum cum quodam conatu victoriæ ſicut ſupra frequenter eſt expoſitum. In aliquibus Bibliis titulo prædicto additur* pro Amalech: *Sed hoc eſt falſum, quia Hebræus & Hieron. non habent, nec Pſal. iſte fuit factus contra Amalech, vt videbitur in proceſſu. Sciendum ergo quod Pſalmus tertiusdecimus eſt multum ſimilis iſti in ſententia & verbis, vt patet intuenti: propter quod dicit Ra. Sa. quod Dauid fecit hunc Pſal. contra Tuum, qui deſtruxit templum ſecundum, & populum Iudaicum partim interfecit, & partim captiuauit, ſicut fecerat Pſal. 13. contra Nabuchodonoſor regem Babylonis, qui primùm templum deſtruxit, & populum captiuauit. Dicit etiam Ra. Sa. quòd in aduentu Meſſiæ templum reædificabitur, & Iudæi per orbem diſperſi ibi in momento congregabuntur: Sed hoc eſt falſum & erroneum, vt ſupra dictum eſt frequenter propter quod Pſal. iſte poteſt exponi de afflictione Iudæorum per regnum Græcorum, à quo multi Iudæi fuerunt interfecti, & multi captiuati, & maximè tempore Antiochi illuſtris: propter cuius tyrannidem Iudæi, qui remanſerant in terra, fugerunt ad montes, & ad alia loca, relinquentes omnia, quæ habebant in ciuitatibus, & villis, vt habetur 1. Macha. 2. Ab hac autem miſeria, ſeu captiuitate fuerunt ſubleuati per Machabæos, qui ciuitatem & templum recuperauerunt, & infideles de Iudæa finibus eiecerunt: quod præuidens Dauid in ſpiritu, fecit hūc Pſal. qui diuiditur in quatuor partes: quia primo deſcribitur Græcorum & ſpecialiter Antiochi malitia; ſecundò examinatio diuina, ibi,* Deus de cœlo proſpexit; *tertiò debita pœna, ibi,* Nónne ſcient; *& quartò liberatio populi ex Dei miſericordia, ibi,* Quis dabit. *Circa primum dicitur,*

1 Dixit inſipi. *Id eſt, Antiochus.*

2 Non eſt Deus. *Qui cultum veri Dei amouit de Ieruſalem & ciuitatibus Iudæa, & idolum poſuit ſuper altare Dei, vt habetur 1. Mach. 1. & ſic facto & verbo negabat verum Deum.*

☞ Corrupti

MORALITER.

1 *Dixit inſipiens in corde ſuo, &c.* Pſalmum iſtum literaliter expoſui de Antiocho illuſtri, qui poſuit idolum abominandum in templo Dei, vt habetur 1. Mach. 1. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet blaſphemo, de quo poteſt dici, *Dixit inſipiens in cor. ſuo: non eſt Deus.* nam blaſphemus de Deo dicit illud, quod non poteſt ſtare cum vera deitate, vt quod ſit latro, vel aliquid huiuſmodi: & ſi negat cum ore, & per conſequens corde, nam *ex abundantia cordis os loquitur,* Matth. 12.

a ¶ Cur ita? ¶ Quia vel & ideo. ¶ Ab omni via rationis. b ¶ Quod deterius. ¶ Omnes qui dicunt, Non est Deus.

Cor rupti sunt, & † abominabiles facti sunt in iniquitatibus
a ¶ Adeo quod. ¶ De illis. b ¶ Sed. c ¶ Miserius est.
non est qui faciat bonum. Deus de cœlo prospexit super
¶ Mittendo filium. a ¶ Quod esse debent filij hominum portando imaginem noui hominis. b ¶ Videri faciat. c ¶ Cognitione. d ¶ Opere vel intelligentia.
filios hominum, vt vid at si est intelligens, aut requirens
a ¶ Sed. ¶ Aug. Quasi prospiciendo hoc inuenit. b ¶ Et. c ¶ Sibi & aliis.
Deum. Omnes declinauerunt, simul † inutiles facti sunt:
a ¶ Exso. b ¶ Ductus ratione boni. c ¶ Quasi ex dolore repetit. d ¶ August. Non est vnus, vel si vnum exciperet, diceret præter vnum.
non est qui faciat bonum, non est † vsque ad vnum. Nón-
a ¶ Sed. ¶ Illi dicunt, Non est Deus. b ¶ In futuro. c ¶ Qui modo scire nolunt.
ne † scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuo-
a ¶ Volentes consumere. b ¶ Cas. Quæ parturit & dolet. c ¶ August. assiduè.
rant plebem meam † vt cibum panis? Deum non inuocaue-
a ¶ Ideo. b ¶ De terrenis, non de æternis. c ¶ Quasi sed non de his vbi esset timendum, sicut Iudæi qui Deum occiderunt, ne perderent locum & gentem. d ¶ Quare hoc.
runt, illic trepidauerunt timore, vbi non fuit timor. Quo-
a ¶ Interiora bona. b ¶ Placere quærunt. ¶ Os illius Christi scilicet, nemo fregit, qui hominibus placere noluit.
niam Deus dissipauit ossa † eorum, qui hominibus placent

corruptis ex quibus meminem excipit dicens vsque ad vnum.
e *Nonne scient.* Cas. Comminatio malorum per finem.

Aug. Minatur illis, qui loquitur pro parturiente. Quasi dicat, Nónne, inquã, hi omnes sciẽt, quoniam Deus verè est? Scient vtique, pœnarum experimẽto. Sed merito hoc eis, quia,
f *Deum non inuoca.* Aug. Consolatur gementes, ne prosperantes imitentur, quia *Deum non inuo.* vnde citò perituri, sunt; consolatio fidelium.

D
E † computruerũt (corrupti sunt)
† etiam vnus.
† Acsi comederent panem?
F

a *Deus de.* Cas. Vel de cœlo, id est, per sanctas animas admonuit, vt videat, &c.

A † Abominabilem fecerũt iniquitatem.

b *Filios ho.* ✠ Basilivs & Theodor. *Filij hominum* Assyrij, qui trepidauerunt Angelo percutiente, cum à Iudæis non immineret terror.

B † cognouerunt (vel cognoscẽt vt fit admiratio)

c *Si est &c.* Cas. Aut si non intelligit, Si saltem est requirens intelligere Deũ.

d *Omnes decli. &c.* Cas. Congruus ordo. Prius declinant; tunc inutiles; inde non est qui faciat bonum.

C † castrametãtis cõtrate (i. ex actoris tui, & oppugnãtis te.

✠ Hilarivs. Natura solus Deus bonus, & immutabilis: multi autem vt Abel Abraham & similis Moses & Petrus ex bonis, licet mutuationem aliquando senserint, sed hic loquitur de malis, inutilibus & corruptis

g *Ossa eorum qui hominibus placent.* Cas. Boni sibi displicent, dum carnem castigant: placent mali.

☞ a *Confu-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Corrupti sunt, *Peccato luxuriæ. Græci enim erant luxuriosi, & de Antiocho nobili, qui fuit figura Antichristi, dicitur specialiter Dan.* 11. f. & erit in concupiscentijs fœminarum.

2 Et abominabiles facti, *Peccato idololatriæ, quod vocatur abominatio frequenter in scriptura, & de Antiocho dicitur.* 1. *Macha.* 1. quod ædificauit abominandum idolum super altare Dei.

3 Non est qui fa. bonum. *Scilicet meritorium, quod fieri non potest sine fide & charitate: licet aliquando facerent aliquod bonum de genere.* Non est vsque ad vnum, *hoc non est in Hebræo, nec in translatione Hiero. sed infrà ponitur, vbi exponetur.*

4 Deus de cœlo. *Hic consequenter ponitur examinatio malitiæ cum dicitur,* Deus de cœlo prospexit su. filios hominum, *quia nihil penitus latet ipsum: & hoc specialiter dicitur contra illos, qui negabant diuinam prouidentiam se extendere ad actus humanos.*

5 Vt videat si est intel. *Per veram cognitionem,*

6 Aut requi. Deum. *Per bonam operationem. Quales autem inuenti fuerint, subditur,*

7 Omnes declinauerunt, *A rectitudine iustitiæ,*

8 Simul inut. facti sunt, *Id est, inepti ad consecutionem vitæ beatæ: sicut medicina dicitur inutilis, quæ est inepta ad consecutionem sanitatis,*

9 Non est qui fa. bo. *Exponatur vt suprà.*

10 Non est vsque ad vnũ, *Quod dupliciter exponitur. Vno modo inclusiue, vt sit sensus, quod nec vnicus talis reperitur in eis, scilicet in hominibus Antiochi, quia* sine fide impossibile est placere Deo *Hebr.* 11. *Alio modo exclusiuè, vt sit sensus in omnibus populis non est nisi vnus, qui de Deo habeat legem veram, & cultũ, scilicet populus Iudaicus cui data fuit lex in monte Sinai: de qua datione dicitur infrà Psal.* 146. *a.* Non fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestauit eis.

11 Nónne scient, *Hic consequenter ponitur determinatio pœnæ debitæ cum dicitur,* Nónne scient, &c. *Quasi dicas, imò ipsi scient Dei iustitiam per pœna infligendæ experientiam: vnde in persona talium dicitur Sap.* 5. *b.* Lassati sumus, in via iniquitatis & perditionis, &c. *Et subditur postea,* Talia dixerunt hi qui in inferno positi sunt.

12 Qui deuorant plebem meam, &c. *Id est ita delectantur in spoliatione, & occisione innocentum, acsi comederent bonum cibum:*

13 Deum non inuocauerunt. *Quia non crediderunt in eum: propter quod dicitur, Rom.* 10. *c.* Quomodo inuocabunt eum, in quem non crediderunt.

14 Illic trepidauerunt, &c. *Secundùm quod scribitur prouer.* 28. *d.* Fugit impius nemine persequente, *propter enim mala quæ fecerunt, timent in omni loco sibi insidiari, & in omni cibo impotionari. Propter quod dicit Boetius tertio de consolatione de Dionysio tyranno, qui propter mala, quæ fecerat, erat in continuo timore sortis suæ, periculorum expertus tyrannus, regni metus pendentis super verticem gladij terrore simulauit. Cum enim quidam amicus suus diceret eum felicem: fecit eum sedere in solio regali, & optima cibaria fecit apponi, & super caput sedentis gladium acutissimum tenui filo appendi: quem perspiciens ille qui sedebat, nullo modo comedere poterat, sed præ timore timebat, & pallebat: Tunc dixit ei Dionysius: Quomodo dicis me fœlicem, qui continuè sum in tali statu quali tu es modo?*

15 Quoniam Deus dissipauit ossa eorum. *Id est virtutem eorum.* Qui hominibus placent, *sicut sunt vanè glorioſi, applausu hominum, & adulationibus delectati, de diuino beneplacito non curantes. In Hebræo habetur,* Deus dispergit ossa obsidentium te, *& in translatione Hieron.* Circumdantium te; *& idem est, & refertur ad Antiochum & eius exercitum, qui obsederunt & destruxerunt ciuitates Iudææ: Sed ipsi postea fuerunt fugati & debellati à Machabæis; & Antiochus miserabiliter mortuus fuit in montibus. Cadens enim de curru habuit ossa collisa, & tandem miserabiliter mortuus est, vt habetur* 2. *Macha.* 9 *d.*

✠ Confusi

MORALITER.

1 *Corrupti sunt.* Omnes tali corruptione peccati contra Deum, quod est pessimum.

2 *Et abominabiles facti sunt.* Deo & angelis, sanctis & hominibus bonis.

3 *Non est qui faciat bonum.* Scilicet de numero talium. Et quoniam sic audacter peccant, acsi Deus non videret. Sequitur,

4 *Deus de cœlo prospexit.* Nam omnia nuda & aperta sunt oculis eius, Heb. 4. d.

5 *Vt videat si est intelligens aut requi. Deum.* Scilicet in talibus blasphemis, ideò subditur,

10 *Non est vsque ad vnum.* Id est, non est vnicus. Et quoniam non remanet dedecus culpæ sine decore iustitiæ, Ideò sequitur.

11 *Nónne scient omnes qui operantur iniquitatem.* Quasi dicat: imò scient per punitionis experientiam, quando pœna oculos eorum aperiet, quos modo clausit culpa.

12 *Qui deuorant plebem meam.* Auferentes eius substantiam.

13 *Deum non inuocauerunt,* Per pœnitentiam.

14 *Illic trepidauerunt, &c.* Reformidantes tantum mala præsentis vitæ, quæ non sunt timenda, cum sint patientibus meritoria, sed mala vitæ futuræ sunt timenda, ideò sequitur,

15 *Quoniam Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent.* Id est, tyrannis, & isti sunt eorum satellites, vt eis placeant, bona pauperum rapientes; & robur eorum (quod per ossa designatur) in inferno punietur.

✠ *Confusi*

a ¶ Quia & locum perdiderunt pro quo occiderunt Christum vt legatur de Iudæis ad literam.
b ¶ Sed o vos stulti. ¶ Nónne hic solus cui dixistis. Non est Deus.

☞ a *Confusi sunt* CAS. Id est confundentur, separabuntur, vt generaliter legatur de omnibus malis, sed Israel saluabitur.

A a cõfusi sunt quoniam Deus spreuit eos. Quis dabit ex b Sion salutare Israel, † Cum conuerterit Deus captiuitatem

a ¶ Aug. Quimodo inter manus vestras captiuus tenetur.

† In auertendo.

a ¶ Quia hoc intelliget. b ¶ Populus Christianus. ¶ Cui maior seruiet.
¶ In futuro quia ipse cognoscet perfectè. c ¶ Quia ipse idem factus.

B †populi sui plebis suæ exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

b *Quis dabit ex Sion, &c.* AVGVS. Salus autem parturienti ecclesiæ.

C ✻ BASILI. & THEODOR. Cum decem tribus rediret, sic Apostolus, gaudeamus cũ gaudentibus.

✻✻ BEDA. Nũc sumus Sion id est, speculatores: tandẽ erimus Israel, id est, peruentores & visores. Et hoc salutare dabitur cum Dominus simul & anima & corpore auerterit captiuitatem ab his, qui maluerunt esse plebs Dei, quam mundi.

D 1 † 2 3 4 5 E F

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Confusi sunt &c. *In tantum enim fœtebat Antiochus ex languore à Deo immisso, quod eius fœtore exercitus grauabatur, vt ibidem habetur, quod erat maxima confusio sibi, & toti exercitui.*

2 Quis dabit ex Sion, &c. *Hic consequenter describitur populi liberatio ex Dei misericordia. Et loquitur Dauid per modum optantis, ad exprimendum desiderium huius liberationis dicens,* Quis dabit ex Sion. *Id est, ex habitantibus seu ministrantibus in templo, quod erat in monte Sion.*

3 Salutare Israel. Id *est, remedium contra Antiochum, & eius exercitum. Et hoc fuit adimpletum, quando dominus dedit cõstantiam & audaciam Mathathiæ, & filijs eius ad pugnandum pro populo: qui Mathathias fuit sacerdos ministrans in templo, & mansit in Ierusalem, vt habetur 1. Macha. 2.*

4 Cum con. De. ca. pl. &c. *Inductam per Antiochum.*

5 Exultabit Iacob & lætabi. &c. *Quod factum fuit, quando Iudas Machabæus, & populus qui erat cum eo, recuperata ciuitate mundauerunt templum, readificantes altare, & super illud offerentes cum gaudio magno, vt habetur. 1. Mach. 4. vnde ibidem dicitur.* Facta est lætitia in populo magna valde.

MORALITER *Autem potest exponi psalmus iste de quolibet peccatore in malis suis obstinato, qui licet confiteatur Deum verbis, negat tamen factis, secundum illud Apostoli ad Titum. 1. d.* Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. *Cuius malitiam Deus examinat & punit, & innocentem de manu eius eripit. Et huic sententiæ de facili consideratis prædictis potest litera applicari.*

✠ NICOL.

MORALITER.

✠ 1 *Confusi sunt, &c.* Extrema confusione.

† *Quoniam Deus spreuit eos.* A consortio sanctorum eijciens ipsos. Et quoniam hoc est valde formidandum, ideò subditur vox iustorum.

2 *Quis dabit ex Sion.* Id est, ex cœlo vbi est Dei clara visio, & respondetur.

4 *Cum conuerterit Deus captiuitatem Iacob.* Scilicet per aduentũ saluatoris: quod impletum fuit per liberationem patrum in limbo detentorum.

✠ *MORAL.*

ADDITIO.

In psalmo. 52. *Dixit insipiens.* vbi dicitur in postilla. Propter quod psalmus iste.

Psalmus iste magis propriè potest exponi, præsupposita veritate fidei, de Antichristo, & de afflictione fidelium per ipsius tyrannicam potestatem, cuius Antichristi figura fuit Antiochus prout communiter tenetur, à qua afflictione maxima liberandi sunt per Christum. Ad quod attendendum est, quod sicut in psal. 13. (qui pro maiori parte assimilatur huic) agitur de Iudæo Christum in persona contemnente (qua ratione de ipso Iudæo propriè dicitur, Dixit insipiens in corde suo non est Deus *prout in additione super eundem psal. fuit ostensum) sic in hoc psal. agitur de Antichristo, cuius principalis & propria nequitia consistit in negando Christum esse Deum, & sic propriè de ipso posset dici.* Dixit insipiens in corde suo non est Deus. *Nam licet Antichristus in ore suo verum Deum profiteatur esse in mundo, cum legem pentateuchum asserat veram esse, cuius legis ceremonialia, & iudicialia, & huiusmodi, restaurare attentabit, vt doctores communiter dicunt, in qua lege manifesta sunt testimonia de Deo: nihilominus tamẽ in corde Deum negat verum, negando Christum esse verum Deum, eo modo quo suprà fuit expositum in prædicta additione. Unde isti duo psal. adinuicem correspondent sicut primum & vltimum vnius rei. Nam sicut persecutio Iudæorum facta in capite Christo fuit prima, & principalis, inter omnes ecclesiæ persecutiones: sic persecutio Antichristi est vltima & maximè principalis inter persecutiones ecclesiæ in Christi membris perpetratas. Et ideò iste psalmus distinguendus est & exponendus sicut compar suus* scilicet. 13. *exceptis duobus versibus qui non ponuntur eo modo in vtroque psal. scilicet quia vbi dicitur in primo,* Quoniam dominus in generatione iusta est, consilium inopis confudistis, quoniam Deus spes eius est: *In hoc psalmo legitur,* Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt quoniam Deus spreuit eos. *Primus versus fuit expositus in additione super prædictum psalmum, applicando illa verba propriè ad Iudæos, qui consilia Christi inopis contempserunt, vide ibi. Sed versus contentus in hoc psalmo scilicet,* Quoniam Deus dissipauit, *propriè applicatur impijs adhærentibus Antichristo, quorum ossa, scilicet membra, erunt dissipata, quia separata à regno Dei, & etiam inter se confracta in contrarium membrorum Christi, cuius os nemo confregit, vt in epistola ad. 2. Tes. 2. b. vnde quia hæc persecutio vltima terminatur in separatione perfecta membrorum Christi à diabolo & Antichristo, & eorum membris: Idcirco postquam hic psalmista dixit de reprobis,* quoniam Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent, *scilicet Antichristi & sequacium eius, qui hominibus placebunt largiendo eis bona temporalia, de quibus dicit,* Quoniam Deus dissipauit, *Id est, spreuit eos, statim subiunxit de electis,* Quis dabit ex Sion salutare Israel, &c. *iuxtà illud Matth. 25. de* ibunt in vitam æternam: *sic confunditur manifestè insipiens, scilicet Antichristus, qui dicebat in corde suo,* Non est Deus, &c. *Qua quidem verba scilicet,* Quis dabit ex Sion, &c. & cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ *qua in vtroque psal. finaliter continentur, denotant salutem vniuersalem fidelium, prout fuit in passione Christi secundum sufficientiam, & erit in aduentu secundo quantum ad omnes electos: quod non propriè potest dici de liberatione à captiuitate Babylonica, nec de oppressione Antiochi, cum in vtraque populus Israeliticus erat dispersus per orbem: & sic tales liberationes non erãt vniuersales. Cætera autem contenta in hoc psalmo faciliter applicantur proposito, ex his, quæ dicuntur in postilla: & etiam in additione suprædicta mutatis mutandis, &c.*

ADDITIO II.

In eodem psalmo: *vbi dicitur in postilla.* Non est qui faciat bonum.

Veritas Hebraica in hoc loco sic habet: Non est qui faciat bonum, nec etiam vnus *cuius sensus est, nam licet etiam in tempore Antichristi aliqui boni erunt: quia tamen erunt pauci numero, vt Mat 24. idcirco in nihilum reputantur, iuxta Philosophum in 2. Phys. quod modicum est, quasi nihil reputatur.*

GLOSSA ORDINARIA.

A *a Ziphai.* HIER. AVG. Florentes interpretantur. Et significant illos, qui hic florent in præsenti, & quasi virent copia temporalium: quorum gloria est vt flos fœni, quod hodie floret & cras in clibanum mittitur. Inter quos latet Dauid, id est, sancti, quorum *vita abscondita est cum Christo in Deo*: inter quos sunt viles & abscónditi.

Col. 3. a.

†vide psal. 4. & 31.

AVGVST INVS. Monet in aduersis Deum laudare.

– & dixisset ad Saul.

B ✠ BASILIVS & THEODORETVS. Ziphæi simulantes cum Dauid amicitiam, eum detexerunt Sauli, parato eum comprehendere; nisi Philistinorum incursionibus fuisset auersus, à quo Dauid liberatus, hunc Psalmum cecinit.

† libera.

✠ HILARIVS. C Ziphæi Hebraicè sunt *aspersiones oris*: & designant proditores, qui labijs honorãt, populúmque Iudaicum: vt Dauid (qui proditus orat, periclitans psallit, patiens odia gratulatur) Christum dominum, cui vt Dauidi psalmus conuenit.

†interfusiõ tatoies (id est fustentat me.

PSALMVS LIII.

b *Deus in nomine.* AVGVST. Inter Ziphæos orat.
AVGVST. HIERON. Hic salua in nomine, pòst non timeo iudicari in virtute.

AVGVST. Deus in nomine, verba ecclesiæ latentis inter Ziphæos, cuius bonum intus est, & merces occulta, alij alijs petunt liberari: ego in tuo nomine.

✠ BASILI. & THEODORETVS. Sic Apostoli in nomine Domini dicebant, Surge & ambula.

c *Deus exau.* CAS. Item Deus, nomen potentiæ, repetit ne tardet auxilium.

d *Percipe.* AVG. Ziphæi ea etsi audiunt nõ tamẽ intelligunt, qui non nisi temporalia nouerunt.

E

e *Alieni.* AVG. Ziphæi viculus erat, qui pertinebat ad tribũ Iudæ, vnde Ziphæi.

Ziph ♭ fortitudine.

✠ BASI. & THEO. Ignorant tuam prouidentiam.

f *Ecce e.* CAS. Diapsalmus. Quid sibi & Ziphæis faciat Deus vnde soluit laudes.

g *Adiuuat.* AVG. Quod ipsi nesciũt inter quos lateo: sed hoc, ꝙ me adiuuat, viderẽt, si Deum ante oculos ponerent. CAS. Adiuuat laborantem ferre quæ ingerunt.

†Selasuprà psal. 3.

F

† Reddet.

AVG. Adiuuat & susceptor est. Ita quod auertit mala inimicis, disperditque in virtute sua, eos qui florent in felicitate seculi.

h *Auerte mala inimicis.* AVGVST. Vel, auerte, pro conuertendis precatur: & hæc est hostia, quam pro liberatione solui t.

☞ Auertè

NICOLAVS DE LIRA.

PSALM. LIII.

✠ DEus in nomine tuo. *Huic Psalmo præponitur talis titulus in Hebræo.* Ad victoriam in organis eruditio Dauid quando venerunt Ziphæi, & dixerunt Sauli: nonne Dauid absconditus est apud nos, *Vt habetur* 1. *Reg.* 23. & 26. *Quamuis enim essent de tribu Iudæ, sicut & Dauid: tamen in fauorem regis voluerunt eum tradere in manus eius; & sic ex hoc titulo patet autor & materia huius Psalmi in generali. Per hoc autem quod dicitur,* in organis, *signatur quod cantus huius psalmi appropriatus erat huic instrumento musico, quod dicitur organa: Titulus etiam consimilis ponitur in translatione Hieron. sed ponitur ibi* psalmus *scilicet* cantus *pro instrumẽto, sicut dictum fuit suprà psal.* 4. *Diuiditur autem iste psalmus in duas partes, quia primo Dauid ponit suam deprecationẽ: Secundo, vt sit magis exaudabilis, facit Deo votum seu promissionem, ibi,* Voluntariè, *Circa primum dicit,*

1 Deus in nomine tuo, *Id est, in virtute nominis tui à me inuocati.*

2 Sal. me fac. A *Ziphæis mihi insidiantibus, & Saulẽ & viris eius me persequentibus.*

3 Et in virtu. tua. *Id est pro me conseruans meam innocentiam, & puniens eorum malitiam.*

4 Deus exaudi orationem meam. *Per condescensum tuo salua tionis.*

5 Auribus percipe verba oris mei. *Loquitur de Deo more hominis, qui inclinat aurem ad petitionem, quam vult exaudire.*

6 Quoniam alieni insurrexerunt in me. *Id est, Ziphæi volentes me prodere, & in hoc alienati sunt à me, quamuis sint de tribu mea.*

7 Et fortes quæsierunt animam meam. *Id est Saul rex, & exercitus eius.*

8 Et non proposuerunt Deum ante conspectum suum. *Quia De itimore postposito quærunt me innocentem interficere.*

9 Ecce enim Deus adiu. *Id est spero quod me adiuuabit in hac tribulatione.*

10 Et dominus susceptor est animæ. *Id est, conseruator vitæ meæ.*

11 Auerte mala inimicis meis, *Id est, auerte à me mala ab inimicis contra me cogitata, & conuerte super eorum capita, secundum quod dicitur Prou.* 11. *a.* In insidijs suis capientur iniqui.

✠ Et in

MORALITER.

✠ 1 *Deus in nomine tuo.* Psalmus iste secundùm literalem sensum est oratio Dauid contra malitiam Ziphæorum, ipsum in manus Saulis tradere volentium.

MORALITER autem est oratio innocentis per malorum relationem patientis persecutionem, & deuotè liberari petentis: dicens, *Deus in nomine tuo,* Quod fideliter inuoco,

2 *Saluum me fac,* Ab injustæ persecutionis malo.

3 *Et in virtu. tua iu. me.* Id est, pro me innocentiam meam declarando.

4 *Deus exaudi orationem meam, &c.* Præbendo mihi tuam consolationem.

6 *Quoniam alieni,* A veritate,

† *Insurrexerunt aduersum me,* Falsis accusationibus me diffamãtes iniquè:

7 *Et fortes quæsierunt animam meam,* Ad eorum accusationem iniquam.

8 *Et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.* Nam in mortali peccato est auersio à Deo. Sed quoniam Deus in tentatione facit prouentum, sequitur,

9 *Ecce enim Deus adiuuat me, & dominus susceptor, &c. Auerte mala inimicis meis.* Et loquitur de malis pœnæ, quæ bene possunt optari peccatoribus per iustitiæ zelum, & vt vexatio det eis intellectum: Et quoniam ex hoc, Deo gratiæ debentur, ideo subditur,

✠ *Voluntarie*

☞ Auerte mala ab inimicis meis. Et disperde illos.

† virtute.

Cas. A priore intentione, ponendo in veritate tua; id est vt ad veritatem tuã veniant.

a *In veritate.* Avgvstinvs. Vel secundũ aliam literam, *In virtute*, perde quos in tua infirmitate toleraſti.

a ¶ Aug. Florent falsis bonis, pereunt veris bonis. ¶ Vel quasi florent, ad tempus, sed pereunt in æternum.
b ¶ Tamen. ¶ Aug. Quia gratis amo quod laudo.

A 1 2 b inimicis meis, et in † veritãte tua disperde illos. † Volũtariè

a ¶ Sacrificium laudis, non pecora. b ¶ Aug. Hoc est gratis confiteri, quia bonum, non quia dat temporalia bona. ¶ Id est laudabo.

2 3 sacrificãbo tibi, et confitẽbor nomini tuo domine, quoniam

a ¶ Aug. Nil melius nomine tuo inuenio. b ¶ Ideo confitebor bono nomini.
c ¶ Aug. In hoc probauit bonum nomen, si aliter sciret, tribulatio necessaria non fuisset.

4 5 bõnum est. Quoniam ex omni tribulãtione † eripuisti me: et

a ¶ Florentes. b ¶ Mente rapta ad Deum videt quod omnis flos vt fœnum.

b super inimicos meos † dẽspexit oculus meus.

b *Voluntariè sacrificabo.* Avgvstinvs. Quia propter † 20.q 3 c. se, non propter aliud præsens. quod ab eo velim. Qui propter aliud laudat, ex necessitate † eruisti. laudat: si illud haberet, non laudaret. *Mihi autem*, & quę dedit propter dantem placent.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in veritate tua disperde illos, *Ita quod non possint perficere quod cogitant contra me, sicut veraciter promisisti innocentiam conseruare.*

B 2 Voluntariè sacrificabo tibi. *Hic consequenter Dauid Deo promissionem facit, vt sua deprecatio sit magis exaudibilis, dicens:* Volũtariè sacrificabo tibi sacrificium laudis. *Et etiam sacrificium legis, quando potero ad locum diuini cultus accedere, quia pro tunc non poterat, eo quod exul & fugitiuus erat.*

3 Et confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est. *Id est, Id est confitebor nomini tuo domine confessione laudis bonitatem quam mihi exhibuisti.*

4 Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me. *De præterito, ex quo spero, quod sic fiet de futuro & ideo subditur.*

5 Et super inimi. meos despexit oculus meus. *Id est, pro nihilo* E *computauit eorum insidias contra me, confidens de tua bonitate, non de meis meritis vel virtute.*

Moraliter *Autem potest exponi psalmus iste contra relatores pessimos excitantes potentes contra innocentes, quorum insidias innocẽtes euadunt ex diuina bonitate.*

MORALITER.

✠ 2 *Voluntariè sacrificabo tibi.* Sacrificium laudis.

4 *Quoniam ex omni tribula. eripuisti me.* De peccato præterito, & sic spero, ideo subditur: *Et super inimicos meos despexit oculus meus.*

ADDITIO.

In Psal. LIII. Deus in nomine tuo. *Vbi dicitur in postilla:* Et super inimicos meos despexit oculus meus.

In Hebræo habetur: Et super inimicos meos respexit oculus meus: *Quod intelligendum est eo modo quo dicitur*, Lætabitur iustus cùm viderit vindictam, &c. Psal 57. b.

GLOSSA ORDINARIA.

C a *In finem in carminibus.* Avgvst. *Intellectus.* Magna cura debet intelligere ecclesia, in quo mala nunc est, vnde liberari optat. Plangit inter mala seculi, quæ intelligit; alius non intelligit, quia hæc regio non est gaudij, sed mœroris.

Avgvstinvs. In hoc psalmo ecclesia loquitur, vel in persona sua, vel Christi. Quando in sua, loquitur vt homo pusillanimis in tempestate, dum fluctuat & mergitur: clamat ad Iesum, decernens in sua infirmitate à tot scandalis se separari, ne & illis non prosit, & sibi noceat, ad similitudinem Dauid, qui pro molestijs ciuium fugit in solitudinem,

Cas. Quando verò in persona Christi, integra proprietas seruilis formæ in Christo describitur, vt detur nobis humilitatis exemplum.

Tertius psalmus qui de passione & resurrectione latiùs tractat

✻ Basil.

✻ Basil. Dauid à Saule pulsus in solitudinem, hunc psalmum cecinit, adumbrans in se & Saule Christum Dominum & Iudæos. *In finem* describitur, quia finem prophetia habitura est & *hymnus* adscribitur, quia Dñicæ passionis habet adumbrationem. F

✻ Hilar. Et ad Christum Dominum, quæ est finis legis referrur; qui hic loquitur in persona hominis, non tamen sine aliqua conscientia altioris fiduciæ, subijcit, *quis dabit mihi pennas sicut columbæ*: quod non est postulantis, nec ab alio spirantis, sed eius, qui in alio psalmo dicit, *Si sumpsero pennas meas diluculo.*

a ¶ Christum vel consummationem futuram. ¶ Aug. vel in hymnis, id est, laudibus, quia semper laudandus Deus, siue eruditat aduersis, siue consoletur lætis.

† vide psal. 4. & 31. 1. dist. c. sãctã Romanam.

a † In finem in cărminibus vel hymnis intellectus Dauid.

PSALMVS LIIII.

a Aug. Verba tribulati, optantis liberari. b ¶ Post.

b c Xãudi Deus orationem meam, ẽt ne † despexeris, 1

† abscõdas te a deprecatione mea.

PSALMVS LIV.

b Exaudi Deus orationem meam. Cassio. Oratio, præmissa contra mala, vel fluctus seculi.

c *Ne despexe. depre.* Cassio. Si enim Deus dat temporalia alicui petenti: eius tamen oratio ei non est accepta, quia caret debito fine.

☞ *Contristatus*

NICOLAVS DE LIRA.

Psalm. LIV.

Exaudi Deus orationem meam. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo*: Ad victoriam in organis eruditio Dauid. *Et est sensus quod Dauid eruditus à domino fecit hunc psalmum ad eruditionem aliorum, qui psalmus decantandus est in organis, cum quodam conatu victoriæ, sicut frequenter expositum est suprà. Titulus autem Hiero. est eiusdem sententiæ, licet aliquantulum differat in litera, quæ talis est:* Victori in psalmis eruditio Dauid. *De materia verò huius psalmi variè dicitur: sed illud quod mihi videtur probabilius, & magis consonum consonum litera est quod Dauid fecit hunc psalmũ, gratias agens Deo, quando fugiens de Ceila saluatus fuit de manibus Saulis, qui volebat eum in Ceila obsidere, & de manibus populi Ceila, qui disponebat eum Sauli tradere, vt habetur 1. Reg. 23. cùm tamen saluasset populum illum de manibus Philisthinorum, vt habetur ibidem, Igitur iste psal. diuiditur in tres partes, quia primo Dauid orando suum periculum exprimit; secundo Ceila populum arguit, ibi,* Præcipita domine, *Tertio circa se diuinum beneficium recolit, ibi,* Ego autem. *Circa primum, Dei auxilium inuocat, dicens,*

1 Exaudi Deus orationem meam. *Et quater eandem sententiam replicat sub alijs verbis, ad ostendendum magnum affectum suæ orationis. Secundo causam allegat, dicens,*

✠ Contristatus

MOALITERR.

c *Exaudi Deus orationem meã & ne despexeris deprecationem meam &c.* Psalmus iste secundum literalem sensum est oratio Dauid, quando fugiens de Ceila saluatus fuit à Saule persequente, & Ceilitis volentibus eum Sauli tradere primi Reg. 23.

Mystice verò potest exponi, vt sit oratio ecclesiæ persecutionem

✠ Contristatus

cutionem Iudæorum in ecclesia primitiua sustinente, vt habetur Act. 8. & 9. Et primò ponitur eius oratio deuota, cùm dicitur, *Exaudi Deus orationem, &c.* Hæc enim sententia quater ponitur in hoc versu, ad designãdum quatuor orationis species, quæ sunt *obseruationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones*, vt habetur 1. Timo. 2. His autem quatuor modis legitur orasse ecclesia primitiua.

a *Contriſtatus.* ✠ BASIL. & THEODOR. Symmachus ſic reddidit. *Deiectus ſum, cum mecum ipſe loquerer, & confuſus ſum à voce inimici à perturbatione impij:* ἀδολεσχίαν ſcripturam aſſidu meditationem vocat.

b *In exercitatione, &c.* AVGVST. Omnis malus viuit, vel vt corrigatur, vel vt per eum bonus exerceatur.

† oratione. CASSIO. *In exercitatione.* Vno nomine vita Chriſti exponitur, qui nullo otio ab incepto remiſſus eſt, in quo triſtis, quia perfidi non referunt fructum.

c *Conturbatus ſum à voce inimici.* AVG. In ipſa pugna, dum & inimicos vult diligere, & abundante malitia incipit odiſſe, & ita incipit in fluctibus mergi.

† doluit in medio mei

HIERO. Conturbatus. Vel, conturbatus ſum à voce inimici. Qui me Samaritanum, & dæmonium habentem docebant.

Ioan.8.f. † 7.q.c aduerſitas.

d *Declinauerunt.* ✠ BASILIVS & THEODORETVS. Magis dilucidè Symmachus. *Quoniam irruerunt contra me ad impietatem & in ira aduerſati ſunt mihi.*

† 7.q.1.c. aduerſitas. 1.Ioan.2.b.

e *Cor meum conturbatum.* CAS. Lege carnis, animus turbatur in me, non exit à me.

f *Timor & tremor:* CAS. Proprietas mortis eſt, vt eam prius timeamus, vnde contremiſcamus.

g *Contexerunt me tenebræ.* HIERO. *Tenebræ* ſunt mali homines, qui perſequuntur eccleſiam, & qui contegunt ipſam: qui odit fratrem, in tenebris eſt.

✠ BASIL. & THEODORETVS. Non mirum ſi Dauid in lege inſtructus, & perfectionem euangelicam procul præuidés timuerit: Nam & ipſe Chriſtus Dominus inſtãtem paſſionem deprecatus eſt, & ſanguinis guttas ſudauit. Oportebat enim vt natura demonſtraretur, quę cruciatus ſuſciperet.

i.Ioan.2.b. h *Quis dabit mihi pennas ſicut.* AVGVST. Sed in hac infirmitate quid ait? *Quis dabit mihi pennas.* Vult ad tempus ſeparari à tot ſcandalis, ne peccata infirmus augeat manens inter ea.

i *Sicut columbæ, &c.* AVG. Non ſicut coruo. Columba à moleſtijs quærit auolare, ſed dilectionem non amittit, & ſemper gemit: ſic bonus ſeparare ſe corpore, non amore ab his, quibus non poteſt prodeſſe. Piè viuit in Chriſto, ad cuius viſcera pertinet, quod ait Apoſtolus, *Quis infirmatur & ego non infirmor? Et quis ſcan. & ego non vror?* Et ſic aliorum mala ſunt ei perſecutio: vnde optat fugere, & manere in deſerto pro turba tribulationum & ſcandalorum; ſed aliquãdo ligatur non viſco cupiditatis, ſed cura & officio, vt deſerere non poſſit niſi ſoluatur: Quòd ſi non ſoluitur, tunc dicat, *Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto: ſed manere neceſſe eſt propter vos* & ſic eſt meritũ ex deſiderio.

CAS. Columba. Vel columba emiſſa inueniens lutoſa ad arcam reuerſa, ſic Chriſtus inueniens lutoſa corda Iudęorum auolauit ad gentes.

Gen.8.b. † elongabo me trasmigrãdo & cõmorabor,

AVG. Aliter: Optat ille mortem, per quam ſeparetur à malis & ait per ſimile: *Quis dabit mihi pennas ſicut columba*, id eſt quis dabit mihi vt diſſoluar & ſic auolem ab eis, & cum Chriſto quieſcam.

✠ BASILIVS & THEODORETVS. Admiratione dignum quare columbæ, & non alterius animalis pennas accipere voluerit: manifeſtum eſt eum ſpiritumſanctum gratiam deſiderare, qui columbę ſpecie volauit.

k *Ecce elongaui.* CAS. Illud tangit, quod Chriſtus vitabat, perſequentes, vt occaſionem iræ demeret, & manebat in deſertis orans: in quo docebat nos in ſecreto conſcientiæ orare, & quieſcere, cùm à malis præmimur.

l *Fugiens.* † ALCVI. Se elongat, qui à turba terrenorũ deſideriorum in alta Dei contemplatione ſe ſubleuat. Manet in ſolitudine

Ex Gregorio.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Contriſtatus ſum, &c. *Id eſt, quod per exercitium armorum liberaui Ceilæ populum, & tamen tanquam ingratus voluit me tradere in manus Saulis.*

2 Et conturbatus ſum, &c. *Scilicet Saulis, qui dixit me obſidere in Ceila, vt audiui.*

3 Et à tribulatione peccatoris. *Id eſt, à tribulatione mihi præparata, & per dolum populi Ceilę, qui in hoc peccauit grauiſſimè.*

4 Quoniam declinauerunt &c. *Illi enim, qui volebant eum tradere in manu Saulis, dicebant eum reum læſæ maieſtatis, quærendo malum Saulis propter quod non debebant eum ſaluare, licet pugnaſſet pro eis.*

5 Et in ira, &c. *Quamuis non meruiſſent, ſed magis oppoſitum, ideo ſubditur,*

6 Cor me. for. *Et iſtorum dolo, & etiam meo periculo, ideo ſubditur.*

7 Et formido mortis cecidit ſuper me. *Tum propter potentiam Saulis me perſequentis, tum propter nequitiam populi tradere diſponentis.*

8 Timor, *In corde,*

9 Et tremor, *In corpore cauſatus ex timore,*

10 Venerunt ſuper me, *Propter prædicta.*

11 Et contexerunt me te. *Id eſt aduerſitates duræ: aduerſitates enim in ſacra ſcriptura frequenter tenebræ nominantur.*

12 Et dixi quis dabit mihi pennas, &c. *Timuit enim Dauid, ne ciues clauderent portas, & ſic non poſſet exire pro ſua voluntate ad ſaluãdum ſe, & viros ſuos, qui erant cum eo: quia tamen de ciuitate exijt, ideo ſubditur,*

13 Ecce elongaui fugiens. *Saulem & populum Ceilæ:*

✠ Et manſi

MORALITER.

✠ 1 *Contriſtatus ſum in exercitatione*, Scilicet patientiæ, in quo exercitio infirmi contriſtantur,

2 *Et conturbatus ſum.* Quia Iudæi multa iniurioſa fidelibus irrogabant.

3 *Et à tribula. pec.* Quia non ſolùm verbis eos, ſed etiam operibus moleſtabant.

4 *Quoniam, &c.* Imponebant enim eccleſiæ tranſgreſſionem legis diuinę.

5 *Et in.* In malo ſuo fine ratione.

6 *Cor meum.* Verbum eſt eccleſię pro filijs ſuis infirmis, ideo ſubditur,

8 *Timor.* Cordis.

9 *Et tre.* Corporis, proueniens ex timore cordis,

10 *Venerunt ſu. me. con.* Aduerſitatis.

12 *Et dixi, quis dabit mihi pennas.* Id eſt, facultatem euadendi dicta mala. vnde Act. 8. dicitur, quod omnes Chriſtiani diſperſi fuerunt, præter apoſtolos, qui tanquam firmiores remanſerunt in loco perſecutionis.

✠ *Et manſi*

tudine, qui perseuerat in remota mentis intentione.

HIERONYMVS. Vel, Ecce elongaui fugiens à Iudæis,

a *Et mansi in solitudine*, Gentium; vnde: *Lætetur desertum, & floreat tanquam lilium*. Et alibi: *Lætare sterilis quæ non paris.*

b *Expectabam eum.* Diapsalmus. Iam in solitudine saluus sperat auxilium Dei, & imprecatur ciuibus.

CASSIO. Expectabam (vt ex persona Christi legatur) in solitudine, non ex me securus præsidium patris *sustinui, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus*, ne caderem vel cederem malis in passione, *à tempestate* ne iratsceret.

✠ HILAR. Non noua hæc expectatio: nam in alio psalmo sic precatus est, *Saluum me fac Deus quia intrauerunt aquæ vsque ad animam meam &c. & tempestas demersit me.*

c *Præcipita.* CAS. Ne muniant cogitationes machinando.

✠ BASILIVS & THEODORETVS. Sic distinguunt, *Præcipita domine, & diuide linguas eorum &c.* malam concordiam.

a ¶ Augustin. Mentis vbi nullus nisi Deus cum eo, vbi quies. Sed quia extra tribulatio. Expectabam inquit.
b ¶ Ibi etiam. c ¶ Aug. Saluat nos Christus, dum fides eius inardescit, expectatur à nobis, & dum videmus, quæ pro nobis tulerit.

a & mansi in solitudine. *† Expectabam eum qui saluum me
a ¶ Augusti. Cas. Qua supra dixit se turbatum. b ¶ Aug. In qua & Petrus excitauit eum dormientem dicens. Domine perimus. ¶ Seditionibus.
c ¶ Me saluasti, illos autem qui se extulerunt.

c †fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate. † Præcipitá
a ¶ Qui male conspirauerunt in turre superbiæ ædificanda. b ¶ Perfidiam eorum, qui non credunt.

d domine, diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem
a ¶ Babyloniam. b ¶ Aug. Principes eius munimenta ciuitatis, qui arca circumueniente cadent 7. die, tanquam muri Iericho, quando post hanc vitam, quæ septem diebus agitur, singulorum merita discutiet Christus. c ¶ In oppressionibus aliorum. d ¶ In communi plebe.
¶ In Babylonia, quæ turrem superbiæ ædificauit. c ¶ Assidue non ad horam.
¶ Quasi in ea tota. ¶ Quasi in maioribus, & minoribus. e ¶ Id est quia.
d ¶ August. Hæc turbare solent iustum vt vellet auolare.

e & contradictionem in ciuitate, Die ac nocte circundabit
a ¶ Babyloniam. b ¶ Aug. Principes eius munimenta ciuitatis, qui arca circumueniente cadent 7. die, tanquam muri Iericho, quando post hanc vitam, quæ septem diebus agitur, singulorum merita discutiet Christus. c ¶ In oppressionibus aliorum. d ¶ In communi plebe.
¶ Quasi in ea tota. ¶ Quasi in maioribus, & minoribus. e ¶ Id est quia.

f eam super muros eius iniquitas, & †labor in medio eius, et
a ¶ In iudiciis faciendis. ¶ Quia semper durat. b ¶ Cas. In aperto lucrati sunt, & deceperunt, quod vtrunque lex prohibet. c ¶ Augustinus. Non abscondunturque quia mala sunt, sed publicè fiunt.

g †iniustitia. Et non defecit de plateis eius vsurá & do-
a ¶ Ita in ciuitate fac. ¶ Præcipita, diuide, quia non solum apertis, sed & occulti.
b ¶ Aliquis manifestus. c ¶ Iurgiis.

h lus. Quóniam si inimicus meus máledixisset mihi,
a ¶ quia non inopinatum malum esset. b ¶ Nullam notitiam mei habuit.

sustinuíssem vtique. Et si is qui oderat me, super me
a ¶ Aug. Mihi superbe insultaret, magnificaret se supra me minaretur mihi.
¶ Aug. Inter eos qui intus sunt mecum in ecclesia. ¶ Non vindicassem. b ¶ Qui foris est.

i mágna locutus fuisset, abscondíssem me forsitan ab eo.

d *Diuide.* CAS. Ne sit superba vnitas, ne malitia habeat effectum.

e *In ciuitate.* Hæc est ciuitas, de qua per Prophetam dominus: *Ego Deus & non homo, & ciuitatem non ingredior.* Est ramen alia, quam Deus inhabitat, de qua dicitur, *Non potest abscondi ciuitas supra montem posita.*

f *Et labor in medio eius, &c.* AVG. Iam labor in medio, quia iniquitas: quies autē in humilitate.

g *Vsura, &c.* AVG. Quia plus exigit in iniuria. Vel qualibet re, quam accepit, non dimittit, vt sibi dimittatur.

h *Quoniam si inimicus.* CAS. Exprobratio Iudæ, dum ex persona Christi legitur; Vel, hucusque de apertis inimicis egit ecclesia, iam nunc de occultis.

i *Abscondissem me forsitan ab eo, &c.* CASSIO. Magna patientia, ita locum daret verbis, vt se absconderet ne videret aduersarium.

Ose.11.d. †Festinabo eruere me a vento, qui suscitatur à turbine † Perime

Matt.5.b.

† afflictio

-forsitan

Sela psal. 3.

† faceret à pusillo animo.

† prauitates sunt in medio eius

Esai 35.a. Ibid.34.a.

Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, &c. Non arbitrantur hæc Dauid, conuenire, neque enim eo tempore Hierosolyma possidebat; sed seruatori nostro. Notandum autem quod non solum noui testamenti præfectis, sed & legatis politia vsuram reprehendat, & hanc iniquitati, labori, & dolo coniungat.

✠ HILARI. Præcipita à Græcis καταπόντισον quod est, demergens in profundum, & his verbis captiuitatis & dispersionis pœna deposcitur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et mansi in solitudine. *Id est, in deserto, secundum quod habetur primi Reg.23.*

2 Expectabam eum qui saluum me fecit. *Quasi dicat, licet manus Saulis pro tunc euasissem, tamen magis confidebam de protectione Dei, quàm de asperitate deserti: quia Saul posteà quæsiuit eum super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus perusæ sunt, vt habetur primi Regum.24.*

3 A pusillanimitate spiritus. *Id est à timore nimio, cùm eram in Ceila recluſus.*

4 Et tempestate. *Scilicet Saulis, volentis me ibi obsidere.*

5 Præcipita Domine. *Hic consequenter Dauid arguit populum Ceilæ: primò describit eorum culpam; & secundo pœnam debitam, ibi,* Veniat mors. *Circa primum dicit orando.* Præcipita domine, & diuide linguas eorum. *Id est fac habitatores Ceilæ, ita præcipitanter loqui, & discordanter ab inuicem, quod non possint perficere suam proditionem tradendo me manibus Saulis.*

6 Quoniam vidi, *Id est, certitudinaliter intellexi,*

7 Iniquitatem & contradictionem in ciuitate. *Quia quærunt me iniqui tradere, contradicentes innocentiæ meæ, vt patet per prædicta.* Vel dicit, *Contradictionem, quia non omnes concordabant ad tradendum eum.*

8 Die ac nocte circundabit eā super muros eius iniquitas. *Quia aliqui intantum erant maligni, quod discurrebant super muros ad videndum ne Dauid exiret, donec Saul cum suo exercitu venisset.*

9 Et labor in medio eius & iniustitia. *Quia maligni & iniusti in hoc laborabant nocte & die.*

10 Et non defecit de plateis eius. *Vsu. quia in ciuitate Ceilæ erant aliqui publici vsurarij, & mercatores fraudulenti.*

11 Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, *Eò quod sibi nocuissem,*

12 Sustinuissem vtique, *Id est, habuissem causam sustinendi patienter:*

13 Et si is qui oderat me, *Manifestè,*

14 Super me magna locutus fuisset, *Comminando mihi mortem, vel aliquid tale,*

15 Abscondissem me forsitan ab eo, *Si vidissem me impotentem ad resistendum*

Tu vero

MORALITER.

1 *Et mansi in so.* Quia discipuli dispersi prædicauerunt in Samaria, & in alijs locis, nomine solitudinis designatis.

2 *Expectabam eum.* Scilicet Dominum nostrum Iesum Christū, fiducialiter eius petens auxilium.

† *Qui saluum me fecit &c.* Quia Christus discipulos non solùm liberauit à tempestate persecutionis, sed etiam ab inordinatione timoris, quæ pusillanimitas nominatur.

5 *Præcipita.* Hic consequenter arguitur Iudæorum persequentium culpa, cum dicitur, *Præci. &c.* Quod factum fuit, quando Saducæi mortem Pauli quęrebant, & Pharisæi eum excusabant Act.24. quia tamen isti, & illi erant iniqui; sequitur,

† *Circundabit eam, &c.* Quia, sicut Iosephus dicit libro de Iudaico bello, illo tempore fuerunt in Ierusalem, & Iudæa multæ dissensiones & rapinæ.

11 *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi.* Primi credentes Christo fuerunt natione Iudæi, & legalia obseruabant, propter quæ debebant diligi ab eis: sed Gentiles erant ab eis extranei, est ergo verbum Ecclesię primitiuæ,

7 *Si inimicus meus, &c.* Id est, si populus Gentilis, qui semper fuit contrarius Iudæis, me persequeretur, haberem maiorem rationem sustinendi.

Tu

a ¶ Quid ergo restat nisi solitudo? Nulla enim pestis efficacior quam familiaris inimicus, vnde. Inimici ho.do.e. Matth. 7. b. b ¶ Iudaice, vel Iuda, scilicet cur me tradis, vel non est tolerandus.

Tu verò homo † vnanimis, dux meus & notus meus. Qui

a ¶ Cum alijs. b ¶ Conuersans. c ¶ Spirituales. ¶ Vnde Gustate & videte, quoniam suauis est dominus. Psal. 50. b. d ¶ Sed quia modo extra dissentio est. ¶ Templo Ierusalem:

simul † mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambula-

a ¶ Cas. corporalis conuersationis, quia in eius collegio erat Iudas. b ¶ Ideo. c ¶ Ignis consumptionis. ¶ Ignis de cœlo. d ¶ Minores, qui consentiunt maioribus. e ¶ Maiores qui sunt autores mali.

uimus † cum consensu. Veniat mors super illos & descendat

a ¶ In voraginem terrenæ cupiditatis. b ¶ Aug. scienter peccantes. c ¶ Merito. d ¶ Aug. vbi peregrini, & transeunt, non enim hic semper mansuri. Quid ergo sic instant.

in infernum viuentes. Quoniam nequitiæ in habitaculis

a ¶ Aug. in corde. b ¶ Alio in communi. c ¶ Aug. Illi ita peribunt. ¶ Corpus Christi. d ¶ Aug. In conturbatione exercitationis.

eorum in medio † eorum. Ego autem ad Deum clamaui,

a ¶ Quod consequens erat. ¶ Et ego.

& dominus saluauit me. Vespere, & mane, & meridie

† secundū ordinēmeū (id est, eiusdē ordinis & sodalis meus, vel, quasi æstimatio mea ideſt, quem æstimabam vt me ipsū & in honore habebā) † cōiūctim (vel, cū turba & cætu) † ipsorum.

a *Tu verò homo.* Avgvst. Olim, quia aliquando bonum consilium dedisti.

b *Vnanimis.* Cas. Quia inter apostolos fuit Dux, ad castella & vicos præmissus. *Notus*, quia præsciuit traditorem: vt sic Christus, specialiter contra Iudam loquatur.

Hieronymvs, Vel sic, generaliter contra quemlibet virum Iudaicū. Tu homo Iudaice, *vnanimis*, cui tradita sunt eloquia Dei; *Dux meus*, quia ducē te feci super populum meum, *Et notus meus*, Quia de eadem gente mecum. Cur me occidis? *Qui mecum simul dulces capie. cibos.* Legis instituta; vel bucellam.

c *Vnanimis.* Avgvstinvs. Qui aliquando bene monuisti; *Dux*: feci te ducem super populum meum. *Notus*, de eadem gente.

✠ Basilivs & Theodoretvs. Symmachus pro *dux* legis, *Familiaris meus.* Iudam autem proditorem apertè præfiguraut, de quo in Euangelio, Qui *manducat mecum panem ipse sustulit contra me calcaneum suum.*

d *Notus meus. Qui simul.* Avgvst. Qui in eadem ecclesia mecum fuisti.

e *Cibos.* Cas. Corporales, qui soli iniquo poterant esse dulces. Solet vir iniquitatis comessationibus mitescere: vnde huic grauior culpa.

f *Veniat.* Cas. Sicut suprà apertis, ita hic occultis imprecatur. Et ne putetur vnus de quo agebat, communicat pœnas Iudæis, id est communiter Iudæis cum alijs imprecatur.

Avgvstinvs, Hieronymvs. *Veniat mors.* Tangit hic initium schismatis, quando scilicet Dathan & Abiron mouerunt seditionem aduersus Moysen & Aaron, sicut in Numeris legitur: quos viuos terra absorpsit cum tabernaculis, & omni substantia eorum. Core quoque, & cum eo ducenti quinquaginta illorum sequentes malitiam, arripuerunt thuribula, vt incensum adolerent in conspectu domini: qui diuino igne consumpti sunt, qui etiam de populo quatuordecim milia & septingentos vastauit. Et ideo venit noua mors super eos. Ita iste hic imprecatur malis. Et loquitur in eadem voce Christus & ecclesia.

Num. 16.

Avgvst. *Veniat:* Vt super illos, qui initium schismatis fuerūt & sese superbi separauerunt, venit noua mors, aperuit enim, terra, & viuos absorpsit.

g *Descendant in infernum viuentes.* Avgvst. Vt duces terra absorpsit. Illi, minores scilicet, consenserunt, & consecuti sunt, & studio contentionis accensi, à ducibus suis recedere noluerunt. Et ideo venit ardor cōsumptionis super ardorem dissensionis; Duces verò absorpti sunt à terra: ita hi scienter peccantes descendunt.

h *Viuētes.* Avg. Sciētes quia pereunt, & tamē pereuntes terrenę cupiditatis hiatu absorbeantur.

i *In habitaculis.* Alienæ sunt, non naturales, sed hospitio susceptæ, q. aduentitiæ, vel prius *in habi.* id est, in occulto, pòst *in medio*, id est in aperto.

✠ Basil. & Theodor. Habitaculum siue diuersorium appellat hanc vitam, in qua diuersamur, non habitamus.

k *Ego autem &c.* Cas. Affirmat, quid sibi & illis fiat, alternatim procedendo.

l *Vespere & mane.* Hiero. Quia saluauit, ideo vespere, quo captus, *Mane*, quo iudicatus; *Meridie*, quo crucifixus; *Narrabo*, præterita opera. *Nuntiabo*, virtutes & opera quæ faciet: & ideo exaudiet, &c.

Avgvstinvs *Vespere.* De præteritis *narrabo*; *Mane*, de futuris *nuntiabo*; *Meridie*, quod non vergit in occasum, in sempiternis *exaudiet vocem meam. Vespere* dominus in cruce: *mane* in resurrectione, *Meridie*, in ascensione. *Vespere narrabo* patientiam mortis; *Mane annuntiabo* vitam resurrectionis; *In meridie, Exaudiet sedens ad dex. pa. qui interpellat pro nobis.* Ecce quanta consolatio. *A tempestate* contra malos, foris & intus, id est, in aperto & occulto: Sic & nos inter malos cum isto oremus, plangamus, securi dicamus, *Redimet in pace*, contra illos qui non amant pacem: quia amaui pacem.

Cassio. Narrate, ad vespere pertinet, quo dixit omnis ☞ quæ

† dulcitet fruebamur secretò (vel cui secreta mea suauiter credidi)

E

F

NICOLAVS DE LIRA,

1 Tu vero homo vnanimis. *Alloquitur populum Ceilæ sub nomine hominis, qui ostenderat sibi amicitiam tanquam habens cum eo vnam mentem.*

2 Dux meus, *Quia per nuntium adduxerant Dauid ad defensionem suæ ciuitatis.*

3 Et notus meus, *Ex notitia enim, quam habebat Dauid cum eis, venit citius in eorum auxilium.*

4 Qui simul mecum dulces capiebas cibos. *Quia populus ille comedebat cum Dauid, sicut cum amico familiari. In Hebræo habetur:* Dulcorabimus consilium: *& in translatione. Hieron.* Qui simul habuimus dulce secretum, *quia maiores ciuitatis Ceilæ aliquando tractabant consilia cum Dauid in signum amicitiæ.*

5 In domo Dei ambulauimus cum consensu. *In Hebræo habetur:* Cum fremitu, *id est, cum turba magna, vt exponit Ra. Sa. & idem redit: quia quando multi consentiunt, vadunt simul in turba. Sciendum autem quod domus Dei non accipitur hic pro templo, quod erat in Ierusalem, ad quod Dauid tunc non poterat, nec audebat ascendere: sed accipitur pro schola vel synagoga, quæ habebatur in qualibet ciuitate Iudæorum rum, nō ad sacrificādū, (quia hoc solum erat licitum fieri in Ierusalem:) sed quia populus ibi conueniebat ad audiendum legem, & adorandum Deum.*

6 Veniat mors super illos. *Hic consequenter prædicit pœnam debitam di.* Veniat mors super illos: *hoc dixit Dauid non zelo vindictæ, sed zelo diuinæ iustitiæ. Vel aliter*, Veniat mors super illos, *Id est, digni sunt, quod veniat super illos mors.*

7 Et descendant in infernum viuentes. *Sicut Core & complices eius, vt habetur Nu. 16. eò quod ingrati de beneficijs Moysi rebellauerant ei: ita fecerunt habitatores Ceilæ ipsi Dauid, vt patet ex prædictis.*

8 Quoniam nequitiæ. *Scilicet, multę sunt in eis, vt patet per prædicta.*

9 Ego autem. *Hic tertio Dauid recolit circa se Dei beneficium tanquam gratus di.* Ego autem ad dominum cla. *Tanquam ad saluatorem meum.*

10 Dominus saluauit me. *De manibus Saulis, & habitatorum Ceilæ.*

11 Vespere, &c. *Id est, tribus temporibus per diem.*

☞ Narra-

MORALITER.

✠ 1 *Tu vero homo, &c.* Quia Iudæi Christianos persequentes, tunc communicabant cum eis in cibis legalibus, & simul orabant in templo, quod erat domus Dei

6 *Veniat.* Hic prædicitur Iudæorum persequentium pœna cum dicitur: *Veniat mors &c.* Id est, veniet per exercitium Romanorum.

7 *Et descendant.* Quasi dicat, magis essent digni tali pœna quā Core, & adhærentes sibi, qui restiterunt Moysi homini puro: isti verò restiterunt Christo, qui est Deus & homo.

9 *Ego autem.* Hic ponitur ex parte ecclesiæ gratiarum actio cum dicitur: *Ego autem ad dominum*, Confidens de Dei auxilio.

11. *Vespere & ma. &c.* Tribus enim horis orabant in die Iudæi,

✠ vt

quæ Iudas disponebat. *Nuntiare* de mane, quando dixit Pilato, *In hoc natus sum, vt testimonium perhibeam veritati.*

✠ HIL. Ex scientia prophetica talis temporum ordo est constitutus quia secundum legis obseruantiam à vespere dies cæpta.

✠ EVTHYMIVS. Indicat tempora trium magnarũ synaxeon: Christianorum; matutinum vespertinũ, & liturgia; alludens ad tres statas & solemnes precationis Iudæorum horas, quæ dicuntur sacrificium vespertinum matutinum, & pomeridianum, quod appellant *Minhà*.

a *Appropinquãt mihi*. Nomine non numine; corpore non mente; numero non merito.

b *Quoniam inter multos erant mecum.* HIERONYM. AVGVST. *Quia in multis, mecum* id est baptismo euangelij, lectione, festis, & huiusmodi: sed non in paucis, mecũ. In omnibus sacramentis mecum, sed non in fide, spe, & charitate, sine qua nihil sunt omnia.

C AVG. Vel, *in multis*, id est, in paleis, quæ multæ; non in granis, quæ pauca, *mecum*; & propè est palea tritico: de vno semine, in vno agro, vna pluuia nutriuntur: sub eodem messore, eadem trituratione excutiuntur; eandem ventilationem expectant: sed non vnum horreum intrant; ita & illi in multis mecum.

✠ BASIL. & THEODOR. Symmachus, *Cum multis enim facti sunt aduersarij mei.*

c *Exaudiet Deus, &c.* CASS. *Ad meridiem*, quando emisit spi. Ecce quanta breuiter mysteria. vel *saluabis mane & vespere & meridie*: vnde non ingratus *narra.* & *annuntia.* & *ipse exaudiet*, &c.

d *Humiliabit illos qui est ante secula.* CASSIO. De superbia, vt credant. Vel *humiliabit* vt tollat locum & gentem.

D

e *Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum extendit manum suam in retribuendo, &c.* AVGVST. Quia sensus perfidorũ incommutabilis.

✠ BASILIVS & THEODORETVS. Symmachus. *Non enim mutantur neque timent Deum.*

✠ HILAR. Secũdum Apostolum, *omnes quidem resurgemus sed non omnes immutabimur.*

f *Extendit.* ✠ BASIL. & THEODOR. Tres sic exposuerunt, *Extendit manum suam in eos, qui placidè cum ipso vixerunt* scilicet Saul in Dauid, & Iudas in Dominum.

E

g *Contaminauerunt.* CAS. quia illi contaminauerunt & diuisi sunt: armantur amplius iusti, liberantur infirmi, qui curam habet in Deum.

h *Ira.* CAS. Vindicta iudicij, qua diuidentur boni à malis, vt grana à paleis: tunc cor, id est, voluntas Dei per prophetas & apostolos nunciata propinqua, omnibus nota erit. Vel, cor, id est, iusti, qui secreta domini sui nouerunt, appropiabunt, cũ illi diuidentur. Vel illi contamina. suis appropiat.

F

✠ BASIL. & THEOD. Iræ seruientes alia loquuti sunt & alia cogitauerunt. Symmachus, *lubrica magis sunt ora eorum quam butyrum, cor vniuscuiusque eorum bella meditatur.*

i *Cor.* AVG. Voluntas secreta Dei, quæ in scripturis continetur.

k *Molliti sunt serm.* CAS. Vel ideo hoc illis, quia mollierunt sermones adulando, qui sunt *tacula* dum dicunt: *reus est mortis.*

AVG. Sed si tibi puero qui lacte minoris doctrinæ nutriris, adhuc duri sunt, ne iracaris vberibus ecclesiæ: sed iacta in dominum, nõ in aliũ, qui portus est, vel saxũ naui, nõ portus fluctuãti in seculo.

l *Ipsi sermones. &c.* CAS. Quia molliti non perdunt virtutem, ☞ sed

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Narra. *Diuina beneficia mihi collata, sicut legitur de Daniele. Dan. 6. a. quod tribus tẽporibus in die adorabat Deum contra Ierusalẽ.*

2 Et exaudiet. *De futuro sicut exaudiuit de preterito.*

3 Redimet in pace animam *id est, vitam meam.*

4 Ab his qui, &c. *Id est, à proditoribus Ceilæ, qui appropinquant mihi in signum amicitiæ,*

5 Quoniam inter mal. &c. *Id est, in magno numero assistebant mihi ad me prodendum: & in hoc erat grauius periculum: Tum quia erãt multi, Tum quia dolosi.*

6 Exaudiet de. *Scilicet deprecantem.*

7 Et hu. il. *Ad nihilum deijciendo.*

8 Qui est ante se. *Id est ille, qui est Deus æternus, & potens omnia. Et causam huius deiectionis, subdit,*

9 Non enim est il. cum, &c. *De peccato ad pœnitentiam: sed sunt obstinati & sic non merentur veniam.*

10 Et non timuerunt Deum. *Sed magis contempserunt, sicut dicitur de obstinato Pro. 18. a.* Impius, cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit: *sic dicitur,*

11 Extendit ma. &c. in retri. *Secundum aliquos illud refertur ad populum Ceilæ, qui nitebatur retribuere ipsi Dauid malum pro bono; secundum alios refertur ad Deum, qui habet manum extensam ad reddendum pœnam pro peccato, tempore tamen debito, secundum ordinem iustitiæ suæ: & huic consonat litera sequens, cum dicitur.*

12 Contaminauerunt testamentum eius. *Id est,* Dei *legem, quæ prohibet persequi innocentem.*

13 Diuisi sunt ab &c. *Id est, vultus populi Ceilæ, qui in vultu erant pacifici cum* Dauid, *& contrarium habebant in corde.*

14 Molliti sunt sermones eius super ole. &c. *Quia in præsentia* ☞ Dauid

---

MORALITER.

✠ vt habetur Dan. 6. & hunc modum tenebat ecclesia primitiua.

2 *Et ex. vocem meam.* De futuro, sicut fecit de præterito.

3 *Redimet in pace animam meam,* Id est vitam meam.

4 *Ab his quia appro. mihi.* Ad nocendum.

5 *Quoniam inter multos.* Id est, fideles.

† *Erant mecum.* Nam in ecclesia primitiua fuerunt pseudo apostoli, & falsi Christiani, fidelibus se iungentes ad nocendum eis efficacius.

6 *Exaudiet Deus.* Me deprecantem.

7 *Et humiliabit illos.* Per pœnam debitam.

9 *Non enim est illis commutatio.* De culpa ad gratiam per pœnitentiam veram.

10 *Et non timuerunt Deum.* Sibi manifestè repugnantes, ideo subditur,

11 *Extendit manum suam in retribuendo, &c.* Pœnam illis debitã pro peccato,

12 *Contaminauerunt testamentum eius.* Ipsum irritantes pro suis traditionibus Matth. 7.

13 *Diuisi sunt.* Exterius amicitiam simulantes ad fideles Christi & intus odium habentes, quales fuerunt pseudoapostoli.

✠ Iacta

---

a ¶ Ita.

narrabo & annuntiabo: & exaudiet vocem meam. Rẽdimet 1
a ¶ Æterna. b ¶ Collocandam. c ¶ Aug. Christianis, qui magis decipiunt, quam aperti idololatræ. d ¶ Ficte laudant. 2
in pacẽ ănimam meam †ăb his qui appr̃opinquant mihi, 3
a ¶ Non cum paucis electis. b ¶ Me. ¶ Non solum pro me. 4
quoniam † inter mũltos erant mecum. † Exaũdiet Deus & 5
a ¶ Qui confidunt duci qui heri cœpit. b ¶ Quia in principio erat verbum, quod eis non videtur, † 6
c ¶ Merito humiliabit.
humiliabit illos, † q̃i est ante secula. † Nõn enim est illis 7 8
a ¶ Aug. peruersi sensus. ¶ Sed permanent in peruersitate. 9
b ¶ Aug. hoc remedio conuertitur homo. c ¶ Pro his pœna consequitur, non aliud inde.
¶ A simili ferire volentis qui manus eleuat. vt grauius impingat.
† commũtatio, & non timuerunt Deum: † extendit manum 10 11
a ¶ Id est, vt retribuat eis. b ¶ Cas. Quantum ad se, dum contraria agunt.
¶ Cas. Peruertunt scripturas. ¶ Non satis fuit non timere, nec mutar. sed &.
c ¶ Quod dicit: In semine tuo bene. omnes gentes, quod polluit qui contradicit.
suam in retribũendo. † Contãminauerunt testãmentum 12
a ¶ Per hæresim. b ¶ Vel præ. c ¶ Ipso irato, qui tradidit eos in desideria cordis eorum.
d ¶ Aug. suis fidelibus. e ¶ Aug. Vt intelligamus voluntatem eius, quia illis excitantur qui probati sunt & intelligitur in scripturis, quæ latebat, Dei voluntas: vnde. Congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludantur id est emineant & appareant, qui probati sunt argento d e i elo qui
eius, diuisi sunt ăb irã vultus eius, & ăppropinquauit cõr 13
a ¶ Quia. Quæ obscura in scripturis dura sunt, exposita molliuntur, & vsque ad ossa penetrant.
illius. Mõlliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt 14

☞ sed eis armatur euangelistæ, & feriunt corda hominum ad amorem pacis, & à perplexis hæreticorum quæstionibus liberant infirmos.

✻ BASIL. & THEODOR. Saul enim ad Dauidem dixit, *Túne es fili mi Dauid*, & Iudas, *Num ego sum, inquit Rabbi? & os-*

Reg.24. Ioan.12. *culatus est eum*. Aquila pro *iaculis hastas* reddit.

✻ HILARIVS. De vnguento effuso Iudas cõquestus est.

†gladii †in Deum †non dabit inæternum mutare iustũ (vel neque permittet vt iustus vnquã loco suo moueatur.)

a ¶ Ergo. b ¶ Vel in. ¶ Tanquam in portum.

a †iacula. Iacta, †super dominũ † curam tuam, et ipse † te nu- 1
a ¶ Et si hic. b ¶ Illis quid? ¶ Hic est finis contaminationis. 2
b triet, et† non dabit in æternum fluctuationem iusto. Tũ verò 3
a ¶ In tenebras submersionis. ¶ Nec differtur, quia. ¶ Cas. Qui occidunt animas, & corpora aliquando. 4
Deus deduces eos in puteum † interitus. Viri sanguinum, et 5
a ¶ In seductione. quod sperant. b ¶ Aug. Non proficient quantum putant; sed intra tempus peribunt. c ¶ Aug. Quod non illis & ideo peruenient ad æternum diem. ¶ Alias sperati. 6
d † dolosi non dimidiabunt dies suos? ego autem sperabo in te 7
domine. 8

† onus tuũ. † feret, tui curã geret

† corruptionis.

† dolositatis.

a *Curam tuam*. CAS. Cura sæculi, vt vermis noster, nos consumit: sed si cura in domino iactatur, nutrit. Salomon: *Sicut vermis ligno, & tinea vestimẽto, ita viri tristitia nocet cordi.*

B Pro.25.c.

b *Fluctuationem*. CAS. Et si hic, verba fluctuationis fuerunt: *Contristatus sum in exercitatione*, &c.

5.Cor.10. ✻ BASIL. Hæc Apostolo consonant dicenti, *fidelis est Dominus, qui non sinet vos tentari, supra id quod potestis.*

C c *Tu verò, &c.* AVG. Hi tunc non fluctuabunt: sed impij in puteum gehennæ deducentur: quia non *dimidiabunt dies*, vt si quos egerunt in malo, reliquos agant in bono, redimentes tẽpus: sed omnes continuant in malo. Alij enim incipiunt dies bonos, sed in malis continuè perseuerant; alij dimidiant; alij implent dies bonos: quia alij moriuntur in Ægypto, alij in deserto, alij in terra sancta. In Ægypto, qui in tenebris vitiorum vsque in finem vitæ conuersantur; In deserto, qui de confusione peccati exeuntes errata per pœnitentiam emendant; Implent dies, qui sine crimine in opere iustitiæ vsque in finem vitæ perseuerant. Hæc tria genera hominum figurata sunt per ea, quæ scripta erant in volumine Ezechieli ostenso, vbi scripta erant hæc tria, *carmen, lamentum & va*. Et dictum est prophetæ vt deuoraret volumen, id est in mentis intelligentiam traijceret horum trium misteria. *Carmen* cantant, qui peccatorum lapsum non senserunt; *Lamentũ*, qui à peccatis per lamentum pœnitentiæ resurgunt; Væ, qui peccant & non pœnitent. D

✻ THEODOR. *Puteum interitus* ineuitabilem pœnam vocauit: nam qui in puteum luti & cœni prolapsus est mortem effugere non potest. F

✻ HILAR. Capta ciuitate, Iuuentus non dimidiatis diebus est prostrata.

✻ RABAN. *Puteum*, gehennam intelligunt.

Dies suos? ego au. &c. AVGVST. Voluntarios non à Deo constitutos.

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *Dauid loquebantur amicabilia & pacifica, & in occulto tractabant contraria.*

1 Iacta super &c. *Hic Dauid alloquitur seipsum, vt in Deo ponat spem suam.*

2 Et ipse te enutriet. *Quia in desertis locis longo tempore vixit Dauid cum viris suis per Dei prouidentiam specialem, vt patet 1. Reg.10.*

3 Et non dabit in æternum fluctuationem iu. *Id est, ipsi Dauid & loquitur de se tanquam de alio* fluctuationem *autem vocat persecutionem Saulis, per quam Dauid compellebatur fugere de loco ad locum; quæ non semper duravit, quia mortuo Saule Dauid in regem inunctus fuit.*

4 Tu verò, &c. *Scilicet, proditores & persecutores meos.*

5 In puteum interitus, *Hoc est ad mortem, & subdit causam, dicens,*

6 Viri sanguinum & dolosi, *Id est, quarentes effundere sanguinem innocentem, & dolosè.*

7 Non dimidiabunt dies suos. *Id est, non viuent secundùm medietatem vitæ suæ naturalis: quia mors talium communiter acceleratur, secundum dictum saluatoris. Matth. 26.c.* Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt.

8 Ego autem sperabo in te domine, *Liberantem me à periculis, ita quod viuam secundum totum cursum vitæ meæ, quod patet 3.Re. 1.a. vbi dicitur:* & rex Dauid senuerat, habebatque ætatis plurimos dies.

MORALITER *autem potest exponi psal. iste de quolibet iusto in persecutione posito, contra quem etiam ab ingratis fabricantur machinationes dolosæ: propter quod orat deuotè ab istis liberari, quem dominus exaudit & aduersario eius punit: Et ad hoc potest de facili applicari litera consideratis prædictis.*

☞ NICOL.

MORALITER.

✠ 1 *Iacta super dominum.* Hæc verba sunt ecclesiæ suos filios confortantis.

2 *Et ipse te enutriet.* Sacræ scripturæ verbo & eucharistiæ sacramento.

3 *Et non dabit in aternum fluctuationem iusto.* Nauis enim ecclesiæ non sic fluctuauit in tribulationibus à tempore Constantini ni, sicut antè.

4 *Tu vero Deus deduces eos.* Scilicet, tyrannos, quorum multi per diuinam vindictam sunt occisi, descendentes ad pœnam inferni, ideo subditur.

6 *Viri sang.* Id est, effusores sanguinis innocentis.

7 *Non dimidiabunt &c.* Frequenter enim moriuntur ante medium vitæ suæ secundum cursum naturæ.

8 *Ego au. spera.* Verbum est ecclesiæ super Christum fundatæ.

✠ *MORAL.*

ADDITIO I.

1.Reg.21. In psal.54. Exaudi Deus. *Vbi dicitur in postil.* Contaminauerunt testamentum eius.

Melius videntur ista verba referri ad Deum, vt sit sensus: Contaminauerunt testamentum eius, *id est, legem Dei: in cuius pœnam* diuisi sunt ab ira vultus eius *scilicet Dei. Et hanc diuisionem & discordiam imprecabatur eis Psal. supra in eodem psal. dicens.* Precipita domine & di. &c.

ADDITIO II.

In eod. psal. *Vbi dicitur in postil.* Moraliter aut potest exponi.

Potius videtur pertinere ad sensum literalem exponere istum psal. de quolibet iusto in persecutione posito, &c. ad quem sensum proprie & de facili litera applicatur. Et talis sensus erit notabilior & vniuersalior, quàm exponendo contra habitatores Ceilę, de qua historia iam plures psalmos Dauid fecerat.

REPLICA. In psal. Exaudi Deus, &c. *Cùm postilator exponit illum passum:* Contaminauerunt testamentum eius: diuisi sunt ab ira vultus eius. *De peruersis, quorum vultus & ira sunt diuisi, quia per vultum publicè blandiuntur, & per iram occulte sæuiunt. ponens exemplum de Ceilensibus, qui Dauid venerabantur in publico: sed occultè apud Saul eum tradere conati sunt. Burgen. autem vult melius exponere, dicens quod vultus debeat ad Deum referri, vt sit sensus, quod peruersi diuisi sunt ab ira vultus Dei: Sed ista expositio non videtur propria, quod mali in pœnam diuidantur ab ira vultus Dei; nã esto quod diuidantur à gratia & lenitate vultus Dei; non tamen ab ira, quia huic merentur semper subijci, & ab illa semper puniri: & habere vultum Dei iracundum quasi semper præsentem, & per consequens non diuisi ab ira vultus Dei. Nec valet quod Bur. addit, quod iste psal. non potest esse de Ceilensibus: quia multi psal. alij sunt de illa materia, ex quo non sequitur, igitur iste non: Nec valet, Materia huius psal. est de peruersis generaliter, quia cum hoc stat quod sit de Ceilensibus specialiter & exemplariter.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem &c.* Avgvst. *Populus, qui à sanctis longè sit in tituli inscriptione:* cui contradicit tam Iudæus, quàm omnis, qui non vult habere regem Christum; & ipsi, qui tribulant ecclesiam: contra quos hic psal. confirmat ecclesiam.

b *In tituli inscriptione ipsi Dauid cum tenerent eum.* Avgvsti. Tituli inscriptio, & si populus instaret, non est deleta: quia prophetatum est etiam in alio psal. *ne corrumpas tituli inscriptionem.* Populus, *qui longè à sanctis;* persecutores, qui ecclesiam, sicut vuas calcant.

c *Allophyli.* Avgvst. Idem quòd *populus qui à sanctis longè factus est.*

d *Geth.* Avgvst. id est, in torculari. Legitur Dauid in illa ciuitate peregrinus fuisse, sed non retentus: sed Christus ex eius semine natus, non solùm in se, sed adhuc in corpore suo tenetur in pressuris, quæ vtiles sunt. Augent enim sanctorum merita, & vinum iustitiæ inde emanat: vt vua, quæ dum ante torcular integra est, nihil inde manat, sed cùm premitur sterilis non est.

Basilius & Theodor. ✻ Basil. & Theodo. Dauid Saulem fugienti, & populo captiuo captiuo in Babylone Psalmus conuenit. Dauid autem bis in Geth profectus est; semel, cum, velut hostis, agnitus, insaniam simulata aufugit; iterum cum amicus ibidem commoratus est. Psalmus scriptus est cum primum fuga sibi consuluisset.

Psal. 56. in capite.

† Psal. 4. † super columbã mutam in remotis (vel, de columba capta, quæ inter alienigenas abierit)

† mihi domine.

1. Reg. 21.

† coarctat (opprimit)

a ¶ Christum. b ¶ Saluando, vel contra populum, vt persecutores qui ecclesiam sicut vuas calcant.

† In finẽ † pro põpulo, qui à ſanctis longè factus eſt, † in

a ¶ Immutanda. b ¶ Christo. c ¶ Alienigenæ, persecutores Christiani nominis.

tituli inſcriptiõne ipſi Dãuid, cùm tenerent eum Allõphyli

a ¶ In torcularij, in pressuris scilicet tribulationum.

in Gẽth.

PSAL. LV.

¶ Aug. Ne deficiam in concultatione.

Iſerere † mei Deus, quoniam † con- 1

a ¶ Aug. Sicut vuam in torcularij, vt vinum exeat. b ¶ Diabolus. ¶ Aug. qui longè à sanctis factus est, de quo Matth. 13. d. Inimicus homo hoc fecit. c ¶ Aug. Toto tempore, nullus enim viuit in Christo sine tribulatione.

culcãuit me homõ: tõta die † impu-

a ¶ Non quod merito meo, sed quia inimici. ¶ Cass. quasi pedibus vuam.

gnans † tribulauit me. Conculcãue-

a ¶ Aug. Membra diaboli. ¶ Qui longè à sanctis. b ¶ Necesse est, vt miserearis.

runt me inimici mẽi tota die, quõ- 2

a ¶ Alti sunt, qui conculcant: sed die, non diu. ¶ quia multi, sed timebo ab altitudine diei, à potentia eis ad horam data? Non, sed ſperabo, Vel, quia multi bellantes aduersum me, ideo timebo ab altitudine diei.

niam multi bellantes aduerſum me †. † Ab altitũdine 3

a ¶ Alti sunt, qui conculcant: sed die, non diu. ¶ quia multi, sed timebo ab altitudine diei, à potentia eis ad horam data? Non, sed ſperabo, Vel, quia multi bellantes aduersum me, ideo timebo ab altitudine diei.

PSALMVS LV.

Miserere mei Deus. Cas. Orat ecclesia, summatim tangens tribulationes, in quibus per spem Dei *finit* se non timere, id est, in fine primæ partis dicit se non timere.

† vide psal 15.

f *Impugnans tribulauit me &c.* Avgv. Homo visibiliter: diabolus inuisibiliter, vnde periculosior est tribulatio.

† absorbuit

† bellans

g *Ab altitudi.* Cas. *Altitudo diei,* mũdus, vbi superbię tumor: vt grauior sit tribulatio. dicit se à superbis cõculcari.

Avg. *Ab altitudine.* Alia litera, *conculcauerunt me inimici mei tota die,* hoc est, toto tempore. *Ab altitudine diei,* id est, quia diem. i. Christũ, in alto lucente non cognouerunt. Vel quia alti, licet ad horã. die. s. nõ diu, sed non timendi: quoniã, & sequitur, *multi qui* debellãt me timebunt, cùm dies altitudinis eorum transierit. *Ego verò* nõ dico, non timebo: ne de me præsumere videar: sed *sperabo,* quod est causa non timendi. Nõ timet aliquis duritia cordis, vel superbia, qui est

† superbè, vel, (animo sè, aut altissimè)

† In die, quo timebo, ego in te sperabo.

☞ stupido

NICOLAVS DE LIRA.

PSAL. LV.

1 Miserere mei Deus &c. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriam super columbam mutam elongationum, Dauid מכתם michtam, quando tenuerunt eum Philisthæi in Geth. *Ad cuius intellectum sciendum, quod secundum aliquos Hebræos* michtam *est dictio composita ex* mich, *&* tam, *& sic signat humilem, simplicem, vel perfectum, & hoc modo accipit Hiero. qui posuit talem titulum,* Victori pro columba muta, eo quod procul abierit Dauid humilis & simplex, quando tenuerunt eum Philistæi in Geth: *& secundum istum sensum oportet hic supplere per talem modum,* Dauid humilis & simplex, *supple fecit Psal. istum,* quando tenuerunt eum Philisthæi, in Geth. *Secundum alios vero* michtam *est nomen cantici specialis, sicut mottetus apud nos, vel hoquetus. Et dicit Ra. Sa. quod signat canticum pulchrum vel decens: & secundum hoc hic est sensus tituli Hebraici:* Michtam Dauid, *id est, canticum Dauid decens, ab eo factum, quando tenuerunt eum Philisthæi. De ista autem tentione dicunt aliqui expositores nostri, quod intelligitur, quando Iesbibenod Philisthæus nisus fuit percutere Dauid, præsidioque ei fuit Abisai filius Saruia, & percussum Philisthæum interfecit. vt habetur* ij. *Reg.* xxj. *Sed istud non videtur verum, quia Dauid non fuit ibi captus, imo habuit victoriam. Præterea illud bellum non fuit in Geth, & ideo Ra. Sa. exponit hoc de Dauid, quando fugiens à facie Saul venit ad Achis regem Geth, quem cum cognouissent Philisthæi, dixerunt:* Nunquid non iste est Dauid rex terræ *vt habetur.* j. *Reg.* xxj. *c. & tunc tenuerunt eum adducentes ad Achis vt interficeretur: sed Achis credens eum esse furiosum, eiecit eum, & sic saluatus fuit. De hoc ergo Dauid fecit hunc psal. & similiter.* xxxiij. *sicut dictum fuit ibidem. Sed psal.* xxxiij. *magis respicit euasionem Dauid ad mãdatum Achis, propter quod ille psal. incipit à gratiarum actione sic.* Benedicam dominum in omni tempore &c. *Iste autem psal. magis respicit captionem ipsius, per quam fuit in periculo: propter quod incipit ab imploratione diuina misericordia sic:* Miſe. mei Deus &c. *De eadem enim materia Dauid aliquãdo plures psal. fecit, vt satis patuit per supradicta. Sciendum etiam quod Dauid hic vocatur columba muta elongationum.* Columba, *quia fuit sine felle amaritudinis: quia Saulem ipsum persequentem ad mortẽ, bis saluauit à morte, vt habetur* j. *Reg.* xxiiij. *&* xxvj. Muta, *quia tentus à Philistheis nõ audebat loqui dogma Hebraicum, sed mutauit os coram Achis, ne amplius cognosceretur, vt habetur.* j. *Reg.* xxj. *Dicitur etiam* columba elongationum, *quia timore Saulis fugerat extra terram Israel ad terram Philistinorum. Quid autem significetur per hoc quod dicitur in titulo,* Ad victoriam, *frequenter dictum est, scilicet conatus Leuitarum. & sic patet sententia tituli Hebraici, & similiter tituli Hieronymi, quæ est eadem in substantia. Patet etiam autor huius psalmi, & materia in generali. Secundum hoc igitur psalmus iste diuiditur in tres partes: quia primo ponitur ipsius Dauid deprecatio, Secundo deprecationis exauditio, ibi,* Sicut sustinuerunt, *Vel potius ibi,* Pro nihilo, *vt videbitur, Tertio gratiarum actio, ibi,* In Deo laudabo. *Circa primum dicit Dauid,* Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo, *id est, homines, eo modo loquendi, quo dicitur, Exo.* viij. *c.* Venit musca grauissima, *id est multitudo muscarum. Plures enim Philisthæi tenebant eum impingentes eum, & conculcantes sicut morte dignum: ideo subditur,*

2 Quoniam multi bellantes aduersum me. *Quia quærebant eum occidere, vt prædictum est. In Hebræo habetur sic,* Multi bellantes aduersum me altissime, *quasi diceret. Tu Deus, qui es altissimus, libera me ab ista multitudine, à qua non possum me defendere, & versus secundus incipit sic,* Quacunque die timebo &c. *& tunc litera est plana, cum subditur,* Ego vero in te sperabo &c. *In quacunque die occurrerit mihi materia timendi, Et sic pro eo quod dicitur in principio huius versus in translatione nostra,*

3 Ab altitudine, *quod est de præcedenti versu, in Hebræo est,* altissime. *Et hoc modo signantur versus in translatione Hiero. potest etiam exponi translatio nostra sic* Ab altitudine diei timebo. *id est, tempore altæ diei, quia fugitiui, qualis erat Dauid magis timent de die quam de nocte, quia non possunt ita de facili se abscondere & euadere de die sicut de nocte.*

✻ Ego

MORALITER.

† 1 *Miserere mei Deus quoniam conculcauit &c.* Psalm. iste fuit oratio Dauid quando de Geth euasit, vbi Philisthæi voluerant eum occidere j. Regum xxi. Moraliter autem potest exponi, quòd sit oratio cuiuslibet innocentis in periculo mortis positi, pro sua euasione deprecantis, cùm dicitur, *Miserere mei Deus quoniam conculcauit me homo,* & nõ Deus. Quasi diceret: Si tu Deus me punires pro peccatis meis, deberem in patientia sustinere.

2 *Quoniam multi bellantes aduersum me,* scilicet dæmones, cum malis hominibus, quoniam eos incitant ad persequendum innocentes: Sed quia non sunt timendi in comparatione Christi, qui præerit in die iudicij, sequitur,

3 *Ab altitudine diei ti.* id est, à Christo, qui non solùm est altus sed etiam ipsa altitudo.

stupido simile; stupor enim est qui non sentit, non sanitas. Tres sunt affectiones corporis. In stupore, non dolet corpus, quia non sentit. In immortalitate similiter, quia plenè firmatum est. Sanitas verò, si molestatur, dolorem habet: nec ideo propior immortalitati stupidus, quã sanus. Ita tres affectiones animę sunt, scilicet

A

prouida cautela. stulta arrogantia, gloria secura; Stulta arrogantia similis est stupori, quãdo quis de se præsumens nec timet, nec cauet. Iste ergo ne videretur per stultam arrogantiam similis stupido, non ait non timebo, sed *sperabo* in te.

B ✻ Basil. Symma. habet. *Num in die timebo?* Altitudinem diei prosperitatem præsentem appellat.

a *Diei. Dies*, Christus est. Cuius duodecim horæ, duodecim sunt apostoli: vnde ipse ait, *Nonne duodecim horæ sunt diei?* Huius *diei altitudinem* inimici non possunt attingere: vnde in passione Christi, *Tenebræ factæ sunt.*

C

b *Tota die, &c.* Cassio. Enumerat mala, quæ sustinendo fit & inimicorum conuersio: vnde & per spem Dei dicit, se non timere, sicut prius fecerat.

c *Inhabitabunt.* Avgvst. Vel aliqui ex his, qui longè à sanctis, ficte subintrant, & pcius nocent: vt & Iudas, quia à diabolo electus est, & ad tempus incoluit; elegit eũ, qui nouerat, nõ ad opus probationis vt cæteros, sed te ntationis, vt daret tibi solatium, nescienti quos eligas, vt toleres sicut ille: si enim falsa dicũt de te, cœlum non auferunt, nec isti nocent.

d *Pro nihil.* Avgv. Quia nullus inde tibi labor, quasi nihil inde tibi fit: quia & si desperati, tamen verbo curas. Vel pro nullis eorum meritis, sed gratis per pietatem. D.

✻✻ Beda. Quid enim Paulus, blasphemus, persequutor & iniuriosus, cum in via verbo prostratus est, & saluatus, attulit? Quid etiam latro attulit in iudicium, de iudicio in lignum, de ligno in paradisum? Nihil vtique, preter fidem, quam ille ei dedit, qui iuxta pependit, id est Christus. Vel, per hoc saluabit: quia.

e *In ira populos confringes*, dum per flagella Dei resipiscunt, vel dum irã Dei præuidẽt.

In ira populos confringes. Avg. Quia terres tribulationibus, & sic ducis ad te. Est enim ira consummationis, qua filij flagellantur ad correctionem. Et ira consumptionis, qua mali puniũtur ad peremptionem.

f *Deus vitam meam annunciani tibi.* Triplex vita hominis. Naturæ, qua viuimus & spiramus: Gratiæ, qua in Christo viuimus. Peccati, quæ in vitijs agitur. Duæ sunt à Deo, quia bonæ, vita scilicet naturæ, & vita gratiæ: tertia est ab homine, quia mala. has omnes Deo annuntiare debemus.

Cassio. *Deus vitam. Confringes.* & ego ad institutionem eorũ vitam meam ante, quæ semper mala. Vitam Deo nũtiat, qui peccatũ confitetur: non Deum docens, sed se damnans, vt soluatur.

g *Posuisti lachrymas &c.* Avg. Piæ lachrymæ, quæ pro inimicis rogant: & ideo acceptæ Deo sicut ipse promisit.

☞ In qua-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego vero in te sperabo. *id est, in quocunque timore non desperabo, sed magis sperabo de tua protectione.*

2 In Deo laudabo sermones meos, *te deuote deprecando.*

3 In Deo speraui non timebo quid faciat mihi caro, *id est homo carnalis. Nec per hoc intendit à se excludere omnem timorem hominis: sed tantum timorem, qui deijcit in desperationem: propter quod simulponit,* In Deo sperabo.

4 Tota die verba mea execrabantur aduersum me, *id est, omnia verba de me dicta ad meam laudem, retorquebantur in meam condemnationem. Dicebant enim Philisthæi,* Nunquid non est iste Dauid rex terrę? Nonne huic cantabant per choros, dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem milia? *ex istis concludebant, quod deberet occidi, ne posset eis vlterius nocere, vt habetur.* j. *Regum xxj. ideo subditur.*

5 Omnes cogitationes eorum malum, *id est, ad inferendum mihi malum.*

6 Inhabitabunt & abscondent, *id est publice & occulte quarent mihi nocere.*

7 Ipsi calcaneum meum obseruabunt, *quarentes me supplantare. Et vndetur hic Dauid prophetice loqui de malis, qua quasierunt Philisthæi facere sibi, quando audierunt ipsum esse vnctum in regem super Israel: quia tunc quasierunt eum occidere, vt habetur. ij. Reg. v.*

8 Sicut sustinuerunt animam meam. *In Hebræo in translatione Hiero. habetur:* Expectantes animam meam. *id est, sperantes auferre animam meam de corpore: & coniungitur cum litera precedenti immediate, quia est finis huius versus, & sequens versus incipit ibi,* Pro nihilo,

9 Pro nihilo saluos facies illos. *Hoc est pars secunda huius psal. in qua describitur exauditio in Dauid deprecantis, & primo quantum ad depressionem aduersariorum, cum dicitur,* Pro nihilo saluos facies illos? *interrogatiue, & est sensus, Saluabis aduersarios meos pro nihilo? id est, qui nihil boni fecerunt, sed tantum mala? quasi diceret, non decet iustitiam tuam: ideo subditur,*

10 In ira, *id est, vindicta iustitiæ tuæ,*

11 Populos, *Philisthinorum,*

12 Confringens Deus, *ita quod ly* Deus, *est finis huius versus In Hebræo & in translatione Hiero. & in translatione communi est principium versus sequentis. Et hoc fuit adimpletum, quando Philisthæi venientes ad destruẽdum regnum Dauid, fuerunt diuina virtute debellati, magis quam humana: propter quod tunc dixit Dauid,* Diuisit dominus coram me inimicos meos, sicut diuiduntur aquæ, *vt habetur. ij. Regum v.*

13 Deus vitam. *i pericula vitæ meæ annũtiani tibi in mea orations.*

14 Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, *eas exaudiendo.*

☞ Sicut

MORALITER.

✠ 1 *Ego vero in te sperabo*, id est, in tua misericordia, & non in mea iustitia.

2 *In Deo laudabo sermo.* id est ad eius laudes ordinabo ipsos.

3 *In Deo speraui*, id est in eius protectione.

4 *Non timebo quid faciat mihi caro*, id est, homo carnaliter viuens. Et ponitur hic singulare pro plurali, scilicet homo pro hominibus irrationabiliter viuentibus, sicut Exod. viij. f. *Venit musca grauissima*, id est, multæ muscæ.

† *Verba mea execrabantur*, interpretantes ea in malum.

5 *Omnes cogitationes eorum in malum*, contra me.

6 *Inhabitabunt*, mecum amicitiam simulantes

† *Et abscondent*, malitiam suam per talem cohabitationem: ideo sequitur,

7 *Ipsi calcaneum meum obseruabunt*, quærentes me supplantare.

8 *Sicut sustinuerunt animam meam* id est, vitam meam, sicut graue pondus sustinuerunt, in quorum persona dicitur Sap. ij. c. *Grauis est nobis ad videndum.*

9 *Pro nihilo*, Hic incipit versus in Hebræo, & est secunda pars huius psal. in qua ponitur exauditio deprecantis, cum dicitur interrogatiue: *Pro nihilo saluos facies illos?* id est, cum nihil boni fecerint? quasi dicat, non decet iustitiam tuam, quæ non permittit dedecus culpæ sine decore iustitiæ: ideo sequitur,

10 *In ira populos confringes*, qui studeant male faciendum.

13 *Deus vitam meam annuntiani tibi*, in vera confessione.

14 *Posuisti lachrymas meas*, contritionis & confessionis,

† *In conspectu tuo*, eas exaudiendo.

† Et in

---

a ¶ Nulli speranti timendum. b ¶ Et. ¶ Quia ab ipso. ¶ Cas. Et tribuens quod bene loquor.

a diei timebo: ego verò in te † sperabò. In Deo laudabo † 1
a ¶ Cas. Quia accepi. b ¶ Et. ¶ Sed & ante speraui. ¶ Cas. Spe futuri non timet, qui videns mala seculi superius formidans orat. d ¶ Quia si calcat, vinum exit. 2
sermones meos, † in Deo speraui, nõn timebo quid faciãt 3
a ¶ Quid facit enim caro? b ¶ Etsi à Deo.
c ¶ Aug. Cum verba respuuntur, persona dicentis non est immunis ab iniuria.
b mihi † cáro. Tota die verbã mea † execrãbantur aduersum † 4 †
a ¶ Quia nihil boni tractant. b ¶ Aug. ficte subintrabunt. ¶ Alias, incolent. ¶ Aug. Id est, quia peregrini sunt in hoc mundo, vbi nullus videt cor, quicquid mali cogitant absconsum est 5
c me, † omnes cogitationes eorum in mãlum. † Inhabitãbũt 6
a ¶ Cas. Dolos, quia nõn audent palam contraire. b ¶ Aug. Pedem ad lapsum, vt calumnientur. vel, calcaneum, finem vitæ secundum quem iudicamur, diabolus insidiatur calcaneo: hoc agent, vt potes illi, quibus sum grauis ad videndum, sed tamen pro nihilo. c ¶ Alias. Sicut sustinuit.
¶ Aug. Anima mea foris latrones, intus abscondentes, & sicut ego sustinui, sic tu Christe saluos facies illos; id est sic tu sustine, & ora pro illis, & salui erunt.
d & abscõdent, ipsi calcaneũm meum obseruabunt. † sicũt 7 8
sustinuerunt animã meam. † Pro nihilo saluos facies illos? 9
a ¶ Alias deducs. b Ego autem.
¶ Aug. Quia, vt viuam, tu fecisti, tibi vitam annuntio, non mihi, vt alii hoc sequantur. e ¶ Vt non ingratus.
e f in ira populos † confringẽs. Deũs † vitam meam annũn- 10 11 12
a ¶ Aug. Et tu. Exaudisti me deprecantem, sicut promiseras te exauditurum sientem, inueni te misericordem promittendo, veracem in reddendo.
g tiaui tibi: † põsuisti lachrymas meas in conspectu tuo, 13 14
† moleste tulerunt, (vel impugnauerunt, † Congregãtur, absconduntse (latent) † cum expectãt (vel, quomodo apprehendant.) † migrationes (fugas) meas numerasti tu: pone. † posui

a *In quacunque die, &c.* Cas. siue in pueritia, siue in media ætate, siue in fine vitæ. Mira clementia, quæ quodlibet tempus conuersionis nostræ expectat, & quandocunque rogatur, indulget.

b *Deus meus es tu.* Avgvsti. Etsi omnium; meus propriè, qui mihi subuenis, quem colo & amo. Alij alieni sunt.

c *In Deo laudabo verbum.* Avgvst. Verbum, id est, doctrinam, & sermonem, quicquid loquar, laudabo in domino, id est, ei attribuam: & si quid vrget speraui, & ideo non timebo.

Avgvst. Hieron. Vel, in Deo patre verbum, id est filium, quia quicquid de patre, & filio dicitur secundum subsstantiam & de spiritusancto. Hoc de potentia verbi dicitur, qua est æternum & cõsubstantiale patri: & postea de humanitate subdit.

d *In domino*, id est, in Christo, qui verbum caro factum est.

e *Laudabo sermonem, &c.* id est, prædicationes, quibus regulam viuendi, & salutem mundo dedit. Hæc duo prædicat iste, potentiam verbi, & humanitatem Christi.

In Deo laudabo. Vel ita, vt trinitas naturæ personaliter per tria verba, quæ ponit. *In Deo* patre *laudabo verbum*, id est, filium: *In domino*, id est, in spiritusancto *laudabo sermonem*, id est filium.

✠ Theo. Nõ loquar sine tua imploratione, nãsiue breue verbum proferã, siue longis sermonibus vtar, tuo nomine eos exornabo. Theodor.

Non timeb. quid fa. m. homo. ✠✠ Bed. Nam quid faciet mihi homo? Sæuiat quantum velit homo, auferat aurum, argentum, auferat omne terrenum, tamen nihil mihi faciet, quia vota mea mihi non auferet: hoc enim patrimonium in corde est inclusum, quod homo auferre non potest.

f *In me sunt.* Intus, quæ à nobis nũquam recedunt: *Vota laudationis* quæ in æternitate reddentur.

Cassio. *In me sunt.* Ecclesia iam de malis seculi libera in futura beatitudine, vel etiam hic, laudem Dei cantaturam se dicit.

g *Quoniam eripuisti.* Cassio. Vel de futuro potest accipi sic: Ideo laudabo in futuro, quia eripuisti, id est, eripies animã meã de morte æterna. Et oculos meos à lachrymis *& pedes meos à lapsu vt placeã corã Deo in lumine vi.* hoc in futuro, vbi nec peccando anima moritur: Nec oculi flẽt mala, nec pedes labũtur. Quod nõ est hic, vbi etiam perfectè Deo placet, vnde addit, *vt placeam*, &c.

a ¶ Quasi saluos facies & confringes. b ¶ Quia Abrahæ promisisti. In semine tuo benedi. omnes gentes. c ¶ Quando confringes. d ¶ Cas. A suo errore.

† sicũt & in promissione tua: Tũnc conuertentur inimici
a ¶ Aug. Ita vt sequantur qui præire volebant. b ¶ Etiam. c ¶ Cas. Non aliud quærens quam te. d ¶ Acsi audies me.
a mei retrorsum. In quacũnque die inuocãuero te, eccẽ †
a ¶ Aug. Ecce magnæ diuitiæ: quantumlibet enim auarus sis sufficit tibi Deus. ¶ ideo.
b c cognoui quoniã Deus meus es. † In Deo laudabo ver-
a ¶ Spiritusancto. b ¶ Filium. ¶ Idem quod supra verbum. c ¶ Cas. Quasi, mundana sperno, & ideo non timebo, quia nihil mihi nisi mundana eripit homo. Id est finis huius patris qui & primæ:
d e bum, in dõmino † laudabo sermonẽm, in Dẽo speraui, non
a ¶ Aug. Si quæ extra sunt eripit, non quæ intus. b ¶ Non extra quæro quid offeram de ara cordis: de macello vel cellario conscientiæ exit totum, quod in charitate accendendum est.
f timebo quid faciat mihi hõmo. † In mẽ sunt Deus vota
a ¶ Ideo laudabo.
g tua, quæ reddam † laudationes tibi. Quoniam † eripuisti
a ¶ Aug. per me eram mortuus, per te est vita, quam tibi enuntio.
animãm meam de morte, † & pedes meos de lapsu: vt pla-
a ¶ Aug. ¶ Non alienis, qui longe à sanctis, quia non habent lumen, vnde videant.
b ¶ Aug. In lumine est qui gratis Deum amat, quod nemo, nec etiam diabolus scit, nisi solus Deus.
ceãm coram Dẽo in lumine viuentium.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

† nonne in libro tuo sunt? (subscriptæ.)

† prædicabo.

† laudas eũ

† nonne.

† scini.

† In Deo laudabo verbum, in domino laudabo verbũ (vel, in Dei verbo glorior, in domini verbo glorior) † id est deuotio ad te est in me, tibi nempe gratias agere.

A B C D E F

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sicut & in promissione tua, *id est, sicut promisisti mihi me in periculis custodire.*

2 Tunc conuertentur inimici mei retrorsum. *id est, cum me exaudieris deprecantem, aduersarij mei fugient, quasi diceret, hoc semper attribuam virtuti tuæ, & non meæ. Litera Hebraica sic habet ab illo loco:* Deus vitam meam &c. motionem meam numerasti: pone lachrymam meam in vtre tuo. Nonne in numero tuo? tunc conuertentur inimici mei retrorsum. *& est sensus:* Motionem meam numerasti, *id est, loca ad quæ fugi, à facie Saulis:* Pone lachrymam meã in vtre tuo, *vt sit reposita coram te, quasi in vase misericordiæ tuæ ad exaudiendum.* Nonne in numero tuo, *supple erit? quasi diceret sic: quia tu pones eam in numero tuo cum alijs anxietatibus, quas sustinui* Tunc conuertentur inimici mei retrorsum. *Translatio vero Hieronymi sic habet:* Secretiora mea tu numerasti. *id est nullum meum secretum absconditum est tibi:* Repone lachrymam meam in vtre tuo, *& exponatur sicut prius,* sed non in narratione tua, *qua feres sententiam contra malos.* Tunc conuertentur inimici mei retrorsum, *exponatur sicut prius.* 3 In quacunque die inuocauero te *synceriter & deuote.* 4 Ecce cognoui quoniam Deus meus es, *exaudiendo me & saluando.*

5 In Deo laudabo verbum, *Hæc est tertia pars huius psal. in qua ponitur ipsius Dauid gratiarum actio, pro sua liberatione dicentis* In Deo laudabo verbum, *id est, tuum factum seu beneficium, gratias referendo.*

6 In domino laudabo &c. *repetitio est eiusdem ad maiorem affectus expressionem.*

7 In Deo speraui, *quod me protegat de futuro, sicut fecit de præterito.*

8 Non timebo quid &c. *timore deijciente me in desperationem, vel nimis perturbante rationem.*

9 In me sunt Deus vota tua, *Fecerat enim aliqua vota specialia ipsi Deo si liberaret eum ab illo periculo (licet non sint expressa in scriptura,) quæ desiderabat adimplere.*

10 Quæ reddam laudationes *id est, ad laudem nominis tui. Et subdit causam, dicens,*

11 Quoniam eripuisti animam meam de morte &c. *id est quia perfecisti illud, propter quod voui tibi: & ideo iustum est, vt reddam vota tibi.*

12 Vt placeam &c. *In Hebræo & in translatione Hiero. habetur:* Vt ambulem coram Deo, *procedendo de bono in melius.*

13 In lumine viuentium, *id est quandiu ero in vita præsenti, vel,* in lumine viuentium, *hoc est in lumine gratiæ, qua viuitur in Deo. Moraliter potest exponi psal. iste de quocunque fideli, qui positus in mortis periculo, orat Deum deuote pro sua liberatione: & à Deo exauditus agit gratias Deo tanquam gratus.*

MORALITER.

† 1 *Et in promissione tua.* quæ habetur Ezech. xvij. g. *Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat.*

2 *Tunc conuertentur inimici mei retrorsum*, scilicet dæmones & homines mali, qui confunduntur quando preces bonorum exaudiuntur.

3 *In quacunque die inuocauero te*, pie, & perseuerãter, & pro me,

4 *Ecce cognoui quoniam Deus &c.* per effectum exauditionis. Istis enim tribus concurrentibus oratio semper exauditur.

5 *In Deo.* Hæc est tertia pars, in qua ponitur exauditi gratiarum actio actio, cum dicitur, *In Deo laudabo verbum*, gratias agendo sibi de beneficio mihi collato:

6 *In domino laudabo sermonem &c.* repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem deuotionis expressionem.

8 *Non timebo* timore deijciente à virtute.

9 *In me sunt Deus vota tua.* id est, super me, quia sum obligatus ad ipsa reddenda.

11 *Quoniam eripuisti animam meam &c.* propter quod iustum est, vt reddam tibi promissa.

12 *Vt placeam coram Deo in lumine viuen. &c.* scilicet vita gratiæ.

ADDITIO.

In psal. lv. Miserere mei Deus. *vbi dicitur in po.* Pro nihilo &c. *In Hebraica veritate vbi dicitur,* Pro nihilo, *ponitur* אוֶן auen, *dictio aquiuoca, quæ significat quandoque nihilum, quandoque vanitatem, quandoque vero iniquitatem. Consequenter vbi translatio nostra habet,* Saluos facies illos, *In Hebræo habetur,* Saluabis ab illis. *vnde hæc verba secundum literam Hebraicam proprie exponuntur sic:* Pro iniquitate, *scilicet aduersariorum, de qua immediate ante dixerat,* Saluabis ab illis, *id est, saluabis me ab illis. & sic exponitur iste versus à quibusdam Hebræorum expositoribus, secundum quam expositionem non oportet vt teneatur interrogatiue, sed plane.*

† MORA-

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem.* Avgvst. Psal. de resurrectione & passione breuiter: Hoc agit Psal. *ne* tu Pilate, vel tu quicunque, *corrumpas Dauid* &c. negando regem, quia tectus carne fugit à cognitione Iudæorum.

† vide ps. 4. † quidam Dauidis verba fuisse volunt, quibus repressit suos ne Saulem occiderēt. Alii volunt carminis cuiusdam fuisse initium, ad cuius numerum fuerit hic psalmus compositus cū duobus sequētibus, † prętereūt cōfractiones, cōtritiones, vel fraudes. † retribuit mihi, vel, perfecit me.

Avgvst. Nullus titulus inscriptꝰ est Dauid, quem vellet Saul corrumpere: sed Christo, qui de Dauid natus est, quem populus Iudæorum corrumpere voluit: sed quia per spiritum sanctum scriptum erat, *ne corrumpas*, ait Pilatus, *Quod scripsi, scripsi.* Cuius *spelunca* caro vel sepulchrum accipitur, vbi latuit Christus incognitus Iudæis.

✻ Basil. & Theodor. *In finem* inscriptio, quia psalmus est de gentium vocatione, *& ne disperdas* siue *ne corrumpas* virtutem obliuiscendi iniurias. volebat enim Saulem occidere, sed cum posset, resistebat proposito, quia erat Christus domini.

a ¶ Vel corrumpas. b ¶ Christum. inscriptio affirmabat. c ¶ Negando Christum esse regem, quod tituli ¶ Mutata secundum voluntatem Iudæorum.

a † In finem, † ne dispȇrdas, Dȃuid † in titŭli inscriptione,
a ¶ quia fugit. b ¶ Id est Iudæorum cognitione. c ¶ Id est, cum in carne, vel sepulchro tectus nesciretur.
cùm fugȇret à fȃcie Saul in spȇluncam.

PSAL. LVI.

a ¶ Aug. Hic Christus patri dicit ex nostro, docens orare, qũi cum patre miseretur nostri. b ¶ Cas. Repetitio periculum ostendit magnum. c ¶ Cas. causa quare debeat obtinere.

b MIserȇre mei Deus, mIserere mei: quȏ-
c niam in te confidit anima mea. Et in
a ¶ Munimine paternæ pietatis. b ¶ Hoc & in membris iugiter facit.
vmbrȃ alarum tuarum sperabȏ, do-
a ¶ Quod in fine penitus complebitur in membris. Vsque in finem namque seculi, neque iniquitas deerit premens, neque iustitia patiens. b ¶ Sperabo, non otiosus, imo.
¶ Aug. Si impios quæsiuit, clamantes non audiet?
nec † tranſeat iniquitas. Clamabȏ ad Deum altissimum,
a ¶ Aug. Expertus sum per hoc, quia & ante benefecit mihi, quod etiã clamanté audiet. b ¶ Ita bene fecit quod.
Deum qui † bene fecit mihi. Misit dȇ cœlo & † libe-
a ¶ Suscitauit. b ¶ Dispersos vbique. c ¶ Aug. Qui mortuo insultauerunt.
rȃuit † me, dedit in opprobrium conculcantes me.

Psalmvs LVI.

MIserere mei. Cas. Propheta in persona domini, quia in eo dominus, quasi inter mala, exclamat, & prædicit liberationem.

Cassio. Christus secundum quod homo orat, de passione ita humilis eius resurrectionem adorari, quem putabant se extinxisse.

Misit de cœlo. Hiero. Diapsalmus. Iam declarat quid misit, & de quibus eripuit: & loquitur in persona membrorum.

c *Liber.* Hier. Quia iã *misit verbũ* certũ est, quasi iam sit qui *liberauit*, i. liberabit: & *dedit*, i. dabit *in opprobrium conculcantes me.*

✻ Basil. Historia docet, quomodo Dauid Saul prestitũ beneficiũ manifestarit: & opprobrioꝰ est si seruatorẽ suũ aliqs psequatur.

Basil.

Misit

NICOLAVS DE LIRA.

PSAL. LVI.

MIserere mei Deus &c. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriam ne disperdas Dauid michtam, quando fugit à facie Saul in speluncam. *Ad cuius intellectum sciendum: quod Dauid legitur bis fugisse in speluncam à facie Saul. Primo in speluncam Odollam, vbi venerũt ad eum illi, qui erant de cognatione sua, & alij qui erant in angustia constituti, & factus est eorum princeps. ij. Reg. xxij. a. & de ista non loquitur hic, quia de ista fuga intitulatus est alius psal. scilicet cxlj. secundum quod dicit Hiero. in prologo super psal. Secundo quando Saul persequebatur Dauid super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus sunt pernię vt habetur. j. Reg. xxiiij. a. & tunc Saul intrauit eandem speluncam ad purgandum ventrem, Dauid autem & viri eius fugientes Saul prius intrauerant eandem speluncam latitantes in eius interiori parte: & tunc viri Dauid voluerunt Saulem occidere, sed Dauid hoc impediuit, & silenter oram chlamydis Saul abscidi: & cum exisset Saul de spelunca post eum abijt clamans, & ostendit ei pannum præscissum in argumentum, quod potuerat eum occidisse si voluisset, quod recognoscens Saul gratias egit ipsi Dauid, & recedens cum exercitu suo à persecutione Dauid, tunc ad tempus cessauit: Et de fuga Dauid ad hanc spelũcam loquitur titulus huius psal. & sic patet vltima pars huius tituli. Ad intellectum vero primæ partis patet ex dictis, quod Dauid erat in periculo mortis quando fugit, ad speluncam illam: propter quod in titulo huius psal. loquens de Deo dixit,* Ne disperdas, *id est, ne disperdi permittas,* Dauid michtam, *id est, ipsius Dauid canticũ decens vel suaue, vt dicit Rab. Sa. quasi diceret Dauid, Si permitteres me perire, non possem amplius cantica dulcia ad laudem tuam facere, & dicere. Quod autem præponitur,* Ad victoriam, *significat conatum lentarum in cantu huius psal. vt frequenter dictum est. Secundum alios* michtam *signat humilem & simplicem vt dictum est psal. precedenti humilis, vt vnus de fidelibus clamare putetur.*

✻ Basil. Geminat dictionem misericordiæ prius magnitudinem exprimens, in specula circumfusus ab hostibus. *Vmbra alarum* est diuina protectio, & illud *donec transeat iniquitas*, dilucidius Aquila, *Donec transeant insidiæ.* Symmachus, *Donec transeat violentus.* lxx. Insidiatores à re quam moliebantur *iniquitatem* appellauerunt. Basil, † vide ps. 15

c *Et in vmbra.* Cas. Vox corporis adiungitur capiti: Et loquēs in persona membrorum & sua, quomodo possit liberari dicet, *misit verbum.*

✻ Theod. *Clamorẽ.* Amoris promptitudinem intelligit. Theodor.

d *Misit verbũ de cœlo.* Avg. Hier. De occulta essentia sua, de secreta cognitione angelorum; Vel *misit* auxilium, & per hoc liberauit, exaltando; *dedit in opprobrium* discersos vbique, & maximè dum viderẽt eius resurrectionem adorari, quem putabant se extinxisse. † saluum fecit. † me ab opprobrio deglutire volentis me.

Misit de cœlo. Hiero. Diapsalmus. Iam declarat quid misit, & de quibus eripuit: & loquitur in persona membrorum.

e *Liber.* Hier. Quia iã *misit verbũ* certũ est, quasi iam sit qui *liberauit.* i. liberabit: & *dedit.* i. dabit *in opprobrium conculcantes me.*

✻ Basil. Historia docet, quomodo Dauid Saul prestitũ beneficiũ manifestarit: & opprobrioꝰ est si seruatorẽ suũ aliqs psequatur. Basil.

Misit

denti: & sic posuit Hieron. titulum huius psal. dicens: Pro victoria vt non disperdas Dauid humilem & simplicem, quando fugit à facie Saulis in speluncam: *& patet sententia ex dictis. Igitur psal. iste in tres partes diuiditur: quia primo ponitur ipsius Dauid anxia deprecatio, Secundo diuina exauditio, ibi,* Misit de cœlo, *Tertio gratiarum actio, ibi:* Exultate. *Circa primum dicit:*

1 Miserere mei Deus, miserere mei &c. *& secundum quod dicit Ra. Sa. semel dicit,* Miserere mei Deus, *petens ne occideretur à Saule, Secundo petens ne Saul occideretur ab ipso, vnde & tunc dixit Dauid* Propitius sit mihi dominus vt non mittam manum meam in Christum domini. j. *Reg. xxiiij. Potest etiam dici, quod replicat* miserere mei, *ad maiorem affectus sui expressionem, sicut frequenter fit in orationibus deuotis,*

2 Quoniam in te confidit anima mea. *hoc dicit allegando, quod Deus debeat sui misereri: quia proprium est ipsius præstare misericordiam illis, qui habent in ipso fiduciam.*

3 Et in vmbra alarum tuarum &c. *sicut pullus sub alis matris suæ, ne rapiatur à miluo.*

4 Donec trans. ini. *scilicet Saulis me persequentis.*

5 Clamabo, *corde & ore,*
Ad Deum altis. *& per consequens potentissimum ad me saluandum.*

6 Deum qui bene fecit mihi, *de præterito: & sic spero, quod faciet de futuro. In translatione Hiero. habetur,* Deum vltorem meum, *quia nolebat accipere vltionẽ de Saul manu propria, sed expectabat eam manu diuina, vnde dicebat,* Vlciscatur me Deus de te: manus autem mea non sit in te, j. *Regum xxiiij.*

7 Misit de cœlo, & liberauit me. *Hic consequenter describitur diuina exauditio, cum dicitur,* Misit de cœlo & liberauit me. *Omne enim beneficium à Deo præstitum conuenienter dicitur celitus datum.*

8 Dedit in opprobrium conculcantes me. *scilicet Saul & vxoris*

eius

MORALITER.

1 *Miserere mei Deus.* Secundum sensum literalem iste psal. est oratio Dauid, quando speluncam intrauit j. Reg. xxiiij. a. & quoniam Dauid fuit figura Christi, potest allegorice de Christo exponi, qui pro salute sui mystici corporis descendit in speluncam huius Mundi. Et primo ponitur hominis Christi deprecatio, cum dicitur, *Miserere mei Deus.* Orauit enim Christus pro sui corporis mystici salute, & pro sui corporis veri glorificatione. ideo bis dicitur hic: *miserere mei Deus.*

3 *Et in vmbra &c.* nam anima Christi confidebat de Deitate. cui coniuncta erat in vnitate personæ.

4 *Donec pertrans.* scilicet Iudæorum me & mẽbra mea persequentium.

5 *Clamabo ad Deum.* pro me & membris meis. Heb. v. Cum clamore valido & lachrymis offerẽs exauditus est pro sua reuerẽtia.

6 *Deum qui benefecit mihi.* nam gloriam animæ Christi dedit in sua conceptione, & gloriam corporis in sua resurrectione.

7 *Misit de cælo.* Hæc est secũda pars, in qua ponitur diuina exauditio, cum dicitur, *Misit de cœlo,* scilicet angelos obsequẽtes Christo in deserto in passione & ascensione, vt habetur ex euangelio.

† & huius

a ¶ Quid autem misit? b ¶ Christum, qui pro nobis compatitur. c ¶ Hiero. qui retribuit secundum merita,

a Misit † Deus † misericordiam suam & veritatem suam, † 1
b a ¶ Ad hoc misit. b ¶ Ecce ipse se resuscitauit. c ¶ Aug. Populi à principibus seducti.
et eripuit animam meam de medio catulorum leonum: 2
c ¶ quid enim passus? ¶ Ecce. b ¶ Aug. Non me turbato in ratione, sed illis turbantibus sua opinione.
c ¶ qui turbauerunt. ¶ Non se excusent Iudæi, quod non occiderint, si manus inermes, os armatum habent. d ¶ Quod esse deberent. e ¶ Irrisiones.
e dormiui conturbatus. † Filij hominum dentes eorum ar- 3 4
d a ¶ Ad consilia. b ¶ Ad verba. c ¶ Dum clamant Crucifige.
e ma & sagittæ: & linguæ eorum gladius acutus. Exaltare su- 5 6
f a ¶ Aug. Vt sic gloria tua vbique extendatur, quod modo completum est.
per cœlos Deus, & † super omnem terram gloria tua. † La- 7 8
g a ¶ quasi latentem. b ¶ Aug. Voluerunt quasi de cœlo ad inferiora deprimere.
queum parauerunt pedibus meis, & incurauerunt ani- 9 10
h a ¶ Laqueum parauerunt, sed non me nesciente. b ¶ quia sciebat totum quod moliebantur.
c ¶ Cas. Sententiam mortis inclamantes. d ¶ Aug. hoc agendo.
i mam meam. Foderunt ante faciem meam foueam, et 11 12
a ¶ Non mihi, sed sibi nocuerunt. b ¶ In confossa, id est cauteriata & obscura conscientia cæcati.
c ¶ Sed. ¶ Aug. Ille parat foueam, ego cor ad tolerandum: ille in eam incidit, ego cantabo.
k inciderunt in eam. † Parátum cor meum Deus, pa- 13
a ¶ Repetit ad confirmationem. ¶ quasi multum. ¶ Ad agendas gratias. ¶ Et quomodo subdit.
b ¶ Cas. Verbis gratias agam, & operibus. Quæ duo prædictæ geminationi reddidit quia ad vtrumque paratus.
ratum cor meum: cantabo & psalmum dicam domino. 14

---

a *Misit Deus.* Avgvst. Verbum, in quo misericorditer egit, in quo & promissiones impleuit.
Misericordiam, quia ex misericordia pro nobis mortuus est.
Veritatem, quia vt prædixit, surrexit ad iustificandos nos.

b *Misericordiam suam &c.* Hieron. Avg. Vtraque enim in eo continetur. Si enim sola fuisset misericordia, licetia esset nobis peccandi: Si sola veritas, non potuisset homo sustinere.

c *Dormiui.* Avg. Alta quiete facilè excitados: *Conturbatus* passione.

Dormini. Dauid non dormiuit in spelunca, sed Christus in morte.

Cassio. Conturbatus, secundum carnem passionis memoria & angustia: vnde, *Tristis est anima mea*, &c. *Et cœpit Iesus tædere & pa.*

✻ Theod. Theodotion sic, *Dormiui cum consumentibus*: Aquila, *cum incontinentibus*: Symmachus *cum accendentibus*, id est, Saule & illis qui cum eo erant.

d *Filij hominum.* Rectus or. est: Filij hominum, laqueos parauerunt. Sed interserit qualiter turbauerint.

e *Lingua* Cas. Voces illæ crucifige, crucifige, & huiusmodi, etiam fecerunt mortem, vt gladius acutus.

f *Exaltare.* Cassio. Ex persona prophetæ visis iniurijs, visoque quod in resurrectione inanes facti sunt Iudæi, gaudens exclamat homo in cruce, *Exaltare De⁹ super cœlos*, vt iudicet interra Iudeos.

Exaltare. Superiora dominus propheta quidem, sed in persona domini, quia dominus in propheta, loquitur. Quando etiam ex sua persona loquitur propheta, dominus per eum loquitur, qui ei dictat.

Avgvstinvs. *Exaltare.* Verba Christi. Sed ô pater, fac in me, quod altus videaris super angelos, id est, fac me resurgere & ascendere: vnde etiam omnes habitatores te glorificabunt. Vel, verba propheræ: *Exalta*, vt qui pendes in cruce, in maiestate regnare cognoscaris: non enim quãtum ad se, sed quãtum ad homines exaltatur. *Super cœlos* quoniam sedet ad dexteram patris, & angelos habet subtus, & omnem terram: quia totus mundus ei subiectus est.

✻ Basil. *Exaltare* id est ostende gloriam tuam mortalibus omnibus.

g *Laqueum parauerunt.* Interposita exaltatione, cœptam narrationem exequitur.

h *Pedibus.* Cas. Domini, sunt increpationes malorum, & promissiones fidelium, quibus *dolos parauerunt*, vt de adultera, *Incuruauerunt*, dum eis compatiens sterilis reddebatur ab eis.

i *Ante faciem meam voueam &c.* Cas. Dum in os eius dixerunt: Reus est mortis.

k *Paratum.* Cas. Diapsalmus. Post resurrectionem laudes promittit. Vel, paratũ ad agendas gratias (quod ibi ostendit) *cantabo*

☞ *Exurge*

NICOLAVS DE LIRA.

eius quærentes me occidere: & sic me dare in conculcationem hominum & bestiarum. Quod autem Dauid tunc exprobrauerit Sauli, & viris eius, habetur, primi Regum vicesimoquarto b. vbi dicitur Dixitque ad Saul. Quare audis verba hominum loquentium? Dauid quærit malum aduersum te, &c. *& posica*: Quem persequeris rex Israel, quem persequeris? canem mortuum persequeris, & pulicem viuum. q. *hoc vertitur in opprobrium tuum.*

1 Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam. *Id est iustitiam suam, quia semper concomitantur se in operibus diuinis.*

2 Et eripuit animam meam &c. *Id est, hominum ferocium, cuiusmodi erant Saul & satellites eius.*

3 Dormiui conturbatus. *quando fui in persecutione eorum positus, homo enim positus in tali persecutione non potest dormire quiete. In translatione Hiero. habetur*, Anima mea dormiuit in medio leonum ferocium, *& potest reduci ad eandem sententiam, vt patet.*

4 Filij hominum, *cum Saule existentium*,

5 Dentes eorum arma & sagittæ: *quia parati sunt mala dicere de prope per obiurgationem, & de lõge per detractionem, sicut sagitta à longe percutiunt.*

6 Et lingua eorum gladius acutus &c. *quia sicut gladius acutus separat coniuncta naturaliter: sic Doeg & alij consimiles. per suas detractiones & oblocutiones diuidebant amicitiam inter Dauid & Saulem, cum tamen Saul deberet eum naturaliter diligere, sicut generum suum.*

7 Exaltare. *Hic consequenter ponitur gratiarum actio, cum dicitur*: Exaltare super cœlos Deus, *id est laus tua magnificetur ab angelis sanctis.*

8 Et super omnem terram gloria tua. *supple magnificetur à cunctis hominibus deuotis: & subdit causam ex parte sui dicens,*

9 Laqueum parauerunt pedibus meis. *id est, posuerunt insidias ad me capiendum.*

10 Incuruauerunt animam meam. *id est, incuruare voluerunt vitam meam, deijciendo me in mortem.*

11 Foderunt ante faciem meã foueam, *quærentes me ad mortem.*

12 Et inciderunt in eam, *quia Saul in quo, tanquam in principe, erat totus exercitus in virtute, intrauit speluncam, in qua Dauid potuisset eum, si voluisset, occidere vt prædictum est. Et quia ex hoc habebat materiam laudandi Deum, subditur,*

13 Paratum cor meum Deus *ad te laudandum, & tibi seruiendum Et replicat idem dicens*, Paratum cor meum, *ad ostendendum magnum affectum. Et eodem modo dicitur,*

14 Cantabo & psalmum dicam. *quia est replicatio eiusdem per alia verba.*

Exurge

MORALITER.

† & huius missionis ratio tangitur cum dicitur:

1 *Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam*, id est filium suum qui dicitur *misericordia* psalm. lxxxiiij. *Ostende nobis domine misericordiam tuam &c. Et veritas*, Iohannis. xiiij. a. *Ego sum via veritas & vita.*

2 *Eripuit animam meam de medio catulorum leonum.* id est, Iudeorum, & militum crucifigentium: animam enim occidere non potuerunt:

3 *Dormiui conturbatus.* nam per passiones turbationum transijt ad quietem.

4 *Filij hominum*, id est, Iudæi,

5 *Dentes eorum arma & sagitta*, quia sicut canes rabidi quærebant eum lacerare.

6 *Lingua eorum gladius acutus*, quo pungebant eum in cruce, dicentes: *Vah, qui destruis templum*, & consimilia vituperia.

7 *Exaltare.* Hæc est tertia pars, in qua ponitur gratiarum actio Deo patri, cũ dicitur, *Exaltare super cœlos Deus &c.* id est, nomen tuum magnifice laudetur in cœlo & in terra, & subditur ratio

9 *Laqueum parauerunt pedibus meis*, scilicet Iudæi volentes impedire discursum Christi & apostolorum pro publicatione euangelii.

10 *Et incuruauerunt animam meã*, id est, incuruare conati sunt à rectitudine veritatis.

11 *Foderunt ante faciem meam foueam*, volentes extinguere Christi nomen.

12 *Et inciderunt in eam* nam in vindictam huius sceleris Romani destruxerunt Iudæam.

13 *Paratum cor meum Deus &c.* scilicet ad te laudandum omnibus modis, quod significatur per hoc quod subditur,

☞ A a *Exurge gloria mea.* CAS. Et ideo ô caro, quæ es causa gloriæ meæ, *Exurge*, potenter, quasi ad miraculum faciendum congratulatio, qui certus, vnde idem affirmando repetit, *Exurge* dico, quia certus sum & de hora, quia *exurgam diluculo.*

b *Exurge psalterium & cithara.* AVG. Vna caro Christi surrexit, & cum ea duo organa surrexerunt: *In psalterio* de superiori chordæ sonum acceperunt, in *cithara* de inferiori. In carne Christi, duo genera sunt factorũ, miracula & passiones: & hæc surrexerunt, quia vtraque prædicantur in gentibus.

B †significat canticũ vel psalmum quo Deum laudat: quidam, animã intelligi volunt.

Surrexit ergo

C *psalterium & cithara*, & confitetur domino.

✻ BASIL. χορο-διδάσκαλος suis Magister Chori ero, linguisque gentium quasi chordis vsus, gratiarum actionis Hymnodiam cantabo.

✻ THEOD. Seipsũ psalteriũ, vt spiritussancti instrumentũ appellat.

c *Ad cœlos.* AVGVST. Qui supra nubes, vbi sedes angelorum: *Nubes*, inferius, id est, homines prædicatores, qui adhuc in caligi- D
nosa carne, qui habent lumen in se, sed occultum, vnde coruscãt, de quibus dominus tonat, & pluit. Magis ergo pertinet veritas ad *cœlos*: quia angeli sine caligine vident speciem veritatis, nec ibi opus est misericordia, vbi non est miseria. Et *ad nubes misericordia*, sed & *veritas*, quæ præpollet in angelis,

a ¶ Adgratulando carnem alloquitur, dicens.

b ¶ Aug. Caro diuina operans. c ¶ Aug. Caro humana patiens.

a Exũrge † gloria mea, exurge psalterium & cithara, † exur- 1
a ¶ Hora resurrectionis Christi hæc est. b ¶ Et sic. ¶ Aug. In membris. c ¶ Cœlestem actum persoluam tibi.

b gam diluculo. Cõfitebor tibi in populis domine, & † psal- 2 † exurge E
a ¶ Inter gentes. b ¶ Cassio. Causa confessionis & psalmi, quia humanitas filij ad cœlos perducta est, nubes, prophetæ, qui impleti imbre spiritus, aliis compluunt doctrinis.

mum dicam tibi in gẽtibus. Quõniam magnificata est vs- 3 4 † psallam
a ¶ Angelos. b ¶ Homines prædicatores.

c que ad cœlos misericordia tua, & vsque ad nũbes veritas 6
a ¶ Ideo. ¶ Cas. Iterat, fidem nostram confirmans.

tua. Exaltare super cœlos Deus, & super omnem terram 7
gloria tua.

nec ea fraudauit nos, ad ipsa veritas carne operta venit: Et si angeli nõ egent misericordia, dum tamen miseri per misericordiam in resurrectione angelis similes fient, vsque ad cœlos misericordia ascendit.

✻ BASIL. *Nubes* appellat Apostolos, vt enim nubes aliũde materiam accipiũt: sic Apostoli diuina gratia irrigati humectationem spiritualem mortalium animabus intulerunt. F

✻ THEO. Hinc per Isaiã dicitur. *mãdabo nubibus, ne pluãt imbrem.* Agentes ergo gratias, dicamus cum eo qui supra dixit, *Exaltare.* Isaie 5.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Exurge gloria mea *Gloria est, clara notitia cum laude, & sic Dauid seipsum excitat ad recognoscendum diuina beneficia in laudibus diuinis.*

2 Exurge psalteriũ & cithara. *Hoc dicit, quia aliqua laudes diuinæ conuenientius cantabantur in psalterio, & aliqua magis in cithara.*

3 Exurgam diluculo, *id est prompte & expedite, animo volenti.*

4 Confitebor tibi in populis domine. *Prænidit enim Dauid in spiritu, quod laudes diuinæ ab ea compositæ cantandæ erant in futuro in diuersis populis & gentibus, sicut adimpletum videmus.*

5 Quoniam magnificata est vsque ad cœlos &c. *Hoc fuit adimpletum tempore Iosue, quando sol stetit spatio vnius diei, vt Israel haberet plenam victoriam, vt habetur Iosue. x.*

6 Et vsque ad nubes veritas tua, *quod fuit etiam tunc adimpletum, quando dominus misit lapides magnos de nubibus super aduersarios Israel, vt ibidem habetur.*

7 Exaltare super &c. *exponatur sicut supra. Moraliter potest exponi psal. iste sicut precedens, quia est similis materia in vtroque, & eadem diuisio, vt patet per prædicta.*

MORALITER.

† 1 *Exurge gloria mea &c.* Sequitur,

3 *Exurgam diluculo*, scilicet à mortuis.

4 *Confitebor tibi in populis domine*, scilicet per discipulos meos discurrentes per orbem ad prædicandum euangelicam veritatem.

5 *Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua.* Id est, Christus ad dexteram patris assumptus in humana natura.

6 *Et vsque ad nubes veri.* Id est, Christus, qui est veritas, quem assumpsit nubes ab oculis apostolorum vt dicitur Act. j.

7 *Exaltare super &c.* exponatur vt supra.

ADDITIO I.

In psal. lvj. Miserere mei. *vbi dicitur in postilla*, magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua.

Nulla ratio videtur, quare statio solis miraculosa tempore Iosue attribuatur misericordiæ diuinæ, & missio lapidum de nubibus attribuatur diuinæ veritati, cum vtrumque pertineat ad misericordiam vel iustitiam, seu potentiam & huiusmodi. Sed sensus proprius huius versus scilicet, Magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua, *habetur in additione super psal. xxv. vbi similia verba ponuntur, scilicet:* Domine in cœlo misericordia tua & veritas tua vsque ad nubes, *vide ibi.*

GLOS ORDIN.

† Vide psal. 4. † vide psal. præcedẽtẽ. † Num verè, ô cõgregatio, iustitiam loquimini, æquitates iudicabitis filii hominum? Titulus ps.

a *In finem ne disperdas Dauid in tituli &c.* CASSIO. Monet ne quis Christi regno contradicat.

Prima, est exprobratio Iudæorum, ne similia faciamus.

✻ BASIL. *Ne corrumpas.* THEOD. *Ne perdas.* quoniam cum bis

a ¶ Psalmus dirigens. b ¶ Hoc agit. c ¶ Tu Pilate vel Iudæe. d ¶ id est, ne neges Christum regem quem titulus dicit.

a † In finẽm † nẽ disperdãs Dauid † in tituli inscri-
a ¶ Non falsè, vt aliud sit in corde, aliud in ore.

ptione. PSAL. LVII.

b † I vere vtique iustitiam loquimini, 1

bis Saulẽ in manibus habuisset, occidere noluit: eiusdem sententiæ psalmus cum superiore. Alloquitur autẽ Saulẽ. † vide psal. 15.

PSAL. LVII.

SI vere vtique iustitiam loqui. AVGVST. Omnibus facile est loqui iustitiam, quibus veritas scripsit in corde.

☞ Quod

NICOLAVS DE LIRA. PSAL. LVII.

SI vere vtique. *Huic psalm. præmittitur talis titulus in Hebræo secundum Ra. Sa.* Ad victoriam ne disperdas Dauid suauem canticum siue decens. *secundum vero Hiero. titulus talis est:* Victori vt non disperdas Dauid humilem & simplicem: *& patet expositio vtriusque per prædicta in titulo psal. precedentis. De materia vero huius psal. dicit Ra. Sa. quod Dauid fecit hunc psal. quando Saul ad denuntiationem Ziphæorum eximit cum tribus milibus virorum electorum ad quærendum Dauid, vt habetur. j. Reg. xxvj. quod cum cognouisset Dauid per exploratores suos, accepto secum Abisai clam venit ad castra Saul de nocte, & inuenit omnes dormientes: & cum Abisai vellet Saulem occidere, Dauid hoc prohibuit, & assumpta hasta, qua erat ad caput eius, & scypho aqua, recesserunt inde. Cumque sic essent elongati, quod erant in loco tuto, Dauid clamauit fortiter, enigilans Abner & populum, inculpans eos de hoc, quod male custodierant dominum suum: ostendens per hastam & scyphum aqua quod potuerat Saulem occidisse, si voluisset: & per hoc declarauit malitiam Saulis, & aliorum ipsum innocentem persequentium. Igitur secundum hoc psal. iste diuiditur in duas partes. In prima Dauid ostendit Saulis & satellitum suorum malitiam: & in secunda prædicit pœnam debitam, ibi.* Deus conteret. *Circa primum dicit,*

1 Si vere vtique &c. *id est, si iustitiam vultis loqui.*

☞ Recte

MORALITER.

1 *Si vere vtique iustitiam loquimini.* Psalmum istum fecit, Dauid, quando dormiente Saul cum suo exercitu tulit hastam, quę ad caput eius erat, & per hoc ostendit quod potuerat eum iugulasse si voluisset. Et per hoc arguit falsitatem illorum qui dicebant ipsũ quærere Saulis mortem Allegorice vero potest exponi de Christo, qui solo verbo quærentes eum ad terram prostrauit: & sic suam potentiam, & eorum impotentiam declarãuit, dicẽs, *Si verè vtique &c.* vos Iudæi, dicentes me esse falsum propheram, per opera diuina, quæ facio in conspectu vestro, & non possunt esse testimonia falsitatis.

✝ Etenim

☞ Quod tibi non vis, alij non facias. Et iterauit in tabulis, quia nō legebant in corde: Sed *Si verè loquimini iustitiam*, vt sit iustitia, non labiorum, sed & factorum. i. si idem in corde quod in ore, *recte indicate*, auro fidem præponite, & alia huiusmodi. Aliter enim estis hypocritæ, si dicitis, *Magister verax es*, ne iudicetis mortem meam, quia rex vester sum vt titulus ait,

Mar. 11.

a *Rectè.* Avg. Iudæi sic de Christo iudicauerunt, vt fictè de eo locuti probentur.

† Iusta.

b *Manus vestra.* Avg. Cor sequitur manus: quicquid vis, & non potes, Deus factum putat.

† prauitates

c *Concinuant.* Avg. Vel connectunt, scilicet, aliud alij adiungentes. Esaias: *Va illis, qui trahunt peccatum, sicut restem longam*; peccatis quisque constringitur, vnde in fine

Esa. 5. c

Matt 22. b. ibidem 21.

Ligate illi pedes & manus: Sed & interim eis cæditur, vnde flagello de resticulis cæcidit dominus ementes & vendentes in templo.

† Venenum † illorū est similis furori.

d *Alienati sunt peccatores à vulua.* Vel alienati sunt à vulua ecclesiæ, quæ conuersos concipit, & natos iam, in se, &, si nondum natos ex se nutrit, donec formetur in eis veritas, & tunc perfectos pariat, Hi autem, vel nolunt concipi. vel cōcepti (quia per impatientiā antequā formentur quatiunt viscera) abortiui excutiūtur.

† contriuit

† confregit

† defluent ipsi cū in tēderint sagittas suas etūt acsi essent cōpactæ.

✻ *Ab vtero, &c.* Bas. Theod. *Ab vtero* dixit, quia quæ facturi erant, Deus, antequam fingerentur, cognouit, eodem modo & Pharaoni & Hieremiæ dixit. Verum nec Pharaonem malum, nec Ieremiam iustum Dei præscientia fecit, sed quod futurum erat, tanquam Deus, præsciuit.

e *Furor illis.* Avg. Non laudatur ipsa res à scriptura, vndecūque datur similitudo, vt de iniquo iudice, qui rogātē viduā vix audiuit

f *Surdæ & obturan.* Cas. non solum non faciunt, sed nec audire volunt.

Avg. *Terra*, præsentia, quibus delectatur homo, *cauda*, præterita.

g *Venefici incantan*, Avgv. Vel secundum aliam literam, *medicamenti medicati à sapiente:* Medicamentum medicatum, medicamentum confectum est. Et illud est, omnia præcepta legis & prophetarum. Omnia quidem medicamentum erant ante aduētum Christi, sed non medicatum, quia nemo eo curabatur, sed aduentu Christi medicatum est qui impleuit legem & prophetas. Ligno enim posito in *Marah* dulcorata est aqua, vt possent bibere filij Israel, ante nō valentes gustare, præ nimia amaritudine. Hæc est legis amaritudo, quæ gratia euangelij dulcorata est; & quod in sacramentis legalibus latebat, in luce positum est: & demōstrata est nobis ciuitas cōstituta super montem, quæ abscondi non potest; & lucerna posita super candelabrum. i. veritatis doctrina in manifesto. Vbi enim latet ecclesia Christi, & veritas? Nónne ipse mons, qui creuit ex minimo lapide, & impleuit faciem terræ? Nonne ipse serpens in ligno suspensus, quem intuēdo percussi à serpentibus sanantur? Hic est ergo sapiens à quo medicatur medicamentum.

Exod. 15.

† appēdēt æquilibrabunt, id est agunt

† à ventre Matth 5. b.

† incantantis, qui scire nouit incantare. Dan. 2. g. Num. 22. b

† Spernet. tur.

h *Deus conteret.* Cass. Quæ eis retributio. Avg. Aspides, Iudæi dum insidiosa tentabant. Leones, dum mortem inclamauerunt: horum *mola fracta*, quando surrexit Christus.

i *Dentes.* Avg. Dolosa verba.

k *In ore.* Verbis suis capiet eos.

l *Molas leonum confringet dominus. Ad nihilum deuenient*: Inclamationes mortis. *Confringet*, ne ad effectum veniant; quod exponit, *Ad nihilum*, dicens.

m *Tanquam aqua.* Avg. Torrentibus etiam comparantur, quia sonantes ad saxa superbiæ improuisi sunt & præcipites, sed citò transeunt. Tot malis comparantur.

n *Intendit arcum.* Vindicta donec intus & extrà infirmentur, & auferantur, à conspectu Dei, missi in gehennam, hic in præsenti, à terra sua.

☞ *Prinsquam*

a ¶ Constat. ¶ Verbis suis accusantur. ¶ Aug. In factis cognoscantur labia. b ¶ Prophetarum. c ¶ Ideo sic moneo, vt rectè iudicetis: quia. d ¶ Non possunt rectè iudicare, quibus in corde & in manu est iniquitas.

a † rectè iudicate filij hominum. Et d enim in corde iniquitates

a ¶ Quia me terram, id est, hominem conspicitis, vel, terram id est, terrena amatis. b ¶ Opera prauæ cogitationi concordant. c ¶ Ex multis partibus adunantes iniustitias. ¶ Vel connectunt secundum aliam literam.

b c operamini in tērra: † iniustitias mānus vestræ † cōcinnant.

a ¶ Vnde hoc eis? quia. ¶ Aug. à veritate. b ¶ Aug. quia præcognouit Deus peccatores ab vtero, vt Rebeccæ ait: Maior seruiet minori Gen. 25. e. c ¶ Exponit. d Errare præsciti sunt. d ¶ quia erant à ventre, in quo est veritas, loquuntur falsa. ¶ Cass. Quia contraria matri secuta sunt.

d Alienāti sunt peccatōres à vulua, errauerūnt † ab vtero, lo-

a ¶ De hoc verò inexcusabiles, quia nolunt veritati credere. & hoc est.

e cuti sunt falsa. † Furōr † illis secundum similitudinem ser-

a ¶ Cass. Ira obstinatorum irreuocabilis. b ¶ Cuius? c ¶ Vnde surda? d ¶ Terra & cauda. ¶ Sic isti ne audiant verā.

f g pēntis, sicūt aspidis surdæ ēt obturāntis aures suas. Quæ

a ¶ Quia obturat. ¶ Aug. Vt ad lucem educatur.

h non exāudiet vocem incantantium & † venefici incantan-

a ¶ Quantum ad artem suam. b ¶ Sed. c ¶ Aug. quibus est furor, vt aspidis. d ¶ Aug. Ore suo contra se dicunt.

i k tis sapiēnter: Deus † conteret dentēs eorum in orē ipso-

a ¶ Qui tales, & si modo sint torrentes, tamen.

l rum, molas leonum † confringet dominus. † Ad nihilū dē-

a ¶ Minas. ¶ Sed econtra, per misericordiam Dei tenditur arcus ad salutem, id est, minæ, quibus terret, dum conuertuntur, vt Saulus infirmatus est, audiens. quid me persequeris? qui hoc clamabat, de cœlo arcum tendebat.

m n uenient tanquam aqua † decurrens: intendit arcūm suum,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Recte iudica. &c. *quasi diceret per hastam & scyphū aquæ potestis manifestè perpendere iustitiam & innocentiam meam erga Saul, & eius malitiam contra me,*

2 Filij homi. *rationabiliter & iustè viuentium: talis enim fuerunt patriarchæ, ex quibus descenderat Saul, & populus eius: & ex hoc deberent moueri ad rectè iudicandum & viuendum, Sed quia faciebant contrarium, ideo subditur,*

3 Et enim in cord. &c. *id est, iniquitates, quas cogitatis in cordibus vestris, opere adimpletis.*

4 Iniustitias manus, &c. *i. ornant, vel palliant apparenti iustitia & falsa. In Hebræo habetur,* Iniquitatem manibus vestris contra ponderate: *id est, iniquitatem quæ me persequimini, ponderate, contra innocentiam meam: vt sic videatis eius granitatem, & ab ea cessetis. Et eandem sententiam habet litera Hiero. quæ talis est,* Iniquitatem manuum vestrarum appendite, *scilicet in statera iusta, modo iam dicto.*

5 Alienati sunt peccatores, &c. *Hoc dicitur pro tanto, quia homines peruersi in suis operibus dicuntur male nati secundum communem modum loquendi. Rab. Sab. exponit hoc de illis, qui, cum adhuc in vtero matris*

matris existunt, per aliqua signa figuratur eorum vita mala futura. sicut Esau in vtero matris impellebat fratrem suum Iacob.

6 Furor illis, &c. *In Hebræo habetur,* Venenum illis: *& ad eundem sensum refertur, quia serpentes ex ira & furore effundunt venenum.*

7 Sicut aspidis, &c. *videns incantatorem, ponit vnam aurem contra terram, & aliam obturat cauda sua, ne audiat carmen incantatoris: sic peccatores obstinati, qualis erat Saul & eius viri, nolunt audire, vnde reuocentur à suo errore.*

8 Deus con. *Hic consequenter Dauid prædicit pœnam talibus debitam, & primo prædicit huiusmodi pœnam, Secundo vtilitatem inde sequentem, ibi,* Lætabitur. *Circa primum dicit sic,* Deus conteret dentes eorum, *quibus mordebant alios verbis iniuriosis & detractoriis. Dicebant enim ipsum Dauid esse reum criminis læsæ maiestatis: cum tamen bonum regis & regni quæsiuisset.*

9 Molas leonum. *Id est, Saul, Doeg, & consimilium. ad modum leonis, ferocium.* 10 Confringet dominus. *Quod fuit impletum in monte Gelboe, vbi mortuus fuit Saul, & Doeg, & multi alij.*

11 Ad nihilum deuenient, &c. *quia regnum fuit amotū à Saul, & posteris eius.* 12 Intendit arcum suum, donec infirmentur. *Istud*

✻ *potest*

MORALITER.

3 *Et enim in corde ini. ope. &c.* quasi diceret, Non est mirum, si de me male iudicatis. Nam in cordibus vestris tractatis iniquitates, & manibus impletis.

5 *Alienati sunt peccator. &c.* Id est, à parentum iustitia: vnde dicitur Esa. l. a. *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ genuit vos,* quasi diceret, ab eorum iustitia declinastis actus vestros. 6 *Furor illis secundum similitudinem serpentis,* qui iratus effundit

effundit suum venenum, sic fecerunt Iudæi contra Christum.

7 *Sicut aspidis surdæ, &c.* scilicet, Christi doctrinæ. Vnde Act. vij. g. beato Stephano loquente de Christo, *continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter, in eum.*

8 *Deus conteret dentes eorum, &c.* quod factum fuit per exercitum Romanorum.

11 *Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens,* quia ducti fuerunt per orbem captiui.

12 *Intendit arcum suum.* i. vindictam suam.

☞ a *Priusquam spinæ.* AVGVS. id est peccata, intelligant, *Rhamnum*, A id est, acutam damnationem, in extremo ignis vitiorum absorbet eos. id est, deuorat.

b *Rhamnum.* Genus herbæ prius mollis, sed quę post in spinas vertitur: sic & peccata modo delectant, sed post pungunt.

✠ BASILIVS. & THEODORETVS. †limax quę liquefit, per gĕt (vel defluent) sicut abortiuum mulieris non videbunt solem. B † 27. q. 1. viduas i. † plantas suas, pedes suos. † ergo. C

Symmachus manifestius explanauit, *Priusquam spinæ vestræ crescant in Rhamnum, adhuc videntes, tanquam turbo omnia sicans, tollet.* Quod autem dicit, hoc est, omne quidem peccatum spinam sacræ literæ nuncupant: Rhamnus autem spina est, & maxima, & velut arbor. Minatur igitur & vaticinatur Sauli, & eius asseclis celerem pœnam. Priusquam enim, ait, malitia vestra crescat, vt Rhamno similis sit, plaga à Deo infecta vos disperdet.

a ¶ Quid non infirmati patientur. ¶ Aug. Igne concupiscentiarum peribunt, vt ignis vestem, sic libido consumit animam.

donec infirmentur. Sicût † cera quæ fluit auferentur, su- 1 2
a ¶ Superbiæ, concupiscentiæ, & iræ. ¶ Ideo. b ¶ Iustitiæ, vnde, Erauimus à via veritatis, & lumen iustitiæ non luxit nobis. c ¶ Ille ignis concupiscentiarum.

percecidit ignis ĕt non viderunt solĕm † priusquam † in- a b c d 3 4
¶ Aug. Vel, priusquam producat spinas vestras rhamnus. i. priusquam voluptatum tormenta procedant, ignis supercecidit in ira, Dei deuorat, & occultat rhamnum, peccati punctionem, ne modo videatur.

telligerent spinæ vestræ rhamnum, sicut viuentes, † sic in 5
a ¶ Malos absorbet ignis, sed hoc non sine fructu bonorum. b ¶ Autem.
¶ Auguſt. qui fidem habet. & si aliquid in eo lauandum, Lætabitur. c ¶ Hanc præsentem, non tamen gaudet pro pœna eorum. ¶ Cas. Quia non in illa est.

ira absorbet eos: † Lætabitur iustus cum viderit vindictam: e 6
a ¶ Cas. Vnde Salo. Stulto pereunte sapiens astutior erit. ¶ Pœna, quam videt. ¶ Morte peccatoris, quam videt. b ¶ Tractabit apud se, quod non casu hoc eis, sed pro vindicta peccati: quod à contrario probat.

† manus suas lauabit in sanguinĕ peccatoris. Et dicĕt ho- 7 8
a ¶ Rationalis. b ¶ Etiam hic. c ¶ Cas. licet hic presso.

mŏ: si † vtique est fructus iusto, † vtique est Deus iudicans 9 10
a ¶ Aug. Etiam ista vbi florere videntur.

eos in terrâ. 11

c *Sicut viuentes sic, &c.* AVG. Quia non vera, sed falsa est impiorum vita: videntur viuere, nec viuunt. D

d *Sic in ira absorbet eos.* quia Deus tranquillus iudicat. Vel quia non est ira comparatione futuræ.

e *Lætabitur iustus cum viderit vindictam.* CASS. Correctio iustorum de vltione iniquorum.

f *Et dicet ho.* AVG. Sicut iusto Dei iudicio fit, vt iustus amplius iustificetur: ita eodĕ iusto iudicio permittitur, vt sordidus magis sordescat. Vel aliter, secŭdŭ literam quã ponit Aug. *Et dicet homo ergo est fructus iusto: ergo est Deus iudicans eos in terra.* Et infert ex duobus præmissis, Dixit enim malos hic absorberi, & iustum lauari. Et hoc est, *Et dicet homo* rationalis, quia iustus lauat manus suas, ergo est *fructus hic iusto*, & quia ignis absorbet malos, ergo est *Deus iudicans eos* in terra. E F

† crescant spinæ vestræ in rhãnum (vel, sentiant ossa vestra spinã, aut ignem spinarum subiectarum, tanquam quis crudas carnes eripiat, sic ira vt turbo rapiet eos.
† sicut
† ergo.

c *Sicut*

☞ a GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *potest referri ad Deum, qui percussionem malorum secundum ordinem iustitiæ suæ parat inferendam debito tempore. Potest etiam referri ad quemlibet obstinatum in suo malo, qui semper tendit arcum suæ malitiæ ad nocendum alijs, quandiu potest viuere. Et huic concordat translatio Hieronymi, quæ sic habet:* Intendant arcum suum donec conterantur.

1 Sicut cera, quæ fluit, auferentur, *De præsenti vita morte repentina In Hebræo habetur*, Quasi limax tabefactus auferentur. *Et in translatione Hieronymi:* Quasi vermis tabefactus pertranseant, *& est eadem sententia, licet sint alia verba: quia per vtrunque designatur subtractio peccatorum repentina.*

2 Superce. ign. *id est, punitio à Deo immissa.*

3 Et non viderunt solem, *subtracti de hoc mundo per mortem. In Hebræo habetur:* Cecidit abortiuum mulieris, quod non vidit solĕ. *Et similiter in translatione Hieronymi: & est eadem sententia. Per hoc enim intelligitur punitio diuina, quæ peccatores ad nihilum deducit.*

4 Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum. *Per spinas intelliguntur hic filij paruuli iniquorum, vt dicit Rabi Salomon, per* rhamnum *qui acutius pungit, intelliguntur filij eorum adulti, qui plus de malo sciunt & faciunt, & secundum hoc est sensus,* Priusquam intelligerent spinæ vestræ, *id est antequam filij vestri paruuli haberent tantum intellectum, quod possent ita male agere sicut adulti,*

5 Sicut viuentes, sic in ira absorbet eos. *id est, eo tempore quo sperabitur rabitur de duratione vitæ eorum, Deus auferet eos subito de præsenti vita. In translatione Hieronymi sic habetur:* Antequam crescant spinæ vestræ in rhamnum, *id est, antequam veniãt ad malitiam rhamni modo supra expositio.* Quasi viuentes in ira tempestas rapiet eos: *& est litera planior, & eadem sententia, In Hebræo autem habetur,* Sicut viuens, sic in ira absorbet eos, *& refertur ad Deum, qui* sicut viuens, *id est vinidus. & fortis, cuius potestati non potest resistli: sic* in ira absorbet eos, *auferens repentine de præsenti vita,*

6 Lætabitur. *Hic consequenter ponitur vtilitas sequens ex malorum punitione, cum dicitur,* Lætabitur iustus cum viderit vindictam, *id est peccatorum punitionem, non motus zelo vindictæ propriæ, sed zelo diuinæ iustitiæ.*

7 Manus suas lauabit. *id est, opera sua magis iustificabit, secundum illud Apoc. xxii. b.* Iustus iustificetur adhuc.

8 In sanguine peccatoris. *i. in punitione eius, quæ est occasio melioris vitæ suæ: secundum illud Prouer. xxi. b.* Mulctato pestilente sapientior erit paruulus.

9 Et dicet ho. *i. quicunque rationabiliter loquens.*

10 Si vtique est fructus iusto. *Et accipitur hic* si, *pro* quia: *quia ex punitione peccatorum affirmabit præmium iustorum, per locum à contrarijs.*

11 Vtique est Deus iudicans eos in terra, &c. *id est, dans sententiam pro eis, non solum in futuro, sed etiam frequenter in præsenti.*

☞ PSAL.

MORALITER.

✠ † *Donec infirmentur.* i. pœna debita puniantur.

1 *Sicut cera fluit, auferentur*, de præsenti vita, quod impletum fuit in occisis.

2 *Supercecidit ignis* iracundiæ Dei.

3 *Et non viderunt solem*, per mortem extincti.

4 *Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum.* Per *spinas* significantur peccata, per *rhamnum* inferni pœna. Est igitur sensus, Antequam intelligeritis vos Iudæi, pœnam debitam vestris peccatis, in ea absorpti fuistis.

6 *Lætabitur iustus cum viderit vindictam, &c.* Motus zelo iustitiæ diuinæ.

7 *Manus suas lauabit in sanguine peccatoris, &c.* id est, ex consideratione suæ punitionis viuet iustius quam antę, secundum illud Apoc. xxij. b. *Iustus iustificetur adhuc.*

9 *Et dicet ho. si vtique est, fructus iusto.* nam ex punitione peccatorum arguet præmiationem iustorum.

† MORA-

ADDITIO

In psalm. lvij. Si vere vtique. *Materia huius psal. secundum quosdam Hebræorum expositores vniuersalius & proprius potest assignari, scilicet, vt exponatur de falsis iudicibus, qui prætendunt se iustitiam diligere & tamen iudicia falsa proferunt, quibus psalm. exprobrans alloquitur:* Si vere vtique iustitiam loquimini, recte iudicate, *hoc est, dicere, si iustitiam, quã vniuersaliter loquimini, iudicijs particularibus applicaretis, deberetis recte iudicare: sed tamen oppositum facitis, quod declarat, declarat, dicens.* Etenim in corde, &c. *Exponatur prout in postil. & quia communiter tales falsi iudices occultant suam falsam iustitiam sub coloribus apparentibus, ideo sequitur,* Iniustitias manus vestrę concinnant, *id est, ornant, prout in postilla. In Hebræo habetur,* Iniquitatem manus vestræ ponderant. *& est sensus, Taliter componderatis in falsis stateris, rationes falsas & apparentes cum veris & veridicis, acsi essent eiusdem valoris. Cætera autem exponantur vt in postilla, applicando ea vniuersaliter iudicibus iniquis, quos, Deus iudicat quandoque in præsenti per repentinam & subitam eradicationem.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem ne.* Cas. Frustra tentat aliquis disperdere, quod toties diuina prohibet autoritas.

b *Ne disperdas.* Avgv. Cum Pilatus dixit. *Quod scripsi scripsi*, impletum est, *Ne corrumpas.* Hoc agit Psal. *ne disperdas*, ideo quia Iudæi miserunt custodire sepulchrum, vt fama eius extingueretur, à quibus frustratis hic liberatus ostenditur, & famam habere in omnibus gentibus.

Cass. Orat primo liberari ascendêdo ab imis ad alta: orat etiã pro salute gentium.

B Avg. Loquitur hic integer Christus, scilicet caput & corpus.

✠ Basil. & Theodo. Dauid, operâ Michol, (quæ statuam in toro composuit) per fenestram elapsus ex Saulis insidiis, hunc Psalmum cecinit, prædicês resurrectionem Domini ex sepulchro à militibus custoditi, gentiumque vocationem, & Iudæorum dispersionem.

PSAL. LVIII.

E *Ripe.* Avg. Dum qui sine macula est, hoc petit: quid necessario petamus, ostendit.

d *De inimicis.* Cas. Quatuor genera sunt aduersariorũ. *Inimici*, qui nocendi votum habent, non tamen hoc ardenter appetunt; *Insurgentes*, qui iam commoti & animo parati: *Operantes* qui iam durata mente scelus opere complent; *Viri sanguinum*, qui non cõtumelias ingerunt, sed sanguinem fundunt: Quod fecerunt Iudei, qui Christum prius, post etiam Apostolos occiderunt. De his ergo ait: *Eripe me, &c.*

e *Fortes.* Avg. Etiam sunt, qui præsumunt de iustitia sua, qui insultant Christo conuiuanti cum peccatoribus: quibus non est opus medicus: sed eum occiderunt vt iusti reum, sed tamen non est in eo iniquitas: vel, *fortes*, in temporalibus abundantes, qui non *ponunt Deum adiutorem suum*: sed *sperantes in diuitiis prævaluerunt in vanitate sua.*

✠ Basil. Symmachus. Reddidit. *Cum in me non sit peccatum, irruunt ita, vt opprimãt.* Hoc autem verius cõpetit ei, qui est Dauid, qui peccatum non fecit, sicut nec Dauid Saulem læserat.

f *Iniquitas.* Cas. Maliuolentia: *peccatum*, operis.

g *Exurge.* Avgvs. Quia dormire videris.

h *In occursum.* Quasi curro ad te merendo: & tu occurre mihi, id est, redde pro merito.

i *Vide.* Avgvst. Id est, fac videri quomodo ad te curro, & alios dirigo, ne prauum putent quod rectum est: & ita sequantur. Vel, fac videri quod exurgis in occursum meũ; id est, quod tibi æqualis sum. Occurrere non nisi de æqualibus dicitur, Christus autem non desiit esse æqualis patri, licet pro nobis factus sit infirmus, qui seipsum exinaniuit, formam serui accipiendo: vnde in euangelio se gallinæ comparat, dicens, *Ierusalem Ierusalem quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina pullos suos sub alis, & noluisti.* Nulla auis adeo videtur infirmata propter pullos, nisi gallina, cuius vox rauescit, fit hispidum totum corpus, deponuntur alæ, laxantur plumæ, & ea est materna charitas, quæ inuenitur infirmitas: Sic, & Christus

☞ propter

a ¶ Psal. tendens. b ¶ Tu Pilate vel Iudæe. c ¶ Ne neges Christum regem, quem titulus dicit.

✝ In finẽm ✝ ne disperdas, Dauid ✝ in tituli inscriptione,

a ¶ Regnum Iudæorum. b ¶ Sepulchrum Christi. c ¶ Id est, nomen & famam extingueret, ne crederent eum.

quando misit Saul & custodiuit domum eius, vt eũm interficeret.

PSAL. LVIII.

¶ Factum est hoc in carne Christi, fiat & in membris.

a ¶ Qui me odio habent.

✝ Ripe me de inimicis meis Deus me⁹, 1

a ¶ Qui verbis nocent.

& ab insurgẽtibus ✝ in me libera me. 2

a ¶ Qui colaphizant, & cætera huiusmodi faciunt.

✝ Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinũm ✝ salua 3 4

a ¶ Aug. qui iustum, id est Christum, occiderunt, postea & suos.

a ¶ Cas. Quid enim illi tibi faciunt? vtique mala. b ¶ Cas. Corporalem vitam. c ¶ Quia. ¶ Cum impetu.

me. Quiã ecce ✝ ceperunt animã meam: ✝ irruerunt in 5 6

a ¶ Humilem. ¶ Quasi reum. b ¶ Aug. in temporalibus, de iustitia superbi: sed peccatum in me non inuenerunt. c ¶ Quam in eos fecerim causa fuit quare irruerunt. d ¶ In me.

mẽ fortes. Neque iniquitas mea neque peccatum meum 7 8 9

a ¶ Sed. b ¶ Viam mundi huius. ¶ Vnde Exultauit vt gigas ad currendum viam, &c. Psal. 18. b. c ¶ Distortos quantum in me est. ¶ Alias dirigebam, sed te. d ¶ Innotescesquod tibi æqualis sim & fac videre.

Domine. Sinẽ iniquitate cucurri & ✝ direxi. Exurge 10 11 12

¶ Aug. adiuua me. a ¶ quomodo curro & dirigo. b ¶ Cælestium.

in occursum ✝ meum, & vidẽ: & tu Domine Deus ✝ virtu- 13 14

c *Fortes*

NICOLAVS DE LIRA.

PSAL. LVIII.

29 E Ripe me. *Huic Psal. Præmittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriam ne disperdas Dauid Canticum dicens, quando misit Saul & custodierunt domum ad occidendum eum: *Hoc habetur. 1. Reg 19. b. quod Saul voluit percutere lancea Dauid psallentem coram eo, sed declinauit Dauid ictum & fuit ad domum suam: & tunc Saul misit satellites suos nocte illa in domum Dauid, vt custodirent eum, & interficeretur mane: quod cum annuntiasset Michol ipsi Dauid, depositi eum per fenestram, & sic abiit & saluatus est. Igitur quia fuit Dauid in mortis periculo, ideo sic incepit titulum huius Psal.* Ne disperdas. *i. ne disperdi permittas tu Domine Deus meus* Dauid canticum: *quia si periret, vlterius laudes tuas non cantaret. In translatione Hiero. incipit sic titulus:* Victori vt non disperdas Dauid humilem & simplicem. *Residuum huius tituli est sicut in Hebræo. Et ex supradictis patet sententia huius tituli: patet etiam autor huius Psal. scilicet Dauid, & materia eius in generali. Ad habendum autem eius notitiam in spectali: Psal. iste diuiditur in tres partes: quia primo ponitur ipsius Dauid deuota petitio. Secundo Dei exauditio, ibi,* Et tu Domine, *Tertio pro exauditione gratiarũ actio, ibi,* Ego autem cantabo. *Prima adhuc in tres, quia primo Dauid in sua petitione allegat suam angustiam, Secundo propriam innocẽtiam, ibi,* Neque iniquitas, *Tertio aduersariorum nequitiam, ibi,* Intende. *Circa primum dicit,*

1 Eripe me de inimicis meis Deus meus. *Quasi diceret: non possum eripi sine tuo adiutorio.*

2 Et ab insurgentibus &c. *Quia ad captandum Saulis beneuolentiam multi insurgebant ad capiendum Dauid, quamuis esset innocens ideo subditur,*

3 Eripe me de inimicis &c. *Quia scienter persequebantur innocentem.*

4 Et de viris sanguinum salua me, *De viris paratis ad effundendũ sanguinem innocentem.*

5 Quia ecce cæperunt animam meam, *i. meipsum: à parte principali, quæ est anima designans totum, reputabant enim se Dauid cepisse eo quod custodiebant domum, in qua erat, reputantes quod non posset eos effugere, ideo subditur,*

6 Irruerunt in me fortes, *Quorum fortitudini non possum bellando resistere.*

7 Neque iniquitas. *Hic consequenter allegat suam innocentiam di.* Neque iniquitas mea, *Peccando contra proximum:*

8 Neque peccatum, *Peccando contra Deum, supple meruerunt istã persecutionem: ideo subditur,*

9 Sine iniquitate cucurri, *Cursum vitæ præsentis.*

10 Et direxi, *Opera mea ad finem debitum. In translatione Hiero. habetur,* Et illi currunt & præparantur, *Et secundum hoc refertur ad satellites Saulis, qui discurrebant, tanquam parati ad Dauid occisionem, ideo subdit,*

11 Exurge in occursum, *Ad liberandum me, antequam me occidãt.*

12 Et vide, *Meam innocentiam & eorum malitiam.*

13 Et tu Domine. Et *pro*, id est, *tu Domine.*

14 Deus virtutum, *Id est angelorum.*

☞ Deus

MORALITER.

✝ 1 *Eripe me &c.* Psalmũ istum fecit Dauid, quando Saul misit nũtios ad occidẽdũ Dauid in domo sua, sed per Michol fuit saluat⁹.

Moraliter autem potest exponi de quolibet iusto euadẽte mortis periculum ex Dei beneficio. Specialiter autem de beato Petro in carcere recluso, vt occideretur: sed per angelum fuit liberatus, vt habetur Act. 12. a. Igitur primo ponitur ipsius Petri & Ecclesiæ deprecatio pro Petri liberatione cum dicitur:

1 *Eripe me de inimicis meis*, Herode scilicet & Iudæis.

2 *Et ab*

2 *Et ab insurgentibus. &c.* i. à militibus custodientibus me.

3 *Eripe me de ope.ini.* Tales enim erant prædicti. s. Herodes, milites & Iudæi.

5 *Quia e.ce. &c.* Me tenentes inclusum vt auferant eam.

6 *Neque ir.* Petrus enim non patiebatur propter culpam suam, sed propter iustitiam.

11 *Exurge in occursum meum*, Ad me liberandum.

12 *Et vide*, Meam iunocentiam & malitiam eorum.

13 *Et tu Domine Deus vir.* id est Deus angelorum, & hominum

✝ *Intend*

✝ vide Ps. 4. ✝ vide Psal. 56. ✝ ergo
✝ Erue. ✝ Erue
1. reg 19.
✝ insidiati sunt animę meæ.
✝ mihi ✝ exercituum.
✝ vide Psal. 15. 1. Pet. 2.
✝ super me redime
✝ saluũ me fac.
✝ cõgregati sunt.
✝ instruxerunt se
Phil. 3. a.
Matt. 13. b.

☞ propter nos infirmatus est, sed in ea tamē infirmitate occurrit æ-
A qualis patri. Ita enim assumpsit, quod non erat, vt non amitteret quod erat. Ita ergo se exinaniuit, quod dignitatem, quam habebat cum patre, nobis non demonstrauit. In ipsa ergo infirmitate agnoscendus est patri æqualis, nō visione corporali, sed fide: vt quod

canes pro immunditia: sed & Iudæi *canes* se agnoscunt. i. peccatores, vt Chananea: & ideo qui esuriunt, bene agunt; Male verò qui saturati, putatiua iustitia dicunt, Ieiuno bis in sabbatho.

c *Circūmibunt.* AVG. Munient Ecclesias contra hæreticas impugnationes. Et, Ecce in manifesto loquentur.

ē ¶ Qui videris Deus vnus gentis, quæ te colit. b ¶ Quia infirmæ.
c ¶ Aug. Vt omnes congregentur ad nuptias.

spēcie videre nōdum possumus, saltē credamus. Et dum hoc

4 Euigila. credimus, in nobis ad a tum Deus Israel. † Intende ad visitandas omnes gentes, 1

a ¶ Et tantum. b Sed persequere, puni, conuerte. ¶ quia nulla peccata relinquit impunita: quia vel homo pœnitens punit. vel Deus iudex: Vel, est quædam iniquitas, quam qui facit, eius nō misceretur Deus. Hæc est defensio peccatorū, quando defendit, quod Deus odit. Vnde, est peccatū ad mortem, non pro eo dico, vt quis oret. 1. Ioh. 5. d. Et sic iniquitatem, id est illud peccatum quod est ad mortem. c ¶ Iudæis, etsi quibusdam. 2

nōn misereāris † omnibus qui operantur iniquitatem. 3

a ¶ Et vero intende, quia ab idolis. b ¶ In vltima ætate. c ¶ Conuertendi alios.
¶ Quia dolebunt, si non potuerunt conuertere. d ¶ Latrando contra hostes.

† omnium B b * Cōuertentur ad vesperam, & † famē patientur vt cā- 4
c 5

a ¶ Euangelizando. b ¶ Aug. Circunstantiæ, i. mundum, qui circumstat Iudæam, vbi hæc dicebantur. c ¶ Stomachabuntur aduersus pigros dicentes: quoniam quis audiuit?

† Sela. Psal. 3. Ioan. 20 d. nes, & circūmibunt ciuitātem. Ecce loquentur in ore suo et 6

a ¶ Spiritus, quod est verbum Dei. ¶ Vel mors. b ¶ quis credit auditui nostro? 7
¶ Aug. Iudæi non credunt, & tamen per credentes Iudæos annuntiatur gentibus.
c ¶ Ipsi loquentur Et tu.

d glādius in labiis eorum, quoniam quis † audiuit? Et tū Do- 8
e 9

a ¶ Pro nihilo habebis conuertere omnes gentes: id est, facile conuertes.
b ¶ quia facile erit, vt credant in te.

† audit? f mine dēridebis eos, † ad nihilum dedūces omnes gentes. 10

a ¶ Fortes illi Deo ceciderunt, quia ad te non custodierunt. ¶ Ego autem.
b ¶ Aug. Non à te recedam, de me præsumens.
c ¶ Quia de imo meo in altum suum me suscepit.

† subsanna-bis. g Fortitūdinem † meā ad te custodiam, quia Deus † susceptor 11

a ¶ Personam mutat. ¶ Est specialiter. b ¶ Quia. 12
¶ Nihil attuli cur misereatur: nullus enim meretur dona Dei.
c ¶ Quia Christum præuenit præ consortibus suis, cui sine mensura dedit spiritum.

† eius. i. nō possunt resistere fortitudini aduersarij, cōmittam ea tibi vel, Deus qui robur es aduersarii, te obsecro, vt me adiues. Theod. h meus es, Deus † meus misericordia eius præueniet me. Deus 13 14

a *Omnes gentes.* ✠ THEODORET. Execrans impietatis Iudæorum excessum, rogat vt abiiciantur, & prouidentia omnis in gentes transferatur, licet præuideret orationem Domini in cruce. *Pater dimitte illis*: prædicitque cœlestis alimoniæ penuriam. Nam neque vaticinandi dono pērfruentur, & pontificia cura penitus erunt destituti, ne fiant digni micis, quæ cadunt de mensa dominorum.

b *Conuertentur.* CAS. Diapsalmus. Orata salus gentium affirmatur, & oraturo Iudæorum salus.

c *Ad vesperam.* i. serius post ascensionem & missum spiritum, qui antequam crucifigerent, debuerunt facere. Gentes dicebātur

re? Quia pro nihilo habebit conuertere omnes gentes: quia omnes gentes, Christianæ futuræ sunt; & dicitis, quis audiuit?

✠ THEODOR. Esaias excessum diuinæ potentiæ ostendens sic inquit, *Si omnes gentes sicut stilla situlę, & quasi momentum statera, & quasi saluia reputata sunt & reputabūtur, cui comparabitis Dominum?*

g *Fortitudinēmeā ad te custodiā, quia Deꝰ susceptor meꝰ es, Deus,* AVG. Etsi possem perdere Iudæos, qui irruerūt in me fortes; permitto tamē eos viuere, seruās fortitudinē ad te, id est, ad tuā dispositionē.

h *Præueniet.* ✠ BASIL. Philanthropiæ excellentia facit vt orationes nostras præueniat.

☞ ostēn-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Deus Israel *Per veram fidem & specialem cultum.*

2 Intende, *Hic consequēter. vt sua oratio sit exaudibilis, allegat aduersariorum malitiam, Et primo explicat eorum culpam: Secundo prædicit pœnam debitam, ibi,* Deus ostendit. *Circa primum dicitur,* Intende ad visitandas omnes gentes, *Quia diuina prouidentia se extendit ad omnes, tam iustos, quam iniustos, ad reddendum eis secundum merita & demerita: ideo subdit,*

3 Non miserearis omnibus qui operan. iniq. *Ex certa malitia, & obstinata: quia tales sunt indigni misericordia.*

4 Conuertentur ad vesperam, *Satellites enim Saul venerunt vespere ad custodiendum domum Dauid de nocte, vt prælictum est.*

5 Et famem patientur, *Id est magno desiderio quærentes occidere Dauid. In Hebræo habetur,* Et latrent vt canes. *Quia inter se loquebātur quomodo eum occiderent.*

6 Et circumibunt ciuitatem. *Quia non solum custodiebant domum Dauid sed aliqui eorum currebant per vicos, ne manus eorum euaderet, Vel quia postquam sciuerunt eum fugisse, scrutabantur loca ciuitatis, si forte alicubi lateret.*

7 Ecce loquentur, *Quia inter se tractabāt de ipsius Dauid occisione*

8 Quoniam quis audiuit, *Id est, ac si nullus eos audiret: vnde in trāslatione Hiero. habetur,* Quasi nemo audiat, *Tamen Michol audiuit, & ipsi Dauid annunciauit.*

9 Et tu domine. *Hic consequenter describitur petitionis exauditio, & primo quantum ad ipsius Dauid liberationem. secundo quantum ad aduersariorum punitionem, ibi,* Deus ostendit. *Circa primum dicit,* Et tu Domine deridebis eos. *Frustrando eos ab intētione: quia cum obsiderent domum Dauid, fugit per fenestram, vt prædictum est.*

10 Ad nihilū deduces omnes gen. *Malignantes similiter, sicut & isti.*

11 Fortitudinem meam ad te custodiam. *i. exponendam tuo seruitio.*

12 Quia Deus susceptor. *Liberando me à quærentibus me occidere.*

13 Deus meus misericordia eius præueniet me. *Quia Deus misericorditer liberauit Dauid, antequā veniret mane in quo Saul disposuerat eum occidere.*

14 Deus ostendit. *Hic consequenter ponitur exauditio petitionis Dauid, quantum ad aduersariorum punitionem, cum dicitur:* Deus ostendit. *i. super Saul & satellites suos.*

☞ Ne oc-

MORALITER.

✠ 2 *Intende ad visitādas gentes.* Secundum eorum merita & demerita, & ideo subditur,

3 *Non misereāris. &c. Cōuertentur ad vesperam.* i. tardè. Herodes enim & milites simul versi fuerunt ad occisionem Petri, sed tardè: quia per angelum liberatus fuit præcedenti nocte.

5 *Et famem patientur.* i. desiderium inueniendi Petrum: & ad hoc circumierunt ciuitatem.

7 *Ecce loquentur in or,* Mirantes de euasione Petri.

7 *Et gla. in la. eorum* Dicentes quòd si inueniretur, statim iugularetur ne alias euaderet.

8 *Quoniam*

8 *Quoniam quis audi.* Quærebant enim solicitè si aliquis audisset vbi esset.

9 *Et tu Domine de.* Frustrando ab intento.

10 *Ad nihilum dedu. omnes gen.* Scilicet Iudæorum per exercitum Romanorum.

11 *Forti. meam ad te. cus.* Ad hoc enim reseruatus fuit Petrus, vt discumeret, vsque Romam ad fidem Christi prædicandam.

14 *Deus ostēn.* Hic secundo describitur deiectio Iudæorum propter persecutionem Christi in se, & in membris suis, scilicet Petro & aliis discipulis. *Deus ostendit mihi super inimicos meos &c.* Verbū est Ecclesiæ quæ ex diuina inspiratione mota, nō suasit principib.

† Chri-

a *Ostendit.* Aug. i. quantam circa me habeat misericordiam demonstrauit mihi in illis, circa quos nō habet: vnde Apostolus *Sustinuit vasa iræ apta, & ad interitum, in multa patientia, vt notas faceret diuitias suas in vasa misericordiæ.*

Rom. 9. c.

b *Ne occidas* Aug. Potest de Iudæis accipi, eos qui me occidunt ne occidas: sed maneat genus eorum cū signo circuncisionis, sabbathi, paschę; vt & Cain signum habuit, vt nemo eū occideret, ita & gens illa habens signum suum nō est occisa, quia necessaria est credentib. gētibus. In *præcisis* enim ostenditur quę miseri cordia sit *insertis.*

Gen. 4. c. videre faciet me, sub vltionem.

Cas. Considerāti quid de eis sit agendum, *ne occidas*, hoc est, quod ostendit, vbi & precatur ne Iudæi funditus pereant.

Disperſi enim sunt, vt ad conuersionem prouocētur: vel, vt ecclesia ab inimicis testimonium veteris legis habeat. Et hoc est ideo, *ne occidas, ne populi* (& si non modo) *obliuiscantur* mei, si non sint testes legis, & mortis Christi.

1 Tim. 1. a. † Et cognoscant quod Deus dominator est.

✠ Bas. & Theod. Inimicos crucis pro communibus inimicis habet: orat autem pro eis, quia inter illos multi resipiscere poterunt, facque vt disperſi per vniuersum orbem sint palantes & exules, quia malo contra te vsi sunt consensu.

c *Ne quando obliuiscantur.* Aug. Etsi non modo obliti sunt, cum non sint testes legis & mortis Christi.

d *In virtute tua.* Aug. Quia tu fortis, non ipsi.

e *Depone.* ibi fuit opprobrium omnibus. Vel, depone eos in eo quod mali sunt, vt boni surgant: vt in Paulo, quia non surgeret Paulus, nisi prius caderet Saulus.

Act. 9. a.

f *Delictum oris eorum.* Aug. Non eos sed *delictum* occide; vt resuscitatum, quem perdere voluerunt, paueant.

✠ Bas. & Theodor. Symmachus manifestius; *transfer ipsos in virtute tua, & dissipa ipsos protector noster Domine, peccato oris eorum, & verbo labiorum ipsorum* qui clamauerunt Crucifige, vt malam illam consonantiam turris Babel linguarum diuisione confudisti.

Casio. *Et comprehendantur* conuersi; quia factum eorum in irritum venit, peccatum remansit super eos, & comprehensi sunt & de magnitudine peccati post humiliati sunt, & humilitate post consumātur: nihil enim sic impedit perfectionē, vt superbia. Facinus pro magnitudine sua considerantium abstulit superbiam, vt & Paulo angelus Sathanæ. Facinus verò deleuit venia.

✠ Basil. Symmachus clarius, *comprehendantur cum superbia sua. Execrationem & mendacium loquentes in ira consumma, & ne sint consume.*

✠ Theod. *Non erunt*, videlicet in populum. *Cōsummationem* autem, omnis generis supplicia nūcupat, temporibus Caligulæ, Neronis, & Titi: cognitus est autem post mortē crucifixus & orbi est dominatus, filiis Iudæis in canes mutatis, gentes vero, quondam canes, filij honore sunt dignatæ

† occideris

g *In superbia.* Aug. Superbia comes est inuidiæ: nec fieri potest vt superb⁹ non inuideat: vnde & diabolus inuidet homini.

† sub. ob, vel propter vt fit, ob delictum: aut significat nil aliud docent quā peccare

h *Et de execratione.* Aug. Vel, maledicto, quòd putastis maledictum pendentem in ligno: cui maledicto mendacium addidistis, data pecunia custodibus, vt mentirentur; inde annuntiatæ sunt consummationes, id est, ideo magis perficiuntur, quia in his deprehensi sunt.

† consume in furore

Psal. 3. † Sela

Rom. 5. d.

i *Annuntiabuntur in consummat.* Aug. Vel, annuntiabuntur consummationes, id est, prædicabitur ab apostolis: vbi abundauit delictū exercitationis & mendacij, superabundauit gratia perfectionis; & pertinuit ad medicinā humilitatis, & infirmitatis hominis.

k *In ira consummationis.* Augvst. Est enim ira. i. vindicta Dei *consummationis*, quia aliquando vindicat Deus, vt perficiat; Est & *consumptionis* vt cùm dicet: *Ite maledicti in ignem æternum.*

Mat. 25. b.

l *Et scient.* Aug. Antea enim iusti sibi videbantur Iudæi: sed ostēditur eis, quòd nō sine Christo, qui dominatur Iacob: & depositā superbia, sciunt se pares gentibus, quia omnes peccauerunt.

m *Conuertentur ad vesperam* Cas. Diapsalmus. Affirmatur salus Iudæorum, & vtroque pariete collecto grates aguntur.

✠ Bas. Apologia vsus, dicit eos nō futuros. i. dispergendos. Symmachus, *flectantur vesperi, tumultuentur vt canes, circundantes ciuitatem voluntati ne Ieiuni pernoctent.*

✠ Theod. Secundum sic est intelligendum, vt canes per totū orbem dispersi cælestem cibum quærentes, non inuenient, non credentes ei, quem Vates annunciauerunt: & murmurabunt ingrati.

☞ *Murmu-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ne occidas eos. *vlciscendo de manu propria: quia hoc faciam per alios in iustitia mea: Licet autem non sit scriptum, quod Deus mortē Saulis & suorum satellitum Dauid reuelauerit: tamen hoc credendum est, eò quòd cùm esset propheta, hoc dixit, & hoc Dauid adimpleuit: quia Saulibis manibus eius tradito à morte pepercit: vt habetur. j. Reg. xxiiij. & xxvj.*

2 Nequando obliuiscantur *suis persecutoribus misereri, hac enim misericordia Dauid regis data est in exemplum totius plebis.*

3 Dispergе illos in virtute tua. *hoc fuit adimpletum in monte Gelboe, quando coram Philisthais cœperunt, per diuersas vias fugere. j. Reg. vlt.*

4 Delictum oris eorum. *resumatur ly* depone *cum dicitur*, Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum, *quia verba (quibus Saul & Doeg disponebant Dauid interficere) fuerunt deposita & deiecta, quando ceciderunt in monte Gelboe.*

5 Et comprehendantur, &c. *Quandiu enim Saul fuit humilis, placuit Deo, & electus fuit in regem: & quando superbiuit, dominus eum abiecit, vt habetur. j. Reg. xv.*

6 Et de execratione & mendacio. *quia imminente morte Saulis reprehensus fuit à Samuele. sibi apparente de transgressionibus suis, vt habetur. j. Reg. xxviij.*

7 Et scient. *per experientiam punitionis, & reuelationem Samuelis:* quia Deus dominabitur Iacob, *transferens regnum ad Dauid & domum eius.*

8 Conuertentur ad vesperam. *istud refertur ad famem inductam tempore Dauid in terra Israel, vt habetur. ij. Reg. xxj. quæ fuit inducta à Deo trib. annis propter peccatum Saulis, qui iniuste occiderat Gabaonitas, vt ibidem dicitur: & ideo illi de cognatione & tribu Saulis in illa fame fuerunt grauius afflicti, & quantum ad hoc dicitur:* Conuertentur ad vesperam. *reuertendo ad proprias domos de agro vel alio laboritio, sicut moris est.*

☞ Et famem

MORALITER.

† Christianis interfectionem Iudæorum, sed magis reseruationem eorum: vt sint in recordationē passionis Christi populo Christiano in diuersis terris. ideo subditur.

3 *Dispergе illos in virtute tua.* quod fecit dominus per Romanos qui multos ex eis vendiderunt nationibus diuersis: & sic sunt depositi à regni & sacerdotij dignitate.

4 *Delictum oris eorum.* supple, fuit per sermonem eorum Christū coram Pilato negando, & mortem ipsius nequiter postulando.

5 *Et cōprehēdātur in superbia* ex qua rebellauerūt Romanis, propter quod comprehensi fuerunt ab eis.

6 *Et de execratione & mendacio annūtiabuntur.* iurauerant enim seruire Romanis sub tributo, & in cōsummatione belli arguit eos Titus de fractione huius iuramenti.

7 *Et scient* per experientiam suæ pœnæ.

† *Quia Deus dominabitur Iacob, & finium terræ.* in omnibus gentibus terræ.

8 *Vsque ad vesperam, & famem patientur, vt canes.* nam prope finem obsidionis Ierusalem passi fuerunt tantam famem, q̄ pueros comedebant, & potentes per ciuitatem discurrebant ad rapiendū

† sibi

☞ A †tumultuabunt †dispergẽtur vt edãt † vt cibum habeant.

a *Murmurabũt.* Aug. Vel, *murmurabunt* id est, dolebunt, quod etiam nunc tantũ dispergentur; Vel, *murmurab,* contra pigros. B id est, increpabunt alios nolentes credere.

b *Ego autem.* Aug. Concluditur hic psa. vbi vtroque parietein C angulari lapide coniuncto iam tota eccle sia gaudet.

† Fortitudo mea

c *Et exaltabo.* Aug. Transactis temporib. cum

† tu

a" ¶ Aug. vt peccatores, non vt oues: vnde Multiplicatæ sunt infirmitates eorũm, postea &c.

& † famem patientur vt cânes, & circumibunt ciuitatem. 1 2

¶ Iam digni. ¶ Vbique. a ¶ Aug. vt alios lucrentur.

† ipsi dispergentur † ad manducândum: si vero non fuerint 3 4 5

à ¶ Fide populorum. b ¶ Vt olim in deserto. c ¶ Quia & supra murmur eorum dicentium: Quoniam quis audiuit. ¶ Longe erat vterque paries: sed ego iam tota ecclesia. ¶ Communiter pro hoc quia succedit. d ¶ Quia gentes erigis, & Iudæos humilias.

a b c d saturâti, et murmurabunt. Egô autem † cantabo † fortitudi- 6 7 8

a ¶ Dominicæ diei. ¶ In resurrectione Christi. ¶ In remuneratione. b ¶ Exultabo.

nem tuam, et exaltabo mâne misericordiam tuam. Quiâ 9 10

a ¶ Cas. Dum ecclesia subleuatur de imo in altum. b ¶ Cas. Quando gratum est.

factus es susceptor meus, et refugium meum in die tribula- 11

a ¶ O cooperator. b ¶ Operabor, non tantum cantabo. c ¶ Magnum est quod Deus susceptor est.

tionis meæ et. † Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susce- 12

à ¶ Aug. Quia totum ex dono Dei, ideo iste impletus bonis eius, non inuenit quid vocaret eum, nisi misericordiam suam. ¶ Per omnia.

ptor meus es †: Deus mèus misericordia mea.

cum nox seculi trãsierit, vt & Christus mane surrexit: vnde *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matu.la.* apostoli. vespere fleuerunt mortuum, mane ad resurgentem exultauerũt. D

† laudabo † potentiã

d *Misericordiam,* Aug Quia totũ gratis das: cum multa dixerit, non tamen omnia, in hoc vno omnia comprehendit. E

☞ GLOS:

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et famem patientur, *quia non inuenient: ibi vnde reficiantur.*

2 Circumibũt, *quærendo victum per mendicitatem.*

3 Ipsi dispergentur, *transeundo ad alia loca, quæ tempore illius famis erant minus afflicta.*

4 Ad manducandum. *i. ad quærendum victum.*

5 Si verò. *non fuerint saturati. Et accipitur hic si, pro* quia: *quia non inueniebant ad sufficientiam. ideo subditur,*

6 Et murmurabunt. *per impatientiam, quia multi eorum impatienter illam penuriam sustinebant.*

7 Ego autem. *Hæc est vltima pars huius psal. in qua ponitur ipsius Dauid gratiarum actio pro sua liberatione, cum dicitur:* Ego autẽ cãtabo. *id est, in deuotis canticis laudabo.*

8 Fortitudinem tuam, *qua me eripuisti de insidiis Saulis.*

9 Ex exaltabo mane misericordiam tuam. *summo mane surgam ad magnificandum misericordiam tuam. & subdit causam.*

10 Quia factus es susceptor meus, &c. *de aduersariorum meorum manibus.*

11 In die tribulationis meæ, *quia disponebant omnino me occidere.*

12 Adiutor meus, tibi psallam, quia. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem expressionem deuotionis suæ. Moraliter posset exponi psal. iste de quolibet fideli in angustia existente, qui per preces suas meretur liberari, & persecutores suos puniri. Allegoricè verò exponitur de Christo per Dauid figurato, qui custoditus fuit in sepulchro tanquam alter Dauid in domo. Sed hoc non obstante per diuinam potentiam resurrexit, & Iudæi, qui illum in sepulchro fecerant custodiri, in pœnam huius fuerunt per Romanos captiuati, & per orbem dispersi: tamen ad vesperam huius mundi conuertentur ad Christum, & famem patientur. per fidei Christianæ zelum, contra hereses sicut canes latrantes, & fidem Christi cum feruore magno & desiderio prædicantes. Sed de hac expositione breuiter pertranseo: quia diffuse traditur in Glossa ordinaria super librum psalmorum.*

PSAL-

MORALITER.

† sibi cibum: & quando non poterant inuenire, cõtra Deum per impatientiam murmurabant.

7 *Ego autem.* Hæc est tertia pars, in qua ponitur gratiarum actio de Iudæorũ electione & ecclesiæ exaltatione, cum dicitur in persona ecclesiæ: *Ego autem cantabo fortitudinem tuam,* Iudæos deficientem:

9 *Et exaltabo mane misericordiam tuam,* populum Catholicum exaltantem.

10 *Quia factus es.* s. in persecutione Iudæorum, & postea in persecutione tyrannorum: propter quod subditur,

12 *Adiutor meus tibi psallam* corde & ore cõfitendo tuã bonitatẽ.

✠ MORA-

ADDITIO.

In psal. lviij. Eripe me de inimicis meis Deus.

Litera huius psal. pro magna parte non potest applicari ad historiam illam j. Reg. xix. sc. quando misit Saul satellites, vt custodirent Dauid in domo sua, vt interficeretur, &c. Non enim recte appropriatur huic proposito quod dicitur, Et tu domine Deus virtutum intende ad visitandas omnes gentes, &c. *Cum iste casus fuit singularis, in quo visitatio diuina se non extendebat ad omnes gentes, &c. sed tantum ad liberationẽ Dauid & suorum. Etiamsi dicatur, quod liberatio ipsius Dauid quodammodo se extendebat ad totũ populum Israelis, eo quod erat ipsorum rex futurus, adhuc impropriè seu impertinenter diceretur super hoc,* Ad visitandas omnes gentes. *Similiter vbi dicitur,* Ne occidas eos, nequãdo obliuiscantur populi mei, *sed* dispergе illos in virtute tua, &c. *Dicere etiã quod Deus præseperat Dauid quod non interficeret Saul, ne obliuisceretur populus misereri persecutoribus suis, est omnino sine fundamento, nusquam enim tale legitur in historia propria ipsius Dauid: Nec ipse Dauid abstinuit ab occisione Saulis ex misericordia, sed potius ex fidelitate, vt habetur. j. Reg. xxvj b.* Quis mittet manum in Christum domini, &c. *Similiter cum dicit:* Dispergе illos in virtute tua, *quod propriè intelligitur de aduersariis, non fuit adimpletum in Gelboe, vt dicit postil. nam ibi Saul & Doeg, qui fuerunt principales aduersarij occisi sunt, & non dispersi. Similiter dicere, quod illud quod legitur,* Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, &c. *referendum est ad alios de cognatione Saulis, qui fuerunt in illa fame grauius afflicti, quam cæteri, est omnino sine fundamento. Nam in illa historia. j. Reg. xxj. vbi de hac fame agitur, nihil legitur speciale de cognatione Saulis, quantum ad hoc, quod paterentur grauiorem famem quàm cæteri, Insuper & veritas Hebraica in hoc loco, vbi nos habemus,* Famem patientur *habet,* Et rugient vt canes. *Vnde verius dicendum est & magis litera cõsonum, quod licet in hoc psal. agatur, saltem in sui principio, & fortè etiam in fine, de custodia Dauid per satellites suos, quæ fuit figura Christi in sepulchro à militibus custoditi: tamẽ pro magna parte psal. iste ad literam transit ad agendum de re figurata. sc. de Christo in sepulchro custodito, & de eius resurrectione & pœna aduersariorum, & etiam de reconciliatione eorum, prout plene in Glossa ordinaria habetur: nec est iste sensus allegoricus, prout postil. dicit, sed propriè literalis*

literalis, tanquam ex necessitate literæ consurgens.

Si autem obijciatur de titulo, in quo continetur, quando misit Saul & custodierũt domum ad occidendũ eum. *ex quo videtur quod materia huius psal. referendæ est tantum ad illam custodiam ipsius Dauid & eius liberationem, & huiusmodi:*

Ad hoc respondetur, quod illa verba tituli non denotant quod tota materia psal. literalis sit de illa custodia Dauid: sed tantum quod psal. fuit factus à Dauid tempore illius custodiæ. Non enim dicit titulus, quod illud canticum est de missione Saul ad custodiam Dauid in domo &c. sed quod fuit factus quando misit &c. vnde titu. demonstrat tempus editionis psal. non materiam, sicut in multis propheticis locutionibus hoc habetur vnde Esa. vj. cum legitur: In anno quo mortuus est rex Ozias, &c. *non intelligitur quod reuelatio prophetica debeat intelligi tantũ de morte Oziæ: quia multa maiora & diuiniora fuerunt Esaiæ reuelata pro tunc, vt patet ibidem. sed tantum ille tit. denotat tempus reuelationis: & sic in proposito.*

Est tamen notandum, quod quia, vt dictum est, custodia Dauid in domo fuit figura custodiæ Christi in sepulchro, ideo tenendum est, quod Dauid existens in illo periculo petebat à Deo hæc quæ sequuntur, Primo petebat à Deo suam liberationem, dicens, Eripe me de inimicis meis, &c. *vsque ibi,* Exurge in occursum meũ, & vide. *& tunc* Dauid illuminatus per spiritum de custodia Christi in sepulchro, *quam figurabat, in qua Christus custodiebatur, non vt occideretur secundum carnem, cum iam mortuus esset, sed vt occiderent eius famam occultando resurrectionem eius, & sic eum tollerent de cordibus fidelium, (quod minimè valuerunt, sicut neque custodes* Dauid *eum potuerunt occidere.) Super quod* Dauid *consequenter secundo propheticè orat pro resurrectione Christi à sepulchro, dicens:* Et tu domine Deus virtutũ intende ad visitandas omnes gentes. *vbi Hebraica veritas habet:* Resurge ad visitandas omnes gentes. *Resurrectio enim Christi ordinata fuit ad generalẽ iustificationem mundi secundum sufficientiam: iuxta illud ad Ro. iiij. d.* Resurrexit propter iustificationẽ nostrã. *Sed quia non omnes participes sunt gratiæ resurrectionis. Ideo cõsequenter subdit tertio,* Nõ miserearis omnib. qui operãtur iniquitatẽ, *hoc est dicere, quãuis visitatio tua sufficiẽs sit ad visitandas omnes gentes, non tamen omnib. misereberis, sed quibusdã. s. prædestinatis: ideo propriè dicit,* Nõ miserearis oib. &c. *subintellige, sed à quibusdã, vt habetur in gl.*

Et quia

☞ *Et quia inter illos operantes iniquitatem circa perſonam Chriſti, & circa*
A *eius cuſtodiam in ſepulchro, de qua agitur, principales fuerũt Iudæi, Ideo de ipſis quarto tractat tripliciter,*

Primò de ſtatu quorundã eorum. ſ. qui conuerſi ſunt ad fidẽ poſt reſurrectionem Chriſti & aſcenſionẽ & confirmationem apoſtolorũ, de quibus dicit, Cõuertentur ad veſperam. *i. tardius ſeu ſerius: quia antequã eũ crucifigerent hoc debuiſſent facere: & iſti* famẽ *cõuertendi alios pat*iẽ*tur* vt canes: *vel ſecundum Hebraicam veritatẽ,* Et rugient. *ſ. latrãdo in reprehenſiones infidelium, vt patet de Paulo: ſimiliter & de Stephano, & de aliis:* Qui quidem conuerſi. *ſc. in primitiua eccleſia euangelizãdo:* Circumibant ciuitatem, *ſcilicet, mũdum, qui circumſtat vndique Iudæam, vbi iſta dicebantur,* ſicut canes *in nocte rugiũt cõtra fures & latrones. Poſſunt etiam intelligi,* Conuertentur ad veſperam, *de Iudæis, qui per interualla temporum poſt diuulgationem euangelij conuertũtur quotidie, qui dicũtur* ad veſperã cõuerti, *i. in ſexta ætate ſeculi. Ex quibus fuerunt ſimiliter, & erunt nonnulli, qui circumeunt ciuitatẽ, ſcilicet, eccleſiam contra hæreticas, vel ſaltem contra Iudaicas impugnationes, vt patet in geſtis ſeu tractatibus taliũ, qui inueniuntur præcipue in Hiſpania, vbi Iulianus Pomery de ſtirpe Hebraica fuit Toletan⁹ archiepiſcopus tertius. ſucceſſor beati Alfõſi, & eius maximè imitator, prout in hiſtoria Rhoderici Toletani habetur. Similiter & Petrus Alfonſi, huius nationis, qui edidit quendam dialogum ſolemnem ad fidei Catholicæ confirmationem. Similiter & magiſter Alfonſus Burgenſis magnus philoſophus & biblicus, qui in ſexageſimo ætatis ſuæ anno fere fidẽ Chriſti & ſacrũ baptiſmum ſuſcepit. Et conſequenter cum eſſet ſacriſta eccle-*
B *ſiæ Valiſolitanenſis plura opuſcula ad confirmationem fidei, & cõfutationẽ Iudaicæ perfidiæ edidit: & ſic de aliis. De quibus dicit, & principalius de primitiuis,* Ecce loquuntur in ore ſuo, &c. *quia etiam ipſi cõuerſi loquuntur in ore ſuo magnalia Dei, quæ aliis intimant. vnde:* Gladius in labiis eorũ. *ſc. gladius verbi Dei penetrabilior omni gladio, vt in epiſtola Hebr. iiij. e. Et ſequitur,* Quoniam quis audiuit *q. d. ideo inſtãs prædicatio talium conuerſorum ad fidem fuit à Deo ſuis tẽporibus præordinata,* quoniam quis audiuit: *quia ſcilicet pauci audiunt cũ effectu verbũ Dei, & quandoque magis inclinãtur ad audiendum ſimiliũ prædicationes, tanquã magis contenti de teſtimoniis aduerſariorũ. Sed quia multi ſunt, qui corde non audiunt iſtos, nec illos, Sequitur,* Et tu domine deridebis eos. *ſ. non audientes. Cætera poſſent faciliter applicari huic propoſito. ſcilicet, vſque ibi:* Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos, &c.

Vbi oſtenditur ſecundus ſtatus Iudæorum. ſ. perfidorũ, qui obſtinatiue manent in nequitia ſua proteruientes: quorum ſtatum, vel potius ruinam Pſal. declarat. cum dicit, Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos.
C *id eſt, oſtendit mihi qualiter iſti inimici Chriſti ſunt puniendi ad gloriã Dei, eccleſiæ vtilitatem. Pro quo ſciẽdũ, quod licet magnitudo ſceleris Iudæorum Chriſtum occidentium, ſeu ipſius occiſionem cõſequenter approbantiũ, tanta fuit, quod videretur congruũ diuinæ iuſtitiæ, vt ſtatim delerentur de terra: prout habetur Num. xiiii. b.* Cõſumã eos ſubito, *tamen diuina ſapientia ordinauit ne funditus & ſubito perirẽt de hoc ſeculo,* Tum vt *ex eis quandoque aliqui in temporum ſucceſſione ſaluarẽtur,* Tum *vt eccleſia teſtimonia veteris legis ab eis haberet. Sũt enim (prout dicit gloſ.) quadã bibliotheca noſtra & baiuli codicum noſtrorũ à quib. tanto ſiducialius in originalib. ſacræ ſcripturæ accipitur teſtimoniũ, quãto nobis amiciùs aduerſatur,* Tũ quia *vindicta diuina in eis magis reluceret, cum in diuerſis temporibus, & in variis locis, deiectio & opprobriũ eorum demõſtratur, quam ſi in breui tempore & in quibuſdã regionibus conſumpti fuiſſẽt: quod propriè orabat Pſalmiſta, dicẽs,* Ne occidas eos nequando obliuiſcãtur populi mei. *ſc.* ne obliuiſcãtur *miſericordiæ tuæ, quæ eos ſpectat vt ad cõuerſionem prouocẽt: ſimiliter* ne obliuiſcãtur *ſacrarum literarum tuarum, quæ apud eos originaliter reſidẽt;* Similiter ne obliuiſcãtur *iuſtitiæ tuæ, videntes eos quotidie affligi, & ſupprimi in pœnã ſceleris occiſionis Chriſti: quia õnia poſſunt tradi obliuioni, ſi celeriter fuiſſent conſumpti. Magis enim mouent viſa quam audita, ſicut ſẽſus viſus certior eſt auditu & cæteris ſenſibus, prout in* j. *Metaphyſi. Et quia ſi in vno loco ſeu regione tantum remanſiſſent puniẽdi, non ſequerẽtur prædictæ vtilitates in toto orbe. idcirco dicit,* Diſperge illos in virtute tua. *i. per omnes gentes diſpergantur, vt teſtimonia ſacræ ſcripturæ quæ*

apud eos ſũt ſimiliter, & euidentia diuinæ vindictæ vbique demõſtrẽtur D
vnde ſequitur: Et depone eos *ſcilicet vt ſint opprobrium hominum. Et quia illi perfidi, & ſi opere non poſſunt iam contra Chriſtum recalcitrare, verbis tamen non ceſſant eum blaſphemare: idcirco dicit,* Delictũ oris eorum, ſermonem labiorum ipſorum: *Ex quo ſequitur, quod* cõ prehẽduntur in ſuperbia ſua. *Nam ſecundũ glo. cõprehenditur aliquis in ſuperbia ſua, cum videt ſe ſuperbè egiſſe & tamen fruſtra: quia factum eorum irritum vident. & tamẽ remanet delictũ eorũ apud alios in memoria: & hoc ſpecialiter in duob⁹, Primò* in execratione, *in qua ſũt cõmuniter inter gentes. Similiter, &* in mendacio, *inquãtũ cõtra Chriſtũ mendacia finxerunt, non ſolũ in vita, dicentes eũ ſeductorẽ, &c. ſed etiã in morte, aſſerentes ipſũ nõ reſurrexiſſe, & dantes pecuniã ad occultãdã reſurrectionẽ, vt habetur Mat. xxviij. & hoc eſt quod dicitur,* Et de execratione & mendacio annuntiabũtur. *ſc. ab apoſtolis & aliis veris prædicatoribus: vnde finis talium ſcilicet Iudæorum in proteruia ſua pertinaciã,* eſt in cõſũmatione & in ira cõſũmationis, *i. in vindicta Dei qua peccator conſumitur: ita vt finaliter pereat ab eſſe æterno & glorioſo de quo ſequitur:* Et non erunt, *& ſequitur:* Et ſciẽt, quia dominus dominabitur Iacob & finium terræ, *hoc eſt, quia iam in illa conſummatione per experientiam cognoſcent, quòd Chriſtus, quem contẽpſerũt, dominabitur Iudæis, & gentibus, &c.*

Conſequenter declarat tertium ſtatum Iudæorũ, ſcilicet quãdo in fine mundi conuertentur, & de his dicit: Conuertentur ad veſperam, *ſ. in fi-* E
ne mundi, quæ eſt eius veſpera ſimpliciter: & poteſt conſtrui cũ præcedẽti verſu ſic, Cum illi Iudæi ſcient, quia Deus dominabitur Iacob & finiũ terræ *per veram fidẽ, tunc* conuertẽtur, *exponatur verſus ſicut prius. Et ſequitur de iſtis:* Ipſi iam diſpegentur ad mãducandũ, *ſ. vt alios lucrentur, ſi* vetò nõ fuerint ſaturati, *eò quòd multi remanebunt incredduli,* murmurabunt *contra tales, id eſt, increpabunt. Sed notãdum vbi tranſlatio noſtra habet, & murmurabunt, Hebraica litera habet* וילינו vaialinu, *a radice* לין lun, *quæ eſt dictio æquiuoca, & vno modo ſignificat murmurationem, alio modo ſignificat manſionem, ſeu quietem, quam homo dicitur habere in nocte, cum tam eſt in domo recollectus, & ceſſat à laboribus diurnis, eo modo quo dicitur Gene. xxiij.* Locus ſpatioſus ad manendum: *vbi enim dicitur* ad manendum, *ponitur ſimilis dictio ſicut hic. Et ad iſtam vltimam ſignificationem magis tẽdit litera prius, prout hic propriè ſyllabizatur: & ſic erit ſenſus,* Si non fuerint ſaturati. *ſ. quia nõ omnes conuertentur, tamen iam quieſcent ſeu ceſſabũt quia iam finis huius mundi erit, in quo talia habent ceſſare.*

Conſequẽter quinto concludit in perſona Chriſti hominis qui totã laudem, & victoriam Deo attribuit, Ego autem cantabo fortitudinem F
tuam, & exultabo mane miſericordiam tuam, *quia vt ait Pſal.* Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinũ lætitia: *In quo inſinuatur lætitia reſurrectionis, quę mane dominicę diei primo fuit manifeſtata,* quia factus eſt ſuſceptor meus, *&c: me reſuſcitans,* & refugiũ meum *à cuſtodia aduerſariorum liberans, quia omnia diuinæ miſericordiæ attribuit concludens,* Deus meus miſericordia mea.

REPLICA.

In Pſalm. Etripe me, &c. *Quem poſtil. exponit de Dauid cuſtodito in ſua domo, &c. prout titulus huius Pſalm. formaliter ſonat. Burgẽſ. qui conſuluit titulos magnificare, & ſecundum formã tituli materiã pſal. aſſignare, hic dimittit formam ti. exponens pſal. iſtũ de Chriſto cuſtodito in ſepulchro redarguens poſtil. qui ſecundum formam, tit. accipit materiã pſal. ad cauendum ſententiarum inuolutionem. Catholicè poteſt dici, quod literalis ſenſus huius pſal. primus eſt de Dauid iuxta formã tit. ſed per allegoriã eſt de Chriſto, cuius figuram geſſit Dauid in multis, vt ſuprà ſæpe dictum eſt, & ſpecialiter in hac materia huius pſal. Et cũ Bur. dicit hunc ſenſum fore literalem de Chriſto, conceditur ei ſicut ſuprà quod eſt ſẽſus principalis: ſed non primus ad literam ſecundum vocum ſignificationem. Eſt igitur ſenſus literalis primus de Dauid tãquam de figura, ſed principalis eſt de Chriſto tanquam figurato. Argumenta autem Burg. de applicatione quorundam verſuum modici ponderis ſunt: nam ſunt quædam congruentiæ applicabiles pro & contra, quæ denecceſſitate rationis nihil concludunt.*

☞ GLOS:

GLOSSA ORDINARIA.

A a *In finem pro his.* Aug. In historijs non legitur, quòd Dauid cõuerterit Ioab, vel quod in huiusmodi vastationib. aliquid succenderit: Sed superficie historiæ relicta, sicut in plerisque alijs fit, ad spiritualem dirigimur intelligentiam, quæ ex nominum interpretationib. sumitur. Interpretatur enim *Mesopotamia* eleuata vocatio, *Syria*, sublimis, *Sobal*, vana vetustas, *Ioab*, inimicus, *Edom*, terrenus. His omnibus figurãtur elati magnitudine terrenæ vanitatis. quos oẽs Christus igne charitatis, quem in terra dignatus est mittere, accendit, & conuertit inimicũm in fugam; hominem ad fidem; terrenos, vt viuant cælestes.

2 Reg 8.d. psal. 4.

† vide †Super Susan testimonium † quo docetur, quomodo desolauit (vel pugnauit contra) Syrium † Idumæã.

B

a ¶ Psalmus dirigens. ¶ Id est Christum. b ¶ Id est de. ¶ De veteri vita in nouam.

a † In finẽm † pro his qui commũtabuntur in tituli inscri-

a ¶ Suscepta per fidem. ¶ In regnum Christi. b ¶ Christo, vt ei viuant. c ¶ Eius transeuntes. d ¶ Non historialiter, sed spiritualiter igne s. Dei.

b ptiõne ipsi Dauid † in doctrinã, cùm succẽdit Mesopo-

¶ Vel Syram. a ¶ Id est omnes de quatuor mundi partibus ad fidem sanctæ trinitatis per apostolicam doctrinam vocatos in humilitate sapienti & discreta.

c tamiam Syriæ, & Syriam Sobal, & † conuertit Ioab, & pẽr-

cussit † Edom in valle Salinarum duodecim milia.

PSAL. LIX.

¶ O. a ¶ Vox percussorum in melius mutatorum. b ¶ A malis. c ¶ Aug. Qui mali eramus. d ¶ Aug. Malè ædificatos vt erigeres. e ¶ Aug. Non misereris nisi irascaris, ita est vetustatis, vt pereat, misericordia innouat hominem interiorem, etsi exterior corrumpatur.

d Deus repulisti nos & † destruxisti nos: iratus es,

1 2 3 4

a.Reg.8.d.

BASIL. & THEOD. Hæc regum historia describit. Præuidet autem populum præuaricaturum captiuum abducendum, & pœnitentem reducendum Ideo inscripsit: *Pro ijs qui mutabuntur.*

C

b *Doctrinam.* Aug. *Mutantur* in doctrinam: Oportet enim in eius doctrinam trãsire eum, qui vult titulum eius habere: sed quomodo nos mutare? *Mesopotamia*, eleuata vocatio totus mundus vocatione eleuatus. *Syria* sublimis, sed incensa humiliatur, vt melius exaltetur. *Ioab* inimicus conuertitur, si diabolus est, in fugam: si homo, ad fidem, *Sobal*, vana vetustas in vitæ nouitatem, *Edom* terrenus vitam in cælestem.

F

Luc. 12. f.

c *Et percussit.* Aug. Cum percussit Edom gladio spiritus. i. verbo, percussit duodecim millia in valle Salinarum. Duodecim millia perfectus numerus est, cui deputatur numerus apostolorũ, qui de quatuor mũdi partibus ad trinitatẽ vocãtur: ergo per xij. millia totus mundus percussus est. *Vallis* est humilitas, *Salina*, sapor sapientiæ significant: quia multi vane humiliantur pro terrenis passi. Passi sunt & hæretici, sed bonum est sapienter humiliari. i. pro domino. Docet beatam esse contritionẽ per quã probat cõmutandos ad æterna.

2.Reg 8.d.

† reuersus est.

E

† scidisti.

PSALMVS. LIX.

F

Deus repulisti nos Cas. Primo referũtur percussiones factæ pro æternis pœnis vitandis:

Repulisti. Cas. In Adam. *Et destruxisti* ab immortalitate. Quia *iratus es* pro peccatis, & tamẽ *misertus*, per filiũ: sic quod cõmouisti ab errore: *Et turbasti*, pœnitentiam; vt ergo cæpisti, perfice, sana.

d *Destruxi.* vt erigeres in bonũ ædificiũ male ædificatos. Hęc est

☞ ciuitas

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs. lix.

1 ☞ Deus repulisti. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo secundum Rab. Sa.* Ad victoriam super rosæ testimonium, suaue canticum Dauid ad docendum, quando pugnauit contra Aram fluuiorum, & Syriam Sobal, & reuersus est Ioab percussit Edom in valle Salinarum xij. milia. *Ad cuius intellectum sciendum quod Dauid misit Ioab, & omnem exercitum bellatorum contra filios Ammon, qui iniuriati fuerant nuntijs Dauid, vt habetur ij. Reg. x. & d. bellatis filijs Ammon & Syris, qui venerunt in eorum auxilium Ioab redijt in Ierusalem, vt habetur ij. Reg. x. & postea Dauid eum toto exercitu suo exposuit se, vt iret ad pugnandum contra Syrios, vt ibidem habetur.* Dicit igitur *Rab. Sa. quod Syri hoc audientes miserunt nuntios ad Dauid dicentes, quod non erat ei licitum venire contra ipsos propter fœdus & iuramentum quod fecerat Iacob cum Laban Syro, vt habetur Gen, xxxj. & tunc Dauid consuluit sapientes legis qui responderunt ei quod erat licitum, eo quod Syri prius fregerant iuramentũ veniendo ad bellum contra seruos Dauid in auxilium Ammonitarum, vt dictum est: & quia Cusarasathaim rex Syriæ impugnauerat filios Israel, eos subijciens seruituti suæ per vij. ann. vt habetur Iudicum iij. dicit igitur Ra. Sa. quod in ti. prædicto per* rosam *intelligitur cœtus sapientum, qui testificatus fuit ipsi Dauid quod licite poterat contra Syrios ad bellum procedere: & quantum ad hoc dicitur,* Super rosæ testimonium. *i. responsum datum ipsi Dauid per cœlum sapientum: de quo responso & victorijs sequentib. qua tanguntur in quodam generali titu. cum subditur,* Quando percussit Aram fluuiorum, &c. *fecit Dauid psal. istum: Secundum hoc igitur sensus huius tituli est,* Canticum suaue Dauid *supple est iste psal. ab eo factus:* Super rosæ testimonium. *i. propter responsum sibi datum à cœtu sapientum per rosam designato.* Ad docendum s. *ipsum Dauid, quod licitum erat pugnare contra Syrios, quid autem significaret* Ad victoriam. *in principio tituli frequenter, supra dictum est.* Quando percussit Aram fluuiorum. *Aram est nomen ciuitatis, in qua habitabat Laban Syrus: Et dicitur* fluuiorum *quia erat in medio duorum fluminum, propter quod alio nomine vocatur Mesopotamia, à μέσος quod est medium in Græco, & ποταμὸς quod est fluuius.* Et reuersus est Ioab, *scilicet in Ierusalem debellatis Ammonitis & Syris, vt prædictum est.* Et percussit Edom, &c. *Ista victoria attribuitur Dauid ij. Reg. viij. d. vbi dicitur.* Fecit quoque sibi Dauid nomen cum reuerteretur à capta Syria in valle Salinarum cœsis duodecim milibus. *& sequitur,* Et facta est vuiuersa Idumæa seruiens Dauid & j. *Para. attribuitur Abisai, de quo dicitur* j. *Paral. xviij. c.* Abisai vero filius Seruię percussit Edom in valle Salinarum: *Hic autẽ attribuitur ipsi Ioab. Dicendũ, quod isti tres fuerunt in illa victoria: quia facta fuit in reditu Dauid de Syria ad quam capienda iuerat cũ toto exercitu suo: vt prædictũ est. Et attribuitur hæc victoria ipsi Dauid tanquam regi, Ioab vero tanquam principi militiæ; Abisai vero tanquam duci vnius aciei, qui fecit probitatem notabilem in illa victoria: propter quod attribuitur Abisai tanquam duci. Non est enim inconueniens idem attribui diuersis personis rationib. diuersis. Duodecim milia. Paralip. xviij. ponuntur. xviij. milia. Nec est contradictio, quia minor numerus includitur in maiori. nec ponitur hic minor numerus cum præcisione partis excedentis. quæ* j. *Para. exprimitur. In translatione vero Hier. talis ponitur titulus:* Victori pro lilijs testimonium humilis & perfecti Dauid, ad docendum quando pugnauit aduersum Syriam Mesopotamiæ Sobæ & reuersus est Ioab, & percussit Edom in valle Salinarum. xij. milia.

Ad cuius intellectum sciendũ quod vbicunque in vet. test. Hier. transfert lilium *vel* lilia, *Hebræi dicunt* rosam *vel* rosas, *sicut dictum fuit supra psal. xliij. idem tamen importatur per vtrumque. s. cœtus sapientum. Et licet hic ponatur singulare. s.* rosa *secundum Hebræos: Hier. tamen transfert plurale dicens,* lilijs, *eo quod quilibet de cœtu sapientum poterat dici rosa vel lilium propter pulchritudinem sapientiæ, & sic totus cœtus dicitur lilia in plurali. Quod autem subditur:* Humilis & perfecti Dauid: *est quia dictio Hebraica* מִכְתָּם michtam *secũdũ Rab. Sa. signat canticum decens vel pulchrum: secundum Hieron. vero humilem & perfectum. Quod autem dicitur hic:* Testimonium humilis & perfecti Dauid, *non dicitur testimonium Dauid, eo quod dederit ipsum sed quia à sapientibus fuit sibi datum, vt prædictum est: & sic patet expositio tit. Hier. ex his quæ dicta sunt in expositione tituli Hebraici:* Deus repulisti. *Ad intellectum huius psal. sciẽdum, quod antequam regnum Israel fuisset in manu Dauid simpliciter, fuerat multipliciter, afflictum & vastatum, vt patet tempore iudicum & principio regni Saul, in quo Philisthæi tenebant ipsum in tanta seruitute, quod faber ferrarius non erat in tota terra Israel, cauerant enim Philisthæi, ne faceret Hebræi gladium aut lãceam, ne possent rebellare. vt habetur* j. *Reg. xiij. Item mortuo Saule Philisthæi intrauerunt ciuitates regni Israel vnde fugerat populus, & habitauerunt ibi, vt habetur* j. *Reg. xxxj. Item post mortem Saul facta est longa concertatio de regno inter domum Dauid & domum Saul, vt habetur* ij. *Reg. iij. propter quod Gentiles in circumitu regni Israel existentes, multipliciter vastauerunt illud, non habentes validam resistentiam propter dictam contentionem: Dauid igitur hoc cõsideraus fecit psal. istum, in quo primo vastationem regni plãgit; Secundo restitutionem eius propheticè prædicit, ibi,* Et liberentur. *Circa primum dicitur,* Deus repulisti nos, *propter peccata nostra.*

2 Et destruxisti nos, *i. destrui permisisti.*

3 Iratus es, *contra regnum Israel temporibus præteritis, vt patet ex dictis.*

4 Et misertus es nobis, &c. *quia regnum in pace conseruasti.*

☞ Commo-

MORALITER.

† 1 *Deus repulisti nos.* Psalmum istum fecit Dauid lamentans destructionem terræ Israel antequam veniret ad regnum, & precãs deuote dominum pro eius reformatione. Moraliter autem per Dauid, qui primo fuit pastor ouiũ, & postea rex significatur bonus, prælatus secularis vel religiosus secundum illud i. *Pe. i. b. Vos estis genus electum regale sacerdotiũ*, qui peccata populi sui plorat, & pro eius reformatione Deum orat dicens, *Deus repulisti nos.* propter peccata nostra flagellando.

4 *Et misertus es nobis*, citra condignum nos puniendo.

† *Commo-*

☞ ciuitas trinominis prius *Iebus* dicta, postea *Salem*, inde *Ierusalē*, A *Iebus*, conculcata, *Salem*, pax, *Ierusalem*, visio pacis interpretatur. Prius enim in nobis conculcantur vitia, inde in pace, iustitia ædificium bonorum operum constructur, deinde ad visionem pacis ineffabilis rapiemur. Hæc tria notantur hic per *destruxisti*, *misertus es*, & *sana*: vnde dominus, *Ecce hodie & cras damonia eiicio, & sanitates perficio, & die tertia consumor*. Hi sunt pasca, pētecoste, a & scenophegia: & hi sunt tres dies dominicæ passionis, pœnitētia, iustitia, gloria. B

a *Ostendisti*. Avg. Mutato enim homine in melius, sequitur, quod alibi dicitur in libro Iesu filij Sirach, *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore: & prepara animam ad tentationē*. Prior labore, est peccata vincere, vt muteris, Secūdus, pro eo, quod mutatus es, ferre aduersa vsque in finem. C

b *Dura* Cas. id est, temporis miserias, quæ nobis per charitatem sunt delectabiles, & per infirmitatem carnis graues.

c *Vino*. id est, tribulatione, qua purgatur patiens, vt vulnus vino: *Vino*, spirituali, vnde non vitia, sed compunctio.

✻ Bas. Aquila reddidit *potasti nos vino stuporis*. i. mœstitiæ.

d *Dedisti metuentibus te significationem*. Avg. per hoc significasti futura, vt fugiant ab impugnatione futurę vindictæ. Vel, *significationem* vexillum crucis, quod pro signo nobis datur, vt sequamur passiones Christi: quia etsi socij passionis, simul & resurectionis erimus. Vel, *significationem*, scripturas sacras.

Ezech. 9. ✻ Theod. hoc magis dilucide B. Ezechieli, Se vidisse Angelum vrbem obeuntem, & gementium peccata populi signum in frontibus ponentem.

e *Arcus*. Avg. quantò plus retrò tenditur, tantò impetuosius sagitta in priora fertur. i. quantò magis differtur iudicium: tantò grauius venturum est. D

f *Et liberentur*. Cas. Diapsalmus De liberatione, quam precatur, & affirmatur, pro qua gratæ sunt percussiones.

g *Dextera tua*. Aag. Vt stemus ad dexteram, vbi vera & æterna salus de temporali salute fiat sicut vis. Saporem habet de valle Salinarum, qui æterna petit: de his sēper auditur iust⁹, de terrenis non nisi vtiliter. E

h *Deus locutus est*. Avg. Q. Hac fiducia oro, qa Deus in Christo promisit. Quid, *letabor*: facia quod lęti-tiæ mihi cedat, sic qa partibor. *Deus locutus* Quia Deus locut⁹ est, fiet istud, quod ego læ tabor: Non verba Dei dicit, sed quæ consequēter eueniunt. Vox est ecclesiæ: *Latabor*. ✻ Bas. & Theod. Per spiritussancti gratia, quæ vatis lingua pro instrumento vsa est. *Sichem* autē est ciuitas, quam Iacob Ioseph dedit, in qua Ephraim sedem suā posuit. Conualles autem tabernaculorum, deserta regio facta bellis: quam promittit se habitatorib. refertam redditurum, vt de mensuris incolæ cōtendant. F

i *Sichimam*. Avgvs. Interpretatur *humeri*. i. onus Christi, quod pro viribus singulis distribuit. Sichimam locus est, vbi Iacob rediens à Laban fecit tabernacula propter oues & armenta: & vocauit *Socoth*. i. tabernacula: vbi & absconditidola, quæ habebat de Syria: vbi diu peregrinatus fuerat. Secūdum historiam ergo significat gentes, quæ diuisæ, quia non omnium est fides. Secundum interpretationem diuidūtur humeri. i. onera, vt alios peccata grauent, alij iugum Christi ferant. Gen. 33. d.

k *Conuallem tabernaculorum*. propter oues Iacob signat Iudæos, qui etiam diuidūtur: quia alij credunt, alij non. i. de Iudæis habebo non paucos.

☞ *In Deo*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Commouisti terram, &c. *i. commoueri & conturbari permisisti habitantes in terra nostra ab aduersariis.*

2 Sana contritiones, *tempore meo.*

3 Ostendisti populo tuo dura. *propter eius peccata.*

4 Potasti nos vino. *Hieron. habet*, vino mœrotis, *& idem est, quia mœror est compunctio de peccatis.*

5 Dedisti metuentibus te, *respectu futuri temporis.*

6 Vt fugiant à facie arcus, *tua iustitia, quæ extenta est ad percutiendum peccantes: & hic arcus effugitur cauendo à peccatis.*

7 Et liberentur *Hic consequenter restitutionem & ampliationem regni predicit: & hoc primo predicit, secundo cui attribuendum sit, ostendit, ibi*, Quis deducet. *circa primum incipit orando, di.* Et liberentur dilecti tui, *i. populus Israel, qui dicitur dilectus Deo. Osea. xj. a.* Puer Israel, & dilexi eum.

8 Saluum fac. *scilicet, populum Israel.*

9 Dextera tua domine. *q. d. non potest fieri virtute humana.*

10 Et exaudi me. *deprecantem pro regno meo, & ad hoc impetrandum allegat diuinam promissionem, dicens,*

11 Deus locutus est in sancto suo, *Samuele, cui dominus reuelauit futuram regni prosperitatem tempore Dauid: propter quod dixit. j. Reg. xiij. c.* Quæsiuit sibi dominus virum iuxta cor suum, præcepit ei vt esset dux super populum suum, *& hanc reuelationem Samuel dixit ipsi Dauid, propter quod subditur.*

12 Lætabor, *in Deo salutari meo.*

13 Et partibor Sichimam. *i. diuidam spolia terræ Sichem bellatoribus meis, quæ fuerat, occupata ab aduersariis regni Israel.*

14 Et cōuallem tabernaculorum. *locus est prope Iordanem, vbi Iacob reuertens de Mesopotamia declinans Esau fratrem suum fixit tētoria & appellauit nomen loci illius* Socoth. *i. tabernacula. Ge. xxxiij. Illa enim vallis erat de regno Israel. sed occupata fuit ab aduersariis, quibus expulsis Dauid restituit terram filiis Israel, vnicuique secundū mensuram sibi debitam. Et quia in istis Dauid fuit adiutus specialiter ab aliquibus tribubus, ideo consequenter exprimit eas dicens,*

15 Meus est Galaad. *Ibi fuerunt homines bellicosi, sicut Iair & Iephte, de quibus descenderunt homines fortes.*

16 Et meus est Manasses *hoc dicit quantum ad illam partem quæ erant citra Iordanem. de qua fuit Gedeon vir fortis.*

☞ Ephraim

MORALITER.

† 1 *Commouisti terram, &c.* i. permisisti eam commoueri à stabilitate virtutis.

2 *Sana contritiones eius*. i. ipsius peccata, tuæ gratiæ medicina.

3 *Ostendisti populo tuo dura*. i. pœnam peccatis debitam in sacra scriptura.

5 *Dedisti metuentibus significationem*, per seruorum tuorum prędicationem.

6 *Vt fugiant à facie arcus*. i. vltimæ sententiæ, quæ sicut arcus ferit à longe.

7 *Et liberentur*. Hic est principium versus in Hebræo, Et hic ponitur deprecatio pro populi liberatione, cum dicitur, *Et liberentur dilecti tui*. i. Christiani à seruitute peccati. *Saluum fac dextera tua. & exaudi me, &c.* pro me, & pro populo meo deprecantem.

11 *Deus locutus est in sancto*. i. filio suo, qui est sanctus sanctorū, Da. ix. ☞ adsisteret populo Christiano, Matthæi vlti. d. *Ecce ego vobiscū sum* omnib. diebus, vsq; ad consummationem seculi. Et ex hoc,

12 *Latabor*. mente consolatus.

13 *Et partibor Sichimam*, quæ *humerus* interpretatur, ideo per ipsam, onus impositum episcopis significatur. Quod bene diuiditur quando officium prædicandi & confessiones audiendi personis idoneis committitur: quia sic secundū consilium Iethro Exo. xviij. partito in alios onere leuius portatur.

14 *Et conuallem tabernaculorum metibor*. i. mensurabo, quod fit quādo secundum indigentiam diuersorum locorum, de bonis coadiutoribus prouidetur, de quibus subditur,

15 *Meus est Galaad*. Galaad, qui interpretatur *aceruus testimonij* & signat hominem literatum, in quo coaceruata sunt testimonia veteris ac noui testamenti.

16 *Et meus est Manasses*. qui interpretatur *obliuio*, & religiosum signat, qui oblitus domum patris sui, vacat contemplationis studio.

† *Et Ephraim*

---

† reuertere ad nos. † nostri.

† signum id est verbum promissionis. Eccl. 2. a. ✻ Sela sup. psal. j.

† dimetiar

† Socoth

† scidisti

† soporatio, intoxicato, amaro

† eleuent se propter veritatē sub. promissionis. vel, quod signū fiet istud, quod ego læ eleuent in veritate † per sāctitatem suā

A ✻ Basilivs. Galaad terra est, quam tribus Manasses initio sortita est. Symmachus loco *capitis mei, imperij mei* posuit: videlicet Propugnatorem meum, vt olim efficiam.

a *Manasses.* Avg. Vel, Manasses omnis ille, qui oblitus prioris vitæ, in interiora cum Apostolo se extendit. Vel, per Manassem intelligitur ecclesia gentium, quæ prius sterilis maledictioni & opprobrio subiacebat. Sed modo cũ parit iam oblita est opprobriorũ & ignominiæ: vnde Esa. *Lætare sterilis quæ non paris. quia plures sunt filii desertæ, quam eius quæ habet virum, confusionis adolescentiæ tuæ obliuiscéris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis.*

b *Ephraim.* Avg. Fructificatio: & hæc est *fortitudo capitis*, id est, Christi: granũ enim moriens virtutem in se habet, vt fructum faceret.

Esa.53.a. † lotionis

Ioh.12.b.

† cum exercitibus.

B C

a ¶ Oblitus prioris confusionis, scilicet, quia iam honori est Christianum nomen: vnde Apostolus. Rom.1. Non enim erubesco euangelium b ¶ Meus est.
c ¶ Christus, vnde, Iuda te laudabunt fratres tui. Gen.xlix.b

a Manásses, & Ephraim fortitudo capitis mei. Iúda † rex meus 1
b 2

a ¶ quo regente. ¶ Id est abutens lege est. ¶ Quia infert tribulationem, & hoc est.
b ¶ Quia facit plenius sperare, non deficere. c ¶ Dixit, Lætabor diuidam, quia. ¶ Quæ interpretatur terrena,
d ¶ Aug. & si ebulliat mundus scandalis, tamen vsque ad terrenæ vitæ homines.
e ¶ Aug. euangelium, quo munitur vita gradientium in mundo, vel humanitas, qua latuit Deitas, vel per calce, quod fit de corio mortui animalis, passio Christi intelligitur.

c Moáb olla † spei meæ. In Idúmæam extendam calceamen- 3
4

a ¶ Et sic. ¶ Vocabo non plebem plebem meam, &c. Osee 2.d.
c ¶ Aug. alienigenæ. Allophy. i. qui ad genus meum non pertinent, multi enim adorant Christum qui non sunt cum eo regnaturi. i. fidi Christiani. b ¶ Sed. ¶ Nisi Deus.

tum meum, † mihi alienígenæ subditi sunt. Quis dedu- 5
6

a ¶ Aug. gentes circunfusas Iudææ mediæ.
b ¶ quæ alibi rota dicitur, id est, orbis terrarum, vnde, Vox tonitrui tui in rota. Eccl. 43.b

d cet me in ciuitátem munítam, quis deducet me vsque in 7

a ¶ Aug. vt regnem in terrenis, qui de me non sunt, nec de me proficere volunt. b ¶ Deduces.
¶ quod & in principio dixit. ¶ Sinis tribulari
d ¶ Non contra eos apparebis, qui dicunt, Vbi est Deus eorum, vt olim patribus fecisti? Non ostendes potentiam tuam qualem ostendisti in Dauid, Moyse, Iesu Naue, quibus gentes cesserunt.

e Idúmæam? Nonne tu Deus, qui rẽpulisti nos, & nón 8
f 9
10

a ¶ Ergo: Quia deduces. ¶ Vel sic continua: Non egredieris; sed nec curandum, quia sic maius est auxilium Dei, scilicet cum intus iuuat, & ideo O Deus.

egredieris Deus in † virtutibus nostris? † Dá nobis auxi- 11

Cas. *Moab olla spei meæ.* Vel per *Moab*, gentes intelligunt per *ollam* refectio: De gentibus vero quidam sunt conuersi, & vsti sunt tribulatione; Alij non sunt conuersi, scilicet alios vrunt tribulatione: vtrique verò, scilicet vrentes, & vsti sunt *olla*, i. refectio Christi & ecclesiæ: quia de vstis consolatur: de vrentibus proficit: & est sensus, *Moab*, i. gentes scilicet, vel vrentes alios tribulatione, vel vsti sunt *olla*, i. refectio *spei meæ*: vnde spes mihi vitæ est. † doctor, præceptor.

Hier. *Olla*, vnde. *Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie aquilonis.* Et ibidem Ieremias, *Ab aquilone pãdetur omne malum*, id est, à diabolo, qui dixit, *Ponam sedem meã ad aquilonem, &c.* Ab illo ergo tribulationũ olla in ecclesia ebullit. Esa.14.d. E Iere.1.c.

✻ Basil. Aquila sic est interpretatus *Moab olla lauacri mei* Syrus, *Vrna ablutionis meæ*, vrna vas est manibus & pedibus abluendis: *olla* in scriptura apud Hieremiam pro supplicio & pœna sumitur: significat itaque Moabitas Iudæ subijciendos. † 33 q.c. se. F Ierem.1.

✻ Theodore. Post reditum indiuiduæ manserunt tribus. solum autem Zorobabel habebant ducem & Regẽ. merito Ephraim fortitudinem imperij vocauit, Iudam regẽ meũ, id est, â me electum, qui populo meo dominabitur.

c *Moab olla spei meæ.* Avg. filiæ malè vtentes patre genuerunt Moabitas: sic qui malè vtitur lege generat mala opera; vt qui bene, bona. A malè autem vtentibus lege oritur tribulatio ecclesiæ: hæc est olla feruens ab aquilone, id est, diabolo: sed Christo duce, olla iniquitatis ardens facta est *spei*, non consumptionis: *quia tribulatio operatur patientiam, patientia probationem, probatio vero spem facit*, cum charitas ardet contra ollam iniquitatis. Iere 1.cap. Rom.5.a

d *Ciuitatem munitam.* Cas. Futuram Ierusalem.

✻ Basi. Symmachus, *conclusam Ierusalem* intelligit, quæ diruta manibus, postea septa est.

e *In Idumæam.* i. vsque ad terrenos, vt impleto numero simul ad beatitudinem veniret.

f *Non egredieris.* Avg. sed intus operaberis: & sic melius deducet quia sic videtur non pro temporali vita pugnare, sed pro futura

Cas. ☞ *In Deo*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Ephraim fortitudo capitis mei, *i. regni mei.*

2 Iuda rex meus. *i. custos & defensor regni mei. Ista enim duæ tribus fuerunt fortiores & bellicosiores aliis: propter quod fuerunt situatæ in duabus extremitatibus regni, tribus Ephraim in extremitate aquilonari, & trib. Iuda in extremitate australi: sicut plenius fuit dictum, cum ageretur de diuisione terræ in libro Iosue.*

3 Moab olla spei meæ. *i. semper spero in Deo, quòd terra Moab erit mihi subdita ad seruiendum, sicut olla, qua homo vtitur in ministerium suum. In Hebr. habetur* Moab olla salutationis meæ, *ideſt, populus Moab erit mihi ita subiectus, sicut olla ad lotionẽ pedũ præparata.*

4 In Idumæam extendam calceamentum meum *calcabo eam, & subiiciam per plenam victoriam.*

5 Mihi alienigenæ. *id est. alienæ nationes in circumitu regni mei mihi sunt subiectæ. In Hebræo habetur:* Mihi Philisthæa associata est, *id est, addita regno meo, quia seruiuit Dauid sub tributo, vt habetur. ij. Reg. viij.*

6 Quis deducet. *Hic consequenter ostenditur, quod prædictæ victoriæ sunt Deo attribuẽdæ vnde dicit Dauid,* Quis deducet me in ciui. mu. *muris, victualibus, bellatoribus, & armis.*

7 Quis deducet me vsque in Idumæam, *vbi erant multi fortes & bellicosi, respondet,*

8 Nonne tu Deus, *q. d. nullus alius potest mihi hoc facere.*

9 Qui repulisti nos, *temporibus præteritis, vt patet ex prædictis.*

10 Et nõ egredieris Deus, &c. *i. exercitibus nostris interrogatiuè quasi di. imò tu egredieris: aliter nihil facere possemus, propter hoc subditur,*

11 Da nobis auxilium. *& patet litera ex dictis, Moraliter potest exponi psal. iste de quolibet verè pœnitente, qui considerans regnum animæ suæ per peccata præterita dissipatum, lamentatur & pro restitutione ipsius ad statum virtutis, & gratiæ deprecatur. Ad hoc autem adiuuatur per quatuor: Primum, est pura confessio, quæ per* Iudam *designatur, quæ confessio interpretatur, Secundum, est à recidiuo præseruatio, quæ per* Manassen *intelligitur, eò quod interpretatur obliuio: talis enim sic se habet ad peccata præterita, quasi oblitus sit iterum operaipsa, Tertium, est boni operis multiplicatio, quę designatur per* Ephraim, *quę interpretatur crescens aut fertilitas, Quartum, est proprię conscientię testificatio secundum illud Apostoli. ij. ad Corin. j. c.* Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ, *& figuratur per* Galaad, *qui interpretatur aceruus testimonij, & talis subiicit sibi concupiscentiam carnis per* Moab *designatam, qui interpretatur* ex patre, *Hæc autem concupiscentia traditur ex carnali generatione, & concupiscentiã oculorum, quæ figuratur per* Idumæam: *quæ terrena interpretatur: & superbiam vitæ quæ per Philistheum designatur: eò quòd ore contendens interpretatur: superbi enim verbis despicabilibus nituntur in alios contendere: sed quia sibi omnia ista sibi emanant à Deo: ideo sibi est tota victoria attribuenda.*

MORALITER.

† 1 *Et Ephraim fortitudo mea,* Ephraim, qui frugifer interpretatur signat exercitatum in actiua vita & contemplatiua. Et omnes isti sunt apti ad iuuandum præsulem in officio prædicandi, & confessiones audiendi.

2 *Iuda rex meus.* id est, sub me, ideo signat rectorem ecclesię sub pontifice. Et omnes isti ipsum iuuant in ecclesiæ regimine: & sic potest dicere,

2 *Moab olla spei meæ.* per Moab, qui interpretatur *ex patre.* peccatores signãtur, quibus dicitur Ioh. viij. f. *Vos ex patre diabolo estis.* Et de ipsis potest episcopus sperare, quod per bonos adiutores suos conuertentur ad bonũ: & sic obedient sibi, sicut olla deseruit ad opus domini sui.

4 *In Idumæam.* per Idumæam, quæ *sanguinea* interpretatur, raptores & tores & homicidæ signantur: qui aliquando per bonum episcopũ & eius coadiutores ad bonum reducuntur, & sic ad eos *calceamentum eius extenditur*, cum per laborem prædicantium ad dominum reducuntur, propter quod concluditur,

5 *Mihi alienigenæ.* i. gentes prius à Deo alienæ.

6 *Quis deducet.* Hic ostenditur quòd prædicta bona Deo sunt attribuenda, cum dicitur, *Quis deducet me in Idumæam.* f. ad prædictorum conuersionem; & respondet,

8 *Nonne tu Deus, &c.* quasi dicat sic. 9 *Qui repulisti nos*, propter peccata nostra. Peccata namque subditorum debẽt episcopi & eorum adiutores reputare sua, per compassionem.

10 *Et non egredieris Deus, &c.* interrogatiue; quasi diceret, imò tu egredieris. ideo subditur,

11 *Da nobis auxilium.* ex peccatorum multiplicatione.

† *Et vana*

In finem. Psalmus. David. Pro Aggæo & Zacharia.

a ¶ Aug. Inde subueni, vnde putatis deserere. Hoc quæro, non salutem temporalem, quia vana.
b ¶ Quæ est vana vetustas scilicet Sobal, de quo in titulo.
c ¶ Sed. ¶ Aug. Non in gladio; non extra, sed intus.
d ¶ Aug Cas. Etsi nullius momenti sumus.

a lium de tribulatione; & vana salus hominis. In Deo faciemus 1
2

† virtutem, & ipse ad nihilum † deducet tribulantes nos. 3

† fortitudinem.

† coculcabit,

In Deo faciamus. ✠ Aug. Factum est hoc: Conculcati sunt martyres patiendo, perferendo, vsque in finem perseuerando, *In Deo fecerunt virtutem.* Fecit & ipse quod sequitur, *ad nihilum dedu. inimi. no.* Vbi enim sunt modo inimici martyrum? nisi forte quia modo eos ebrioſi calicibus persequuntur, quos tunc furioſi lapidibus persequebantur.

MORALITER.

1 *Et vana salus hominum.* Sine te propter quod dicit Apostolus Ioan. 15. a. *Sine me nihil potestis facere*, propter quod subditur,

2 *In Deo fac. vir.* Ad peccatorum conuersionem.

3 *Et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.* Id est, spiritus maligni, quorum labores annihilantur, quando peccatores ad bonum gratiæ reuocantur.

GLOSSA ORDINARIA.

PSALMVS LX.

Exaudi. ✠ Aug. Vox ecclesiæ laborantis in terra, quasi vnius hominis: sed tamen non vnus, qui à finibus terræ clamat.

Aug. Ecclesia vndique pressa orat, & dicit se perseueraturã, & per quid indicat:

b *Clamaui dum anxiaretur.* Cas. In anxietate. Cũ enim anxiamur, clamamus, scilicet in tentationibus. Nemo enim sibi innotescit, nisi tentatus: Non potest quis coronari, nisi vicerit: Nec vincere, nisi certauerit; nec certare nisi inimicos & tentationes habuerit.

Cassiodorvs. Clamaui in anxietate, cum enixius clamatur, sequitur clamoris exaudito in petra Christo.

✠ Basilivs. Quia Babylon longè à palestina distat, putarunt Iudæi se habitare in finibus orbis.

c *Exaltasti me.* Avgvstinvs. De imo vitiorum.

Cassiodorvs. Et exaltatum deduxisti. Augustinus *In petra*, & ideo non vincor; *Exaltasti.* per exemplum istius, magna spes audiendi præstatur aliis. d *Deduxisti.* Avgvstins. me; per te *viam*, ad te *veritatem & vitam.*

e *Inhabitabo.* Cassiodorvs. De beneficiis Dei confidit, vt contra pericula mundi in tabernaculo Dei tutus perseueret.

✠ Aug.

a ¶ Christum. b ¶ Id est laudibus exhibitis vel exhibendis. c ¶ Dirigens. d ¶ Id est Christo.

† In finem † hymnus psalmus Dauid PSAL. LX.

a ¶ Cas. Quæ assidua est: hominibus etiam offertur.

Exaudi Deus deprecationem meam, intende 1
a ¶ Cas. Quæ Deo purè offertur. b ¶ Quia. ¶ Cas. Quia ecclesia vsque ad terminos terræ diffusa est. ¶ Vndique, ab vniuerso orbe terrarum.
orationi meæ. A finibus terræ ad te clamaui, 2
3
a ¶ Quia. b ¶ In tentationibus quę ad prouectum.
c ¶ De qua, & super hanc petram ædifica. ecclesiam meam.
dum † anxiaretur cor meum, in petra exaltasti 4
5
a ¶ Aug. Non esset nobis dux, nisi esset spes factus.
B ¶ Speramus, quod nos non perdet, propter quos filium tradidit. ¶ Cas. qui sperantes exaltas.
c ¶ Aug. contra omnia scandala, dum cogitat homo, quod prior est passus, & quo fine est passus.
¶ Cassi. quia suos defendit. ¶ Aug. qui circumit quęrens quem deuoret.
me. † Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris 6
a ¶ Et ego. ¶ Quicquid agat inimicus. ¶ Vel ita iunge, Quia exaltasti in petra, & deduxisti, ideo. Inhabitabo in tabernaculo tuo. b ¶ Vt semper colligat ecclesia natos suos. 7
8
fortitudinis à facie inimici. Inhabitabo in tabernacu- 9

† vide psal. 4.

† neginath instrumentũ musicũ quod hymnus, cãticũ, organũ interpretatur 2. Tim 2. a.

† deficeret, angeretur cor meũ ad petrã, quæ excelsior est me.

† Deduces me.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LX.

Exaudi Deus deprecationem, &c. *Huic psalmo præmittitur talis titulus in Hebræo.* Ad victoriam super organum ipsi Dauid. *Et patet eius expositio ex dictis suprà psal. 4. De materia autem huius psal. dicunt doctores communiter, quod Dauid fecit istum psal. existens in Saulis persecutione, sed vbi & quando, non dicitur clare. Saluo autem meliori iudicio, videtur mihi, quod fecit istum psalmum postquam euaserat manus Saulis ipsum in modum coronæ cingentis; vt habetur primi Regum 23. propter quod Dauid ascendit inde: vt habetur 1. Reg. 24. & habitauit in locis tutissimis Engaddi: quę erat versus finem regni Saulis, vt si sic Saul ipsum insequeretur, posset citius exire de potestate eius: propter quod et finaliter transiuit ad terram Philisthinorum, vt habetur 1. Reg. 27. Sciendum tamen quod licet psal. quartus.* Cum inuocarem, &c. *sit de eadem materia, tamen differt ab isto, quia ille psalmus quartus est proprie de beneficio illius euasionis de manu Saul ipsum in modum coronæ cingentis: Iste vero est de hoc beneficio iam exhibito et aliis exhibendis, vt patebit in processu. Item quia psalmum quartum fecit Dauid immediate post recessum Saulis ab ipso, istum autem postea quando iam Dauid elongatus erat in fine regni Saulis: Igitur in hoc psal. primò Dauid diuina beneficia sibi prestita recolit: Secundo prestanda propheticè predicit, ibi,* Inhabitabo; *Tertio pro vtriusque gratias agit, ibi,* Sic psalmum dicam. *Circa primum incipit ab oratione deuota, sicut gratus & deuotus, dicens.*

1 Exaudi Deus deprecationem meam. *Et patet.*

2 A finibus terræ, &c. *Scilicet Israel.*

3 Ad te cla. *Faciens hunc psalmum, vt iam dictũ est. Vlterius recolit beneficium sibi præstitum in euasione de manibus Saulis, dicens,*

4 Dum anxiaretur cor m. *Eò quod Saul & eius exercitus cinxerat me in modum coronæ, ne possem euadere. Vnde ibidem dicitur, quod Dauid desperabat se posse euadere, propter quod anxiabatur, sed sicut ibidem dicitur, ex ordinatione diuina nuntius venit ad Saul dicens.* Festina & veni: *quia Philisthiim effuderunt se super terram, propter quod fuit compulsus recedere Dauid, propter quod vocauerunt locum illum Petram diuidentem, vt habetur ibidem. Et hoc est, quod dicitur;*

5 In petra exalta. me. *Liberando me à predicta anxietate,*

6 Deduxisti me, *Ad locum tutiorem, vt prædictum est.*

7 Quia fa. es spes me. *In omni angustia.*

8 Turris fortitudinis à facie ini. *Id est, Saulis inè persequentis.*

9 Inhabitabo. *Hic consequenter propheticè predicit beneficia à Deo sibi prastanda. Et primo in cultu diuino; quod Dauid desiderabat dicens;* Inhabitabo in tabernaculo tu. *Dauid enim tetendit tabernaculum iuxta domũ suã, in quo posita fuit arca et diuinus cultus ordinatus. Et Dauid illũ locũ frequentabat: & Deũ laudabat, vt habetur 1. Para. 16.*

✠ In secula

MORALITER.

Exaudi Deus deprecationem meam, &c. Psalmum istum fecit Dauid pro sua euasione de manu Saulis, & eius exercitus, qui cingebant Dauid & viros eius in modum coronę, ne possent euadere, vt habetur primi Regum vicesimo tertio. Allegoricè verò potest exponi de euasione ecclesiæ à persecutione crudeli Romani imperij, maximè tempore Diocletiani & Maximiani: de quo dicitur in legenda sancti Mauricij, quod impietatem suam armauerat ad extinguendum nomen Christianitatis. Sic igitur in persona ecclesiæ dicitur.

† 1 *Exaudi Deus deprecationem meam, &c.* Me liberans à tam graui persecutione, quod fecit per istorum imperatorum deiectionem, sicut dicit sancta Lucia Christianis: Annuntio vobis pacem ecclesiæ redditam Maximiano mortuo, & Diocletiano de regno deiecto.

2 *A finibus terræ exclamaui dum anxia. &c.* Nam à tempore apostolorum fuerat fides publicata per orbem, cui dominabantur dicti tyranni, & sic in omnibus finibus terræ anxiabantur Christiani ex eorum persecutione, & petebant à domino liberari.

3 *In petra exaltasti me, &c.* Id est, in Christo, qui in baptismo apparuit Constantino, & tunc fuit ecclesia mirabiliter exaltata.

4 *Deduxisti me, etc.* Ad patriam per vitæ præsentis viam. Et subditur modus,

5 *Quia factus es spes mea,* In præsenti vita.

6 *Turris fortitudinis à facie inimici, etc.* Scilicet, visibilis, cuiusmodi sunt homines mali; & inuisibilis, cuiusmodi sunt spiritus maligni.

9 *Inhabitabo in tabernaculo tuo, etc.* Id est, in cœlo empyreo;

a ¶ Quia tur.for.inquilinus ero. Id eo protegar. b ¶ Quæ spes tibi intermittit tot mala.

lo tuo in secula: † protegàr in vèlamento alarum tuarum. † 1 2

a ¶ Contra æstus seculi. ¶ Et, b ¶ Cas. de qua incepit in principio psalmi.
c ¶ Cas. præteritum, quia iam in quibusdam cœptum; vel præteritum pro futuro ponit, pro nimia certitudine.

Quoniam tu Deus meus † exaudisti orationem meam: dedi- 3 4

a ¶ Futurum regnum. b ¶ Non est distinctio, quia in omni gente quicunque timet Deū, hic acceptus est illi.
c ¶ Cas. Ostendit hæreditatem quæ sit in rege Christo, quia eadem est in milite.
¶ Æternitatem Christi significat, qui est rex noster.

sti hæreditatem timèntibus nomen tuum. Dies super dies re- 5 6

a Qui vnus, continet & transcendit secula.
b ¶ Quia hi dies & anni, qui sunt vsque in diem generationis & generationis, sunt vnus dies, qui continet & transcendit secula præsentis & futuræ generationis, & hic dies est æternitas. c ¶ Huius.

gis adicies, † ànnos eius vsque in diem † generatiònis & ge- 7 8

a ¶ Futuræ. b ¶ Ecce illa æternitas. c ¶ Aug. Hæc est altera generatio, scilicet æterna.
d ¶ Aug vbi præsto est ad miserandum omnibus.

nerationis. † Permanet in æternum in conspectu Dei, miseri- 9 10

a ¶ Et ergo. ¶ Propter quid Ecce propter. ¶ Hic exhibendam nobis. b ¶ In futuro complendam.
c ¶ Sed misericordiam & veritatem. d ¶ Pauci. e ¶ Quicquid alij faciant ego.

còrdiam & veritàtem † eius quis requiret? Sic † psalmùm di- 11

a ¶ Cas. ita quicunque requirit exemplo meo faciat. b ¶ Quia non ad tempus hoc agendum.
c ¶ Cas. si vis in æternum psallere, redde vota in isto die, donec conuenias in illum diem.

cam nomini tuo in sèculum seculi, vt reddàm vota mea de 12 13

a ¶ Vt quod voueam, reddam assiduè.

die in diem.

† sperabo in abscondito.

meus. † audisti vota mea

† præparaverunt eum.

† Sela suprà psal. 3.

† seculi & secula.

† psallam.

A ✻✻ Aug. *Alia litera, Inquilinus ero in tabernaculo.* Quis nostrùm est inquilinus vsque in sæcula? paucis diebus hic viuimus, & trāsimus, inquilini enim hic sumus, habitatores in cœlo erimus. Ibi es inquilinus, vnde auditurus es vocem domini Dei tui, *migra.* Nam de domo illa æterna in cælis, nemo te iubebit migrare. Hic ergo inquilini sumꝰ ibi dominus nobis manſiones dabit æternas. Multę inquit mānſiones sunt apud patrem meū. Manſiones illas non tanquam inquilinis dabit, sed tanquam ciuibus in ęternū mānſuris. Hic tamē quià

a
b
c
d
e

B *non modico tempore* futura erat ecclesia in hac terra, sed hic erit ecclesia vsque in finem ſęculi: ideo dixit *inquilinus ero in tab. t. vsque in sæc.* Sæuiat quantumlibet inimicus, oppugnet me, insidias mihi præparet, ſcandalis crebreſcat & faciat angi cor meum: *inquili. ero in tab. vſ. in sæc.* Non vincetur ecclesia, non eradicabitur, nec cedet quibuslibet tentationibus, donec veniat huius sæculi finis, & nos ab ista

C temporali, æterna illa habitatio ſuſcipiat.

a *In secula.* Quousque secula peragantur; quia etsi multi contra, *Protegar in velamento.*

b *Protegar in velamento alarum.* Quæ nec onerant, & omnem læſionem auertunt. In ſecula non vnus homo vsque in ſecula, ſed ecclesia, quæ vsque ad finem mundi accolit in terra: & nunquam eradicatur per aduerſa.

c *Quoniam tu Deus meus exaudi. ora. etc.* Cas. Diapſalma. Iam audita de hæreditate habita, vel habenda, affirmat; vnde laudes promittit.

d *Dediſti.* Cas. Nec dicam, dabis: adeò certus ſum, quaſi iam eſſem in ipſa.

✻✻ Aug. Perſeueremus ergo in timore nominis Dei: æternus pater nos non fallit. Laborant filij vt ſuſcipiant parētum ſuorum hæreditatem, quibus mortuis ſucceſſuri ſunt: nos non laboramus accipere hæreditatem ab illo patre, cui nō morienti ſuccedamus, ſed cum illo in ipſa hæreditate in æternum viuamus.

e *Dies ſuper dies.* Aug. Quicquid vis dicis de æternitate, anni, dies, vnus dies: quia quicquid dixeris, minus dicis, ſed aliquid neceſſe eſt dici, vt ſit vnde cogites, quod dici non poteſt.

Aug. *Dies ſuper dies,* Chriſto regi dedit dies ſine fine, ſuper iſtos dies, vt nō ſolum his diebus regnet in eccleſia, ſed regnent cum illo ſancti in æternum.

Vel *dabis hæc.* Caſ. Hanc ſcilicet, quia ſuper dies Chriſti, quos hic egerūt, dabis dies eius, quibus viuit Deo. Et quia hic vixerunt aliqui diutius, addit *annos eius.* Quaſi dicata dii cias eis *annos eius,* quibus ipſe viuit Deo, *ſuper annos,* i. ſuper longioré quo rūdam vitam: quod magnū, quia rex ille permanent in æternum, ſic & illi.

E

F *Miſericordiam & ve.* Aug. *Miſericordia* eſt, quia non meritis, ſed bonitate peccata dimittit, & vitam promittit: *Veritas,* quia non fallit, ſed reddit quod promiſit. *Miſericordiam* ſequi debemus circa infirmos, & circa inimicos: *Veritatem,* non peccando, vt ſit iuſtus.

Cassiodor. *Miſericordiam & veritatem.* Eſt hic concluſio pſal. Et quia hæreditatem regis habebit miles, ergo *miſericodiam & veritatem eius quis requiret* in æterna vita? In æternum ita erit ſufficiens beatitudo, vt nullus quærat ibi *miſericordiam,* vbi nullus miſer; nullus *veritatem,* vbi omnes Deum videbunt: vnde, *In illa die non rogabitis patrem quicquam.* Et quia ita tunc, ideo ſic quandiu durabit ſeculum, vt quod voueo, reddam aſſiduè. Vel, ſic pſallam in æternitate, vt hic *reddam vota,* ibi laudes hilares. Vel, *quis requiret ei.* Augusti. Vt non quęrat aliquis diſcere hæc in libris, & poſt ſibi viuat, non illi.

☞ GLOSSA.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In ſecula. *Hoc exponit Rab. Salo. dicens, quòd ſicut Dauid pręuidit ſe habitaturum in tabernaculo Dei in preſenti ſeculo, ſic prævidit ſe habitaturum in ſeculo futuro in tabernaculo Dei, qui eſt locus ſanctorum.*

2 Protegar in velamento alarum tuarum, &c. *Ita quod aduerſarij mei non poterunt me capere. Secundo in regno, cum dicit,*

3 Quoniam tu Deus meus exaudiſti orationem meum. *Teneo firmiter quod,*

4 Dediſti hæreditatem. *Id eſt, in regnum Iſrael.*

5 Timentibus nomen tuum. *Id eſt, mihi & filiis meis me imitantibus. Hæc enim hæreditatem dederat Deus Dauid authoritatiuè, quādo fuit inunctus per Samuelem: ſed executiuè, quando fuit inunctus in regem ſuper totum Iſrael, vt habetur ſecundi Regum quinto. Tertiò quantum ad vitę ſuę curſum, cum dicitur,*

6 Dies ſuper dies regis ad. *Id eſt, facies eum viuere ſecundum curſum vitę ſuę, ideo ſubditur,*

7 Annos eius, *Supple multiplicabis.*

8 Vſque in diem generationis & generationis. *Sic enim fuit de Dauid. Vixit enim ſeptuaginta annis, vt habetur 2. Reg. 5. ex ſic potuit videre filios vſque in tertiam generationem.*

9 Permanet in æternum in conſpectu Dei, *Id eſt, ſic permanebit regnum meum: quia Chriſtus deſcendit à Dauid ſecundum carnem, cuius regnum eſt æternum.*

10 Miſericordiam & veritatem eius quis requiret, *Id eſt, quis poterit explicare. Verbum eſt ipſius Dauid recognoſcentis circa ſe miſericordiam et veritatem Dei inexplicabilem.*

11 Sic pſalmum. *Hic conſequenter Dauid pro beneficijs prædictis gratias agit, dicens,* Sic pſalmum dicam, &c. in ſe. *Id eſt, quandiu viuam.*

12 Vt reddam vota mea, *Id eſt, laudes à me tibi promiſſas.*

13 De die in diem, *Id eſt, per ſingulos dies. Vel aliter.* Sic pſalmum dicam nomini tuo in ſeculum ſeculi, &c. *Id eſt, vſque ad finem mundi. quia pſal. ab ipſo Dauid facti cantabuntur ſemper in eccleſia Dei. Et eodem modo redduntur ab eo promiſſa laudes, quę ſunt idem quod pſalmus.*

☞ NICO-

MORALITER.

† 1 *In ſecula, &c.* Nam æternitas & ſecuritas ſunt de beatitudinis ratione.

6 *Dies ſuper dies.* Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem declarationem æternitatis in beatitudine, ideo pro tanti beneficij admiratione ſubditur,

10 *Miſericordiam & veritatem eius quis requi.* Id eſt, inueſtigabit. Quaſi dicat nullus, & quoniam de hoc laudandus eſt Deus, ſubditur,

11 *Sic pſalmum dicam.* Id eſt, in eccleſia militante temporaliter, & æternaliter in eccleſia triumphante.

† MORA-

GLOSSA ORDINARIA.

A a *In finem pro Idithun.* AVGV. *Transiliens*, videns tot occurrentia, Deo se subdit, qui altior eo; & inferioribus se, quasi de alto respondet increpando. *Transiliens*, inuidis respondet, volentibus decipere.

✻ BASIL. Symmachus sic reddidit *victoria per Idithun.* Psalmus Dauidis per Idithun decantatus, quo docentur omnes pij, præsertim Machabęi tempore certaminũ, irrumpentibus Macedonibus & Antiocho Epiphane quibus verbis vti debeant.

† vide psal. 4.

† Tantum, vel certe, Deo subiect.

B

† eleuatio, protectio mea.

PSAL. LXI.

b NOnne. AVG. Hoc est, *non veniat mihi pes superbiæ. Non mouebor amplius*, hoc est, *& manus peccatoris non moueat me.*

† multum † insidias struitis vnicuique, interficiemini vniuersi vos, sicuti paries inclinatus, & macies impulsa vel sceptrũ diuulsum. Sunt qui vertunt, interficitis in præsenti

C

c *Deo subiecta.* AVG. semper, nil præter eum cupiens. Erit quidem, quia *ab ipso salu.me.* à patre filius autor salutis, quia & Deus, ne minor putetur.

d *Quousque irr.* AVGV. Vel secundum aliam literam. *Quousque apponitis*, & idem sensus. Apponunt enim mali *super hominem* id est, super ecclesiam, onera passionum: vt vsque in finem impleat quisque fidelis in corpore suo, quod deest passionum Christi.

✻ BA-

✻ BASIL. Cum hyperbato positus est huius versiculi sensus. Est autem talis. Quousque crudelitate contra nos vtimini? Ita vt ne communi quidem naturæ parcatis, sed perinde atque paries inclinatus, & maceria ad ruinam impulsa, impellere & prosternere satagatis, animum habentes homicidio deditum.

D

a ¶ Id est Christum, b ¶ Id est, agens de transiliente, c ¶ Habitus,

† In finẽm, pro Idithũ psal. Dauid PSAL. LXI.

a ¶ Et si multa transilio, sub Deo tamen ero,
b ¶ Ne transiliendo elatus sit, quia, qui se exaltat humiliabitur,

1 † Onnẽ Deo † subiectâ erit anima mea? ab
2 a ¶ Scio quis supra me sit, b ¶ Saluatorio, ¶ Etenim,
ipsũ enim salutare meum. † Nam & ipse
3 a ¶ Aug. omnium per potentiam, meus quadam proprietate, scilicet per gratiam,
b ¶ Aug. redemptor per incarnationem
c ¶ Ad gloriam, vel adiutor in laboribus seculi,
d ¶ Vos agitis vt moueat, sed in velamento alarum eius munitus,
¶ Et ideo, ¶ Vt prius, carnis infirmitate, ¶ Qui in Adam quidem motus fui,
Deus meus & salutaris meus, † susceptor meus, non mouebor
4 5
a ¶ Ergo. b ¶ Aug. quasi de turre, id est, de arce contemplationis loquitur imis, id est, hærentibus terræ,
¶ Vt flumen, c ¶ Non vtique in animam, sed carnem,
d ¶ Aug alias irruitis, tanquam deiecturi
6 † amplius. Quousque † irruitis in hominem, interficitis vni-
7 8
a ¶ Etiam consentientes.
9 uersi vos, tanquam parieti inclinato & maceriæ † depulsæ.

† subiicitur

† Tantum, vel certe,

E

Vniuersi vos. CAS. Vel secũdum aliam literam *omnes* vos, quasi vos omnes interficitis hominẽ illũ, quantũ ad hominem, non *omnes* vnũ sed ecclesiam; sed quia Deus susceptor non mouebor.

AVGV. *Quousque.* à sanguine Abel, quia ad caput pertinent membra, quæ ante caput prodierunt. Caput dicit mater Sion: vnde diceret mater mea Sion, nisi aliqui præcessissent, de quibus nat⁹ esset? Mater dicit, sed hoc dicit *homo in ea natus. i.* hoc dicit caput. s. qui est homo in ea natus, non scilicet quod est *fundator altissimus.*

† impulsæ

F

e *In hom.* CAS. In corpus potestas vobis data est, non in animã.

Irruitis. Non leuiter, sed interficitis innocentem; putatis quod sine defensore sit, & quod facilè corruat, vt paries inclinatus, qui etiam non impulsus caderet. *Et quasi maceria*, quæ est constructio saxorum sine ligamine cæmenti; & ne de ipsa nouitate firmam putes, addit *impulsæ*, Vel; non est vobis irruendum, quia vosipsos interficitis vniuersi, etiam consentientes.

☞ *Pretium.*

NICOLAVS DE LIRA.
PSALMVS LXI.

NOnne Deo. *Huic psal. præmittitur talis titu. in Heb.* Ad victoriam super Idithun psal. Dauid. *Dicit autem Ra. Sa. quod* Idithun *est hic nomen instrumenti musici, cui appropriatur cantus huius psal. Alij vero dicunt, quod* Idithun *est nomen vnius de tribus principalibus cantoribus à Dauid institutis, prout dictum fuit suprà psal.* 38. *& secundum hoc sensus huius tit. est, quod psal. iste factus fuit à Dauid decantandus per Leuitas, qui erant sub Idithun. De materia huius psal. dicunt aliqui, quod Dauid fecit ipsum postquam adeptus fuerat regnum Israel, quando Philisthęi voluerunt ipsum deiicere à regno, vt habetur* 2. *Reg.* 5. *& ideo considens de Deo dicebat,* Nonne Deo sub- &c. *& consequenter inuehebatur contra Philisthæos, subdens,* Quousque ir. in hom. *Id est, super me ipsum, ad me deiiciendum: sed hic non videtur bene dictum quia de eisdem subditur,* Ore suo be. *scilicet mihi*, & cor. suo ma. *Philisthæi autem & aliæ gentes non benedicebant sibi ore, sed maledicebant; sicut & maledicebant corde; & ideo saluo meliori iudicio videtur mihi, quod fecerit psa. istum cum esset in persecutione Saulis, & hoc postquam ad verbum Gad prophetę de terra Moab rediit ad terram Iuda, vt habetur* 1. *Reg.* 22. *de quo etiam fecit psal.* 10. *vt supra dictum est, tamen illum fecit in reditu suo, istum autem postquam per aliquod tempus in terra Iuda mãserat: & quia rediit & in Iudæa mansit ex diuina confidentia, ideo psal.* 10. *ab ea incipit cum dicitur,* In domino confido, &c. *Similiter & iste cum dicitur.* Nonne Deo sub. &c. *Igitur secundum hoc psal. iste diuiditur in duas partes, quia primò describitur ipsius Dauid de Deo confidentia; secundo arguitur aduersariorum suorum malitia, ibi,* Quousque ir. *Circa primum dicit sic,*

1 Nonne

1 Nonne Deo sub. &c. *Obediendo mandato eius per Gad prophetam, quasi dicat. sic, & subdit causam dicens,*

2 Ab ipso. *Id est, expecto salutem meam in anima & corpore, quod probat per hoc, quod subditur,*

3 Nam & ipse Deus, *Per creationem.*

4 Et salutaris meus, *Per gubernationem, adiutor contra Saulem me persequentem.*

5 No mo. am. *De terra Israel, nisi de voluntate eius, ex quo enim ad eam redierat de mandato domini, non est verisimile quod eam postea exiuerit transiens ad terram Philisthinorum, vt habetur* 1. *Reg.* 27. *sine diuina reuelatione speciali sibi immediatè facta, vel per Gad, seu alium, prophetam, vel per Abiathar sacerdotem, qui erat cum Dauid, & frequenter consulebat pro eo dominum, vt habetur* 1. *Reg. in pluribus locis, quamuis talis reuelatio non sit scripta, quia non omnia scripta sunt.*

6 Quo. ir. *Hic consequenter Dauid arguit aduersariorum suorum malitiam, & primò arguit eos de crudelitate, secundò de cupiditate, ibi,* Veruntamen vani. *Prima in duas, quia primò arguit suorum persecutorum sęuitiam, Secundo resumit suam in Deo confidentiam, ibi,* Veruntamen Deo. *Circa primum: dicit,* Quousque irruitis, *Tu Saul, Doeg, & consimiles.*

7 In homi. *Id est, in meipsum rationabiliter & iustè viuentem, & loquitur de se, tanquam de alio.*

8 Interfi. vniuer. vos. *Id est, quæritis me interficere.*

9 Tanquam parie. incli. *Id est, mihi minamini mortem tanquam parieti propinquo ad ruinam. In Hebr. & in transla. Hiero. sic habetur,* Sicut murus inclinatus & maceria corruens, *& sic non refertur ad Dauid, sed ad persecutores eius, & est sensus. Minamini mihi mortem, sicut murus inclinatus & maceria corruens minantur mortem transeuntibus iuxta se.*

✻ Veruntamen

MORALITER.

1 *Nonne Deo.* Psal. istum fecit Dauid, cum de terra Moab rediit in Iudæam, magis volens esse in terra diuini cultus cum suo periculo corporali, quàm in terra idololatriæ dedita cum vitorum suorum periculo spirituali, vt dictum fuit in expositione literali psal. 10. quæ est de eadem materia.

MORAL. exponi potest de bono pastore, qui præelegit in sua dioceſi manere in persecutione, quàm dimittere gregem in periculo spirituali. Et confidens de Deo sic dicit, *Nonne Deo subiecta erit anima mea*, ei fideliter obediendo? Quasi dicat, Sic, nec retrahar ab hoc timore humano. Et subditur causa,

2 *Ab ipso enim salus mea*, Et patet vsque ibi,

5 *Non mo. am.* De mea dioceſi timore turbatus.

6 *Quousque irruitis*, Vos persecutores,

7 *In hominem*, Id est, in me innocentem.

8 *Interficitis vniuersi vos, &c.* Id est, interficere quæritis.

9 *Tanquam parieti inclinato & macerię depulsa.* Id est, minamini mihi mortem de propinquo.

☞ a *Pretium.* CAS. Christum ne coleretur: vel beatitudinem tollere.

A b *Cogitauerunt.* AVGV. Nota diuersa genera hostium. *Irruunt* persecutores violenti, *Cogitant repellere* hæretici & ficti Christiani. Nota duas ciuitates, Vna malorum Babylonia, quę à Cain incepit, Altera bonorum, Ierusalem, quæ ab Abel. Illius rex diabolus, illius Christus. Prius ædificauit Cain ciuitatem Enochim, vbi non erat, id est, dedicatio. Mali enim temporalibus se dedicant, dum in hac vita quæ antè est, radicem cordis plantant, quia prius est quod animale est. Post ædificatur Ierusalem, non vbi non erat ciuitas, sed vbi erat Iebus, (inde Iebusæus) quæ interpretatur conculcatio, quia ex veteri euersio fit nouus homo; commistio vtriusque corporalis facit vt res Babyloniæ ministrent, aliquando qui sunt de Ierusalem, aliquando

† exaltationem eius consultarũt deiicere, volũt mendaciũ, vel delectantur mendacio
† Sela suprà psal. 3.
† Tantum Deo tace, vel certè Deo sile, Ispes mea vel quod præstolor expecto
† eleuatio, protectio mea.
† omni tẽpore.
† Sela suprà psal. 3.
Psal. 86.
† Tantum certè vanitas.

a ¶ Nihil possunt contra me persecutores. ¶ Aug. quia non possunt extinguere, inhonorant exaltatũ.
b ¶ Alias honorem. c ¶ Aug. latet venenum in corde, etsi non audent proferre.

Verũtamen † pretium meum cogitauerunt repellere: cũ
a ¶ Aug. ego tamen eos sitiebam, etsi semper eos biberim. b ¶ Sed.
c ¶ Vbi scilicet cogitauerunt repellere. d ¶ Hos sitiebat.
curri in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.
a ¶ Sed quicquid illi.
† Verũtamen Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab
a ¶ Aug homo enim per se hoc non toleraret. b ¶ Cas. inter tanta scandala. c ¶ A quo ipso.
d ¶ Ergo vocat me. e ¶ Aug. ergo iustificat me. ¶ Ergo glorificat.
ipsõ † pãtientia mea. † Quia ipse Deus meus, & saluator
a ¶ Aug. inde, vbi glorificor. ¶ Vel ideo non ero, transfuga, scilicet ab hac fidei firmitate. b ¶ Quia.
¶ Cas. non solum saluus ero, id est, iustus ex impio, sed & gloriosus.
b ¶ Non vt in diis gentium mors.
meus † adiutor meus, non † emigrãbo. In Deo † salu-
a ¶ Et non modo salus. b ¶ In certamine. ¶ Cas. ne quid homo sibi deputet,
c ¶ Cas. donec veniatur ad perfectum.
tare meum & gloria mea Deus † auxilij mei & spes mea in
a ¶ Quasi, Imitamini Idithum, quia spes eius in Deo. ¶ Quo exemplo. b ¶ Quasi sitis vnum.
Deo est. † Speráte in eo † omnis congregatio populi,
a ¶ Quomodo sperandum. ¶ Nolite intra recinere. ¶ Confitendo, sperando. ¶ Confitendo peccata.
¶ Sperando bona. ¶ Deprecando veniam. ¶ Plorando per lachrymas.
b ¶ Effundite, & quod effunditis non perit, quia. ¶ Quid ergo timetis inter malos.
effũdite coram illo corda vestra: Deus † adiutor no-
a ¶ Sic monui, spera. effun. ¶ Aug. quasi in alto positi vos, boni scilicet miseremini eorum, quos prius timebatis. b ¶ In se terrena petentes.
ster in æternum. † Verũtamen vãni filij hominum

1 † 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

† Tantum vel certè. E † mutabo † salus mea. † roburfortitudinis meæ. † spes nostra Sela.

d *Ore suo.* AVGV. Quia nequeunt per aperta mala, tentant per blanda.

e *Verũtamen Deo, &c.* CASSI. Diapsalma. Item se, id est, animam suam subiici hortatur, & admonet reliquos.

f *Subiecta est anima mea.* CAS. Hæc petitio menti nostræ robur infigit.

g *In Deo. salu. meum.* CAS. Tunc saluus & gloriosus in eo: modo quid? ipse Deus auxilij.

h *Sperate,* CAS. sua fide vulgata monet omnes, qui superstitionibus laborabant, sperare in domino.

i *Effundite.* AVG. Per lachrymas cor effunditur.

AVG. *Effundite.* Virus peccati intus retinere nolite, & hæc effusio in tunsione pectorum significatur, qua ostenditur quantum peccati conscientia animam pungat. Vnde, *Punge oculum & producit lachrymam: punge cor, & producit scientiam.* p Eccl. 22. e

k *Corda &c.* AVG. prauas cogitationes.

l *Verũtamen vani.* HIERO. Vel sic iunge, Deus est adiutor no-

☞ ster,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Verumtamen pretium. *Scilicet Saul & consiliarij eius & vocat hic Dauid* pretium suum *duas filias Saulis, quarum primam Saul promisit sibi dare in pretium pro bellis contra Philisthaos gerendis, & secundum, quam dedit Dauid pro centum præputiis Philisthinorum. Et tamen istud pretium fuit à Dauid repulsum, quia prima fuit data Adriel Molachita, vt habetur 1. Reg. 17. & secũda post fugam Dauid fuit data Phalthiel filio Lais, vt habetur 2. Regum 3.*

2 Cucurri in siti. *Id est, ad bella contra Philisthęos expeditè processi, ex desiderio habẽdi filiam regis vxorem. Vel aliter.* In siti. *Quia bellãtes multum sitiunt; prò eo verò quod dicitur hic,* In siti, *in Hebreo habetur,* Narrauerunt mendacium, *et in translatione Hiero.* Placuerunt sibi mendacio, *& sic refertur ad Saul et consiliarios suos qui mẽdaciis volebant decipere Dauid.* 3 Ore suo. *Saul et sui consiliarij prætendentes ore quod fierem gener regis ad meam exaltationem.*

4 Et corde suo maledicebant. *Quia per hoc intendebant me morti tradere gladiis Philisthinorum, vt habetur primi Reg. 18. d. vbi dicitur.* Saul autem reputabat dicens. Non sit manus mea super eum, sed sit super eum manus Philisthinorum.

5 Verũtamen. *Hic Dauid repetit suam confidentiam in Deum & exponatur sicut in principio psalmi: quia est eadem sententia. Et patet litera vsque ibi.* 6 In Deo salutare meum, *Id est, tota salus mea.* 7 Et gloria mea. *Secundum illud Apostoli 2. Cor. 10. d.* Qui gloriatur, in domino glorietur. 8 Deus auxilij mei. *Id est, dator auxilij mei tempore presenti.* 9 Et spes mea in Deo est. *Respectu vitæ futuræ. Spes enim est certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia et meritis procedens, vel proueniens. Et ideò ad hanc spem inducit fidelem populum dicens.* 10 Sperate in eo omnis congregatio, &c. *Scilicet fidelis, infideles enim non habẽt, vnde vitam beatam sperare valeãt,*

11 Effundite coram illo corda vestra, &c. *Id est, preces ex deuotis cordibus procedentes.*

12 Deus adiutor noster in æternum, &c. *Sine cuius adiutorio nullum opus est meritorium.*

13 Verũtamen &c. *Postquam Dauid arguit persecutores suos de crudelitate, hic consequenter arguit eos de cupiditate, et primò arguit eorum auaritiam, secundò subdit causam ibi,* Semel. *Circa primum dicit,* Verũtamen vani filij homi. &c. *Dicuntur enim* vani *homines, qui non ordinant opera sua ad finem debitum, cuiusmodi sunt auari, finem suum ponentes in diuitiis, sicut medicina dicitur vana qua non ordinatur ad sanitatem.*

Menda.

MORALITER.

† 1 *Verumtamen pretium meum, &c.* Id est, præmium pro custodia gregis ab eo reddendum.

† *Cogitauerunt repellere.* Per meam fugam, sed non fugi, ideò subditur,

2 *Cucurri in siti.* Id est, sitiens salutem gregis mei per diocesim discurri.

3 *Ore suo benedicebant.* Per satellites suos mihi fugam pro meliori suo consulendo.

4 *Et corde suo maledicebant.* Malum meum in hoc cogitando.

5 *Verumtamen in Deo salutare meum, etc.* Ideo confidenter stare propono. Et quia bonus prælatus confortat subditos suos, sequitur,

10 *Sperate in eo omnis congregatio populi.* De protectione Dei.

11 *Effundite coram illo corda vestra, etc.* In oratione deuota. Et quoniam mali homines non solum persequũtur iustos, sed etiam adinuicem se defraudant, ideò subditur,

13 *Verumtamen vani filij hominum.* Prælatus autem auertere debet subditos à talibus fraudibus, ideò sequitur,

† Nolite

4 Et

☞ ster, & licet sic cooperetur nobis: tamen filij Adæ sunt vani & A
mẽdaces in stratera, peruertentes scripturas, quibus probẽt falsa.

CAS. Diapsalmus. Errantes exprobrat, & monet in Deo, non in caducis confidere, quod psalmus intendit.

a *Mendaces in stateris.* CAS. Qui iniquis ponderibus ementes B
decipiunt, vel iusti †in stateris si ascendat, id est, si pẽderẽtur in altera parte stateræ, & vanitas in altera, ipsi magis simul vanitate sunt leuiores. †rapinã ne cocupiscitis. ‖bis hoc. C
videri volunt, cùm sint fallaces.

b *In stateris.* In libra iustitiæ, quo facilius decipiũt, *In idipsum*, quo credentur æqui.

c *Nolite sperare in.* AVG. Q.d. nec speretis, nec cupiatis, quæ congregata ab aliis rapiuntur.

AVG. *nolite* sitiens conuertit se ad eos. h *Nolite.*

d *Rapinas.* AVG. Prædam quam vis rapere, in muscipula est, tenes & teneris; tenes, alienum scilicet, & teneris à diabolo. O lucra damnosa: inuenis pecuniam, perdis iustitiam.

e *Affluant.*

f *Nolite cor.* CAS. Non dicit: nolite habere, non enim damnat diuitias, vnde mercamur cœlum; sed cor appositum, quod non expendit, sed recondit.

g *Semel lo. est.* AVGVSTINVS. *Nolite cor ap.* Cur? quia *potestas* iudicandi est Dei filij. Cur sperandum? quia *tibi domine misericordia* remunerandi. In quo potestas & misericordia *quia tu red.* &c. Vnde hoc scis? *Semel*, id est, æternaliter, *lo. est Deus*, id est, disposuit omnia, inter quæ hæc duo audiui. Contrariũ videtur, Deum semel loqui, & duo audiri. Quid etiã est quod legitur: *Multifariè multisque modis olim lo. &c.* Sed inter homines multis modis: apud se semel; quia vnum verbũ genuit, per quod omnia facta, & in quo omnia simul facta sunt: inter quæ duo hæc, quę opus est dici, audiuit; quamuis & alia multa audierit, quæ non opus est hic memorari. Duo illa sunt, *potestas & misericordia*, de quibus omnes scripturæ: propter quæ *lex & prophetæ*, ipse Christus missus est, & apostoli; potestas timeatur, misericordia ametur: nec pro misericordia potestas contemnatur, nec pro potestate de misericordia desperetur.

Heb. 1. 2

h *Potestas Dei est.* AVG. non est potestas cuiquam nisi à Deo æquo: etsi tẽ lateat æquitas.

☞ GLOSSA

a ¶ Aug. falso examine fallunt intuentes. ¶ Decepti.

b mẽdaces filij hominum † in stateris, vt decipiãt ipsi de vanitate 1 2
a ¶ Et si varij in suis peruersis studijs, & decepti decipiant alios, de vanitate tamen in vnum sunt. b ¶ Sed ô vos filij hominum. ¶ Spes mea, in Deo. c ¶ Sed sicut spes mea, ita sit & vestra. d ¶ Aug. vbi potius rapit vos diabolus. e ¶ Aug. qui non habetis, quasi necessitate rapturi.

c in † idipsum. Nolite sperare in † iniquitate, & † rapinas noli- 3 4
d a ¶ Hæc diuitibus; ille qui non habet non ambiat, hic qui habet non superbiat. b ¶ Si exundant tanquam de pleno fonte currant. c ¶ Quia habetis. d ¶ Aug. sperare in incerto diuitiarum. e ¶ Quia.

e te concupiscere: diuitiæ si affluãt, nolite cor apponere. Semel 5 6
f ¶ Aug. hoc vidit iste eleuatus super omnia, etiam transcendens angelos, & ad liquidum perueniens, vbi vnus vnum genuit. a ¶ Aug. in alto quo transiit. ¶ Aug. non à me hoc dico, sed audiui raptus ad verbum vnigenitum. b ¶ Aug. filij, qui non in se tantum potestatem habet, verum etiam aliis confert.

locutus est Deus, † duo hæc audiui quia † potestas Dei est, & † 7 8
a ¶ Per hoc apparet hoc de Christo dici; quia pater non iudicat quemquam, sed omne iu. dedit filio Ioan. 5. d.

tibi domine misericordia, quia tũ reddes † vnicuique iuxta ope- 9
ra sua.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mendaces filij ho. in sta. vt. *Homines enim cupidi in falsis ponderibus student alios decipere.*

2 De vani. in idipsum. *Omnia enim talia studia dicuntur vana, vel vanitas, quia sunt ad malum ordinata, quia aliter acquisita, in morte derelinquuntur. Licet enim rex Saul talibus deceptionibus non vteretur in propria persona, tamen quia erat cupidus, quod patet ex hoc, quod Gabaonitas iniuste occidit, cupiditate hereditatis eorum ductus, vt habetur 2. Reg. 21. credibile est quod talia per alios exercebat. Doeg autem Idumęus & alij satellites eius per se, & per alios talia exercebant. In Hebræo sic habetur,* Mendaces filij hominum in stateris ad ascendendum, *Id est, ad ponendũ in statera. Ipsi & vanitas simul, sunt eiusdem ponderis, vt exponit Ra. Sa. quia tales nihil valent, sicut nec ipsa vanitas.*

3 Noli. spe. in ini. *Per fraudulentiam.*

4 Et rapi. noli. concu. *Auferendo aliena per violentiam.*

5 Diuitiæ si af. no. cor. ap. *Ponendo ibi finem vltimum, quia ista deducunt ad gehennæ interitum.*

6 Semel. *Hic reddit prædictorũ causam, quæ accipitur ex rigore diuinæ iustitiæ ad puniendum malos, & dulcore suæ misericordię ad præmiandum bonos; & hoc est quod dicitur,* Semel locu. est de. *Quia in Deo vnicum est verbum, quo omnia exponuntur & dicuntur, licet hominibus diuersis reuelationibus notificentur, ideò subditur,* Deo hęc audiui, *& quæ sint illa, subdit, dicens,*

7 Quia potestas Dei est, *Ad puniendum secundum rigorem suæ iustitiæ.*

8 Et tibi domi. misericordia. *Ad præmiandum secundum dulcorem tuę gratię; nec mirandum, quod mutat modum loquendi de tertia persona ad secundam: quia mutatio frequenter fit in prophetis, & maximè in libro psalmorum, qui metricè scriptus est in Hebræo.*

9 Quia tu red. vni. *Sicut iustus iudex, qui non permittit aliquod malum impunitum, nec aliquod bonum irremuneratum.*

MORALITER *potest exponi psal. iste de quolibet iusto, qui ex obedientia ad Deum persecutiones intustas patienter tolerat, & vitia persecutorum arguens coram Deo memorat, & æquitatem diuinæ retributionis pro vtrisque expectat.*

NICO-

MORALITER.

† 3 *Nolite spe. in iniqui.* Et quia Dei verbum de punitione talium stabile est & firmum, sequitur,

6 *Semel locutus est Deus.* Id est, sine retractatione, quantum ad punitionem malorum in suo malo perseuerantium, & præmiationem bonorum, ideò subditur,

† *Duo hęc audiui.* A Deo quia potestas Dei ad puniẽdum malos.

8 *Et tibi domi. misericordia.* Ad præmiandũ bonos, ideò subditur,

9 *Quia tu red. vni. &c.*

† MORA-

ADDITIO.

In psal. 61. Nónne Deo. *Vbi dicitur in postilla,* Duo hæc audiui.

Quamuis enim propheta plura audiuerat, dicit tamen se hęc duo audisse, quia secundùm glo. omnia quę dicta sunt in lege & prophetis ad hęc duo referũtur, scilicet, ad hoc quòd potestas Dei est, *ideo timẽdus.* Et ti. domi. misericordia. *& ideo diligendus. Inter has enim duas molas anima fidelis debet cõteri, ne propter terrorem potestatis desperet, vel propter suauitatẽ miserationis presumat: et ne quis putet quòd Deus sola potestate sine misericordia vtatur in puniendis, & sola misericordia sine iustitia in præmiandis, ideo dicit,* Et tibi domi. quia tu &c. *Nam in vtroque misericordia vtitur præmiando vltra condignum, & puniendo citra; & sic in reddendo vnicuique secũdum opera sua, vtitur misericordia. Non enim dicit quantum opera sua, sed* secundum opera *sua, hoc est, quia mali punientur, & boni præmiabuntur: non tamen secundum condignitatem, sed modo prædicto.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Psalmus Dauid.* CAS. Loquitur de ecclesia, quæ in ariditate sitit seculi, & misericordiam expetit, donec æterna capiat, docens benè conuersari in medio praue nationis. Aug. Psalmus ex persona capitis & membrorũ; vox ipsius nostra est, & nostra ipsius est.

PSAL. LXII.

†Iudææ. *Deus Deus meus ad te de luce, &c.* CAS. quomodo se habeat in deserto, scilicet sponsa, Deum videre desiderat, quẽ & laudat, & id amplius agere optat.

B b *Deus.* AVG. communis *Deus meus* quo dãmodo specialiori; vide affectum piæ deprecationis per hanc geminationem.

† tibi. † sitibunda c *De luce.* Vel diluculo, quando surrexit Christus, vt tunc laudet eum ecclesia, quãdo exemplo suæ resurrectionis eã ad surgẽdum animauit. *Vigilo*, dummodo dormio, non amans quæ mundi sunt.

† vidi te C CASSIO. Et sitio animo & corpore.

De luce. AVGVST. non enim vigilares, nisi lux oriretur, quæ te excitaret.

d *Sitiuit in te anima mea.* AVG. & hic caro Deo, dum ab eo quærit hic necessaria.

✻ ✻ AVG. Parum est, quia *sitiuit anima mea*, sitiuit & caro mea. Porro si anima sitit Deo, quomodo caro sitit Deo? Quando enim caro sitit, aquam sitit; quando anima sitit, fontem sapientiæ sitit. Non ea satiabimur, non ea implebimur, nisi cum fuerit finita vita ista, & venerimus ad illud quod promisit Deus. Promisit enim Deus æqualitatem angelorum; & modo angeli non sitiunt quomodo nos; non esuriunt, quomodo nos: Sed habent saginã, veritate lucis immortalis sapietiæ. Ideo beati sunt, & de tãta beatitudine ciuitatis Hierusalem attendunt nos peregrinos, & miserãtur nos, & iussu Dei auxiliantur nobis, vt ad illam patriam cõmunem aliquando redeamus, & ibi cum illis fonte dominico veritatis & æternitatis aliquando saturemur. Modo ergo sitiat anima nostra vnde & caro nostra sitit, & hoc *multipliciter*. D

a ¶ Ecclesiæ. ¶ Id est huius seculi vbi sitit.

Psalmus Dauid, cùm esset in deserto † Idumææ.

PSALMVS LXII.

a ¶ Omnium per potentiam. P. b ¶ Per cultum & sanctum desiderium.
c ¶ Vel diluculo, i. matutinali hora. d ¶ Id est dum mihi suboritur lux gratiæ.
e ¶ Et. ¶ Multis de causis.

Eûs Deus meus, † ad te de lucẽ vigilõ. Sitiuit

¶ Dormit ad Deum qui Deum obliuiscitur. a ¶ Vetum & beatum esse.
¶ Aug. alij alia desiderant. b ¶ Sed de plurimis caro, & hoc est.
¶ Aug. pro multiplici defectu. c ¶ Non alij rei.

in † tẽ anima mea, † quam multipliciter tibi

a ¶ Aug. quia & ei promittitur resurrectio quam desiderat, quo modo animę beatitudo. ¶ Cas. quę plus eget.
b ¶ Hic sitiendum, hoc seculum est desertum, hoc Idumęa, de qua titulus. c ¶ Et tunc.

e f cãro mea in terra deserta, † invia, & inaquosa. Sic in san-

a ¶ Aug. nisi quis prius deficiat in malo, nunquam peruenit ad bonum. ¶ Desiderio.
b ¶ Quasi Vidisti me, vt te viderem. c ¶ Aug non vt tu videres me, qui omnia vides. d ¶ Christum.

ctõ † appãrui tibi, vt vidẽrem † virtũtem tuam & glo-

a ¶ Ideo hæc omnia sic agõ. b ¶ Vita gratię, quę per misericordiam.
c ¶ Quæ datur non per merita.

riam tuam. Quõniam melior est misericõrdia tuã

1 & hoc *multipliciter*. E
† Modo. n. ex corruptione fragilitatis, si nõ mãducemus, deficimus & esurimus: si diu vigilem⁹, deficimus & dormimus, si diu dormimus deficim⁹ ideo vigilamus &c. De inde videte, quia nullus est carnis nostræ status: quoniã infãtia auolat in pueritiam & quęris infãtiam, & non inuenis, quia iam pro infãtia pueritia est. Iterũ F & ipsa migrat in adolescentiam, quæris pueritiam, & nõ inuenis. Adolescens fit inuenis quæris adolescẽtiam &c. In istis omnibus multiplicibus defectionibus nostris sitimus in corruptionem resurrectionis, & sic caro nostra multipliciter sitit Deo.

2 Sitiuit in te anima mea quam multipliciter &c. *Desiderans cõsolationem tuam in hoc deserto, in tẽporalibus, & spiritualibus, & maximè de Christo: quia Dauid summè desiderabat Christum de suo semine secundum carnem nasciturum, quia de ipso ad Dauid facta fuit repromissio, ideo subditur,*

3 Quam multipliciter tibi caro mea, *Quia multi de Dauid carnaliter descendentes, vt Ezechias, Iosias, Esaias, & Daniel, & multi alij sancti, qui fuerunt de semine regio, hoc desiderauerunt, vnde dicit saluator apostolis, Lu. 10. d.* Multi reges & prophetæ desiderauerunt videre, quæ vos videtis.

4 In terra dese. *Quia tunc Dauid erat in deserto Iudęa, vt dicta est.*

5 Inuia & inaq. *Id est, carens vtis et aquis, qualis est terra deserti.*

6 Sic in sancto app. tibi, &c. *Id est, sic, in tali loco deserto habui illuminationem & consolationem tuam, ac si essem in loco sanctuarij tui, vbi fiebãt diuinæ reuelationes, eo quod erat ibi arca testamenti & cultus Dei.* 7 Vt videre virtutẽ, &c. *A persecutione Saulis me protegentẽ.*

8 Et gloriam tuam. *Quia talis protectio cedebat ad Dei gloria. Vel aliter,* Vt viderem virtutem tuam, *Id est, Christum de me nasciturũ, qui est virtus Dei, secundũ illud Apostoli 1. Cor. d.* Prædicamus Christum Dei virtutem. Et gloriam tuam, *Gloria est clara notitia cum laude, omnia autem ad notitiam pertinentia in diuinis filio appropriantur, & ideo dicitur Dei gloria sicut & Dei virtus.*

9 Quoniã melior est, &c. *Vita enim naturæ, vita gratię, & vita gloriæ dependent ex Dei misericordia, tanquam ex re meliori, ideo subdit.*

Labia

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXII.

DEus Deus meus. *Hic psal. præmittitur talis ti. in Hebræa.* Psal. Dauid. cum esset in deserto Iudææ. *Et similis ti. ponitur in transla. Hie. & ex hoc patet falsitas ti. qui cõmuniter ponitur in Bibliis nostris: Psal.* Dauid cum esset in deserto Idumææ. *Item quia omnes expositores tam Hebræi, quam Latini, dicunt, quod Dauid fecit hunc psalmum fugiens à facie Saulis, in tota autem illa fuga non legitur Dauid fuisse in Idumæa, sed tantum in terra Moab, & in terra Israel, & vltimo in terra Philisthinorum. Propter quod dixi à principio, de tit. psal. parum est curandum, nisi pro quanto accipiũtur immediatè ab Hebræo vel transla. Hie. iuxta Hebraicum: quia in aliis multa sunt apposita secundum phantasias expositorum. De materia vero huius psal. sciendum, quod Dauid in principio persecutionis suæ à Saule fugit ad regem Moab, vt habetur 1. Reg. 22. sed inde ad dictum Gad prophetę rediit ad terram Iuda, vt ibidem dicitur, & habitauit in locis desertis: quia in ciuitatibus nõ poterat habitare propter persecutionem Saulis, et ideo indiguit consolationibus diuinis: Tũ quia erat in terra sui persecutoris; Tum quia erat in locis desertis & sterilibus omnibus bonis: deceus fuit quod Deus eum consolaretur, quia ad eius mandatum venerat ad locum illũ, & de istis fecit Dauid psal. istum. In quo primò gloriatur de consolationibus diuinis: secundo vaticinatur de iectionem suis aduersariis, ibidem,* Ipsi verò, *tertio latatur in laudibus cõditoris, ibi,* Rex verò. *Circa primum dicit sic,* 1 Deus Deus. m. &c. Vigilo, *quia summo mane ad diuinas laudes consurgebat: hoc est contra principes, qui vsque ad altam diem volunt dormire.*

2 Sitiuit in te anima mea quam multipliciter &c. *Desiderans cõsolationem tuam in hoc deserto, in tẽporalibus, & spiritualibus, & maximè de Christo: quia Dauid summè desiderabat Christum de suo semine secundum carnem nasciturum, quia de ipso ad Dauid facta fuit repromissio, ideo subditur,*

3 Quam multipliciter tibi caro mea, *Quia multi de Dauid carnaliter descendentes, vt Ezechias, Iosias, Esaias, & Daniel, & multi alij sancti, qui fuerunt de semine regio, hoc desiderauerunt, vnde dicit saluator apostolis, Lu. 10. d.* Multi reges & prophetæ desiderauerunt videre, quæ vos videtis.

4 In terra dese. *Quia tunc Dauid erat in deserto Iudęa, vt dicta est.*

5 Inuia & inaq. *Id est, carens vtis et aquis, qualis est terra deserti.*

6 Sic in sancto app. tibi, &c. *Id est, sic, in tali loco deserto habui illuminationem & consolationem tuam, ac si essem in loco sanctuarij tui, vbi fiebãt diuinæ reuelationes, eo quod erat ibi arca testamenti & cultus Dei.* 7 Vt videre virtutẽ, &c. *A persecutione Saulis me protegentẽ.*

8 Et gloriam tuam. *Quia talis protectio cedebat ad Dei gloria. Vel aliter,* Vt viderem virtutem tuam, *Id est, Christum de me nasciturũ, qui est virtus Dei, secundũ illud Apostoli 1. Cor. d.* Prædicamus Christum Dei virtutem. Et gloriam tuam, *Gloria est clara notitia cum laude, omnia autem ad notitiam pertinentia in diuinis filio appropriantur, & ideo dicitur Dei gloria sicut & Dei virtus.*

9 Quoniã melior est, &c. *Vita enim naturæ, vita gratię, & vita gloriæ dependent ex Dei misericordia, tanquam ex re meliori, ideo subdit.*

Labia

MORALITER.

† 1 *Deus Deus meus.* Psal. istum fecit Dauid quando fugiens persecutionem Saulis habitauit in deserto Iudææ sterili & aspero: propter quod Deus faciens cum tentatione prouentum, consolabatur eum illuminationibus suis.

MORAL. autem potest exponi de quolibet Anachoreta, qui mundum fugiens detit deserta, vt sentiat beneficia diuina, & dicat: *Deus Deus meus.* Id est, *Deus* per creationem, *Deus meus* per redemptionem, in qua dedisti te mihi,

† *Ad te de lu. vi.* Id est, de mane iuuentutis, quando incipit lux rationis. Exemplum de sancto Hilarione, qui eremum ingressus est cum esset quindecim annorum.

2 *Sitiuit in te anima mea, &c.* Per magnum desiderium consolationis tuæ, ideo subditur,

3 *Quam multipliciter ti.* Vt hoc ad animam referatur, & subditur,

† *Caro mea.* Quia fortis motus animæ redundat in carne, Psal. 33. a. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Et de beato Francisco legitur, quod aliquando in oratione (quæ est ascensus mentis in Deum) corpus eius à terra subleuabatur.

4 *In terra deser. inuia & inaquosa sic in san. ap. ti.* Ad hoc enim Anachoretæ talia loca quærebant, vt consolationes diuinas melius perciperent, ideo subditur,

9 *Quon. me. est mi. tu.* Id est, effectus tuæ misericordiæ, quo consolaris fugientes mundum.

† Super

☞ cui non apparet Deus sit in sancto desiderio, & apparebit ei Christi maiestas, & æqualitas cum patre etsi homo fuit. *Apparui tibi vt viderem.* Avgvstinvs. Nemo Deum videt, nisi prius Deo appareat. Sol enim sua luce facit nos videre, ita & Deus.

a *Super vitas.* Avg. humanitatis, quæ multæ sunt, vt militis, agricolæ, & cæterorum: melius est quod das correctis, quàm quod eligũt peruersi.

a ¶ Et si longę, & prosperæ. ¶ Humanas. b ¶ Ideo. c ¶ Nisi præueniret misericordia, non posſem laudare. d ¶ Bene viuendo. e ¶ Aug. iam mihi elegi.

† quam vita. a † super vitas, lãbia mea laudãbunt te. Sic bẽedicam tẽ in vi-

a ¶ Quam donasti, non quam mihi elegi. b ¶ Aug. in honore tuo. c ¶ Aug. in precibus. ¶ Aug. in bona opera, Christus suas in cruce pro nobis. d ¶ Vtinam leuabo ma. & hoc petam. e ¶ Aug. scientia & pia alacritate, & sic labijs ex, &c. sicca enim labia non possunt saluare. ¶ Hæc olim placebant in sacrificijs.

b *Labia mea.* Avg. Post beneficia Dei laudem promittit, *Laudabunt*, ad proximum, de quo etiã solicitor, quia nisi misericordia tua me præueniret, te laudare non posſem, & sicut labiis, sic benedicant in vita. Vel sic, *Quia super vi.*

c *Sic benedicam.* Avgvst. Vt dedisti per misericordiam laudare te, *sic benedicam*, vt misericordiæ tribuam vitam, in qua laudo.

d tã mea, & in nõmine tuo leuãbo manus meas. Sicũt ãdipe &

a ¶ Aug. hic vbi sitis est & oratio leuatis manibus. Cum sitis transierit, anima & labia exul. laudabunt nomen tuum. b ¶ Aug pro pura conscientia cuius comes est exultatio.

† satiabitur pinguedine † repleãtur anima mea, & labiis † exũltationis

a ¶ Re. b ¶ Laudabit quia in stratu, & mane & hoc est. c ¶ Aug. in quiete, ne ipsa dissolueret, & faceret obliuisci Deum.

laudabit os meum. † Si memor fui tui super strãtum meum, in

a ¶ Aug. In nocte mala fiunt, sed Christo monstrante tanquam in luce debemus bona facere. ¶ Cas. luce gratię mihi illuscescente. b ¶ Ideo, In te. ¶ Aug. quia pullus sum, & ideo si non protegis miluus rapit.

† mãtutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Et † in

a ¶ In protectione tua. b ¶ In bonis operibus. c ¶ Charitate.

† velãmento alarum tuarum † exũltabo † ãdhæsit anima mea

a ¶ Cas. vt sequatur te, nolens præire vt Petrus voluit. b ¶ Quia. c ¶ Alis tegendum. d ¶ Sapientia tua, verbum tuum. ¶ Aug. in Christo homine sapientia Dei est, & nos in illo. e ¶ Notabiles in malitia, Iudęi scilicet. ¶ Aug. id est, quilibet persecutores, maxime Iudęi, qui in capite, & in apostolis animam nostram quæsierunt. ¶ Et ideo nihil fecerunt animæ Deo connexæ, quærentes eam perdere.

† Cum memoretro tui in cubili meo, in vigilijs meditabor de te. † diluculis meditabor.

b *Quia fuisti.* Avg. Quia dum quis bona sibi operatur pro cœlestibus, vincit Amalech, id est, dæmonum turbam sanguinem nostræ perditionis lingentem. Dum autem deponit manus, id est, pro terrenis operatur, vincitur ab Amalech.

Exod. 17. c

c *Adhæsit.* Avg. In intestinis. Pinguedo in carne, id est, sapientia, quæ in abscondito & fortitudo spiritus.

d *In nomi. tuo leua. ma. me.* Avg. Leuat manus, qui bonis operibus insistẽs, tensis manibus in figura crucis Deum adorat, vnde Apostolus, Leuantes puras manus in oratione, sine ira & disceptatione.

e *Adipe.* Avg. In intestinis. Pinguedo in carne, id est, sapientia, quæ in abscondito & fortitudo spiritus.

f *Leuabo manus.* Avg. In Exod. Moyses dum leuaret manus ad dominũ, populus Dei Amalech vincebat: dum vero deponebat, Israel vincebatur. Quia dum quis bona sibi operatur pro cœlestibus, vincit Amalech, id est, dæmonum turbam sanguinem nostræ perditionis lingentem. Dum autem deponit manus, id est, pro terrenis operatur, vincitur ab Amalech.

Sic memor fui. Cas. Exponit bona malaque vtriusque partis, scilicet contra difficultates huius seculi, quas hic patitur. Dicit securitatem suam ex Deo, in qua memor est eius perituros inimicos regem cum sanctis lætaturum. Per *stratum* in quo quiescimus, prospera accipe, in quibus est memor Dei, quod vix homo facit. *In matutinis.* in actionibus, quia mane incipit quisque operari. Si non memor in quiete, nec in actione, sed in otio, tunc & in actione. Ne in ea deficiat, ideo addit, *quia fuisti adiutor meus*: nisi enim adiuuet hic Deus, bona opera implere non possumus, nemo autem in mane operatur, nisi qui in Christo operatur.

Cas. *In matutinis*, id est, in luce Christi vt suprà *de luce vigilo, ad te* vt filius lucis, id est Christi, ad lucis autorẽ vigilet, ad Deum.

g *Adiutor, &c.* Avgvstin. in periculis Idumęæ, & si quid occurrit, exultabo in velamento alarum tuarũ. Ideo, quia *adhæsit* tibi charitate *anima mea*, vt te præ se diligeret, ideo *exultabo*, ideo *adhæsit*, quia *me suscepit* à periculis *dexte. tu.* id est propitiatio.

h *Ipsi vero in vanum quæsierũt animã.* Rex vero. Confert in his duobus versibus bona & mala diuersarũ partium.

✻ Avg. Quid mihi fecerunt, qui quęsierunt animam meam perdere? vtinã quærerent animam meã, vt crederent mecũ: Sed quæsierunt animam meam vt perderent me. Quid facturi? Non enim rapturi erant gluten, quo adhæsit anima mea post te, quis enim separabit nos à charitate Christi? Dextera tua suscepit me. Ergo propter illud gluten, & propter potentissimam dexteram tuam, in vanum quęsierunt animam meam.

† laudatio-num.

† sic.

† laudabo.

† ad perdendum.

i *Infer. ter.* Cas. quia non ad cœlos euecti sunt. A terra sorbentur malæ cogitationes: quia de terra natæ, in ima terræ, quasi in cœnum, vergunt.

k *Partes vulpium erunt, &c.* Cassio. principum seculi, qui vulpibus comparantur, vt Christus de Hero dixit, *Dicite vulpi illi, &c.* Partes horum Iudæi, quia Christum regem noluerunt, dicentes, *Non nouimus habemus regem nisi Cæsarem.* Agnum reiecerunt, vulpem elegerunt. Vel, partes vulpium sunt, dum se dolosis praua voluntate coniungunt.

Lucæ 12. g. Ioan. 19.

☞ Lętabi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Labia mea lauda. te. *Pro consolationibus mihi exhibitis.*
2 Sic bene. te in vi. mea. *Id est, in tota vita mea.*
3 Et in n. tuo. *Id est, in virtute nominis tui.*
4 Leua. ma. me. *In oratione deuota.*
5 Sicut adipe & pin. re. ani. mea, *Id est, sicut corpus reficitur pinguibus: sic anima mea tuis illuminationibus & consolationibus.*
6 Et labijs exul. *Quia de tantis beneficijs non ero tibi ingratus.*
7 Sic memor fui tui. *Cogitans de tua bonitate, non solum de die, sed etiam de nocte.*
8 Et in velamen. alarum tuarum exul. *Id est, de tua protectione gaudebo.*
9 Adhæsit ani. me. post te. *Feruenti dilectione.*
10 Me su. dextera tua. *In sua protectione & consolatione.*
11 Ipsi ve. *Hic consequenter vaticinatur deiectionem suis aduersarijs di.* Ipsi ve. *Scilices Saul & complices sui.*
12 In va. quæ a. me. *Quia frustrati sunt sua intentione, qua quærebant Dauid occidere.*
13 Introibnnt in infe. ter. *Quia quærebat aliquando Dauid in cauernis & speluncis terræ. Vel* in inferiora terræ, *id est, gehennam, quæ est in inferioribus terræ.*
14 Traden. in man. &c. *Quia gladio ceciderunt in monte Gelboe.*
15 Partes vulpium erunt, *Cadauera enim eorum remanserunt super terram, ita quod vulpes & aliæ feræ poterant deuorare.*
16 Rex vero lætabitur. *Hic vltimo Dauid latatur de consolationibus* ☞ conditoris

MORALITER.

† *Super vitas*, Hominum mundanorum, quæ frequenter appetuntur, licet plenæ sunt anxietatum.
1 *La. mea lau. te.* De mihi præstita consolatione.
3 *Et in no. tuo. le. m.* In deuota oratione.
5 *Sic. adi. & pin. re. a. me.* Vnctione tuæ gratiæ.
6 *Et lab. ex. lau. os m.* Nomen sanctum tuum.
7 *Si me fui.* Hic accipitur *si* pro *quia* nam homo deuotus in nocte de diuinis beneficijs recordatur, sicut de die.
8 *Et in velamento alarum tua.* Quæ sunt protectio à malis & directio in bonis.
9 *Adhæsit anima, &c.* Feruenti dilectione.
10 *Me suscepit, etc.* In secura protectione.
11 *Ipsi vero, &c.* Scilicet dæmones.
12 *In vanum quęsierunt animam me.* Quia nõ habebunt intentũ.
13 *Introib. in infe. ter.* Id est, in infernũ, qui est locus debitus eis.
14 *Traden. in manus gladij*, Id est, diuinæ sententiæ.
15 *Partes vulpium erunt.* Id est, associati cum hominibus fraudulentis Matth. 25. d. *Ite maledicti in ignem ęternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.*
16 *Rex vero lætabitur in Deo.* Id est, Christus in Deo patre, &

a *Lætabitur.*

A ✻ THEODORET. Cum regnum à te acceperim, non lætabor ob illorum interitum, sed ob tuũ tantum auxilium: omnesque post hac audacter Regem nominabunt, & per eius caput ac salutem iurabunt

† exultabunt.

a ¶ Aug. etsi visi sunt superasse, tamen lætabitur. ¶ Aug. qui Christum, non vulpem elegerunt. ¶ Christus. b ¶ Laudabiles erunt. c ¶ Aug. qui & pollicentur & vouent bonam vitam.

a lætabitur in Deo, † laudabuntur omnes qui iurant in eo, quia

a ¶ Cassio. in iudicio vbi iniquitas victa obmutescit. b ¶ Iudæorum & paganorum. ¶ Cas. quia ipsi destructi, non Christiani.

obstructum est os loquentium iniqua.

iurabũt. Saule enim inquirente, timebãt cũ Dauide colloqui.

b *In Deo* CASSIO.

a Patre, vnde, *Ego in patre: et pater in me.* Ioan. 14. b.

c *Iurant.* CAS. nõ pereum, ne imperet iuramentum, sed in eo, promittendo ei obsequium.

NICOLAVS DE LIRA.

conditoris, di. Rex vero læta. in Deo. *Et loquitur de se sicut de alio, et vocat se regem: Tum quia inunctus fuerat per Samuelem, vt habetur. 1. Regum. 16. Tum quia erat certificatus diuina reuelatione, quod regnaret post Saulem.*

1 Laudabuntur omnes qui iurant, &c. *Iuramentum enim debitè factum est actus virtutis: quia fundatur super reuerentiam diuinę veritatis, ideo dicitur, Deute. 10.* Per nomen illius iurabis.

2 Quia obstructum est os loquentium iniqua. *Scilicet Doeg, et aliorum detractorum Saulem contra Dauid mendaciter prouocantium quorum os fuit obstructum, quando ceciderunt in monte Gelboe. Et loquitur hic Dauid de futuro per modum præteriti propter certitudinem Prophetię.*

MORALITER. *Potest exponi Psal. iste de quolibet iusto in persecutione hominum posito, qui tamen fouetur de diuinis consolationibus, et eius aduersarij finaliter destruuntur: propter quod in domino latatur, non zelo propriæ vindictæ, sed iustitiæ diuinę.*

MORALITER.

† quia ipsi erunt membra, subditur.

1 *Laudabuntur omnes qui iurant in eo.* Id est, Christiani, qui in baptismo

2 Quia obstructum est os loquentium iniqua. In iudicio namque finali totaliter obstruetur.

ADDITIO I.

In psal. 71. Deus Deus meus. *vbi dicitur in postilla.* Sic in sancto appatui tibi.

In Hebræo habetur, Sic in sancto vidi te. *Scilicet per illuminationem & consolationem, quod ad idem redit, sicut in translatione nostra.*

ADDITIO II.

In eo psal. *vbi dicitur in postilla.* Laudabuntur omnes qui iurant in eo.

Iurare per creaturas principaliter, seu simpliciter, videtur illicitum vnde Hier. super illud Matthæ. 5. Ego dico vobis non iurare omnino, nec per cœlum nec per terram, &c. *dicit quod saluator non per Deum iurare prohibuit, sed per cœlum & terram, vnde secundum canones, Clericus per creaturas iurans, punitur. 22. q. 1. Clericũ. Secundario tamen & secundum quid inquantum in creaturis veritas diuina manifestatur, posset de eis sumi iuramentum, sicut iuramus per euangelium & per sanctos, Id est, per Deum: cuius veritas in euangelio & per sanctos manifestatur. Cum ergo Psal. hic simpliciter dicat.* Laudabuntur omnes qui iurant in eo: *melius videtur dicendum, quod intelligatur de Christo, qui est verus rex, in quo laudantur omnes, qui in eo iurant debitè, eo quod est signum diuinę reuerentiæ. Et licet in præmissis de Dauid ad literam loqueretur, non est mirũ si reuertatur ad loquendum de Christo, cum de figura ad figuratum frequenter fit transitus in sacris scripturis.*

GLOSSA ORDINARIA.

CASSIODORVS. Psalmus iste breuiter agit de passione & resurrectione Christi, vbi totus Christus caput & corpus loquitur,

CASSIODOR. Enumerat quæ tulerit, & quomodo cõtra hæc se habuerit, vt in passionibus spemus in domino.

AVGVSTINVS. Vt caput nostrum, ita nos in tribulationibus rogemus.

† Vide. psal. 4.

a ¶ Christum. b ¶ Dirigens.

† In finem Psalm. Dauid. PSALMVS. LXIII.

PSAL. LXIII.

a ¶ Totis viribus.

EXAVDI Deus orationem. Vt exaltes, & eripe, quia deprecor.

a *A timore inimici.* CASSIODO. Sed non à timore mortis. † eustodi vitãmeam

EXaudi Deus orationem meam cum dẽpre- 1
a ¶ Vt non eos, sed te timeam. ¶ In hoc audi, eripe. Quod fit etiam cum occiditur non enim timet, vel cedit. ¶ Non vt non moriar.
cor à timore inimici, † ẽripe animam meam. 2

AVG. ☞ *Protexisti.*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXIII.

EXaudi Deus orationem meam cum depre. *Huic psalmo præmittitur talis titulus in Hebræo,* Ad victoriam psalmus Dauid. *& in translatione Hiero.* Victori canticum Dauid, *& idem significant. Patet autem expositio ex supradictis in pluribus titulis similibus: Dicit autem Rabi Salo. quod doctores antiqui Hebræi exposuerunt hunc psalmum de Daniele, qui fuit de semine Dauid: vnde Esaias dixit regi Ezechiæ 4. Reg. 20. d.* De filijs tuis, qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. *Quod fuit impletum in Daniele, & socijs eius, vt habetur Daniel. 1. Dauid igitur prouidens in spiritu, quod Daniel de suo semine erat nasciturus, & per inuidiam malignantium foret in lacum leonum proijciendus: & inde mirabiliter liberandus, fecit hunc psalm. loquens in persona Danielis. Et secundùm hoc diuiditur in tres partes, quia primò recolitur diuinum beneficium, secundo describitur malum aduersantium, ibi,* Quia exacuerunt, *tertio subditur bonum considerantium, ibi,* Conturbati sunt. *Circa primum dicitur.*

1 Exaudi Deus orationem meam cum deprecor, *Id est, de certe precor. Taliter enim Daniel deprecabatur dominum intra lacum leonum.*

2 A timore inimici, &c. *Id est, à timore leonum, quibus datus fuit ad deuorandum, & sic factum est, quia Deus misit angelum suum, & conclusit ora leonum, vt habetur Dan. 6. & sic sine timore potuit cum eis esse. Et accipitur hic singulare pro plurali, cum dicitur* Inimici, *Id est inimicorum, sicut Exod. 8. f.* Venit musca grauissima, *id est, multitudo muscarum.*

☞ Prote-

MORALITER.

1 *Exaudi Deus orationem meam cum depre.* Psalmum istum dicitur fecisse Dauid loquens in persona Danielis, quem præuidit mittendum in lacum leonum, & inde diuinitus liberandum. Allegoricè vero per Danielem (qui dicitur vir desideriorum) significatur Christus, de quo dicitur Aggæi 2. b. *Veniet desideratus desideratus cunctis gentibus, &c.* Ipse vero per inuidiam fuit morti traditus, & in agonia passionis imminentis positus orauit patrem: & de eius oratione potest exponi psalmus iste, vt in eius persona dicatur, *Exaudi Deus orationem meam cum deprecor.* Orauit enim patrem dicens, *Transeat à me calix iste.* Et exauditus fuit in sua resurrectione, in qua corpus habuit impassibile & immortale.

† Quia

a ¶ Quod erit quia, b ¶ Concilio, c ¶ Vt Iudęorum.

a † Protexisti me à conuentu malignantium, à † multitudine 1 2
a ¶ Aug. vt eum occiderent, qui eis tot bona fecerat. b ¶ Actu. ¶ Quid enim illi? vtique mala, c ¶ Inclamando mortem,
b operantium iniquitatem Quia exacuerunt vt gladium, 3
a ¶ Si non manibus, linguis occiderunt. b ¶ Gladius aperte, arcus occulte ferit, ¶ Dolos. c ¶ Inclamando mortem.
c d linguas suas: intenderunt † arcum rem amaram, vt † sagittent 4
a ¶ Quantum ad suam opinionem, per discipulum, & huiusmodi.
b ¶ Cas. ideo esset eis timendum. Magna iniquitas, & ideo inexcusabiles. c ¶ Inten. ar. & sic perficient, d ¶ Cas. scelus impiebunt,
e f in occultis immaculatum. † Subitò sagittabunt eum & non 5
a ¶ Inde. b ¶ Quia, ¶ August. nec miraculis moti. ¶ Nullo modo, nec per iudicem omittere volentes. c ¶ Ad malum suum,
6
g timebunt, † firmauerunt sibi sermonem † nequam. † Nar- 7
h a ¶ Exponit arcum. Prius apud se, postea cum discipulo, ¶ Si discipulus tradit, Romani crucifigunt, quid ad nos? 8
b ¶ Putabant enim eum latere. c ¶ Quis poterit cauere?
i rauerunt, vt absconderent † laqueos, dixerunt. Quis videbit 9
a ¶ Augu. ideo putabant eum non videre, quia scrutati. ¶ Per discipulum tradatur, à iudice occidatur, & ita nihil ad nos.
k † eos? Scrutati sunt iniquitates, † defecerunt, scrutantes scruti- 10 11
a ¶ Quasi dicat, Christus cognoscebat laqueos: cur ergo prealuerunt? quia voluit. b ¶ Sed. ¶ Scrutans bonum, ¶ Non pateretur, nisi homo esset. c ¶ Aug secretum, obiiciens illis hominem, seruans intus Deum: exaltabitur Deus; occiditur homo, Deus exaltatur suscitando d ¶ Augu. qui in passione homo. ¶ In resurrectione.
l m nio. † Accedet homo ad cor altum, † & exaltabitur Deus. 12 13

† Absconde

† sagittam suam rem amaram. (cum amaritudine)

† roborauerunt vt cõstituerãt inter se.

† eas.

† In intimo vniuscuiusque, & corde profundo tactæ sunt plagæ eorum. Matt. 27. c.

† tumultu.

† sagittauerit in abscondito.

† Repente

† malignũ. † Collocuti sunt.

† muscipula.

† perfecerũt scrutatum scrutinium,

† & sagittabit illos Deus.

a *Protexisti me.* AVG. Hoc in capite factum, quod & membra experiuntur: hoc exemplo reliqui firmantur.
b *Quia exacuerunt vt gladium linguas.* Vel, qui scilicet malignantes & operantes iniquitatem.
c *Arcum.* Occultas insidias, vt per discipulum, quod est res amara, vt conuiua sit proditor.
d *Amaram.*
e *Subito sagittabunt* AVG. insidiosè quasi nescientẽ, vt eis videtur, qui se credunt Deum fallere.
f *Non timebunt.* AVG. O cor durum, occidere hominem, qui mortuos suscitabat, & inde non timere:
g *Firmauerũt.* CAS. obstinatione, non veritate, sermonem, *Reus est mortis*: vel, *Expedit vt vnus moriatur.*
h *Sibi.* CAS. non domino sed sibi, cũ dicũt, *Sãguis eius super nos & super filios nostros.*
i *Vt absconderent.* Mos malorum; qui dolum parat, putat se fallere.
k *Scrutati.* CASSIO. quomodo accusarent iustum, vel quomodo perderent, ne mundus post eum iret.
AVGVSTINVS. Scrutinia, id est, acerba & occulta consilia; sed quantò acutius cogitant, tantò plus deficiunt à veritate & æquitate, & in tenebras merguntur: quia cum non videt Deum, putant se non videri à Deo.
l *Accedet homo.* CASSIOD. nam qui scrutatur iniqua, deficit: sed qui res diuinas perquirit, (quod est *ad altum cor* ire,) non deficit, sed crescit, & eò peruenit, vt ab eo summus & omnipotens esse credatur; Deus non in se, sed in corde hominis grãdescit.
AVGVSTINVS. Scrutati, sed frustra quia sponte accedet homo ad passionẽ.
m *Ad cor altum* AVG. Erat ei, quia hoc faciebat secundum altum cõsiliũ.
IDEM. Occiditur homo, & exaltatur Deus: quod enim occisus est, ex infirmitate humana fuit, quod resurrexit, & ascẽdit, ex potestate diuina. Accedit homo ad cor altũ, cor secretũ, cor abditũ, nõ ostendẽs quid esset: Illi putãtes hoc solũ esse, quod videbatur, occidũt hominẽ in corde alto, & exaltatur Deus in corde diuino, potẽtia, magnificentia, maiestatis suę exaltatꝰ est. Et quo iuit exaltatus? vnde nõ recessit humiliatus. Accessit, homo, & quia Deus erat, & quia passurus erat

NICOLAVS DE LIRA.

1 Protexisti me à conuentu malignantium, *Id est, machinantium malum in corde, et etiam in opere: propter quod subditur.*
2 A multitudine operantium iniquitatem. *Circa quod sciendum, quod Darius rex disponebat ponere Danielem super totum regnum, vt habetur Danie. 6. propter quod principes & satrapæ inuidentes, congregati sunt, adinuicem quærentes occasionem mortis contra Danielem, vt sic moreretur, ideo dicit:* Protexisti me à conuentu malignantiũ, quia Deus ipsum mirabiliter, *liberauit.*
3 Quia exacuerunt vt gla. lin. suas, &c. *Hic consequenter describitur malum ipsorum aduersantium Danieli. Et primo describitur malum eorum culpę; & secundo pœnę, ibi,* Scrutati sunt. *Circa primum dicitur,* Quia exacuerunt, &c. *tractando de morte innocentis Danie.*
4 Intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. *In Hebræo habetur* verbum amarum: *arcus autem ferit à longe, & isti similiter proposuerunt à longe verba, per quæ Daniel, finaliter moreretur, vt post videbitur.*
5 Subito sagittabunt eum, *Hoc enim intendebant, scilicet ipsum finaliter ex improuiso occidere.*
6 Et non timebunt, *Quia non videbant Dei vindictam super se venturam.*
7 Firmauerunt sibi sermonem nequam, *Quia erant in sua malitia obstinati.*
8 Narrauerunt vt absconderent laqueos, *Id est, modos capiendi Danielem malitiosè.*
9 Dixerunt: Quis videbit eos. *Quasi dicat; nullus videbit intentum nostrum, donec habeamus effectum: & ita accidit, quia vt habetur Danie. 6. b.* Principes & satrapæ subrepserunt regi, vt ponerẽt edictũ, vt omnis qui peteret aliquam petitionem à quocunque Deo & homine vsque ad. 30. dies nisi à te ô rex, mittatur in lacum leonum. *Et hoc dicebant sub prætextu boni eius, vt sic homines magis redigerentur sub timore Darij in principio eius regni vt ibidem plenius exposui: per hoc intendentes capere Danielem, de quo tenebant, quod non dimitteret adorare Deum suum propter regis edictum: quod & accidit, vt habetur ibidem. Rex autem in principio non perçepit eorum fraudem, quia non posuisset illam legem. Quod patet ex hoc, quod* posuit cor suum, vt liberaret Danielem, ne mitterẽtur in lacum leonum, *vt habetur ibidem.*
10 Scrutati sunt iniquitates. *Hic consequenter describitur malum pœnæ ipsorum, cum dicitur,* Scrutati sunt ini. *quia cum magna diligẽtia quæsierunt vias iniquas ad interficiendum Danielem.*
11 Defecerunt scrutantes scru. *i. defecerũt ab intẽto, quia finaliter Daniel fuit liberatus, & ipsi fuerunt à leonibus deuorati, & ideo subditur,* 12 Accedet homo ad cor altum. *In Hebræo habetur,* cor profundum, *secundum illum modum loquendi, qui habetur Ioan. 4. b.* Puteus altus est, *id est, profundus. Isle homo fuit Darius rex, qui profundè considerant profunditatem diuinæ sapientiæ & iustitiæ in mirabili saluatione Danielis à leonibus, iussit accusatores eius mitti in lacum leonum cum filiis & vxoribus.*
13 Exaltabitur Deus. *Quia tunc Darius scripsit vniuersis populis regni sui, vt omnes timerent & pauerent Deum Danielis, vt habetur ibidem.*

Sagittæ

MORALITER.

† 4 *Quia exa. vt gla.* Clamãtes ad Pilatũ, Crucifige crucifige eum.
3 *Intenderunt arcum rem amaram,* Inducendo turbam ad petendum liberationem Barrabæ, & Christi mortem Marc. 15.
5 *Subito sagittabunt,* Sagittis linguarum. Et dicitur *subitò,* quia Paulò antè eum honorauerant dicentes, *Benedictus qui venit in nomine domini, etc.*
6 *Et non timebunt,* Scilicet Deum.
7 *Firmauerunt sibi serm. ne.* Obstinatè petentes Christi mortem.
8 *Narrauerunt vt ab la.* Inter se tractantes quomodo Iesum dolo tenerent & occiderent. Matth. 26.
9 *Dixerunt: Quis vide. eos?* Nam ita effronter quærebant mortem, ac si Deus non videret ipsos.
10 *Scrutati sunt ini.* Per multas vias mortem Christi quærentes.
11 *Defecerunt, &c.* Quærebant enim extinguere Christi nomen, quod magis fuit glorificatum per suam passionem: propter quod Centurio videns signa in eius passione facta, dixit Matthæi vicesimoseptimo. f. *Vere filius Dei erat homo iste, & multi de assistentibus percutientes pectora sua reuertebantur,* Lucæ. 12.
12 *Accedet homo,* Christus,
† *Ad cor altum:* Id est profundum: vt dicit Augusti. nam voluntariè accedens ad passionem, perfecit profundum Dei secretum, quo disposuerat filium suum pati pro redemptione mundi;

A erat volens, & quia exemplum prębiturus infirmis, & quia nihil ei facturi erãt qui sęquebant, tanquam passuro Deo, sed in homine, sed in carne: quid sequiquitur, *sagittę parvulorum*. Nostis quem admodũ sibi faciunt de canniciis, sagittas infantes: quid feriũt aut vnde feriunt, *sagittæ par.*

a *Sagittę parvulorũ factę.* Cas. Enumerata prauitatẽ irridet Iudæorũ, qui magis turbati sũt nũtiata resurrectione, iusti lætati.

b *Conturbati.* Cassiod. Fuerunt illi, qui salutis suæ consilium quærentes, dixerunt: Quid *faciemus viri fratres.*

c *Et timuit omnes.* Avgvstinvs. Si timet homo, non terreat homo, quin annunciet: sicut apostoli, quibus comminauerunt principes sacerdotum, dicentes, ne prædicarent in nomine Iesu.

d *Et facta eius intell.* Avgvstinvs. Cur passus, cur non descendit de cruce, quia moriendum erat & resurgendum: quod tunc non fuit intellectum.

e *Lætabitur iustus in dom.* Cassiod. Conclusio exprædictis, & ostenditur promissio iustorum.

f *Omnes.* Cassiod. Ne putes de solis Apostolis dici.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sagittæ paruulorum, &c. *Quia propter verba, quæ protulerunt ad mortem Danielis querendam, mortui fuerunt, vt patet ex prædictis. Et vocantur hic* paruuli, *quamuis essent principes & magni: quia ex inuidia contra Danielem fuerant moti, vt dictũ est; Inuidia vero est tristitia de bono alterius, inquantum æstimatur propriy boni diminutiuum, vt dicit Philip. 2. Rhetoricę: & ideo nullus inuidet alteri, nisi inquantũ per ipsum reputat se diminutum, & per consequens paruulum, & ideo omnis inuidus inquantum huiusmodi est paruulus, secundum quod declarat beatus Gregorius 5. Moralium exponens illud Iob:* Paruulũ occidit inuidia. *Ab illo vero loco inclusiuè*, & exaltabitur Deus, *litera Hebraica sic habet*, Et sagittabit eos dominus sagitta subita, facti sunt ictus eorum, scandalizauerunt eos linguæ eorum. *Translatio vero Hieron. sic habet:* Sagittabit ergo eos dominus iaculo repentino, inferentur plagæ eorum, & corruent in semetipsos linguis suis. *Et patet, quod eadem est sententia in Hebræo, & in translatione Hieron. Et exponitur de iaculo, vel sagitta diuina iustitię, qua percussi fuerunt aduersarij Danielis subito: quia cum crederent eum inuenire à leonibus deuoratum, subito, eductus fuit viuus & sanus: & ipsi proiecti fuerunt leonibus, et in momento deuorati.*

2 Conturbati sunt omnes. *Hic consequenter describitur bonum considerantium, quia omnes videntes liberationem Danielis mirabilem, & punitionem aduersariorum eius terribilem, fuerũt mirati, & timuerunt Deum Danielis, & hoc est quod dicitur*, Conturbati sunt. *Non turbatione doloris, sed admirationis.*

3 Et timuit omnis homo, *Deum Danielis.*

4 Annunciauerunt opera Dei, *Quia istud factum fuit publicatum ad laudem Dei per totum regnum, vt prædictum est.*

5 Et facta eius intel. *Id est, intra se legendo meditati sunt, aduertentes quod hoc non poterat fieri nisi virtute diuina.*

6 Lętabitur iustus, *Id est, Daniel,*

7 In domino, *Quia lætitia sua erat debitè ordinata:*

8 Et sperabit in eo, *De futura vita obtinenda.*

9 Et laudabuntur omnes recti corde, *Exemplo Danielis, qui saluatus est pro sua rectitudine. Moraliter potest exponi Psalmus iste de quolibet iusto ab iniquis vsque ad mortem calumniam sustinente: qui tamen pro sua iustitia subito diuinitus liberatur, et eius aduersarij condemnantur.*

NICOL

MORALITER.

1 *Sagittæ paruulorum, etc.* Istæ sagittæ sunt verba pungitiua, quibus petierunt Iudæi mortem Christi: & factæ sunt ipsorum plagæ, quia propter hoc trucidati fuerunt à Romanis,

2 *Conturbati sunt.* Hic ponitur vtilitas sequens, nam multi videntes punitionem Iudæorum, pœnitentiam de peccatis agentes, crediderunt in Christum, eius opera promulgantes.

6 *Lætabitur iustus,* Per Christum redemptus:

8 *Et sperabit in eo*, Scilicet per ipsum ad gloriam venire: & sic *Laudabuntur omnes recti corde.*

† MORAL.

ADDITIO.

In Psal. 63. *Exaudi Deus orationem meam. Vbi dicitur in Postilla.* Scrutati sunt.

In vera litera Hebraica sic habetur: Et interiora hominis, & cor profundum. *Quæ quidem litera continuatur cum præmissis sic*, Defecerunt scrutantes scrutinio, *scilicet Chaldæi, qui Danieli aduersabãtur: licet scrutati fuissent cum toto conatu interiori et corde profundo: defecerunt tamen tanquam à desiderio suo defraudati, etc.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem.* Avgvstinvs. Prophetauit Ieremias, post septuaginta annos rediturum populum. Inter captiuos erat Ezechiel & alij prophetæ. Completis septuaginta annis restitutum est templum. Figura est nostri, qui de Babylonia ad Ierusalem suspiramus, de sęculo & corpore peccati ad cœlum.

Tres in ecclesia septuagesimæ memorantur, vna significata, duæ significantes. Vna in figura præcessit, septuagesima scilicet captiuitatis Iudaicę; Altera in repræsẽtatione adhuc obseruatur ab ecclesia, quæ incipit à dominica *Circũdederunt me*, & terminatur in sabbatho in albis: quã obseruat ecclesia in repræsentatione spiritualis nostræ captiuitatis, qua captiui sumus, dum adhuc in corpore à domino peregrinamur; quam eandem figurauit septuagesima Iudæorum. Sed completo septenario huius vitæ, plenè liberi erimus vtroque homine glorioſi. Hinc est quod in septuagesima, quam ecclesia obseruat, exponens miserias nostri incolatus & labores, subticet canticum lætitiæ Alleluya, Gloria in excelsis, & huiusmodi. In sabbatho Paschali verò adepta iam facultate redeundi, & ita in spe gaudens cantat Alleluya.

b *Ieremię.* Avgvstin. Hieronym. Excelsus; & significat eos, qui dicunt, *Nostra conuersatio in cœlis est. Aggæus*, festus, Illos significat, qui sunt spe gaudentes: qui in reliquiis cogitationum diem festum agunt domino; *Ezechiel*, roborauit me dominus, & significat illos, qui sunt roborati in domino; hi prophetauerunt reditum in Ierusalem.

a *De po-*

a *De populo transm.* AVGVSTINVS. Id est, qui transmigrauit de cælo ad terram, deperfectione ad miseriam & confusionẽ.
b *Cum inciperet pr.* AVGVST. Incipit exire, qui incipit amare, charitas ciuem facit Ierusalem, cupiditas Babylonis: & sic ergo corpore permisti, desiderio sunt separati.

CASSIODOR. Consolatio in exilio, ne quis desperet: quia certificat reditum, & per quem, & quæ diuitiæ reuersis. Affirmat reditum, & precatur.

PSAL. LXIV.

TE *de.* non Deos gentium, & non alibi, nisi in contemplatione, id est, fide, & ibi de bonis operibus *reddetur votũ* in cœlesti Ierusalẽ: Quod illi soluebant Marti post prælia, & cæteris diis in hũc modũ.
d *Sion.* Patria cœlestis est Sion, eadem est Ierusalem.

AVG. Sicut Hierusalem interpretatur visio pacis, ita Sion speculatio, id est visio & contemplatio. Nescio quod nobis magnum spectaculum promittitur, & hoc ipse Deus est, qui condidit illam ciuitatem. Pulchra & decora ciuitas quam pulchriorẽ habet conditorem. *Te decet hymnus Deus,* inquic, sed vbi? in Sion, in Babylone non decet. Vnusquisque cum cæperit innouari, iam corde in Hierusalem cantat, dicente Apostolo, *conuersatio nostra in cœlis est. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus.* Iam desiderio ibi sumus. iam spem in illam terram, quasi anchoram præmisimus, ne in isto mari naufragati turbemur. Quemadmodum ergo de naui quæ in anchoris est, recte dicimus quod iá in terra sit, licet adhuc fluctuet, quia quodammodo educta est in terra contra ventos & tempestates: sic contra tentationes huius peregrinationis spes nostra fundata in illa ciuitate Hierusalem facit nos non abripi in saxa. Qui ergo secundum hanc spem cantat, ibi cantat, in Sion non in Babylone. Sed modo ibi es adhuc in Babylone? Ibi, inquit, sum. Amator iste, & ciuis iste ibi sunt, sed carne, non corde. Vnde canto nõ ibi: quia nõ cãto, carne, sed corde. Carnem quidem sonantem audiunt & ciues Babylonię: cordis autem sonum audit conditor Hierusalem: vnde apostolus exhortãs ad amatoria quædã cantica, Cantantes (inquit) & psallẽtes in cordibus vestris domino.
e *Exaudi orationem meam.* CASSIOD. Prius facit, quod à cæteris faciẽdum dicit, scilicet, *Exaudi.*
f *Omnis caro.* AVG. Id est, homo, id est, ex omni genere, pauperes, diuites, viri, fœminæ, docti, indocti, pueri, senes.
g *Verba iniquorum.* CAS. Qua spe hoc oras? quia *ad te omnis caro veniet,* non solum anima, sed etiam malus homo: Necesse est vt audias. Verba enim iniquorum, diaboli, & primitiuorum parentum Adę & Euæ.
h *Præualuerunt.* Id est, in exilium proiecerunt, vel pagani, ritus suos filijs suis suaserunt, sed propitiaberis in hostia Christi.

AVGVTI. *Verba iniquorum.* id est, malos ritus, & mores parentum nostrorum (qui vt ætate, ita authoritate præstant pueris) secuti sumus.

i *Propitiaberis,* AVGVSTINVS. Propitiatio fit per sacrificium, quod sacerdos Christus obtulit. Idem est ergo sacerdos & hostia.
k *Beatus quem elegisti, &c.* CASSIOD. Et beatus omnis ille quem elegisti à massa perditorum. (*Non vos me elegistis, sed ego*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXIIII.

TE decet hymnus Deus in Sion. *Huic Psalmo præmittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriam Psalmus Dauid cantici. *In translatione vero Hieron. sic habetur:* Victori Psalmus Dauid cantici. *Et patet expositio ex supradictis in pluribus titulis, in aliquibus autem Biblijs ponitur sic titulus,* In finem Psalmus Dauid, canticum Ieremiæ & Aggæi vel Ezechielis de verbo peregrinationis: *Sed omnia ista, & consimilia, si inueniantur, sunt quædam additiones factę ab expositionibus, eò quod Psalmus iste loquitur de reditu captiuitatis Babylonicę: quam prędixerunt Ieremias & Ezechiel: & Aggeus prophetauit his, qui redierant à captiuitate pro templi reędificatione, quę Dauid prænidit in spiritu, & de hoc fecit Psalmum istum. Diuiditur autem Psalmus iste in duas partes, quia primo agitur de reditu captiuitatis, secundo de statu fertilitatis, ibi,* Visitasti terram & inebriasti. *Circa primum dicitur.*

1 Te decet hymnus Deus. *Sic dicebant redeuntes de captiuitate, eò quod Deus illum locum elegerat ad cultum suum, vt habetur. 2. Paralip. 6 in Heb. habetur,* Tibi silentium laudis Deus in Sion. *Et in translatione Hieronym.* Tibi silet laus Deus in Sion. *Nec est contrarium translationi nostrę, quia hoc dicitur pro eo quod diuina laus quantuncunque fiat ab homine, deficit in infinitum à diuina magnitudine collaudata.*

2 Et tibi reddetur votum in Ierusalem, *Quia ibi adducebantur ea, quæ domino per votum obligabantur.*

3 Exaudi orationem meam. *Vox est populi redeuntis, readificationem templi postulantis.*

4 Ad te omnis caro veniet. *Id est, de omni natione veniant homines ad te adorandum, quando templum fuerit readificatum, vnde Act. 8. e. legitur, quod eunuchus reginæ Candacis à longinquis valde partibus venit adorare Deum in Ierusalem in illo templo readificato, & idem fiebat de alijs mundi partibus.*

5 Verba iniquorum. *Id est, facta Babyloniorum, eò modo, quo dicitur secundi Regum primo,* Quod est verbum quod factum est.

6 Præualuerunt super nos, *Propter peccata nostra, nos captiuando, & templum destruendo.*

7 Et impietatibus nostris tu propitiab. *Ad terram nostram nos reducendo, et templum reędificando.*

8 Beatus quem elegisti. *Ad seruiendum tibi in loco cultus tui.*

9 Inhabitabit in atrijs tuis. *Atria enim erant loca circa templum vbi fiebant sacrificia & oblationes, orationes, & legis lectiones, vt dictũ fuit plenius 3. Regum.*

MORALITER.

1 *Te decet hymnus in Sion.* Iste Psalmus est gratiarum actio pro reditu captiuitatis Babylonicæ, & sequenti terræ fertilitate, quam præuidit Dauid, & hunc Psalmum fecit.

MORALITER. autem potest exponi de quolibet peccatore veraciter pœnitente, qui reuersus de Babylonica captiuitate, & pro tẽpore amisso, nititur bonis operibus abundare, & sic gratus de diuinis beneficijs, dicit, *Te decet, &c.* Id est, iustum est, vt te laudem in Ecclesia propter beneficia mihi collata.

2 *Et tibi reddetur votum in Ierusalem.* Quod in baptismo feci, deseruiendo fideliter tibi.

3 *Exaudi Deus orationem meam.* Parcendo mihi de transgressione dicti voti.

4 *Ad te omnis caro veniet,* In iudicio finali.

5 *Verba iniquorum,* Id est, suggestiones dæmonum,

6 *Præualuerunt super nos.* Per consensum nostrum:

7 *Et impietatibus nostris tu propitiaberis.* Dando nobis locum pœnitentiæ de peccatis.

8 *Beatus quem elegi.* Prædestinando, & *assumpsisti,* iustificando.

9 *Inhabitabit in atrijs tuis,* Militantis ecclesiæ, per gratiam, & triumphantis per gloriam, & tunc.

---

a ¶ Mente. ¶ De Babylonia huius mundi.

vel de populo transmigrationis cùm inciperent prõficiscì.

PSALMVS. LXIIII.

¶ Illos decet laudare, qui vel mente, vel re sunt in Sion, quia non est speciosa laus in orepec.
a ¶ Non in Babylone. ¶ Vbi modo sumus spe.

TE † decet hymnus Deus in Sion, & tibi red-
a ¶ Aug. hicin præsenti vouemus bene operando & cogitando, ibi reddemus votum pro
vtroque Deum laudando. b ¶ Anima & corpus immortale.
c ¶ Aug. quia reduces, reduc & me cum alijs, & hoc est.
¶ Cassiodor. hic vt ibi parcas, quod omnes inde ituros scio, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit. ¶ Iam nunc.

dẽtur võtum in Ierusalem. † Exãudi orationem
a ¶ Quia. b ¶ Qui primitias de carne tulisti, cæteri congregabuntur, vt compleantur holocausta.
c ¶ Quidem. d ¶ Primitiuorum. e ¶ Vt mare mergens super nos.

meam ãd tẽ omnis caro veniet. † Vẽrba iniquorum præuãlue-
a ¶ Econtra. b ¶ O fili verbum Dei. ¶ Et ideo non opprimunt verba iniquorum.

runt super nos, ẽt impietatibus nostris tũ † propitiaberis
a ¶ Aug. homo, quo indutus es, vel potius Christus, quemquam beatum assumpsit in filium adoptionis.
b ¶ Quia. c ¶ Non mouendus. c ¶ Ierusalem.

Bẽatus quem elegisti, & † assumpsisti, inhãbitabit † in ãtrijs

† expectat (vel silet tibi, id est, tribuitur tibi laus)
† appropinquare fecisti, (aut sociauisti)
† Quia audis orationem.
† Verbis (vel rebus iniquis, quæ.)
† ignoscens.
† tabernaculis.
Philip. 3.
Ioan. 15. 2.

☞ *ego vos*, & assumpsisti in sortem tuam, in æternam requiem.

A AVGVSTINVS. Vel sic, propitiaberis per beatum virum: *Beatus* enim homo, *quem tu elegisti*, id est quo indutus es in tempore, qui eras in principio verbum: & assumsisti, in vnitatem personæ, & ipsius hominis tibi naturam vniendo, non personam. Qui talis habitat in tuo consensu, & per eum replebimur in bonis gratiarum, vel futuræ Ierusalem, quæ non possunt dici.

a *In bonis.* CASSIOD. Quæ bona sunt, sanctitas in se, æquitas ad proximum.

b *Templum.* Ecclesia. vel caro Christi.

c *Mirabile.* AVGVSTINVS. Non in exterioribus, vt domus terræ, sed in iustitia, quę pulchrior interiori oculo & amabilior quam modò debemus esurire, vt tunc ea satiemur.

d *In æquita.* CAS. Cùm vnicuique digna retribuet, cui & dicet: *exaudi nos, qui es saluator.*

a ¶ Et nos reuersi. b ¶ Quæ sunt illa bona?

tuis. † Replebimur in bonis domus tuæ: † sanctum est tem-

a ¶ Omnes iusti. a ¶ Ipsa domus est templum Dei. b ¶ Quibus vt repleamur. ¶ Tantò ante incarnationem petit exaudiri. c ¶ Iesus. Ecce de quo suprà. Ad te omnis caro.

plum tuum, † mirabile in † æquitate. Exaudi nos Deus salu-

a ¶ Tu dico. b ¶ Non modo Iudææ vel Aphricę. ¶ Vnde suprà ad te omnis caro. c ¶ In sæculo. ¶ In insulis longè positis. d ¶ A patria.

taris noster, spes omnium finium terræ, & in mari † longè.

a ¶ Per hoc spes omnium. ¶ Ad agendum. b ¶ Prædicatores quos misit prædicare. c ¶ Et hoc. d ¶ Non ipsorum. c ¶ Vel circuncinctus.

præparans montes in † virtute tua, accinctus potentia, qui

a ¶ Ad persecutionem sanctorum. ¶ August. Omnibus credentibus mare sęculi commotum est, & cœpit sanctos persequi. b ¶ Cor impiorum, vnde omnis commotio. c ¶ Repetit apertius. ¶ Et primò non turbatis montibus.

† cõturbas profundum maris, sonum fluctuum eius. † Tur-

a ¶ Iam Christiani timentur vbique. b ¶ Etiam terræ.

babuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos, à si-

a ¶ Miraculis quę per apostolos, non sola prædicatione in prosperis & aduersis. b ¶ August. & post, facies fortes rum prædicatione iuebriata est terra. c ¶ Quomodo? ¶ August misisti nubes, ea- ¶ Cassiod. tuo aduentu.

gnis tuis: † exitus matutini & vespere † delectabis. Visi-

a ¶ Doctrina vel spiritussancto. b ¶ In multimodis donis honorasti. c ¶ Alias ditare.

tasti terram, † inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.

† Satiabimur bono

† mirabiliter cũ iustitia (vel per admirabilẽ iusticiam)

† potentia

† quiescere facis fremitum.

† pluralis accusatiuus (id est, orientales & occidentales)

† postquã desiderium dedisti ei, vel, & irrigasti eam abundè ditas eam Genes. 49.

e *Spes omnium.* Laudes Dei, & virtutes describit.

f *Et in mari longè.* AVGVSTIN. Ideò longè: quia in mari. Mare dicitur in figura sęculi amari falsitate iniquitatum, & tempestuosi procellis tentationum: vbi pisces inuicem se deuorant.

✠ BASILIVS. Vaticinij Iacob recordatur. Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est, ipse erit expectatio gentium, insulas autem per mare intelligit.

g *Præparans montes.* AVGVST. Ad vsus competentes.

h *In virtute tua.* Quia per eos fecit miracula. Quomodo præparauit? Accinctus potentia, id est Deitate, quia humanitas verbi maiestate præcincta est, vt quòd homo non habuit, Deitas daret.

i *Accinctus.* AVGVSTINVS. Christus in medio vndique cinctus, quia omnes illum communiter habemus qui in eum credimus: Sed quia fides non à nobis, sed ab eo, potentatu suo cinctus dicitur.

k *Qui conturbas profundum maris.* Ecce qui per illos paratos fecit conturbans ad pœnitentiam. Profundum maris, non superficiem, sed corda profundius mersa, vel corda principum: Hæc conturbata sunt, cum viderent & Deos suos, & spes suas ad nihilum venire.

l *Sonum.* AVGVSTINVS. Sonantes, contradictione, fluctuantes, persecutione. AVGVSTINVS. Sonum fluctuum eius: Vel sonum fluctuum eius quis sufferet? nullus ex se, sed ex eo, qui præparat mõtes in virtute sua, vnde magis turbantur, dum istos plus dijs suis valere cernunt.

✠ BASILIVS. Apostolorum prædicationes significat.

m *Matutini & vesp.* AVGVSTINVS. Mane, est prosperitas, quia lætum est mane post tristitiam noctis. Vespere, aduersitas, in his tentatur homo, sed datur ei exire inde, ne lucris capiatur, cui diuitiæ sunt Deus: Ne aduersis terreatur, pro quo passus est Dominus.

n *Delectabis.* AVGVST. Delectabiles facies iam in vitâ hac. Si enim non delectet hominem ipse exitus, non laborat inde exire, sed capitur lucris, cui non placet promissio Christi. Et terretur aduersis, quem non delectat ille qui pro eo voluit pati, vt faceret exitum ei.

o *Visitasti terram, & inebriasti eam.* Per prædicatores hoc facies, nam intus doces quibus prædicant.

☞ a *Flumen*

† sancti templi

† iustitia

† lõginquo

† Et multitudinem, tumultũ populorũ

† cãtare facies, id est, totũ orbẽ ad cõfessionem Dei perduces

NICOLAVS DE LIRA.

1 Replebimur in bonis domus tuæ. *Quia sacerdotes & ministri viuebant de bonis oblatis in domo Dei. De hostiis etiam pacificis offerentes, vnam partem habebant, quam coram domino latantur comedebant.*

2 Sanctum est templum tuum. *Id est: tuo nomini dedicatum.*

3 Mirabile in æquitate. *Omnes enim casus difficiles & dubij referebantur ibi ad sacerdotes Leuitici generis, vt habetur Deuteron. 17. Vt determinarent quicquid esset iustum & iniustum: & erat firma & stabilis eorum sententia.*

4 Exaudi nos Deus salutaris noster. *In readificatione templi & ciuitatis.*

5 Spes omnium finium. *Id est, tu qui es spes omnium habitantium in mari & in terra quantumcunque longe, quia nullum bonum possumus habere nisi à te. Et allegatur ad hoc ratio ex parte diuina potentiæ, cùm dicitur.*

6 Præparans. *Id est, tu qui facis & sustentas montes pro voluntate tua.*

7 Qui conturbas profundum maris. *Commoueus tempestates sicut tibi placet. Et quia ex talibus homines terrentur, ideo subditur.*

8 Turbabuntur gentes & timebunt qui habitant, &c. *Scilicet totius terrę.*

9 A signis tuis, &c. *Id est, à mirabilibus quę facis in terra, & in mari omnes contremiscunt: quasi dicat, tu qui es tantę potentiæ, potes nos exaudire in templi et ciuitatis readificatione, ideò subditur.*

10 Exitus matuti & vespere, &c. *Id est, oblationes sacrificij matutini & vespertini delectabiles facies fidelibus tibi deuotis, et hoc potissimè fuit templo readificato: quia etiam à principio reditus in Ierusalem ędificauerunt altare, et obtulerunt super illud holocaustum domino et mane & vespere, vt habetur 1. Esdræ 3.*

11 Visitasti terram. *Hic consequenter Dauid prophetat de statu fertilitatis futurę post reditum captiuitatis cùm dicitur:* Visitasti terram & inebriasti eam. *Pluuiis tuis eam fœcundando, et loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetię.*

12 Multiplicasti locupletare eam. *Quia ex fertilitate terræ nascentium, quę sunt diuitiæ naturales, multiplicantur vlterius diuitiæ artificiales.*

☞ Flumen

MORALITER.

1 *Replebimur in bonis domus tuæ.* Psalmo 16. d. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.*

2 *Sanctum est templum tuum.* Cœlestis gloriæ.

3 *Mirabile in æquit.* Nam ibi videntur iudicia Dei iustissima, quæ modò videntur distorta: quando Deus permittit malos prosperari, & iustos pœnam pati.

4 *Exaudi nos, &c.* Sine cuius auxilio nihil boni possumus.

5 *Spes omnium.* Id est, omnium quæ habitant in mari & in terra. Nec mirum, quia facit mirabilia in terra, eleuans eum per terræmotum, & in mari per commotionem fluctuum, ideò subditur.

6 *Præparans montes, &c.*

8 *Turbabuntur gen. &c.* Videntes talia diuinæ potentię signa: & sic concipiunt pœnitentiam, & exeunt de peccatis, aliqui in mane iuuentutis, & aliqui in vespere senectutis, de quo gaudent angeli, quibus est gaudium de vno peccatore pœnitentiam agente, hoc est quod dicitur.

10 *Exitus matutini, &c.*

11 *Visitasti terram.* Hæc est secunda pars, in qua post reditum à peccati captiuitate ponitur profectus in virtute. Per terram hic intelligitur homo factus de terrę limo. Hanc enim terram visitat Deus à peccato reuocando, & inebriat gratiam infundendo & locupletare facit in bonis operibus exercendo.

† *Flumen*

9 *Præparans*

a Populus Dei prior, vnde cæteri rigari possunt.
¶ Vnde multiplicasti eam ditare, aquis, fluminibus, & hoc est. b ¶ Spiritu sancto, vnde alij potentur.
c ¶ Et ideo. d ¶ Aug. panem vitæ & intellectus, scilicet scripturas.

† Flumen Dei repletum est aquis, parásti † cibum illorum, quo-

a ¶ Vt per misericordiam Dei, non quia meruerunt. b ¶ Alias tua. c ¶ Primi riui inebrientur.
¶ Sumthos. ¶ Alias Sulcos. d ¶ Donis spiritus.
e ¶ Vt ex credentibus alij credant.

niam ità † est præparatio eius. † Riuos eius inébria, múltiplica

a ¶ Prouectos. b ¶ Paruulis stillantur quædam, licet minora. c ¶ Quia inde proficit.
d ¶ Qui incipit, rudis.

† gênimina eius, in stillícidiis eius lętabitúr † germinans.

a ¶ Et vere facies. b ¶ Multitudini fidelium, anno benignitatis tuę, id est, gratiæ acquisitæ.
c ¶ Quo seminatur, & crescit quod seminatur.
d ¶ Id est, homines ex æqualitate pectoris.

† Benedícès corónæ ánni benignitatis tuæ, & cámpi tui re-

a ¶ Bonorum, vel imitatorum. b ¶ Etiam. c ¶ Gentilitatis.
d ¶ Qui veniunt ad reguum. ¶ Vbi prophetæ non sonuerunt, acceptus est Deus propheterum.

plebúntur vbértate. † Pinguescént † speciósa désérti, & exúl-

a ¶ Quos Deus erigit. b ¶ Confortabuntur ad prędicandum alijs.
c ¶ Scilicet exultatione, vel veste nuptiali, quia.
d ¶ Duces gregis apostoli gaudent de fructibus suis.

tatione collès áccingentur. † Indúti sunt ariétes ouium, &

a ¶ Fruge boni operis.

valles † abundabunt frumênto, clamabunt etenim hym-

num dicent.

a *Flumen.* Profundi ad recipiendum repletum est aquis, donis spiritus sancti, tu enim parasti cibum.

Flumen Dei. Cassio. Misericordia Dei pleno fluuio comparatur, quæ repleta est aquis, id est, refectione singulorum. Post potum Dei, de cibo spirituali subdit: hoc totum de sacra communione, quãdo corpore eius pascimur, sanguine potamur. Et ne quid casu fieri putetur, subdit: Quoniam ita est præparatio eius, sicut ab eo disponitur, sine quo nihil ibi fit.

b *Riuos eius.* Apostolos, & alios, qui de flumine biberũt, *Inebria*, vt sibi & alijs sufficiant, *Multiplica*, vt per successiones prędicatio nõ deficiat. *Corona anni*, totus mundus, vbi ecclesia.

Riuos eius. Cas. *Parasti, &c.* Et, ô domine, riuos eius fluminis, doctores, multiplica, da imitatores generatos in stillicidijs, guttis, quid per singula: *benedices corona*, id est, circulo temporis, qui est ab aduentu ad finem sæculi, quo crescit verbum Dei.

c *Coronę anni.* Cassiod. Quia gloria victoriæ est vincenti diabolum.

d *Benignitatis tuæ, &c.* Avgvstinvs. Ne quis glorietur de meritis suis.

✠ Basil. Annus benignitatis ab Esaia vocatur annus acceptus. Annum autem benignitatis nominant, tempus illud quod incarnationi Seruatoris nostri successit, vt quod vnicam illam pietatis fertilitatem prolaturum erat.

✠ Theod. Annus bonitatis est tempus post Saluatoris humanitatem cui benedictionem precatur.

e *Campi tui repleb.* Cassiod. Avgvst. Homines, propter æqualitatem, id est, iusti. *Colles*, quia Deus erigit humiles, *Desertum*: omnes gentes, quibus nullus propheta missus.

f *Pinguescent speciosa deserti.* Quando apostoli ad eas venerunt, per quos decoræ factæ sunt.

g *Arietes ouium.*

✠ Theodoret. *Arietes ouium* sunt potentes, quos accusat Ezechiel, hic autem bona his vaticinatur, quos vult indui indumẽto, quod declarat D. Paulus scribens. *Quicunque in Christo baptizati estis Christum induistis.*

✠ Basil. Non enim oues modo, vt piscatores, quos elegit Dominus, sed & ipsi arietes ad sacrũ baptisma accedunt.

h *Valles.* Avgvstinvs. Humiles populi multum fructum afferent.

i *Clamabunt.* Avgvstinvs. Non in blasphemia, sed in hymno, inde abundant frumento.

Psalmus iste in exequiis fidelium decantatur, quia agit de reditu à Babylonia huius mundi ad patriam cœlestem, ad quam sancti in obitu de carne educti, fœliciter migrant, stolam simplam recipientes, donec in resurrectione geminę beatitudinis stola glorificentur.

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Flumen Dei repletum est aquis. *Hic est fluuius Iordanis, qui dicitur Dei fluuius, quia ad ingressum arcę Dei nudatus fuit riui alueus vt habetur Iosue 3. Et quia in illo baptizatus fuit Christus Deus & homo.*

2 Parasti cibum, &c. *Secundùm enim, quod aquæ Iordanis sunt maiores vel minores, secundùm hoc terra illa profert fructus ampliores vel pauciores: prout audiui ab aliquibus, qui habitauerunt ibi.*

3 Riuos eius inebrians. *In Hebræo & in translatione Hieron. habetur:* Sulcos eius inebrians, *quia cùm Sulci terræ, qui sunt quasi quidam riuuli, humectantur, illa quę sunt seminata, vel plantata, ad germinandum vel fructificandum disponuntur.*

4 In stillicidijs eius. *Id est, in pluuijs de cœlo stillantibus à Deo.*

5 Lætabitur germinans. *Id est, terra germina proferens. Quæ dicitur tunc lætari metaphorice, sicut et pratum ridere, quando incipit virescere, vel dicitur terra germinans lætari, quia tunc est causa lætitię colentibus eam & habitantibus in ea.*

6 Benedices coronæ, &c. *Id est, ex benignitate tua benedices circulo anni, dando rores, pluuias, & calores, & huiusmodi, temporibus debitis, prout expedit fœcundationi terræ, ideo subditur.*

7 Et campi replebuntur vbertate. *Scilicet fructuum. Et vocantur hic campi terræ cultę.*

8 Pinguescent speciosa deserti, &c. *Proferendo fine hominis cultura pascua animalibus nutriendis.*

9 Et exultatione, &c. *Id est, herbis virentibus circundabuntur, & sic exultabunt colles metaphorice, sicut pratum virẽs dicitur ridere, quia tales herbæ sunt causa exultationis pastoribus & animalibus.*

10 Induti sunt, &c. *In hoc designatur abundantia lanarum, quæ sunt indumenta arietum & ouium.*

11 Et valles, &c. *In terra enim illa in vallibus seminantur meliora grana.*

12 Clamabunt etenim, &c. *Dicuntur clamare & hymnum dicere metaphorice, sicut supra expositum est, Vel, quia ex frumentis illis dabantur primitiæ sacerdotibus, & decimæ Leuitis diuinas laudes cantantibus. Moraliter potest exponi Psal. iste de quolibet vere pœnitente, tanquam recedente de Babylonica captiuitate, & ad fertilitatem bonorum operum totis viribus anhelante, tam in se, quàm in alijs: & consideratis prædictis potest ad hoc litera de facili applicari.*

MORALITER.

† 1 *Flumen Dei repletum est aquis.* Per quod intelligitur spiritus sanctus, Ioan. 7. f. *Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum.* Igitur *flumen Dei repletum est aquis*, quia spiritus sanctus abundanter influit dona sua perseuerantibus in bonis.

2 *Parasti cibum illorum*, Id est, Eucharistiæ sacramentum, quod proficit habentibus gratiam, & non aliis.

3 *Riuos eius, &c.* Hoc refertur ad influentiam spiritus sancti prædictam.

† *Multiplicagenim. &c.* Id est, bonos conceptus in anima.

4 *In stillicidijs, &c.* Scilicet gratiæ.

5 *Lætabitur, &c.* Bonum propositum concipiens. Et quoniam non sufficit talis conceptio, nisi sequatur consummatio, ideo subditur.

6 *Benedices coronę, &c.* Corona anni benignitatis est circulatio temporis, in quo Deus bene incipientem perducit ad terminum bonæ consummationis, tunc percipitur fructus diuinæ benedictionis. Et quoniam huius exemplo plures accipiunt exemplum proficiendi, sequitur.

7 *Et campi tui.* Per *campos* intelliguntur laici, & per *speciosa deserti* religiosi, per *colles* potentes sęculi, per *valles*, pauperes, per *arietes ouium*, prælati: & omnes isti proficiunt exemplo bene consummantis. Et quoniam ex hoc debent Deo regratiari, ideo concluditur.

Clamabunt, etenim hym. &c.

ADDITIO.

In Psalmo 64. Te decet hymnus. *Vbi dicitur in postilla.* In aliquibus autem Bibliis.

Nec In Bibliys Hebraicis, nec in translatione Chaldaica nulla mentio fit in hoc titulo de Ieremia, Aggeo & Ezechiele, nec de verbo peregrinationis, sicut nec in Psal. aliqua mentio fit de captiuitate Chaldaica, nec de Chaldæis, vt patet intuenti. Et vbi dicitur in translatione nostra: Verba iniquorum. *in Hebræo habetur,* Verba iniquitatum, *vnde in hoc planius et magis consonum literę se habet quidam expositor Hebręorum, qui dicit, quod iste Psalm. fuit factus pro tempore sterilitatis, quando p pulus Deum orabat pro pluuia, & Deus exaudiebat eos. Ad quod sciendum, quod inter cętera bona temporalia, quę Deus populo Iudaico promittebat pro conseruatione legis diuinę, vnum præcipuum erat pluuia opportuna: et è contra minabatur eis in pœnam peccatorum, clausuram cœli, scilicet sterilitatem, vnde Deut. 11. b.* Si obedieritis man. meis, &c. dabo pluuiam terræ vestræ temporaneam & serotinã. *Et infrà.* Cauete ne forte recedatis à domino, *& sequitur.* Iratúsque dominus claudat cœlum & pluuiæ non descendant. *Et idem est quod inter alias orationes, quas Salomon fecit in dedicatione primi templi, vna est talis, scilicet:* Si clausum fuerit cœlum, & non pluerit propter peccata eorũ, & orantes in loco isto & pœnitẽtiã egerint, &c. Exaudi Deus in cœlo, & dimitte peccata seruorum tuorum, *& sequitur:* Da pluuiam super terram tuam, quam dedisti populo tuo, &c. *Vnde Psal. iste per totum applicatur huic materiæ scilicet cum aliquando post ædificationem templi contingebat sterilitas ex peccato populi, & populus conuertebatur ad Deum orans in templo Ierusalem, & Deus miserebatur eis, tunc propriè Psal. iste erat decantandus. In quo Psal. dicitur,* Te decet hymnus, &c. *Id est, condecens est nos te laudare in hoc sancto loco, & reddere vota nostra tibi, vbi nos dignaris exaudire, vnde sequitur,* Exaudi orationem meam. *Vbi veritas Hebraica habet,* Exaudi orationem meam. *Quod construitur cum prędictis, scilicet* tibi reddendum est votũ, *qui exaudis orationẽ meam, scilicet, populi in quorum persona loquitur. Et quia beneficium pluuię opportunæ non solùm ad homines, sed ad omnia animalia se extendit, ideo secundo dicit,* Ad te omnis caro veniet. *Eo modo quo dicitur,* Et imples omne animal benedictione. *Consequenter tertiò quia causa sterilitatis fuit propter peccata, quæ quidẽ peccata, Deus miserando pepercerat, prout in oratione Salomonis prędicta continebatur, ideo sequitur,* Verba iniquitatum præualuerunt super nos, & impietatibus nostris, tu propi. *Id est, pepercisti, futurum pro præterito. Consequenter quarto laudat populum, quem Deus elegerat ad habitandum per fidem in tali loco, vnde dicitur.* Beatus quem elegisti & assumpsisti, habitabit in atrijs tuis, *in quo loco per fidem habitãtes non solùm replebantur bonis spiritualibus, scilicet remissione peccatorum, sed etiam temporalibus, scilicet pluuijs & huiusmodi, & hoc est quod sequitur,* Repleb mur in bonis domus tuæ. *Cætera in hoc Psalm. contenta huic proposito satis possunt applicari, prout in Postilla. &c.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem.* AVGVSTINVS. Iudæi ex legis iustitia sperabant sibi bona temporalia, & resurrectionem: Licet in ea non intelligerent alia esse bona, quàm hic, vnde non poterant quæstioni Saducæorum de muliere septem virorum respondere, postea cœpit etiam gentibus promitti resurrectio credentibus in Christũ, qui resurrexit: vnde est Psalmus iste contrapræsumptionem & superbiam Iudæorum pro fide gentium ad eandem spem resurrectionis vocatarũ.

PSAL. LXV.

b *Vbilate Deo om. terra, &c.* CASSIODORVS. Primo monet omnes de resurrectione Christi gaudere, quæ omnibus dat vitam.

c *Date gloriam.* AVGVSTINVS. Non vt Iudæi, qui meritis suis dant iustitiam, & inuident gentibus gratiam.

d *Quàm terribilia.* AVG V. Si gaudes & time, ne quod datum est humili auferatur superbo: sicut factum est Iudæis, ne ergo insultes fractis ramis, sed time, ne forte nec tibi parcat.

e *Opera tua do.* CAS. Breuiter mysteria incarnationis dicit opera, quod Deus homo, quod passus, mortuus, & huiusmodi. D

⁂ AVG. Quare timenda, & non amanda? quid sibi hoc vult: Audi vocem apostoli, *cum timore,* inquit, *& tremore vestram ipsorum* Phil. 2. *salutẽ operamini.* Quare cũ timore & tremore? Subdit causã, *Deus est enim qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona volũtate.* Si ergo † Psallit autem. E Deus operatur in te, gratia Dei operaris, nõ viribus tuis. Ergo si gaudes, etiã time: ne forte quod datũ est humili, auferatur superbo. Nã hoc euenit Iudæis de operib⁹ legis superbiẽtibus. *Ego veni* (inquit) *vt qui nõ vident videãt: & qui vident, cæci fiant.* Iohn. 9. Quare, qui non vident, videant? propter bonitatem. Quare & qui vident, cæci fiant? propter elationem.

f *In multitudine virtutis tuæ.* AVG. Hic innuit resurrectionem ad quam exclusis mendacibus Iudæis, adhibentur gentes.

BEDA. Resurrexit Dominus, multi crediderunt in eum.

☞ Et

a ¶ Id est, Christum vel consummationem futuræ beatitudinis.
b ¶ Exultatio de resurrectione: vnde & monet benè operari. ¶ Dirigens.

In finem canticum Psalmi resurrectionis. PSAL. LXV.

a ¶ Ineffabili affectu. ¶ Præ gaudio resurrectionis.
b ¶ Hoc Deo fit, qui illud percipit. c ¶ Non solum Iudæa. d ¶ Hoc omnibus. ¶ Opere.

1 Vbilate Deo omnis terra, † Psalmum
a ¶ Quod homines audiant. ¶ Effabili affectu.
b ¶ Non vestro. c ¶ Quia infirma & ea quæ non sunt, elegit, ne quis glorietur. d ¶ Non industriæ vestræ.
2 dicite † nomini eius: date gloriam laudi
3 eius. Dicite Deo, † quàm terribilia sunt
a ¶ Dicit, vt timeas.
4 opera tua † domine: in multitudine
a ¶ Et hęc sunt. ¶ Id est, multa & magna.
5

† gloriæ nominis eius (vel in honorem nominis eius.)

† ponite gloriã, laudem eius (id est, honorificam facite laudem eius, aut reddite ei gloriam & laudem)

† quàm timenda. F

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXV.

1 IVbilate, &c. *Huic Psal. Pręmittitur talis titulus in Heb.* Ad victoriam canticum Psal. *Et in translatione Hie.* Victori canticum Psalm. *& patet expositio vtriusque ex supradictis in similibus titulis. Sed ex titulis istis non apparet author, nec materia huius Psal. Rab. Sal. exponit hunc Psa. tanquam sit gratiarum actio pro liberatione futura de captiuitate ista, in qua sunt Iudæi in diuersis partibus orbis, ad quod applicat quod infrà dicitur.* Imposuisti homines super capita nostra, *id est diuersos reges & eorũ satellites. Et quia ab hac captiuitate sperant liberari per Messiã venturum, & eius templum reædificaturum, vbi reddet vota, quę modo faciunt in captiuitate ista, vt liberentur de ea, ideo subdunt posteà:* Introibo in domum tuam, in holocaustis reddam tibi vota mea. *Hac autem expositio fundatur super fundamentum erroneum, & per consequens ruinosum, scilicet, quod Christus sit venturus in mundum: quod iam transit in præteritum. Ideo saluo meliori iudicio mihi videtur quod Psal. iste à quocunque sit factus, est gratiarum actio pro liberatione populi Iudaici de Ægypto, de qua liberatione plures alij Psal. faciũt mentionem. Igitur secundùm hoc Psalm. iste in duas partes diuiditur, quia primò author huius Psal. inducit omnes ad Dei laudationem, secũdo adducit ad hoc multiplicem rationem ibi.* Venite & videte. *Circa primum dicit,* Iubilate Deo omnis terra, *Id est, omnes habitantes in terra. Et dicitur Iubilus propriè gaudium cordis, quod non potest totaliter celari, quin ostendatur in signo exteriori.*

2 Psalmum dicite. *In hoc videtur esse prophetia de futuro, quod Psal. iste esset decantandus in laudem Dei à diuersis generationibus.*

3 Date gloriam. *Id est, timore deposito laudate eum coram omnibus, quia gloria est clara notitia cum laude.*

4 Dicite Deo, &c. *In multiplici Ægyptiorum percussione, vt habetur Exod. 1. vsque ad 14. c. inclusiue.*

5 In multitudine, &c. *Loquitur de præterito per modum futuri, si-* ☞ *cut*

MORALITER.

1 *Iubilate, &c.* Psalm. iste secundum literalem sensum est gratiarum actio pro filiorum Israel exitu de Ægypto, per quem figuratus fuit exitus sanctorum, & maxime martyrum ex hoc mundo, nam Ægyptus tenebra interpretatur, mundus autem ignorantiis & culpis obtenebratur. Sic igitur in personis eorum vel ecclesiæ dicitur gratias agendo: *Iubilate Deo omnis terra,* Pro martyrum victoria.

4 *Dicite Deo quàm ter. &c.* In fulgure, terræmotu, & similibus ex quibus debent peccatores terreri, & in vita emendari. Sed quoniam aliquando emendationem promittunt, & cessante periculo nihil faciunt, ideo subditur.

5 *In multitudine virtutis tuæ.* Quæ per effectus prædictos ostenditur.

† *Mention-*

Et qui ante non cognouerunt, dum crucifigerent eum, crediderunt & cognouerunt. Donatus est sanguis domini homicidis, vt non dicam deicidis: & sanguinem quem per sæuitiam fuderunt, per gratiam biberunt.

a *Mentientur*. Opera sunt terræ, quæ inimici mentiuntur, cõtra mentientes, *omnis terra adoret, etc.*

AVGVST. *Mentientur*. Solent mentiri inimici, vt potẽtiam cuiusquam minuant: tibi cõtra accidit, quia minus appareret potẽtia tua, si non mentirentur tibi. Maxime potẽtia Christi secũdum hominem in resurrectione (vnde Psalm. intitulatur) apparuit. Vnde proprium signum potentiæ, scilicet resurrectionem commendat, dicens de similitudine Ionæ, quia sicut fuit Ionas in ventre, &c Itémque: *Soluite templum, & in tri. re. il.* quo signo nihil est potentius. Fecerunt enim sancti, imo Deus in eis fecit multa miracula, homines resuscitare & mortuos resurgere iterum morituros, sed nullus in vitam æternam surrexit. Ad commendationem ergo huius potentiæ valuit mendacium Iudæorum, quo ad crucem eum perduxerunt, vt sic resurgeret. Valuit & mendaciũ falsorum testium ad soluendum templum, quibus creditum est, & damnatur Christus: sed surrexit, & illi sunt falsi. Accesserunt etiam mendacio custodes sepulchri, qui & probati sunt falsi. Auctus est etiam numerus mentientium, vt augeatur merces credentium. Mentiti sunt, & contra mendaces apparuit Christus veracibus. Illis ergo relictis in mendacio, te, cuius potentiæ mentiti sunt, adoret omnis terra.

† propter fortitudinis tuę negabant te inimici tui (vel mentientur tibi, aut, non succidet inimicus tuus) † terribile opus.

† lætati sumus.

Matth 14 f Matt. vlt. c.

a ¶ Dicentes: Nobis dormientibus furati sunt eum, prius in multis, In Beelzebub eijcit dæmonia. b ¶ Ad hoc mentientur, vt multa sit potentia tua. ¶ Sed licet sint multi, tamen. c ¶ Loco eorum. d ¶ Fide.

✝ virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Omnis terra ado- 1

a ¶ Opere. b ¶ Alijs, id est, aliorum instructioni. c ¶ Aug. ô altissime: paulo ante humillimus inter mendaces. d ¶ Et ô gentes.

ret te, & psallat tibi, Psalmum dicat nomini tuo. * Venite, & 2

a ¶ Terribilia opera: Quæ vt sciatis venite longinqui. ¶ Relinquite mendaces, venite confitentes peccata. ¶ Agnoscite. b ¶ In quibus terribilis. c ¶ Aug. filij hominum habuerunt consilium perdendi eum: Ille excæcandi superbos, vt & post humiliarentur, & saluandi homines.

videte opera Dei: ✝ terribilis in consilijs super filios hominum. 3

a ¶ Hoc fecit consilio suo. b ¶ Mundum amarum. c ¶ Vt sitiat aquam dulcem. d ¶ In labenti mundo. e ¶ Illi, qui sunt conuersi in aridam.

Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede, 4

5

a ¶ Augu. cum flumen transierimus, iam non mortales. b ¶ Non in nobis. c ¶ In quo? in eo, d ¶ Aug. nobis quæ virtus non æterna, in eo erimus fortes, si eius participes simus: sed non hoc solis Iudæis præstat.

ibi ✝ lętabimur in ipso. Qui dominatur in ✝ virtute sua in æter- 6 7 8

a ¶ Aug. Id est, illuminat gentes, ne predictas promissiones puteris inanes. b ¶ Aug. Vnde. ¶ Iudæi. c ¶ Me in ira mea. d ¶ August. Sed in eo humiles exaltentur in Christo.

nũ, oculi eius super gẽtes respiciunt: ✝ qui, exasperat non exal- 9 10

consilia, scilicet ipsum crucifigendi, & interficiendi, ipse vero excœcandi & saluandi.

EVTHYMIVS. Terribilis est igitur Deus in consilijs, seu in inuentionibus, eo quod magis quibusdam artificiis vtitur, quoties ei placuerit populum suum saluare, veluti ea sunt, quæ aduersus Ægyptios adinuenit, conatus atque astutias omnes humanas semper vincens.

c *Qui conuer*. CAS. Opera, in quibus terribilis, & quæ sũt ea, subdit: *Qui cõuertit mare*. In flumine Iordani ad literã, mysticè in labẽti mũdo.

d *In flumine*. CASSIODORVS. Licet remissa sint peccata, tamen in decursu mortalitatis adhuc sunt, non enim mox immortalitas AVG. *In flumine*. Flumen est mortalitas sæculi vbi alij veniunt, alij recedunt: sed qui in Christum credit, transit pede in se humilis, non equo superbus.

* Sela supra Psalm,

† fortitudine.

† rebelles ne eleuent seipsas (vel qui ab eo deficiũt nõ exaltabunt seipsos.)

BEDA. Flumen est mortalis vita nostra quæ nulla stabilitate viget, sed semper in fluxu est: In hoc flumen peruenimus equitando, id est, superbiendo & præuaricando in primo parente, pertransire vero hoc flumen non poterimus, nisi peditando: id est nisi nos humiliando.

e *Ibi lætabimur*. CASSIOD. Vel sic: Terribilia sunt opera, quæ vt sciatis, venite vos longinqui & videte, id est, agnoscite opera Dei, in quibus est terribilis, quia terribilis est in consilijs habitis super filios hominum. Et agit de actualibus operibus olim factis in populo Israel, & qui sint illa, subdit: *Qui conuertit mare rubrum*. id est, aridam ad literam. *Et in flumine*. Iordane pertransiuit pede sicco. *Ibi*, id est, in operibus illis lætabimur in idipsum, alia litera, id est, in eorum significatis. Iam enim sacramenta illorum operum ostendit, in quibus lætantur Christiani in idipsum. Maris transitus baptismum significat fluminis, quod in mundo sine periculo non potest transiri, & in his lętantur Christiani.

Exod. 14. c Iosue 3. d.

f *In ipso*. AVGVT. Quando erit omnia in omnibus, vel in ipso qui dominatur, in virtute sua.

g *Non exaltentur*. AVGVSTINVS. Pro lege quasi plus illis debeatur, *Omnes enim peccauerunt, &c.*

Rom. 3. c.

CASSIO. Qui Deum prouocat, solet exaltari in se, peccata sua volens defendere, quod prohibet.

b *Venite*. CASSIOD. Diapsalma. Incipientes ad opera Dei consideranda inuitat, vt vna fides iungat, quos vnum præmium expectat: vbi exponens illa opera, aperte dicit resurrectionẽ pertinere ad gentes, repressis Iudæis.

AVG. Terribilis est in consilijs super filios hominũ: machinati sunt filij hominum consilium ad crucifigendũ Christũ, crucifixus excæcauit crucifigentes. Illi machinati sunt consilia perdendi, Christus excæcãdi & saluandi, excæcandi superbos, saluãdi humiles. Ad hoc autem superbos istos excæcandi, vt cæcati humiliarentur, humiliati confiterentur, confessi illuminarentur.

BEDA. Ostendit quomodo debeant adorare & psallere Domino. Filius enim hominis terribilis est in consiliis super filios hominum, qui illi machinati sunt acerba & fraudulenta con-

EVTHY-

NICOLAVS DE LIRA.

cut frequenter fit in prophetis, & maxime in lib. Psalmorum causa metri, quia metrice est descriptus. Pharao autem rex Ægypti, & eius populus, à Deo plagis percussi, frequenter asserebant dimittere populum Israel, dum tamen essent liberati, & post liberationem retractabant, vt patet Exod. in pluribus locis, & sic mentiebantur, quia non intendebant populum dimittere, sed tantum liberari à diuina percussione.

1 Omnis terra adoret te. *Replicatio est sententia in primo versu posita ad maiorem expressionem affectus, sicut communiter fit in gratiarum actionibus.*

2 Venite *Postquam author huius Psal. induxit ad Dei laudationem, hic consequenter adducit ad hoc multiplicem rationem, & adducitur primo ratio ex mirabilium operatione, et secundo ex populi à grauibus liberatione, ibi,* Benedicite, *Tertio ex spirituali consolatione, ibi,* Venite, audite. *Circa primum dicit,* Venite & videte opera domini: *quę fuerunt valde mirabilia in liberatione populi Israel de Ægypto vt habetur in Exod.*

3 Terribilis in consilijs super fil. hom. *Id est, super Ægyptios, qui ex decreto diuini consilij frequenter & terribiliter percutiebantur.*

4 Qui conuertit mare in aridam. *Quia Deus mare rubrum diuisit, vt filij Israel transirent per siccum, & Aegyptij eos insequentes, mergerentur in maris profundo, vt habetur Exod. 14.*

5 In flumine pertrans. pe. Id *est, in flumine Iordanis, vbi filij Israel sicco pede transierunt, Iosue 3.*

6 Ibi læta. in ipso. *Quia tunc populus Israel lętatus fuit in Deo.*

7 Qui dominatur in vir. &c. *Quia* potestas eius potestas æterna, quę non auferetur Dan. 7. d.

8 Oculi eius super gen. res. *Quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius Heb. 4. d.*

9 Qui exasperant. *Deo recalcitrando.*

10 Non exaltentur in se. *Quia etsi ad horam eleuentur, tamen æternaliter deprimuntur.*

Bened

MORALITER.

† *Mentientur tibi inimici tui*. Id est, peccatores prædicti, propter quod è contra dicitur.

1 *Omnis terra adoret te*, Vero corde.

† *Et Psallat tibi*. Ore.

2 *Venite & videte*, Diligenter ea considerando.

3 *Terribilis in conf. su. filios ho.* Scilicet tyrannorum, nam aliquãdo volentes submergere fideles in mari vel fluminibus frustrabãtur quia sic ambulabant super aquas, sicut super aridam. Exẽplum de sanctis Nazario & Celso, & pluribus aliis. Et sic lætabantur in Deo ostendente suum dominium in creaturis.

8 *Oculi eius, &c.* Ad mala puniendum, ideo subditur,

9 *Qui exasperant*. Deum.

10 *Non exaltentur*, Sed confundantur.

† Benedi-

☞ A ✻ Evthymivs. Quod reliquum est, inquit, Iudæi in ipsis hoc est, apud seipsos non eleuentur, quasi ipsa soli ipsi sint, qui à Deo sint cogniti. *Exacerbantes* autem eos appellat, veluti qui semper murmurabant aduersus Deum, atque ei contradicebant.

✻ Beda. Deum *exasperant*, id est, iratum faciunt, dicentes: Quid profuerũt nobis opera legis, aut quid valuerunt nobis scripta prophetarum? Ecce nobis Euangelium, & gentibus Euangelium. Ecce nobis spes resurrectionis & gẽtibus, & similia: hi inquam, tales *nõ exaltẽtur in semetipsis* amplius, id est, nõ præsumment de iustitia sua, vel de meritis suis, quia lex non est eis iustificatio, sed præuaricatio.

✻ Sela supr. Psal. 3. † audite. † nostram. B † lumbis nostris. † Ingressi sumus.

a *Benedicite.* Cas. Diapsalma. Monet gentes benedicere Deum, qui licet probet tribulationibus, tamen ducit ad regnum, hæc enim videntur obuiare promissæ resurrectioni.

C b *Auditam facite.* Avgv. Palam, vt qui diligit Deum, diligit & proximum.

Matt. 17. a c *Vocem laudis eius.* Quam dicit pater de filio: *Hic est filius meus.*

d *Qui posuit animam.* Avgvstinvs. Enumerat hic quibus causis debeat prædicari.

✻✻ Avg. Ne vosipsos laudetis, sed ipsum laudetis, Quæ est vox laudis eius, quia gratia ipsius sumus, quidquid boni sumus. Ecce vox laudis, *qui posuit animam meam in vitam.* Ergo in morte erat. In morte erat, quia in te erat: inde est, quod non debuistis exaltari in vobisipsis. Ecce in morte erat in te: vbi erit in vita, nisi in illo, qui dixit, *ego sum via, veritas, & vita?* Quomodo quibusdam credentibus dixit apostolus, *eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino*, tenebræ ergo in vobis, lux in domino: sic mors in D vobis, vita in domino.

e *Quoniam probasti nos.* Avgvst. Non dedisti in commotionem. Quoniam probasti non in præceps dedisti, probasti aduersis, igne charitatis, qui non finit sentire tormenta, vel, igne tribulationis nos examinasti, &c.

✻ Evthymivs. Hæc verba ptæstantissimis quibusdam sanctis accommodari possunt, quales fuere, Daniel & tres pueri, & alij huiusmodi. Deinde connumerat genera disciplinæ. *Probasti nos* inquit, *in tentationibus*, hoc est, exquisisti quonam modo fidem ac patientiam haberemus.

✻ Beda. Sicut argentum examinatum, tunsum nõ dissilit, sed in longum & in latum crescit, tunsi ab inimicis non disiliunt, id est, in charitate non deficiunt, sed charitas eorum in latum extenditur. F

f *Laqueum.* Avgvst. Non qui decipit, sed qui probat.

g *Transiuimus.* Cassio. Avgvs. Tu hæc omnia, & nos *transiuimus* per aduersa, & suauia. Vel, per hæc elementa, mors martyrum sæpe impleta est. Ignis vrit, id est, aduersitas, aqua corrũpit, idest, prosperitas, vas igne solidatum aquam non timet: Sic & tu igne aduersitatis excoctus, prosperitatis aqua non dissolueris. Inde est, quod in sacramentis, in cathechizando & exorcizando prius adhibetur ignis, vnde immundus spiritus clamat, ardeo: post venitur ad aquam baptismi, ab aqua in refrigerium. Et quod in sacramentis, hoc in tentationibus nobis fit.

☞ *Introibo*

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Benedicite. *Hic consequenter accipitur ratio diuinæ laudis ex liberatione à laboribus duris, à quibus liberatus fuit Israel in exitu de Ægypto, & quantum ad hoc dicitur*: Benedicite gentes Deum nostrum. *Qui sic liberauit nos de afflictione Ægyptiorum.*

2 Qui posuit animam. *Quia quanto populus Israel plus opprimebatur ab Ægyptijs, tanto magis multiplicabatur & crescebat, vt habetur Exod. 1.*

3 Et non dedit in commot. &c. *Id est, non permisit me cadere per idololatriam.*

4 Quoniam probasti nos Deus. *Non ad capiendum notitiam de aliquo ignorato, cum omnia tibi nota sint ab æterno sed vt patientiam & fidelitatem nostram notam faceres toti mundo.*

5 Igne nos examinasti. *Id est, in afflictione ignis, qua cogebãtur coquere lateres, vt habetur Exod. 5. propter quod dicit dominus Iere. 11. a.* Eduxi eos de fornace ferrea Ægypti.

6 Induxisti, &c. *Id est, induci permisisti, quia Pharao, & serui eius, semper quærebant occasiones implicandi filios Israel maioribus laboribus vnde vnde dicebant*: Vacant, *& idcirco vociferantur, dicentes*, Eamus & sacrificemus domino Deo nostro, opprimantur operibus.

7 Posuisti tribu. *Quia cogebantur ab Aegyptijs portare onera grãuia luti & lateris.*

8 Imposuisti homines. *Scilicet, exactores Pharaonis, qui compellebant eos ad opera nimis grauia, & eos flagellabant, vt habetur Exod. 5.*

9 Transiuimus per ignem. *Id est, per laborem ignis ad coquendum.*

10 Et aquam. *Quam portabant proprijs humeris ad commiscendum cum terra, vt inde lateres formarentur.*

11 Et eduxisti nos in te. *Id est, in libertatem, à tanta seruitute. Vel aliter*: Transiuimus per ignem. *quia murmurante populo Israel contra Deum in deserto, accẽsus fuit ignis & deuorauit extremam partem castrorum, sed orante Moyse fuit absorptus, vt habetur Num. 11. a.* Et aquam. *Scilicet fluuij Iordanis, qua siccata fuit in transitu populi:* & eduxisti nos in refrigerium, *id est, in terram promissam lacte & melle manantem.*

✻ Introi-

MORALITER.

✻ 1 *Benedicite gentes.* Quoniam applaudendum est diuinæ iustitiæ in punitione malorum, quæ præmissa est, & promotione bonorum, quæ sequitur, ideo dicitur, *Benedicite gentes Deum nostrũ.* Ipsum laudando.

† *Et auditam, etc.* Alios ad laudem consimilem inuitando.

2 *Qui posuit animam, etc.* Ipsum iustificando per gratiam.

3 *Et non dedit, etc.* A fidei stabilitate in tyrannorum persecutione.

4 *Quoniam probasti nos* Deus. In tribulationibus.

5 *Igne nos examinasti.* Id est, acerbitate persecutionis, quæ significatur nomine ignis, & ad literam, quia multi martyres transierunt per ignem materialem.

6 *Induxisti nos in laqueum*, Quia multi martyres fuerunt catenis & compedibus illaqueati.

7 *Posuisti tribu, etc.* Sicut graue pondus.

9 *Transiuimus per ignem.* Vt beatus Laurentius & plures alij.

10 *Et aquam.* Vt beatus Clemens & plures alij.

11 *Et eduxisti nos in refrigerium.* Scilicet Paradisi.

✻ *Introibo*

A a *Introibo.* CASSIOD. Ecce quæ bona contra præcedentia mala, vt roboret.

b *In holocaustis.* CAS. Id est, vt me offeram conspectui tuo. Vel, *in holocaustis* bonorum operum prius exhibitis: & tunc cum *introibo, reddam* cum angelis, quæ hic voueo; vel, interim *reddam* quæ *distinxit*, id est, quę ratio mea omnibus prætulit. Cain † spatiosa (vberē, sub terram, rectè obtulit, sed non rectè diuisit: quia creaturā creatori obtulit, sed se quod charius est, substraxit.

c *Distinxerunt.* AVGVST. Distinguit, qui se dicit nihil esse, B Deum omnia; &, se eo egere, non illū se.

d *Et locutum est os meum.* Quem præ Sela supra psal. 3. Gen. 4 a. omnibus manifestaui prævalere omnibus † quę alijs votis in tribulatione mea, nō victus tribulatione.

† exaltatus est per linguā meā. e *Holocausta me.* Meipsum cū medullis intimi amoris.

a ¶ Aug. Id est, requiem, vbi & ignis optabilis, qui totum, quod in nobis fragile est, absumit, vt nihil nostrum remaneat, sed absorbeatur mors in victoriam, & tunc reddam. b ¶ Ecce refrigerium. ¶ Tandem in re. c ¶ Futuram.

a † in rēfrigerium. Introibo in domū tuam in holocaustis,

a ¶ Et interim hic. b ¶ Laudum, quę hic voueo. ¶ Meipsum. c ¶ Aug non reddet. qui non distinguit. d ¶ Quæ promisit.

b c d rēddam tibi vōta mea, quæ distinxerunt labia mea. Et locu-

a ¶ Id est, cor meum. b ¶ Quia spe dulcis est tribulatio. c ¶ Quid locutum est. ¶ Vel introibo in holocaustis, quandiu vixero. d ¶ Aug. intus est charitas, non in superficie; vt est illis qui hominibus placent.

e f tum est ōs meum in tribulatiōne mea. Holocausta m̄edulla-

a ¶ Doctores, qui in vinea domini operantur.

g h ta offeram tibi, cum incenso arietum, offeram tibi bōues

a ¶ Peccatoribus. ¶ Aug. qui peccata mea eleemosynis redimunt. b ¶ Fide. c ¶ Mente: d ¶ Vos dico. e ¶ Aug si Deum non timent, non tacebo, nec vos audietis; quia timor Dei aures aperit.

i cum hircis. * Vēnite, āudite, & narrabo ōmnes qui timetis

a ¶ Narrabo. b ¶ Si vultis, eadem faciet animæ vestræ. c ¶ Cum gentes ad idola. d ¶ Publicè confitendo & prædicando.

k l Deum, † quānta fecit ānimę meæ. Ad ipsum ōre meo clama-

a ¶ Quia inde holocausta medullata. b ¶ Non quod non suggeratur, sed non ametur. c ¶ Id est dilexi. Multi apud se amant, quod in aliis damnant, erubescentes forte propter homines.

m ui, † & exaltaui sub lingūa mea. Iniquitātē si † āspexi in corde

1 1 Ista creatura peragit ordinem suum: qui multum eam curiosè Lucę 16 b. inquisierūt, eius creatorem ignorauerunt.

2 Illud audite, illud accipite, ô qui timetis 3 Deum, quanta fecit 4 animæ meæ.

k *Ad ipsum ore meo clamaui.* CAS. Exponit quanta fecit animæ suæ subdens: *Ad ipsum*, &c. Hoc E fecit animæ meæ, vt 8 clamarem ad ipsum, 9 cùm gentes ad idola: & quod extrà loquor intus habeo, & non 10 iniquitatem, quia sic puritas orationis auditur.

11 * BEDA. Ille non † conspexi 12 clamat suo ore, qui & si attente satis agat,

* * AVG. Quid est *medullata*? Intus teneam charitatem tuam; non erit in superficie, in medullis meis erit, quòd diligo te. Nihil enim interius medullis nostris. Interiora ossa sunt carne, medullæ interiores sunt ipsis ossibus. Quisquis ergo in superficie colit Deum, magis placere vult hominibus: Aliud autem intus C sentiens, non offert holocausta medullarum. Cuius autem medullam inspicit, ipsum totum accepit.

f *Incenso arietum.* AVG. Vel, cum *incenso*, quod est oratio; & *arietibus*, quia duces gregis maximè orant pro grege.

g *Cum incenso.* HIERON. AVGVSTINVS. Cum oratione Apostolorum, quia Deo placet quod traditione eorum fit. Vel cum incensione & destructione bestialitatis & repugnantiæ. Boues, ceruicositatem, *cum hircis*, petulantiam; hæc in me mactando vitia.

h *Offeram tibi boues.* AVG. Si offeruntur triturantes, non remanent tamen peccatores: sed per pœnitentiā sanati offeruntur; & ipsi non per se, sed potius adiuncti bobus, quia fecerunt sibi amicos de Mammona iniquitatis.

i *Venite, audite.* Diapsalma. Iam expositis omnibus, item monet non tam rudes, sed deuotos, vt exemplo suæ liberationis amplius confidant in domino: benedicens eum de exauditione. D Ita ego facio, & ô vos gentes *venite*.

* * AVG. Ecce narrare vult, sed quid est narraturus? An fortè quantùm pateat terra, quantùm distendatur cœlū, & quot sint sidera, & quæ sint vices solis & lunæ? Ista creatura peragit ordinem suum: qui multum eam curiosè Lucę 16 b. inquisierūt, eius creatorem ignorauerunt.

1 2 Illud audite, illud accipite, ô qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.

k *Ad ipsum ore meo clamaui.* CAS. Exponit quanta fecit animæ suæ subdens: *Ad ipsum*, &c. Hoc E fecit animæ meæ, vt 8 clamarem ad ipsum, 9 cùm gentes ad idola: & quod extrà loquor intus habeo, & non 10 iniquitatem, quia sic puritas orationis auditur.

11 * BEDA. Ille non † conspexi 12 clamat suo ore, qui & si attente satis agat, non tamen hoc agit pia intentione. Clamat verò ore suo cordi consono aliquis, quādo quod exterius agit, vel loquitur attentè, ex pia procedit intentione.

l *Clamaui & exal. in corde.* AVG. Id est, ipsum publicè prædicaui, & in secreto confessus sum. Quod in ore, hoc & in corde F habeo: tamen *holocausta medul. offer.* His duobus perfectus est Christianus.

m *Iniquitatem si aspexi in corde meo.* * * AVG. Respectū pro dilectione poni quotidianum est. Deo dicimus, respexit me. Quid est, respexit me? ante enim te nō videbat? videbat te & antè: sed respexit me dicis, dilexit me. Ergo non ideò dixit, *iniquitatem si aspexi in corde meo*, quia omninò nulla iniquitas suggeritur cordi humano: Ibi suggeritur, non cessat suggestio, sed non fiat respectio. Si enim respicis iniquitatē, retrò aspicis, & incurris sententiam domini dicentis in Euangelio, *nemo ponens manum super aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei.*

* BEDA. Non enim penitus iniquitatem denegare possumus, quia *si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nosipsos seducemus.* Nec ille in cuius corde est iniquitas Deum exaltat, vel in Deo exultat. Quasi dicat, si aspe-

☞ xi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Introibo in do. tuam, *Id est, locum tui cultus, non tamen vacuus; ideò subditur;*

2 In holocaustis, *Id est, sacrificijs ad honorem Dei totaliter incensis.*

3 Reddam tibi vo. mea, quę distinxerunt, *Id est, distinctè & à proposito emiserunt* labia mea.

4 Et locutum est, &c. *Homines enim in tribulatione existentes solent vota facere Domino, si euadant.*

5 Holocausta medul. a. *Id est, bona & pinguia.*

6 Offeram tibi cum incenso arietum, *Id est, cum arietibus totaliter incensis ad honorem tuum.*

7 Offeram tibi boues cum hircis. *De istis tribus fiebant sacrificia maiora, scilicet de bobus, hircis, & arietibus, minora autem fiebant de auibus.*

8 Venite. *Hic consequenter inducitur ratio diuinę laudis ex spirituali consolatione, cum dicitur:* Venite & au. omnes qui timetis Deum. *Talibus enim narranda sunt diuina beneficia, qui habent ea in reuerentia: non autem in malitia obstinatis, qui despiciunt ea, propter quod dicit Saluator Matth. 7. a.* Nolite dare sanctum canibus, neque margaritas vestras ponatis ante porcos, *ideò subditur:*

9 Et narrabo omnes, q. tim. De. quanta fe. animæ. *Eam spiritualiter consolando. Fuit enim populus Israel valdè consolatus, quando viderunt Ægyptios mortuos post transitum maris rubri; & in datione legis; & in alijs beneficijs diuinis.*

10 Ad ipsum ore meo clamaui. *Ei regratiando.*

11 Et exaltaui sub lingua mea. *Id est, gaudium & dulcedinem sensi interius in corde, dum laudarem exterius ore. Consequenter ostenditur, quibus talia conceduntur, vel denegantur, cum dicitur,*

12 Iniquitatem si aspexi in corde, &c. *Conscius mihi mortalis peccatii*

☞ Non

MORALITER.

1 *Introibo in do. tuam*, Cœlestem,

2 *In holocaustis*, Incendij pij amoris.

3 *Reddam tibi vota, &c.* Quibus in baptismo promisi vsque ad mortem seruire tibi.

4 *Et locutum est os meum &c.* Martyres enim in agone positi confitebantur se seruos Christi.

5 *Holocausta medulla.* Id est, pretiosa, quæ sunt corpus & anima *cum incenso arietum*, &c. de tribus illis generibus animaliū fiebant sacrificia veteris legis, & hic exprimuntur, ad significandum, quod sacrificium martyrij supereminenter continet virtutem sacrificiorum ve. testa.

8 *Veni. &c.* Vt exemplo martyrum accipiatis constantiæ virtutem.

10 *Ad ip. ore meo cla.* In tormentis positus.

11 *Et exultaui.* Quia multi martyres non solùm constanter sustinebant tormenta, sed etiam gaudenter, Act. 5. g. *Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*

12 *Iniquitatem si aspexit in corde meo.* Propter hoc enim orationes martyrum exaudiebantur, quia innocentes patiebantur. Et quia domino regratiabantur, subditur,

xi, non Deum exaltaui, & ideò non exaudiet me.

a *Meo.* AVG. Suum est, quod nō est peruersum; proponit meritò, vt discant prius laborare, quam

† intendit orationis

† depreca-tionem.

b

meo, non exaudiet dominus. † Propterea exaudiuit Deus, 1

a ¶ Cas. Ecce vicissitudo, intendentem intendit.

b ¶ Hæc bona fecit animæ meæ vnde: Benedi. Quia sic peruenit spe ad resurrectionem. 2

& † attendit voci † deprecationis meæ. Benedictus Deus, 3

a ¶ Sed perseueranter facit orare, vt non in oratione tepescam; & perseueranter miseretur: sed quia non est amota oratio, securus esto, quod nec misericordia; quę si differtur, non auferetur quod dandum est.

qui non amouit † orationem meam, & misericordiā suā à me. 4

a ¶ Quia iniquitatem non aspexi.

quàm præmium quę-rant. D

b *Orationem meam &c.* Hæc duo cōnexa sunt, si nō suspenditur oratio, nec protelatur misericordia.

† Vere Cetè.

B E

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non exaudiet dominus, *Quia oratio talis non est exaudibilis.*

2 Propterea exau. Deus, *Supple deprecationem meam, quia non fuit talium mihi conscius. Et quia hoc etiam procedit ex Dei beneficio, ideo subditur,*

3 Benedictus Deus qui non, &c. *Repellendo propter peccati malitiam.*

4 Et misericordiam suam à me, *Supple non abstulit, sed magis beneficia suæ misericordiæ contulit. Et loquitur hic scriptura de populo Israel pro illis, qui erant boni, & deuoti, ratione quorum commendatur totus populus: Sicut è conuerso, ratione malorum vituperatur secundùm regulam de corpore domini permisto, quam posui in Gen. principio.*

C

MORALITER *potest exponi psalmus iste, sicut & precedens, de quolibet de peccati seruitute educto, tanquam de Aegypto, qui tenebrā interpretatur: & ad Dei laudem insurgit ex sua mirabili liberatione, quia magis est impium iustificare, quā cœlū & terram creare, secundū Aug. super Io. & ex grauium laborum euasione, qui sunt in operibus peccatorum, vnde dicitur in persona peccatorum Sap. 5. b.* Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis: ambulauimus vias difficiles, &c. *Et etiam ex diuina consolatione, quæ frequenter magis sentitur post veram pœnitentiam de peccatis, quam ante peccatorum perpetrationem.* F

MORALITER.

3 *Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, &c.* Ipsam repellendo

pellendo.

4 *Et misericordiam suam, &c.* Sed magis eam contulit mihi, ad gloriam me ducendo.

ADDITIO.

In psal. 65. Iubilate Deo. *Vbi dicitur in postil.* Benedictus Deus qui non amouit ora. &c.

Cum oratio repellitur propter peccati malitiam, non propter hoc propriè dicitur amoueri oratio, sed effectus orationis: vnde melius videtur exponi iste versus sic, scilicet, quod Psalmista gratiatur Deo in persona populi, vel suipsius, ex hoc, quod taliter deduxit eum, seu gubernauit, quod nunquam posset deserere orationem, inquantum communiter erat in tribulatione & afflictione: & sic erat sibi necessariū orare. Similiter nunquam potuit deserere gratiarum actionem, in quantum semper affuit sibi diuina misericordia: & hoc est quod dicit, Benedictus Deus qui non amouit orationem meā, & misericordiā suam à me. *Nam si nunquam esset in tribulatione, oratio tepesceret: Et si misericordia non affuisset, gratiarum actio non inualesceret quę est de essentia orationis deuotæ, vt Apostolus dicit, & ad hoc videtur glossa declinare.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem.* CAS. Post canticum resurrectionis deprecationem suam propheta subdit, vt benedicti ad Dei cognitionem ducantur.

CAS. Prophetat benedictionē omnium per aduentū Christi.

AVGVST. Quia in præcedenti psa. monuerat nos benedicere Deum; quod non possumus, nisi ipse prior benedicat nos; Ideo hoc precatur benedici, dicens: *Deus misereatur nostri & benedicat,* &c.

† vide psal. 4.

† in negi-moth, id est instrumētis musicis, organis.

a ¶ Christum. b ¶ Est. ¶ Id est laudibus exhibitis, vel exhibendis. c ¶ Qui monet ad bene operandum. ¶ Dirigens. d ¶ Quia est exultatio de benedictione. c ¶ Christo.

a † In finē † in hymnis psalmus cāntici Dāuid

PSALMVS LXVI.

¶ Cas. prius misereatur erranti, post benedicit bonis augendo.

PSALM. LXVI.

b DEVS misereatur nostri, & 1

Deus misereatur. AVG. Prior est benedictio Dei, quę est quasi pluuia terram nostræ mentis irrigans: inde nos benedicimus eum, quod quasi fructus est, & in vtroque nos crescimus non ipse. Dicat ergo desiderans pluuiam dominicæ benedictionis, Deus misereatur, &c.

✻ BASILIVS. Cum esset propheta, spiritualibus oculis salutem per apparitionem Dei omnibus fortalibus futuram contemplatus, orauit vt illa quam citissimè exhiberetur.

✻ BEDA. Oratio Dauid. sancti viri de primitiuo populo; Patriarchę siuæ Prophetæ, siue etiam sancti Apostoli, præuidentes per spiritum sanctum futuram esse concorporationem Iudęorum & Gentium, & vtrisque communicandam Euangelicam gratiam, & resurrectionis gloriam: orant in hoc psalmo, vt per totum orbem illæ aliæ oues illuminentur.

✻ EVTHYMIVS. Præuidens Propheta diuinæ incarnationis mysterium adimpleri supplicat, quod præuidet. Et primo quidē Deū petit, vt humanæ misereatur naturæ, quæ sub sæua dæmonis tirannide detinebatur.

b *Deus misereatur nostri & be.* CAS. Sed qui multi volunt benedici copia rerum, prole, & aliis huiusmodi: quę quidem à Deo sunt, sed communia bonis & malis; addit quod propriū est iustis,

☞ illuminet,

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXVI.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis. *Huic psalmo præmittitur talis titulus in Hæbræo,* Ad victoriam in organis psalmus cantici. *Et in translatione Hieron. dicitur,* Victori in psalmis canticum carminis. *Et est eadem sententia in vtroque titulo, quæ patet ex supradictis psal 4. Ex titulis autem istis nec apparet autor psalmi, nec materia. Dicunt autem circa hoc aliqui, quod psalmus iste est gratiarum actio pro fertilitate cuiusdam anni: Iudæi enim collectis fructibus conueniebant in septembri ptembri in Ierusalem (qui mensis erat quasi totus festiuus: quia in illo mense erat festum turbatum & festum expiationis & tabernaculorum, et festum cœtus seu collectę, vt habetur Leuit. 23.) Et quando annus fuerat fertilis, consuetum erat quod aliquis vir sanctus & deuotus faciebat canticum speciale pro gratiarum actione: et sic fuit de isto psalmo vt dicunt: sed non exprimunt quis fuerit autor ille. Secundum hoc igitur psalmus iste diuiditur in duas partes, Quia primo ponitur huius fertilitatis* imploratio; *Secundo pro obtentu ipsius gratiarum actio, ibi,* confiteantur. *Circa primum dicitur,*

1 Deus misereatur nostri, *Peccata remittendo,*

✻ Et bene-

MORALITER.

1 *Deus misereatur nostri, et benedicat nobis.* Secundum Hebræos † psalmus iste est gratiarum actio pro fertilitate vnius anni: Sed mihi videtur quod, sit prophetia de beneficiis pro tunc futuris, quæ fuerunt exhibita in incarnatione Christi. Et vtroque modo exposui psalmum istum in expositione literali, propter quod non videtur mihi alia spiritualis expositio requirenda.

† MORA-

☞ *illuminet*, &c. Et hæc est benedictio dextræ: Benedictio enim A sinistræ, in temporalibus, scilicet, communis est bonis & malis. Si enim solis bonis daret hæc, putaret malus propter hæc colendum esse Deum: Quod si solis malis daret, timeret infirmus ad Deum conuerti, ne hæc deessent sibi, quem nutrit pius agricola, non subtrahendo ista. Dat ergo bonis, vt consoletur intrantes; dat & malis, vt discant boni quærere alia communia non malis. Tollit bonis, vt probent se fortes: Tollit malis, vt infirmus non timeat perdere, quæ perdit & malus; cui nihil remanet intus; hic verò, si perstat, habet B intus, quo se consoletur. Iste ergo benedictionem dexteræ † Sela supr. Psal. 3. desiderans, ait, *Illuminet*, Id est, ostendat vultum suum nobis: *Vel vultum suum*, Id est, imaginem tuam, c quam impressisti nobis, illumina sapientia, ne sit in tenebris, f vt sciamus nos factos ad imaginē tuā: etsi à nobis deformata est, à te reformetur. *Vt cognoscamus in terra.* In qua terra? *In omnibus gentibus*: Quam *viam? salutare tuum.* Et quia cognoscitur in gentibus Christus: *Confiteantur, etc.*

a *Benedicat nobis.* CASSIODORVS. Benedicit creator creaturæ, multiplicando, numero & merito. Benedicit creatura creatori, eum corde, voce, & opere, laudando, & omne bonum, quod habet, ei ascribendo.

b *Confiteantur tibi populi Deus.* CAS. Post notitiam hortatur confiteri pro directione & iudicio.

✻ EVTHYMIVS. *Populi* quidem simpliciter dicti, ij intelligendi sunt, qui ex circuncisione, *populi autem omnes*, ij qui ex gentibus credidere, veluti plures ex multis nationibus congregati. *Confiteantur* autem, Hoc est gratias agant, & laudent, quod propter eorum salutem humanam carnem assumpturus es.

✻ BEDA. O Deus, populi Iudaici confiteantur tibi peccatum suum, & confiteantur, id est, laudent gloriam tuam. Et etiam alij *omnes populi*, gentiles scilicet, confiteantur iniquitatem suam, & misericordiam tuam. Gentes enim *super misericordia Deum honorare*, Apostolo teste didicimus, accusent se, glorificent te: reprehēdant se, laudent te. Inueniat te homo punitorem suum, vt exhibeat se salutare tuum. Quare times confiteri? Noli timere confiteri, quia confessus saluaberis, tacitus damnaberis.

c *Lętentur et exultent.* AVGVSTINVS. Quia iam confessi non timent futura iudicia, quibus Christus est aduocatus, non iudex, *lętentur.*

d *Confiteantur tibi populi Deus.* CASSIOD. Eadem admonitio ad aliud tendens, quia terra dedit fructum, etsi idem initium sensus, tamen ad diuersa tendit.

✻✻ AVG. Existit hæreticus, & dicit, ego in Africa populos habeo; & alius ex alia parte, & ego in Galatia populos habeo. Tu in Africa, ille in Galatia: ego illum quęro, qui vbique habet. Certe ad istam vocem exultare vos ausi estis, quoniā audistis, *confiteantur tibi populi Deus.* Audite sequentem versum, quia non de parte loquitur, *Confiteantur tibi populi omnes:* Ambulate in via cū omnibus gentibus, ambulate in via cum omnib. populis, ô filij pacis, filij vnicæ catholicę, ambulate in via, cātate ambulantes. Faciunt hoc viatores ad solamē laboris. Cantate vos in hac via obsecro vos per ipsam viam, cantate in hac via.

e *Terra dedit fructū suū.* HIER. Maria Christum, & in hoc semine, *Benedicat.* Hæc terra de nostro limo, & nostro luto, de Adam, dedit florem primum, qui ait, *Ego flos campi & lilium conuallium.* Iste ergo flos fructus factus est, vt illum ederemus vt carnem eius māducaremus. Iste ergo fructus est virgo de virgine, dominus de ancilla, Deus ex homine, filius ex matre, fructus de terra. Vel, terra Christus homo, dedit fructū suum, reparationem, Benedictionem, vnde: *Benedicat nos Deus, etc. Terra dedit fructum suum*, in Ierusalem primò, iam dedit, vbi datus spiritus est: Sed non illa sola hoc debet, imò, *Benedicat* etiam *nos.*

✻ BEDA. Omnes debent confiteri, quia terra, id est, vita nostra, quæ prius plena spinis erat, & tribulos germinabat, dedit in fructum suum, id est, bona opera fecit humiliando se & confitendo. Quem quidem fructum non dedisset, nisi compluta à nubibus illis esset, de quibus dictum est, *Mandabo nubibus meis, ne pluant super* meretricem illam: Per quas nubes dominus & tonat minis & coruscat miraculis, & compluit verbis.

f *Deus Deus noster.* HIERONYMVS. Ter trinitas, *Eum*, vnitas.

✻ EVTHYMIVS. Vide apertum ac denudatum sanctissimæ Trinitatis mysterium, hac triplicatione *Deus Deus Deus.*

✻ BEDA. *Benedicat nos Deus*, Id est, filius factus particeps infirmitatis nostræ, vt & nos fieremus participes gloriæ suæ; *Benedicat* nos etiam *Deus*, id est, spiritus sanctus, cum patre & filio vnus Deus.

✻ BASILIVS. Scire conuenit, homines cum Deo benedicunt, sola illi verba offerre: Deum verò cum benedicit, verba ipso opere confirmare, & omnis generis bonorum suppeditare prouentum.

☞ *Et metuant*

a ¶ Non quod vultus eius sit sine lumine, sed quod est, reueletur super nos. ¶ Scilicet claritate filij sui, qui est vultus patris. b ¶ Ab eo capiamus lucem.

† nos: benedicat † nobis illuminet vultum suum super nos, † & misereatur nostri. Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus

a ¶ Misericordia incipit, misericordia conseruat. ¶ Ad hoc. b ¶ O Deus. c ¶ In hac vita. ¶ Steut in cœlo est. d ¶ Christum. e ¶ Quæ ad te ducit, id est, quo eamus, & quā quod in tenebris non potest fieri. ¶ Scilicet.

a Id est, Christum. b ¶ Cognoscamus, & tum cognouerunt. ¶ Quia inuenetunt viam. ¶ Aug. se accusent te laudent.

b gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. Lætentur & exultent gentes,

a ¶ Non vnius terræ, sed omnes, ne dicatur ecclesia non vbique diffusa. b ¶ Et, si confiteantur, ¶ Quia hæc confessio non ducit ad pœnam. c ¶ Quia bonus est cui confessio fit, & confessos liberat, superbos damnat.

c quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. † Confiteantur tibi populi, Deus, cōfiteantur tibi populi

a ¶ In iudicio futuro. b ¶ Auguſt. & æquitas illa non est timenda bonis, quia modo dirigit illos.

a ¶ Auguſt. Gaudens ergo reperit eadem, quę supra dixit, in exhortando. Sed adiecit aliam rem de fructu terræ, & ideo frequentato verbo postulat nos benedici.

d omnes, terra dedit fructū suū, Benedicat nos Deus, Deus nō-

a ¶ Ecclesia quæ prius spinas germinauit. b ¶ Confitendo. c ¶ Opera. ¶ Tricesimum sexagesimum & centesimum.

d ¶ Terra dedit fructum suum, sed non nisi per benedictionem? ideò vt & nos fructum demus. c ¶ Pater. f ¶ Filius. g ¶ Non gentium.

e f

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et benedicat nobis, *In bonis spiritualibus & corporalibus nos multiplicando.*

2 Illuminet vultum suum super nos, *Loquitur scriptura de Deo ad modum hominis, qui, quando vult gratiam facere alicui, ostendit ei vultum hilarem & iucundum.*

3 Vt cognoscamus in terra, *Id est, in fertilitate terræ.*

4 Viam tuam, *Id est, vestigia tua gratię per effectum fertilitatis concesse.*

5 In omnibus gentibus salutare tuum, *Id est, vt sit notum omnibus gentibus, quod tu habes specialem curam de salute nostra, ideo subditur,*

6 Confiteantur tibi populi Deus, *Id est, per effectum nobis conuessum, confiteantur tuam bonitatem ac Deitatem, & ad te conuertantur: sicut legitur, quod, quando Iudęi fuerunt liberati mirabiliter de persecutione persecutione Aman, multi Gentiles per diuersas partes eorum ceremoniis iungebantur, vt habetur Esther 8.*

7 Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas popul. &c. *Sicut patuit in Aman, qui diuino iudicio fuit suspensus cum filiis suis.*

8 Et gentes in terra dirigis, *Quia per tales effectus dirigis Gentiles ad cognitionem tuę veritatis.*

9 Confiteantur tibi populi Deus. *Hic consequenter ponitur gratiarum actio pro fertilitate adepta, cum dicitur,* Confiteantur tibi populi Deus. *Scilicet confessione tua laudis, et quare debeant sic cōfiteri, subditur,*

10 Terra dedit fructum suum, *In magna abundantia per tua gratia beneficium, ideò subditur,*

11 Benedicat nos Deus, Deus noster, *De futuro, sicut iam fecit de præterito.*

a *Et metuant eum.*

A CASSIODORVS. Metus inter beneficia postulatur, vt credita cautè custodiantur: Timor Dei incipit,& consummat; qui timere nouit, amare non desinit.

Eum. ✻EVTHYMIVS. Ea triplicatione quidem vt diximus tres expressit personas, singulari autem sermone, *eam*, non eos, adorari iubens, diuinitatis vnitatem significauit. Nam etsi vnaquæque personarum Deus sit, omnes tamen personæ non tres Dij, sed vnus esse Deus dicuntur.

✻BASILIVS. Qui diuinis legibus religiosè afficitur, is & futurum tribunal metuit,& horum custodia Deum colit.

a ¶ Etiam atque etiam multiplicet. b ¶ Spiritussanctus.
c ¶ Ad quid valet benedictio: ad metum.
¶ Aug Quia veniet iudex, qui prius humilis, agnoscamus humilem, vt non expauescamus excelsum.

a ster, benedicât nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. 1

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et metuant eum omnes fines terræ, *Tanquam iudicem omnium ad puniendum mala potentissimum. Licet autem hæc expositio in pluribus concordet literæ, tamen videtur aliquo modo extranea, quod pro fertilitate in Iudæa, quæ est parua terra, inuitarentur omnes gentes & populi totius mundi ad confessionem diuinæ laudis: & maxime, quia talis fertilitas non erat in aliis terris, propter quod, saluo meliori iudicio videtur mihi, quod Psalmus iste non est gratiarum actio pro præterito beneficio, sed magis est prophetia de futuro, scilicet de Christi incarnatione, & eius conuersatione inter homines: Quod quidem beneficium fuit à sanctis patribus summè desideratum, propter quod aliquis sanctus propheta, quicunque fuerit ille, videtur de hoc Psalmum istum fecisse, dicens,* Deus misereatur nostri, *mittendo nobis saluatorem*, Et benedicat nobis, *conferendo gratiam suam*: Illuminet vultum suum super nos, *clarificando miraculis filium suum, qui dicitur vultus patris, quia est eius imago, ad Col.1.b. dicitur*, Transtulit in regnũ filij dilectionis suæ, qui est imago inuisibilis Dei, *hoc enim petebat saluator Ioan.17.b.* Pater clarifica filium tuum: *et ipse respondit*, Clarificaui & iterum clarificabo, *quia clarificauit eum miraculis ante mortem, & post resurrectionem*; & misereatur nostri, *liberando à gehenna per sanguinem filij sui*, Vt cognoscamus in terra viam tuam, *Psalmista conuertit verbum suum ad Christum, cuius vita hominibus fuit cognita inter homines conuersando, docendo, sanitates donando.* In omnibus gentibus salutare tuum, *quia salus per Christũ facta notificata est omnibus gentibus per prædicationem apostolorum, secundum quod dicitur psalmo.18.a.* In omnem terram exiuit sonus eorũ *&c.* Confiteantur tibi populi Deus, *confitendo tuam deitatem.* Confiteantur tibi populi omnes, *impendendo latriæ seruitutem.* Lætentur & exultent gentes, *de sua vocatione ad Christi fidem*: Quoniam iudicas populos in æquitate, *vocando ad fidem se disponentes per opera iusta sine personarum acceptione: Vnde Petrus videns vocationem Cornelij iusti, dixit, Act. 10. e.* In veritate comperi, quod non est personarum acceptio apud Deum, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. *ideo subditur*, Et gentes in terra dirigis, *in viam æternæ salutis* Confiteantur tibi populi Deus: *& quid debeant confiteri, subditur cum dicitur*, Terra dedit fructum suum, *id est, Virgo beata protulit filium, de qua terra dicit, Esa.45.b.* Aperiatur terra, & germinet saluatorem. *Et quia vocandi ad fidem, baptizandi erant in nomine trinitatis, secundum quod habetur Matth. vlti. d.* Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti: *ideo subditur*, Benedicat nos Deus, *conferendo gratiam baptismalem. Et dicitur* benedicat *in singulari, ad denotandum vnitatem essentiæ: &* Deus *ter, ad ostendendum trinitatem personarum sicut. Esaię 6. trinitas personarum ostenditur per seraphin ter* sanctus *clamãtia, et vnitas essentia per hoc quod subditur*, Deus exercituum; *Et* metuant eum omnes fines terræ: *non timore seruili, sed filiali qui stat cum charitate.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem.* CASSIODORVS. Psalmus Dauid prophetæ de exC ultatione Christi & ecclesiæ hic & in futuro, vt omnes Deo cantent.

CASSIOD. Surgente Christo, quasi eleuata arca, quid bonis malisque hic & in futuro: vt illos terreat, hos lętificet. Modum suæ locutionis formans ab eo, quod Moysi & filiis Israel contra hostes dimicantibus olim contingebat: eleuata quippe arca domini, hostes suos superabant, atque in eleuatione arcæ verbis his similibus Moyses vsus fuisse dicitur.

✻BASILII. Cum Dauid impietatem passim obtinere, ac diabolum prævalere videret, de seruatoris autem aduentu per spiritum sanctum edoctus esset, hanc ad Deum protulit orationem: obsecrans, vt quam citissimè aduenire: atque ita futurorum confestim reuelationem accepit, doctusque est, ac simul docuit, de mortalium salute, & aduersariorum exitio, & in summa Dei inopina mortalium immutatione.

✻EVTHYMIVS. Cum dæmones in humanum genus tyrannidem exercerent, nec homo aliquis nec angelus captiuis hominibus opem ferret, vocat propheta in auxilium, ipsum omnium creatorem, rogans eum, vt coleretur, exurgat. Surrectionem autem in Deo sanè & dignè Deo intelliges, motum quędam esse ad delinquentium vindictam. Et licet verbum exurgas imperatiui sit modi, vt ex Græca lectione apertè dignoscitur, sensum tamen optantis habet hoc in loco: Et simili modo alia sequentia verba: quemadmodum & multis aliis in locis reperitur.

a ¶ Christum. b ¶ Dirigens.
c ¶ De exultatione Christi, & suorum aduersariorum ruina.

¶ vide Psal. 4.

a †In finẽm Psalmus cântici Dauid. PSAL. LXVII.

a ¶ Iam factum est. Surrexit Christus, & dispersi sunt Iudæi per omnes gentes.
b ¶ Hic in resurrectione Christi, & post in iudicio futuro.

b Xũrgat Deus & † dissipẽntur inimici eius: 1 2

† dispergũtur/possũt verba Psalmi huius legi in futuro.)

PSALMVS LXVII.

b *Exurgat Deus & dissi.* CASSIOD. Confidenter optat quod scit futurum.

✻ BASI-

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXVII.

✻ EXurgat. *Huic Psal. Premittitur talis titulus in Hebræo*, Ad victoriam Dauid Psal. cantici, & in transf. *Hieron*: Victori Dauid Psal. cantici, *et est eadem sententia vtrobique, qua patet ex prædictis in aliis titulis. Ex titulo autem isto apparet author huius scilicet, Dauid. De materia verò huius Psalm. dicit Rab. Sal. & alij Heb. et etiam aliqui do. Catholici, in hoc eos sequentes, quod Dauid fecit hunc Psal. pro gratiarum actione de beneficiis collatis populo Israel, partim in egressu de Ægypto, partim in progressu per desertum: & partim in egressu terrę promissionis, & post egressum. Dicunt tamen quod ista beneficia non ponuntur in hoc Psal. eodem ordine, quo fuerunt facta, sed quantum ad aliqua, prior à posl ponuntur posterioribus, & èconuerso: & quia ista expositio est multum intricata, et in aliquibus videtur extorta, & cum hoc etiam satis prolixa, ideò eam dimitto & accipio aliam, quę magis consonat scripturę noui Testamẽti. Paulus enim apostolus Ephes.* 4 *b. Exponit scripturam huius Psal. de missione spiritussancti post ascẽsionem Christi, dicens* Vnicuique nostrũm data est gratia, secundum mensuram donationis Christi, *propter quod dicit*: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus: *propter quod videtur quod Psalmus iste ad literam non sit gratiarum actio de præteritis beneficiis, sed magis prophetia de futuris per Christum exhibẽdis. Quod prauidens Dauid in spiritu fecit Psal. istum. Secundum igitur hunc sensum Psal. iste in duas partes diuiditur: quia primò agitur de Christi resurrectione: secundo de eius ascensione, et cum istis agitur de beneficiis sequentibus ad ea, secunda incipit ibi,* Cantate Deo. *Circa primum Dauid postulat Christi resurrectionem, dicens,*

1 Exurgat Deus, *Quia Christus mortuus fuit ex humanitatis infirmitate, sed resurrexit ex diuinitatis virtute.*

2 Et dissipentur ini. *Id est, Iudæi, qui in vindictam mortis Christi per Titum & Vespasianũ, partim fuerunt trucidati, et partim captiuati* ✻ *& per*

MORALITER.

† 1 *Exurgat.* Psalm. iste, secundum Hebræos est gratiarum actio pro beneficiis exhibitis populo Israel, partim in exitu de Ægypto, partim in progressu per desertum, partim in accessu ad terrã promissionis. Sed mihi videtur, quod est magis prophetia de beneficiis per Christum exhibitis in sua resurrectione ascensione: quæ prævidens Dauid in spiritu fecit hunc Psalmum. Quem sic exposui secundum sensum literalem. Et quoniam iste sensus est etiam spiritualis, non occurrit mihi alius sensus spiritualis conuenientior hic ponendus.

† MORAL

☞ ✻ Basilivs. *Exurgat Deus*, Tempus inquit, surgendi do-
A mine, & humanam adornandi salutem. Confestim enim in fugam
factus vertetur, aduentus tui splendore dispulsus.

a *Et fu. qui ode.* Hieronymvs. Vel de pœnitentibus legi
potest in bono, quasi, odientes *fugiant et dissipentur*. Sed a-
lij *sicut deficit fumus deficiant*: non vt in nihilum redi-
gentur, sed vt quie-
scant à peccatis suis.
Et sic *pereant pecca-*
tores per pœniten-
tiam, in eo quod ma-
li sunt: *A facie Dei*,
† letentur id est, à præsentia
gratię eius; *sicut fluit*
B *cera à facie ignis*: vt
lachrymis pœniten-
† vel exul- tiæ admoto igne spi-
tate eum. ritus sancti duritia eo-
rum soluatur.
† Iha, id b *Qui oderunt.* Avgvst. Pertinaces à
est, existẽs. præsentia tollantur
eius, qui vbique præ-
sens; graue maledi-
ctum, vt velint &
conentur, quod nullatenus fieri potest.

✻ Evthymivs. Fugiant à præsentia & conspectu Dei,
illius vultum in carne ferre nequeuntes. Quod etiam re ipsa ac-
cidisse videmus: cum sic vbi Christus coleretur, illius adeò
præsentiam fugerent dæmones, vt retro nunquam conuerterentur.

c *Sicut de.fu.* Cas. Fumus ex flamma ascensu vanescit; ita pec-
C catores ex flamma nequitiæ fumiferas actiones producunt: & ipsa
elatione deficiunt.

✻ Basilivs. Quemadmodum enim fumum ventorum
dispellunt impulsus: ita aduentu tuo domine omninò in vanum
redigentur mortalium inimici.

✻ Evthymivs. Sicut deficit fumus aspirante vento, ita
etiam hi dæmones deficiant, impulsi nimirum ac dissipati à san-
cto spiritu.

✻ Beda. *Dissipentur* inimici Iudæi, & *deficiant*; sicut fumus
ab igne surgens in altum ascendit, & sic deficit: sic Iudæi ab igne
odiorum suorum in superbiam elati super Christum clamauer-
unt, Crucifige, crucifige eum. Et capto insultauerunt, ac pen-
dentem irriserunt.

d *Sicut fluit.* Avg. De pœnitentibus dici potest; vel in iudicio

a ¶ Non loco, quia vbique presens est; sed metu animi, timendo, non latendo. b ¶ Aug. Non ea, quam non vident, que vbique est; sed à presentia qua in nubibus venit, id est, præconibus. ¶ Id est, timeant: à præsentia sanctorum. c ¶ Aug. Extulerunt se ignibus odiorum insultantes crucifixo, & inde mox euanuerunt.

a & fugiãt qui oderunt eum à facie eius. Sicut † deficit fumus
b
a ¶ Id est, sic pereant peccatores à facie Dei. ¶ Annihilatur.

deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores
¶ Econtra. a ¶ Iucundentur, qui laborauerunt in vinea, contemplatione Dei hic & in futuro.
b ¶ Cas. Non coram hominibus vana iactantia. ¶ Vel modo, vel tunc. c ¶ Qui sine errore inspicit.

à facie Dei. Et iusti † epulẽtur, & exũltent in conspẽctu
a ¶ Et si iam insultent inimici timore cum tremore. b ¶ Et ideo. ¶ Mente. ¶ Etiam exultate
c ¶ Viuendo Deo. d ¶ Id est rectè operemini gloriæ eius.

Dei, & delectentur in lætitiã. Cãntate Deõ, † psalmũm di-
a ¶ Aug. In corda credentium. ¶ Cassio. Vel corda vestra parate, vt intret: quia impolluta via eius.

cite nomini eius: † iter facite ei qui ascendit † super
a ¶ Quia. ¶ Quod si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. 1 Cor 2 b. b ¶ Essentiale ¶ Etiam dum faciendo iter occurrunt trifilia. ¶ Non modo, non deficiatis, verum.

occasum, † dominus nomen illi. Exũltate in con-
a ¶ Non hominum. b ¶ Aug. Quia qui vos turbant in conspectu hominum, c ¶ Cuius?

spectu eius: turbãbuntur à facie eius, † patris,

à facie Dei tollentur mali: qui erit ignis ad pœnam impiorum, & D
lumen iustorum.

✻ Evthymivs. Aspectu ignis cera liquescit, ita dæmo-
nes à conspectu Christi, qui ignis consumens est, defluentes e-
uanescant. Et quòd ait *pereant*, non ideò dixit, quia prorsus de-
lendi sunt dæmones,
ita vt amplius nulli
sint: sed quia in eisdẽ
1 amplius locis non re-
2 gnabunt. Eosdem e- † propelli-
3 tiam dæmones pro- turfumus,
4 pheta peccatores ap- propellas
pellat, quia & primi eos.
omnium in Deum
peccauerunt, & quia
5 peccatorum inuen-
tores meritò dici pos-
sunt.

Sicut fluit. ✻ Be- E
da. Licet istud in bo-
num de Iudæis possit † super
accipi hoc modo: Sic cœlos,
pereant peccato-
6 res Iudæi, quod pec-
7 catores à facie Dei
8 id est, per præcones.
9 Hoc est, sic diffluat † pater.
10 duritia cordis eorum in lachrymis pœnitentiæ per ignem con-
11 stantiæ sanctorum martyrum; sicut cera igni adhibita fluit. Et hoc
sit dictum quantum ad quosdam Iudæos, ad Apostolos acce-
dentes, qui dixerunt. *Quid faciemus viri fratres*, &c.

e *Epulentur*, Cas. Avg. In deliciis, quæ sunt in conspectu
Dei. *Et delectentur*, hoc potest eos delectare, quod læti sunt: quia
non est finienda eorum lætitia.

✻ Basilivs. His ostendit quod non contra homines, sed F
cõtra dæmones orationem hanc protulerit, quibus dispulsis & in
vanum redactis, exultaturæ erant Gentes & Deum seruatorem
laudaturæ.

f *Cantate Deo.* Avgvst. Conuertit se ad eos, quibus tantam
spem dedit & hortatur.

g *Qui ascendit.* Avgvstinvs. Non eum excipiet noua vi-
ta, nisi vetus occiderit; vel, resurgendo casum corporis vicit.

h *Super occasum.* Cassio. Occasus mortis cædit illi, super
quem sol iustitiæ oritur. Et ne dubites quis iste sit, quia *dominus*
nomen illi essentiale, quem Iudei vt communem hominem occi-
derunt.

i *In conspectu.* Cassiodorvs. Consideratio præmij futuri
ærumnas mitigat.

☞ *Orphano.*

NICOLAVS DE LIRA.

✻ *& per orbem dispersi. Vel aliter:* Inimici eius, *Id est, spiritus maligni, qui Christo resurgente fuerunt confusi & spoliati.*

1 Et fugiant, &c. *Id est, dæmones,*

2 A facie eius, *Quia post resurrectionem in nomine Christi fugabantur dæmones de obsessis.*

3 Sicut deficit fumus defi. *Non est per hoc intelligendum corruptio eorum quantùm ad naturam eorum, cum sint immortales; sed dejectio eorum à potestate, quam habebant super homines. Adorabantur enim communiter in idolis, quæ idololatria per orbem est annihilata.*

4 Sic pereant pec. *Id est, dæmones modo prædicto, qui propriè vocantur peccatores, quia sunt in peccato obstinati, quia irremediabile est peccatum angeli.*

5 Et iusti epu. &c. *Quia post resurrectionem Christi fideles simul habitantes in Ierusalem reficiebantur in domino exultantes, secundum quod dicitur Act. 2.* Perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem: sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis collaudantes Deum.

6 Cantate. *Consequenter agitur de Christi ascensione, & eius beneficiis: & primo inuitantur angeli ad laudandum Christum ascendentem; secundo homines, ibi,* Regna terræ cantate Deo. *Circa primum primo inuitantur angeli ad eius ministerium; secundo ad consortium, & ad vtrumq; cum exultatione, secunda ibi,* Currus Dei. *Prima adhuc in duas, quia primo Dauid facit propositum; secundo ad hoc induceit exemplum, ibi,* Deus cum egre. *Circa primum dicit sic,* Cantate Deo. *Et dirigitur hoc verbum principaliter ad angelos, qui Christo ascendenti exhibebant ministerium cum laudibus: vnde in eius ascensu apparuerunt angeli, vt habetur, Act. 1.*

7 Iter fa. ei. *Id est, ministerium exhibete Christo ascendenti: non propter sui indigentiam, sed ad eius magnificentiam.*

8 Qui ascend. super occ. *In Heb. habetur:* בערבות Baaraboth. *Id est, in* Araboth. *et vt dicunt Hebræi, nomen est proprium vnius de septem cœlis, qualiter autem distinguant septem cœlos, non est præsentis speculationis, sed secundum eos hæc est vera littera: Qui ascendit in cœlum: quod competit Christo, Quia Christus ascendit ad cœlum empyreum, quod antonomasticè cœlum dicitur: & ideo dicitur hic cœlum sine additione; eadem vero sententia designatur per hoc quod hic dicitur,* Qui ascendit super occasum, *Iudæi enim adorabant ad occidentem, sicut declaratum fuit plenius in Exo. & 3. Reg. in quibus agitur de dispositione tabernaculi Moysi & templi Salomonis: per hoc ergò quod dicitur Christus ascendisse super occasum, intelligitur ascendisse super locum adorationis humanæ, scilicet, ad locum adorationis angelicæ, qui locus est cœlum empyreum, vbi angeli adorant & venerantur Deum, ideo & de Christo subditur,*

9 Dominus nomen illi. *Et dicitur* dominus *absolutè, quia præest omni creaturę, secundum quod dicitur Mat. vlt. d.* Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

10 Turbabuntur à facie eius. *Scilicet inimici sui, de quibus dictum est in principio huius psal.*

11 Patris orphanorum. *Id est à facie illius, qui est pater orphanorum, & iudex viduarum proprium enim ipsius Dei est misereri.*

a *Orphanorum*, AVGVST. Quibus mortuus est pater, mundus & diabolus; & mater concupiscentia. *Viduæ*, quibus error maritus moritur; In quibus habitat Deus, quos colligit, quos trahit: quia de viduis & orphanis facit sibi templum, in quo est.

b *Deus qui inhabitare*. HIERO. In Hebræo habetur: *Dominus autem inhabitare facit monachos in domo*, in quibus non cohabitat peccatum.

c *Vnius moris*. AVGVST. Vnanimes, vnum sentientes: iste est sanctus locus Dei; non omnes qui in domo, in qua & vasa contumeliæ; hunc autem locum gratia ædificat, non meritis vnde subdit, *Qui educit vinctos*.

B ✻ EVTHYMIVS. *Vnius moris* μονοτρόπους homines eos esse intellige, qui iusti sunt ac virtute prædi-

[illegible] sint mortui in operibus mortuis; vincti verò volunt ambulare, nec possunt; hi soluuntur per gratiam, illi resuscitantur.

f *Deus cum egre*. CASS. Diapsalmus de verbo euangelij per egressum Christi. CASS. *Deus cum egre*. Verè educis, quia præfiguratus est egressus eius coram Israel, dum in columna nubis, & ignis, apparuit in deserto, & manna satiauit. Exod.13.d

ALLEGORICE AVG. *Egressus* dum apparuit hominibus per humanitatē, vel dum *educit vinctos*, id est, suscitat. *Transit in desertū*, cùm ad gentes venit.

BASILIVS. *Egredereris*. Quasi dicat. Cum transiturus esses solitudinem illam, quæ nondum lucis splendorem acceperat, terram quidem concussisti

[illegible] ac commouisti, cœlitus verò gratiæ tuæ guttas distillasti.

✻ EVTHYMIVS. Quando dixisti ad Iudæos, ecce dimittitur domus vestra deserta; & quando Hieremiæ prophetia ex persona Christi prolata, finem accepit, quæ dicit, *Quontam dereliquerunt domum meam, diuisi hereditatem meam*. Tunc enim postquam *egressus es recedens à conspectu populi*, qui eousque tuus fuerat, *& pertransisti* ad ecclesiam ex gentibus congregatam; quæ olim *deserta erat*, ac nuda omni scientia, atque cognitione Dei, sterilisque atque in fructuosa germine virtutum: tunc inquam postquam existi, *terra mota* est, passionis nimirum & resurrectionis tempore, & *cœli distillauerunt* descendente sancto spiritu, in die Pentecostes.

g *Terra mo. est*. Quia tunc terreni videndo tanta mirabilia moti sunt.

h *Cœli distillauerunt à facie Dei*, Manna, dum in modum stillicidij manna descendit à facie Dei, cuius præsentia per columnam noscebatur.

AVGVSTINVS. Mons Sina à facie Dei fumauit, (secundum aliam literam) quando Moyses ibi legem accepit.

☞ *Pluuiam*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *Orphani autem & viduæ magis indigent diuina misericordia, quam aliæ personæ: & ideò Christus verus Deus dicitur* pater orphanorum *eos nutriendo, &* iudex viduarum, *eas de iniuriis sibi illatis, quæ eis solent inferri, eò quòd non possunt se defendere, vindicando.*

1 Deus in loco sancto suo. *Hoc est in cœlo empyreo; licet enim secundum deitatem sic vbique per præsentiam, essentiam, & potentiam: in cœlo tamen empyreo dicitur esse specialiter per gloriæ refulgentiam; secundum etiam humanitatem assumptam est ibi, sicut in loco proprio & determinato.*

2 Deus qui inhabitare, &c. *Per quam potest intelligi ecclesia triumphans, quia omnes ibi habitantes sunt in charitate perfecta concorditer viuentes. Potest etiam domus Dei dici ecclesia militans, quæ valdè vnanimis post ascensionem Christi sub apostolis, secundum quod dicitur Act.4.f.* Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna, nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. *Et quia illo tempore multi de Iudaismo & de gentibus ad fidem Christi conuertebantur, vt habetur Act.2.& in pluribus locis, ideò subditur,*

3 Qui educit vinctos in fortitu. &c. *Circa quod sciendum, quod dicit Aug. super Ioan. Maius est iustificare impium quam creare cœlum & terram, & ideo iustificare impium est opus magnæ fortitudinis, & maximè quando tenetur in peccato ligatus vitio consuetudinis: & hoc notatur cum dicitur,* Qui eduxit vinctos in fortitudi. *Sed adhuc maioris fortitudinis est, quod ali quis non solum prædicto modo ligatus, sed etiam actu persequens fidem conuertatur, & de infidelitate educatur, qualis fuit Paulus, & plures alij, ideo subditur,*

4 Similiter eos qui exasperant, *Scilicet, contra Christum verbis & factis: propter quod dicit Christus Paulo Act.9.a.* Saule Saule quid me persequeris? *Sed adhuc difficilius videtur, quod aliqui mortui in infidelitate seu mortali peccato resuscitentur & ad fidem seu pœnitentiam reuertantur, sicut fuit de iuuene resuscitato à sancto Ioanne euangelista: & de illo qui per suspendium se interfecerat, resuscitato à beato Martino; & de multis aliis diuina virtute sic resuscitatis in nomine Christi; ideo subditur,*

5 Qui habitant in sepulchris, *Translatio Hieronymi sic habet;* educit vinctos in fortitudine. *Increduli autem habitauerunt in siccitatibus, & sic est alius sensus talis: Increduli, scilicet, in infidelitate obstinati, habitauerunt in siccitatibus: id est, caruerunt humore virtutis & gratiæ.*

6 Deus cum egredereris in conspectu populi tui. *Hic consequenter adducitur exemplum ad propositum, vel potiùs argumentum, ex exemplo deductum: quia maius fuit Christum in cœlum ascendere quam angelum in persona dei loquentem ad dandum legem super montem Sinai descendere: & ideo quia tunc facta fuit specialis gratia populo fideli, multo fortius debuit in Christi ascensione fieri, & hoc est quod dicitur,* Deus cum egredereris in consp. populi. *exeuntis de Ægypto, quem præcedebat dominus per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, Exod.13.*

7 Cum pertransires in deserto, *Scilicet, vsque ad montem Sinai.*

8 Terra mota est, *Quia mons Sinai videbatur tremere:*

9 Et enim cœli distillauerunt à facie Dei Sinai: *Id est, Dei descendentis in monte Sinai, quia nubes densissima operuit montem Sinai Exod.c.ex qua nubes stillabant pluuia: ex hoc concludit dicens,*

☞ *Pluuiam*

a *Pluuiam.* Hoc est quod cæli distillauerunt manna, *voluntaria*, quæ satisfaceret voluntati illius gentis auidè comedendi.

b *Segregabis Deus hæreditati tuæ.* Quia non aliis gentibus dedit, quod tunc Iudæis.

c *Infirmata, &c.* Ad tempus, dum Christo non credidit.

CASSIODOR. *Perfecit* Deus hæreditatem suam, dum gentes in supplemẽtum admisit. Subdit vnde perfecit.

d *Animalia.* Id est, gentes tuę, dum credunt, habitant in hæreditate, id est, in ecclesia. Quæ sunt animalia exponit.

e *Parasti.* prædestinatos dicit, quia ab origine mũdi præparati sunt.

✠ EVTHYMIVS. *Pauperi.* Per pauperem, gẽtilem populum intelligit, qui nullas olim spirituales diuitias acceperat. Neque enim legem habebat, aut prophetas: sed præ summa Dei benignitate aliæ eis paratæ fuerunt diuitiæ: illa nimirum pluuia voluntaria.

✠ BASILIVS. Hanc nominat *voluntariam* propter animi libertatem.

AVGVSTINVS. Vel, *mons Sina à facie Dei Israel*, subaudi distillauit, id est, sunt cœli & montes, scilicet, apostoli. Nec tamen dicit montes, sed mons, idem significans singulari numero quod plurali. Et dicuntur *mons Sina*, quia legem distillauerunt, vnde terræmotus, quia turbantur homines legem implere non valentes: & hæc *pluuia* est lex, quam soli Israeli dedit. Et *infirmata* est lex, vel *hereditas*, lex, quia minatur, nec adiuuat, & ita infirmos facit, *Populus*, quia abundauit delictum data lege, sed Deus *perfecit* legem per spiritum datum, vel, populum in quo superabundauit gratia.

CASS. Hæc mystice, sed secundum figuram, cùm transiuit in deserto coram Israel in columna nubis & ignis. *Terra mota est*, id est, homines visis illis miraculis. *Cœli* manna *stillauerunt*, & manna fuit *pluuia voluntaria*, quæ soli Israel data est, vt voluntati illius satisfaceret. Israel autem infirmatus est fastidio illius cibi, desiderans carnes Ægypti: sed ille percussus est à Deo, non perfectus, mittit ergo ad mysterium.

AVGVSTIN. Quidam libri non habent *mons*, sed *à fa. Dei Sina Israel.* id est, qui legem dedit populo Israel: quia qui legem dedit per Moysem, qua terreret: dedit & benedictionem per apostolos, qua liberet.

f *In dulce.* CAS. *Dulcedo* est, qua bonum fit, non timore pœnæ, sed delectatione iusticiæ.

g *Dominus da. verbū.* Virtutes multas euangelizantibus verbum.

✠ EVTHYMIVS. Hoc ad apostolos pertinet, quibus, cùm piscatores essent atque idiotæ, subministrauit Deus sapiẽtiæ verbum: atque hoc tanta cum virtute, vt multa etiam atque admirabilia operarentur miracula.

h *Euangelizantibus,*

✠ BASILIVS. Quos supra animalia vocauit, hic appellat Euangelistas: Et quoniam piscatores erant & publicani, constituti vero sunt philosophorum ac sophistarum doctores.

i *Rex vir.* HIER. Apostolorum, vel dilecti.

CASSIOD. Pater est rex angelorum, quibus imperat & ipse dilectus.

AVGVSTINVS. *Rex virtu. dilecti.* Filij, id est, pater, vel more veteris scripturæ Christus *rex virtutum* Christi, id est, suarum, vt fecit Moyses, sicut præcepit dominus Moysi.

k *Dilecti di.* CASS. Repetitio *dilecti* ad commendationem: Sed non est hæc repetitio in omnibus libris, sed siue sit, siue non, hic est sensus, *dilecti* non solum ad alia, sed etiam ad diuidenda spolia, quæ diuidendo, speciosam fecit ecclesiam.

l *Si dor.* AVGVSTINVS. *Dormire inter me. cle* est in autoritate duorum testamentorum requiescere, & pacifice acquiescere, *pennæ columbæ dearg. prædicatores* quorum prædicatione in cœlum fertur gloria ecclesiæ.

✠ EVTHY. *Dormire* in præsenti loco posuit pro *mori*, sermo tamen prophetæ est ad Apostolos, dicens, ita demum adducentur vobis hæc spolia, si moriemini *inter medios cleros* hoc est inter medias gentes, quæ in *clerum*, hoc est in sortem, vobis datæ sunt.

m *Columbæ.* AVG. CAS. Columba, ecclesia, de qua in canticis, *vna est columba mea*, hæc est *deargentata*, diuinis eloquiis erudita, per argentum enim figuratur diuinum eloquium vnde alibi, *Eloquia domini, argentum, penna columbę* doctores ecclesiæ, per quos exaltatur ecclesia, & illa semper volat ad alta: quorum

☞ prædi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Pluuiam volunt. *Id est, multo magis ecclesiam tuam, (quę est hęreditas tua, empta tuo sanguine,) irrigabis voluntariè pluuia gratiæ tuæ.*

2 Et infirmata est. *Quia post ascensionem Christi ecclesia in Ierusalem collecta multas persecutiones sustinuit, vt habetur Act. 8. & 9.*

3 Tu vero perfe. eam. *Quia Deus tantam virtutem contulit credentibus, quod ex illis persecutionibus magis creuit & confirmata fuit fides catholica.*

4 Animalia tua ha. in ea *Id est, fideles tui, qui in pluribus locis sacræ scripturę dicuntur oues domini: & eodem modo accipit Ra. Sa. quod animalia Dei sunt filij Israel.*

5 Parasti in dulce. tua pauperi. *Id est, populo catholico (qui fuit pauper et abiectus in principio) parasti ad sufficientiam, secundum quod dicitur Act. 4. g.* Gratia magna erat in omnibus illis, neque enim quisquam egens erat inter illos.

6 Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. *Quod fuit tunc impletum, secundum quod dicitur Act. 4. g.* Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis domini nostri Iesu Christi.

7 Rex vir. dilecti. *Translatio Hieron, habet:* Reges exercituum fœderabuntur: *quia per predicationem apostolorum aliorumque discipulorum Christi non solum vulgares homines, sed multi reges, principes & potentes fuerunt fœderati cum Christo, per susceptionem fidei, & hoc est quod dicitur hic,* Rex virtutum, *id est, reges potentes, & accipitur hic singulare pro plurali, sicut Exod. 8. f.* venit musca grauissima, *id est, multitudo muscarum.*

8 Dilecti. *Id est facti sunt dilecti ipsius Christi, qui est dilectus patris, secundu quod dicitur Matt. 3. c.* Hic est filius meus dilectus, &c.

9 Et speciei domus, &c. *Quia principes & potentes conuersi ad fidem, dederunt ecclesiæ pretiosa donaria, ex quibus ornata est ecclesia, vt patet in pluribus historijs, & sanctorum legendis: & hoc est quod dicitur,* Et speciei domus, *hoc est ad speciem & decorem domus* Dei, *quæ est ecclesia, pertinet.*

10 Diuidere spolia. *Hoc est, diuersis ecclesijs & personis ecclesiasticis diuidere predicta donaria. Consequenter ostenditur qualiter temporalibus talibus sit vtendum, cum dicitur.*

11 Si dormia. *Ad cuius intellectum sciendum, quod* κλῆρος *Græcè, idem est quod sors Latine,* Columba *autem hic accipitur pro ecclesia, quæ frequenter columba nominatur in Canticis.* Pennæ *autem huius* columbæ *sunt virtutes eam ad cœlestia eleuantes, dicit ergo,* Si dormiatis. *id est, quiescatis.*

12 Inter medios cleros. *id est, inter status ecclesię, scilicet, militantis & triumphantis: quod fit quando sic vtuntur homines bonis præsentis vitæ, vt non amittant bona æterna, sed magis acquirant: quia sicut diuitię impedimenta sunt reprobis, ita probis sunt adiumenta virtutis, vt dicit Amb. super Lu. Et sic,*

13 Pennæ col. dearg. *Sunt, quia præsens vita ducitur in conscientiæ puritate.*

predicatione in cœlum fertur.

A ✠ Basilius. *Pennas columbę* Spiritussancti gratiam dicit, quæ in specie columbæ supra Iordanis fluenta descendit.

✠ Euthymius. *Columbam* putamus Christum esse, ob eius nimirum mansuetudinem, ac patientiam: per huius autem columbæ *alas*, Christi corpus intelligere possumus, veluti

† inter scapulas eius in viriditate auri. Cant. 1. 2. † disperget, imponet omnipotens. † Basan. † saltatis, contēditis insidiamini, montes excelsi.

a ¶ Diuinis eloquijs eruditæ. b ¶ In resurrectione vel in fine.
¶ Si dormiatis, &c. eritis pennę, quod non est nisi per discernentem, quia, dum discernit.

a deargentatę, & † posteriora dorsi eius in † pallore auri.

a ¶ Aug. diuidens singulis prout vult. b ¶ Qui ascendens superomnes cœlos.
c ¶ Rectores vel doctores. d ¶ Columbam, vel hæreditatem e ¶ Incomparabiliter.

Dum † discernit cœlestis reges super eam, † niuę dealba-

a ¶ Per remissionem peccatorum. Ipsi rectores vel alij homines, b ¶ In vmbra gratiæ,
d ¶ Corpore Christi, ¶ Iste Selmon est mons in vertice montium, c ¶ Qui est;
¶ Ne quis audeat eum cęteris comparare, quia dicebant eum alij Ioannem, alij Eliam, quos increpat, vt quid suspicamini, &c.

b buntur in Selmon: mons Dei mons † pinguis. Mons †

a ¶ Lacte nutriens teneriores doctrinæ, ¶ Alias incaseatus, b ¶ Panecibans.

coagulatus, mons pinguis, vt quid † suspicamini

a ¶ Scilicet esse montem in quo, &c. b ¶ Christus,
¶ Vel mons iste est solus, qui patri placuit, vt in eo habitaret,

c montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est

a ¶ Aug. Per se, in alijs per ipsum habitat. b ¶ Alios montes,
¶ Aug. Vt aliquid sint, qui sine eo nil: vnde fiunt currus portando Deum, quos manendo in eis, & regendo ducit in finem, vt currum ad destinatum locum,

d Deo habitare in eo, etenim dominus habitabit

1 2 bimini in Selmon. Vel ita? Si vos ô pen- 3 4 medios cleros, tunc 5 niue dealbabuntur, 6 scilicet, homines, qui 7 per gratiã remissio- 8 nẽ peccatorum ac- 9 cipiunt. Vel, si dor- miatis vos, qui diui- dimini speciei do- 10 mus, eritis pennę co- lũbę deargẽtatę: hoc 11 est, in alta eleuabimi- ni, vel, vobis erunt 12 pennę, ambiguũ est.

† virore. † conspicietur alba tanquã nix quę est in Selmõ vel niuei candoris ipsa erit in obscuro. † excelsus vt mons Basan.

Cassiodorus. Diapsalmus, *dum discernit*, de donationibus Christi ascendentis, qui solus potest, & non alius.

Augustin. Dum gratia spiritussancti reges discernuntur super ecclesiam, *niue dealbabuntur in Selmon*; id est, vmbra; id est spiritussancti gratia, quia non meritis discernuntur, sed spiritu obumbrante ab æstu carnis, vmbra fit lumine & corpore: Lumen est verbum, cui corpus accessit: *verbum caro factum est*, & in eum credentes proteguntur.

b *Mons Dei mons pinguis.* Aug. Cas. Commendationem montis subdit: *Mons Dei mons vber*, vnde aquę irriguæ & suaues fluũt, *coagulatus* propter paruulos, sed *pinguis* fertilitate sua propter maturos. Vt quid ergo putaris alios montes esse hunc montem? † Iste solus est, in quo beneplacitum est Deo. Hic enim est mons, qui in Ezechiele vulnerat principem Tyri. † Ezech. 28. & 27.

✠ Basilius. In montem, quos hactenus vocauit euangelistas, animalia & reges. Sic & Isaias dicit, futurum est in postremis diebus, vt illustris sit mons domini; *Pinguem* autem & *coagulatũ* eũ dicit, eo quod multũ pabuli pascentibus in eo gregibus exhibeatur, & multum pinguedinis à diuina gratia accipiat.

✠ Euthimius. *Montem Dei*, ecclesiam fidelium appellat, veluti à terrenis eleuatam & contemplatione, atque actionibus suis tendentem in cœlum.

c *Beneplacitum est Deo, &c.* Aug. *Etenim dominus habitabit eum in finem*, id est vsque ad terminum maiestatis suæ, qui est finis sine fine, & plenitudo omnium.

d *Etenim dominus habitauit.* Augvst. Nullus vt iste, quia iste mons, scilicet dominus, habitabit illos montes, vsquequo ducat *in finem*, id est in se Deum contemplandum.

☞ Idem.

Nicolaus de Lira.

✠ 1 Et posteriora dorsi eius, *Id est, superiores partes pennarum, quæ sunt super columbæ dorsum,*

2 In pallore au. *Id est, terminantur in perfecta charitate, quæ habetur in statu patriæ. Consequenter ostenditur per quorum ministerium Deus talia agit, cum dicitur.*

3 Dum discer. cœlestis, *Id est pater cœlestis.*

4 Reges, *Id est, rectores,*

5 Super eam, *Id est, super ecclesiam: quod fuit factum, quando Deus decreuit mittere apostolos ad diuersas partes orbis ad regendam & ordinandam ecclesiam: ad cuius regimen & ordinationem apostoli instituerunt per diuersas partes orbis episcopos & sacerdotes Vt patet ex eorum gestis; ideò subditur.*

6 Niue dealbabuntur in Selmon, *Selmon vno modo est proprium nomen cuiusdam montis, vt habetur Iudic. 9. Alio modo est nomen appellatiuum, & significat* obscuritatem: *& sic accipitur hic ab Hebręis, & sic est sensus huius literæ,* Niue dealba. *Id est, super niuem dealbabuntur, & est modus loquendi Hebraicus. Vnde supra Psal. 50. Vbi habemus,* Super niuem dealbabor. *In Hebræo habetur,* & niue albabor, *id est, plus quam nix.*

In Selmon, *id est, illi, qui fuerũt in obscuritate errorum, quia per ministros ecclesię infideles conuersi ad fidem baptizabantur: & sic qui fuerant in obscuritate errorum super niuem dealbabantur, quia maior est dealbatio mentis, quam corporis, quanto spiritualia corporalibus præferuntur. Et quia sic augmentata fuit ecclesia, ideò subditur,*

7 Mons Dei mons pinguis. *Et incipit hic versus sequens præcedentem, in Hebræo, & in translatione Hiero. Et dicitur hic ecclesia* mõs pinguis *propter abundantiam gratiæ diuinæ, in primitiua ecclesia maximè.*

8 Mons coagulatus. *In Hebræo & in translatione Hiero. habetur* Mons excelsus, *& idem signat: quia coagulatio hic accipitur prout importat appositionem ad rem aliquam, per quam inaltatur. Et dicitur ecclesia mons excelsus vel coagulatus, quia secundum dictum saluatoris Matth. 13. d. assimilatur grano sinapis: quod cum sit minimum ascendet in arborem magnam per fidei dilatationem, propter quod de ea dicitur Esa. 2.* Erit in nouissimis diebus mons domus dei in vertice montium. &c.

9 Vt quid suspicamini. *Psalmista conuertit sermonem ad Gentiles idola colentes in delubris & phanis dicens,* Vt quid suspicamini, *id est, falso creditis,*

10 Montes coagulatos, *Id est, loca salutis extra ecclesiam esse, scilicet templa vestra, & idola.*

11 Mons in quo beneplacitũ, &c. *Id est, ille solus est vere mons coagulatus & pinguis, in quo beneplacitum est Deo cohabitare, cuiusmodi est ecclesia militans. Vnde dicit saluator Matth. vlt. d.* Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi; *Et ecclesia triumphans, in qua eternaliter cum sanctis habitabit, ideo subditur,*

12 Etenim dominus habitabit in finem, *In translatione Hieronymi habetur,* in sempiternum.

Currus

☞ IDEM. Alij autem montes sunt currus, per quos vehitur A Deus in vniuersum mundum. *Currus*, quia vnanimes copulati charitate, quos ad ministerium voluntatis suæ moderatur Deus, *decem milibus*, innumeris populis; multitudo sanctorum.

a *In finem.* AVG. Quia personaliter vnitus est ei, in quo habitauit *omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.*

✠ EVTHYMIVS. & BASILIVS. *In finem*, hoc est, perpetuò. Quid ad hoc dicent Iudæi? Ne-

† captiuasti. B que enim habitauit

†Et etiam rebelles, vt habitent cum domino Deo perpetuò dominus in Sion, sed certo ac finito tantum tempore.

b *Milia lætantium.* AVG. CASSIOD. Magnam multitudinem significat sanctorum, qui sunt *milia lætantium*, quia spe gaudent. *Dominus* enim *in illis Sina*, id est, in mandato quod sanctum est. Quid enim prodest mandatum, nisi dominus ibi sit, qui dat velle & operari? Aliter enim litera occidens: sed dominus per spiritum dat charitatem, qua C impletur, & ideò lætantur.

✠ BASILIVS. Non iam ô Iudæi, paucos sanctos habebit, quos inscendat, & in quibus habiter. sunt enim illorum multæ miriades, qui inscensione hac Dei digni habentur, imo numerum superant.

c *Sina in sancto* CASSIO. Est mons in quo data est lex. Dicitur mandatũ, in quo requieſcit dominus, quia in sanctis mandatis eius præsentia solet contueri.

In Sina. HIERONYMVS. vel in Sinai sancto, id est, qui in Sina monte olim dedit legem, ipse idem est in sancto, id est in Christo, qui est sanctus sanctorum.

d *Ascendisti.* AVGVSTINVS. Qui propter nos erudiendos descendit.

e *In altum.* Super omnes cœlos.

✠ EVTHYMIVS. *In altum*, hoc est in crucem, vel in cœlum. Ascensus autem hic libertatem ostendit, dum ait, *ascendisti*, sponte tua nimirum. Tu etiam ipsum diabolum, qui tyrannidem in nos exercebat, crucis iaculo confodisti, & gentium captiuitatem captiuasti, quam ille antea captiuauerit, eos in seruitutem redigens: propterea ipse dominus alibi ait, *cum autem exaltatus fuero à terra omnia traham* ad me.

f *Cepisti captiuitatem.* CAS. Prius apud inferos captos: hæc sunt spolia, Similitudo triumphi; *accepisti dona in hominibus* à patre, id est homines. Vel *dedisti*, secundum quod E Deus, *dona hominibus*, quod etiam fit in triumphis.

Cepisti captiuitatem. AVGVSTINVS. Vnde captiui dicuntur, quia capti retibus Petri, & sub leue iugum missi: vnde in hoc curru sunt milia lætantium, non plorantium.

Luc. 5. & Mat. 11. d. † Afferet nobis Deus salutem nostram, Sela, vel portabit nos Deus salutis nostræ, Sela Ephe 4 b. Matt. 25 d † Deus noster est Deus ad salutem, & domino Deo ad mortem sunt exitus, vel Deus qui nobis salutator est, est dominus Deus per quem mortem euadimus.

g *Accepisti.* AVG. Paulus apostolica autoritate, secundum quod filius cũ patre Deus est, dicit, *Dedit dona hominibus* mittens spiritum qui est patris & filij. Sed secundum quod idem est caput in ecclesia, *accepit dona* in membris, dum ipsa membra accipiunt, vnde. *Quod vni ex minimis fe. mi. fec.*

h *Quotidie.* AVGVST. Quia quotidie captiuat captiuos vsque in finem seculi. Et quia currum illum ducit, *in finem*, addit, *prosperum iter.*

i *Iter.* AVGVSTINVS Cursum vitæ; quæ verè prosperum, cum dux sit salutaris.

k *Deus noster.* CAS. Diapsalma. Exponit operationes, quæ ex supradictis eueniunt: Conquassatio inimicorum; conuersiones peccantium, martyria ab vtroque sexu.

l *Saluos faciendi.* AVG. Commendat gratiã, quia nullus saluus nisi per eum; sed ne dicas, cur ergo morituri? patienter fer, & mortem non indigneris, quia & domini, qui sine peccato fuit, exitus non alius, quam mortis: tamen voluntate, ne homo timeret mortem.

☞ *Exitus*

F

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Currus Dei. *Hic consequenter Psal. inuitat angelos ad deferendum Christo ascendenti consortium. Ad magnificentiam enim regis non solum facit multitudo ministrantium, sed etiam multitudo assistantium secundum quod dicitur Prouer. 14. d.* In multitudine populi dignitas regis, in paucitate verò plebis ignominia principis. *Et primò inuitat Psal. angelos ad Christi ascendentis consortium, secundo declarat ecclesiæ profectum, ibi*, Benedictus dominus. *Circa primum Psal. ad suum propositum præmittit exemplum de multitudine angelorum assistentium in datione legis, secundum quod habetur Deut. 33. a. vbi dicitur*, Dominus de Sinai venit, *& subditur*, Et cum eo sanctorum milia, *Id est angelorum, vt ibidem fuit expositum: & hoc est quod dicitur hic*, Currus Dei. *Dicuntur autem angeli Dei* currus Dei, *eò quòd sibi subsunt, & propter hoc dicitur in eis sedere, sicut in curru, vel in sede, secundum quod dicitur. infra Psal. 79. a.* Qui sedes super cherubim.

2 Decem milibus multiplex. *Id est, duplicatus. Vnde in Hebræo legitur:* Bis decẽ milia lætantiũ: *quia angeli sancti semper laudant Deum.*

3 Dominus in eis, &c. *Id est, associatus fuit per eos in legis datione super montem sanctum Sinai. Et ex hoc arguit quod maior multitudo debuit esse in ascensu Christi, dicens,*

4 Ascendisti in altum, *Id est, in cœlum empyreum:*

5 Cepisti captiui. *Id est, accepisti illos, qui in limbo detinebantur captiui, eos tecum ad cœlestia deducendo, quod fuit maius quam dare legem Mosaicam: & ideò debuisti habere tecum maiorem angelorum multitudinem.*

6 Accepisti dona, &c. *Id est, accepisti dona spiritussancti à Deo patre seu tota trinitate distribuenda hominibus, id est, apostolis aliisque discipulis in die pentecostes. Nec est per hoc intelligendum, quod Christus homo in sua ascensione acceperit spiritum sanctum, cum ab instanti conceptionis fuerit* plenus *spiritu* gratiæ & veritatis, *Ioh. 1. b. Sed pro tanto dicitur Christus* accepisse dona *spiritussancti in sua ascensione, quia ad declarationem suæ perfectæ glorificationis ad dexteram patris, datus fuit spiritussanctus in signo visibili apostolis, propter quod dicitur. Ioh. 7. f* Nondum erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. *Et quia spiritussanctus non solum datus fuit in signo visibili apostolis, qui Iudei erant, sed etiam Gentilibus, vt patet Act 10. a. de Cornelio & amicis eius & in pluribus aliis locis eiusdem libri de aliis de Gentilibus, ideo subditur,*

7 Etenim non credentes, &c. *Quasi dicat, etiam per dona spiritussancti factum est, quod Gentiles*, non credentes *scilicet prius in vnum Deum, habitent dominum Deum, & habitentur ab eo, quia per gratiam sancti spiritus Deus habitat in hominibus, & homines in Deo, secundum quod dicitur. 1. Ioan. 4. c.* Qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo: *& ideo ly* credentes, *potest teneri nominatiuè, vel accusatiuè.*

8 Benedictus *Hic consequenter Psalmista enarrat ecclesiæ profectum quod facit dupliciter: Vno modo declarando eius promotionem, Alio modo aduersariorum fidei depressionem. Secundum facit ibi*, Verumtamen Deus. *Circa primum dicit* Benedictus dominus die quotidie *id est, per singulos dies laudetur à fidelibus. Et causa subditur, cum dicitur,*

9 Prosperum iter fac. &c. *Promouendo ecclesiam de bono in melius ad salutem electorum. Et quia secundum apostolum. 1. Timo. 2. b.* Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, *ideo subditur,*

10 Deus no. Deus sal. faciendi. *Quia ab eo est salus hominum: perditio autem ex malitia eorum, secundum quod dicitur Osee 13. c.* Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum.

11 Et domini domini exitus mortis, *Id est à morte. Quia sicut proprium est Dei saluos facere, ita etiam à morte culpæ & gehennæ facere declinare. Et notandum, quod cum dicitur, hic*, Domini

a *Exitus mortis.* CAS. Id est, resurrectio, ne queraris de morte, quia Christus inde exiuit, & inde exire dedit. Ne mala pertinacium credas impunita, subdit, verumtamen capita, superbiam, vel authores Iudaicæ sectionis, vel seditionis vel hæresis.

✠ EVTHYMIVS. Ad protestatem inquit, Dei pertinet, vt à morte quis ad vitã educatur. Per mortem vero, & illam intelligere potes, quę corporis operationes extinguit: ipsam nimirũ naturalem mortem; Et illam, quæ virtutũ operationes in anima mortificat, quamappellamus peccatum. Ab vtraque enim morte potest nos Deus liberare.

B †ducã, reducã tedire faciam, suo.exercitum tuum cõtra te de profundis. †rubeat †ab ipsis.

Exitus mortis.

✠ BEDA. Quasi dicat, quid misera mortalis conditio indignaris? quid conquereris? non habes indignari sed consolari: vt enim patienter sustineas, non solum tribulationes, sed etiam mortem, habes conditionem, per hoc, quia domini Dei, dico specialiter & absolutè *Domini est exitus mortis*, quia non tantum tribulationes pertulit, sed etiam per mortem mundum exiuit.

b *Verticem capil.* CASSIOD. Versutias inanium quæstionum, quæ tales inimicitias calumniarum quærunt, vt capillos videantur perscrutari.

C c *Perambulantium.* ✠ EVTHIMIVS. Confringet, inquit, Deus capita *inimicorum perambulantium* verticem capilli, hoc est conculcantium verticem comæ comæ dico quorumlibet delinquentium. Capillum enim hic dixit pro coma. Conculcare vero delinquentium comam dicuntur demones, eò quòd peccatores quosque veluti sibi subiectos conculcant,

d *Ex Basan.* AVG Id est, confusione, quia confundetur de peccatis, qui pro eis orat Vel, Basan, dicitur siccitas, & de siccitate, id est, inopia iustitiæ conuertit dominus: non eos qui plenos iustitiæ se putant, cum sint inanes. Vel conuertar, quia conuertitur Deus his qui confunduntur de peccato, & qui sicci imbrem gratiæ desiderant, & secundum hoc *conuertar in profundum maris*, id est, ad eos, qui erant desperatissimi.

e *Pes tuus.* AVG. Id est, vt qui prius erant inimici, fiant *pes tuus*, prædicando vsque ad sanguinem, scilicet, vsque ad mortem: & *canes*, pro Deo latrantes, *qui edunt de micis &c.* D

Pes tuus. AVGVST. Illi soli ad officium reguminis assumendi sunt, qui quod percipiunt, alijs prædicant, qui manibus bonorum operum exequuntur, quod ore prædicant, vel docent, Vnde in Leuitico, Os turturis retorquetur ad ascellas.

a ¶ Est. b ¶ Qua nos liberat. c ¶ Etsi mortuus, vel licet saluator. d ¶ Aug. Vel vt humilientur hi, vel vt in tartara trudantur.

a exitus mortis. Veruntamen Deus † confringet capita inimi- 1

a ¶ Vt Arij. b ¶ Aug. Nimis extollentium se in delictis, in quibus saltem deberent humiliari, dicentes, Deus propitius esto mihi peccatori; sed & ibi superbiunt, & ruunt, secundum illud, Insipiens cogitatio, quę perducit ad culpas. c ¶ Extollentium. d ¶ Perseuerantium.

b c corum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis 2

a ¶ Confringet, quia Dominus dixit. b ¶ Ex gentibus etiam conuertet multos. c ¶ Aug. Ad eos qui iacent in profundo matis.

d suis. Dixit dominus, ex Basan † conuertam, conuertam in pro 3

a ¶ Seculi. b ¶ Vel conuertam eos, vel conuertar ad eos, vt intingatur. Quod non Deus, sed prophera dicit, conuersus ad ipsum. c ¶ Vel illorum. d ¶ Fiet vel erit.

e fundum maris. Vt † intingatur pes tuus in sanguine: lingua canũ 4

f

a ¶ Per conuersionem ex inimicis, sicut canes pro domino latrantes. b ¶ A teipso. c ¶ Intingatur &c. quia sic te vident præcessisse. ¶ A parte tua. d ¶ Cuius? Dei. ¶ O.

tuorum ex inimicis † ab ipso. Viderunt † ingressus tuos Deus 5

h i

f *In sanguine.* BASILIVS. Quoniam ostendit Deum veluti strenuum quendam victorem hostes expuguantem; sanguinis quoque riuos, & mortuos cõculcatos, ac insepultos proiectósque sermone depingit: hoc autem & per Esaiam clamat, *Torcular*, inquit, *calcaui solus, nec quisquam ex gentibus mecum erat, & conculcaui eos in furore meo, & ad terram sanguinem eorum effudi, & cum eos vincerem aspersa sunt vestimenta mea.* †conquas labit. E †itinera tua.

g *Canum.* AVG. In magno sacramento eos ducere iussus est Gedeon, qui vt canes aquam lamberent, trecentos tantum & non plures, in signo crucis propter *thau*, quæ trecentos significat.

✠ EVTHYMIVS. *Canes* Christi, Episcopi sunt qui insidiatores expellunt, & rationales greges custodiunt. Horum igitur canum intellectualis lingua intincta est, in sanguine, nimirum, qui profluebat ex inimicis. F

h *Ab ipso.* AVGVSTINVS. Quasi si quæras, vnde tantum bonum, vt *canes* eius sint cuius erant inimici? ait: *ab ipso*, id est eius gratia, non à seipsis.

i *Viderunt ingressus tuos Deus.* AVGVSTINVS. Vel visi sunt gressus tui Deus, quibus venisti in mundum, Hæc gratia latebat in veteri testamento: Modo patet, cum missus filius annuntiatur in gentibus.

✠ EVTHYMIVS. Per *incessus* hic actiones Christi in carne, conuersationémque, ac vitam eius intelligit, quorum omnium spectatores Apostolos fuisse legimus, iuxta quod per alium prophetam dicitur, *post hæc in terra visus est & cum hominibus conuersatus est.*

✠ BASILIVS. Ingressus Dei, dispensationes illius dicit.

☞ *Qui*

NICOLAVS DE LIRA.

domini, *Non est nugatio, quia in Hebræo sunt duo nomina, Primum est nomen domini tetragrammaton, quod signat Dei puram substantiam, Secundum est* adonai, *quod importat dominium, & per consequens respectum ad creaturam: & sic non est ibi nugatio, quia sunt nomina à diuersis proprietatibus imposita: propter quod Hieron. transtulit*, domini Dei mortis egressus: *quia vbicunque ponitur nomen domini tetragrammaton, quod est ineffabile, Hiero. transfert hoc nomen* domini *tantùm, pro* adonai *transtulit* Dei.

1 Veruntamen. *Hic consequenter declaratur aduersariorum fidei deiectio, & primo quantum ad Iudæos, secundò quantum ad Gentiles tyrannos, ibi*, Increpa feras. *Prima in duas, quia primo ponitur Iudæorum deiectio, secundo Christianorum exultatio, ibi*, Præuenerunt. *Circa primum dicit*, Veruntamen Deus confringet, &c. *Quasi dicat, quamuis Deus velit omnes saluos fieri, tamen vult capita inimicorum suorum puniri, secundum ordinem iustitiæ suę, cuiusmodi fuerunt sacerdotes & principes Iudęorum: vt habetur in textu euangeliorum.*

2 Verticem ca. &c. *Id est, ciuitatem Ierusalem, quæ erat caput regni Iudæę. Et dicitur* vertex capilli, *id est, capillosus: quia propter muros & turres eam circundante videbatur inexpugnabilis, sicut vertex capillosus dicitur fortis, & tamen fuit destructa & incensa à Romanis propter peccata Iudæorum eam inhabitantium. Modus autem destructionis eius subditur, cum dicitur,*

3 Dixit dominus: &c. *Ad cuius intellectum, sciendum, quod Iudæa in qua metropolis erat Ierusalem, est sita ex vna parte super Iordanem fluuium, iuxta quem est terra Basan, vt patet ex libro Numerorum, & ex alio latere super mare mediterraneum. Vespasianus autem missus à Nerone contra Iudæam, aggregauit sibi exercitum ex vtroque latere, scilicet per terram Basan, & per mare: & hoc est quod dicitur*, Dixit dominus ex Basan, &c. *Quia ex diuina dispositione facta est destructio Iudæę in vltionem mortis Christi, sicut prædixerat saluator Lu. 19. f.* Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris, *id est, conuertam exercitum contra Iudæam ex parte terræ Basan, & ex parte maris,*

4 Vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis, &c. *Quia in destructione Ierusalem tanta fuit occisio Iudæorum, quod pedes ambulantium tingebantur in sanguine: & canes secundum suum appetitum poterant sanguinem occisorum lingere. A principio enim belli vsque ad finem, fuerunt decies centena milia Iudęorum occisi, vt dicit Iosephus libro de Iudaico bello. Causa autem tantæ occisionis subditur, cum dicitur,*

5 Viderunt ingressus tuos Deus. *Iudęi enim viderant processum Christi per terram eorum prædicando, miracula faciendo, & ideo erant magis puniendi, tanquam excusationem sui sceleris non habentes, propter quod dicit saluator Ioan. 15. d.* Si opera non fecissem in eis, quę nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem viderunt & oderunt me, & patrem meum, &c. *Et ibidem præmittitur*: Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

1 Ingressus

¶ Inquam. a ¶ Verbi. ¶ Creatione. b ¶ Gubernatione. c ¶ Id est, sanctis.
vel in corpore. ¶ Templo. d ¶ Vt populi sequerentur. ¶ Vt isti gressus viderentur, Prævenerunt.

a β ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto. Prævenerunt
a ¶ Apostoli. b ¶ Non soli. c ¶ Bene operando ad gloriam Dei. ¶ Aug. Qui Dei laudes,
sonant. d ¶ Principes etiam. e ¶ Ne fœmineum sexum excludas. ¶ Quæ etiam ab
eis apostolis formam laudandi & patiendi sumunt.

c † principes coniuncti psallentibus, in medio † iuuenculārum
a ¶ Ergo ¶ Conuersi ex Basan. b ¶ Cui iactia. c ¶ Cui dulia.
d ¶ Vos dico potari.

d e f tympanistriarum. In ecclesiis benedicite † Deo, domino † de
a ¶ De doctrina apostolorum, vel in ecclesiis. b ¶ Aug De Israel prius elegit, quos fontes
faceret aquæ viuæ salientis in vitam æternam Ioan 4 b. c ¶ Inter fontes, vel in ecclesiis.
¶ Est. d ¶ Paulus apostolorum nouissimus. ¶ Nouissimè assumptus. ¶ Depolita
vetustate malitiæ. e ¶ Mentè sursum vecta.

g h i fontibus Israel. Ibi Beniamin † adolescentulus in mentis exces-
a ¶ Ibi etiam. b ¶ Sunt. c ¶ Qui in ecclesiis benedicunt Deum.

su. Principes Iuda duces eorum principes Zabulon
a ¶ Peristos. ¶ Docendo scilicet. ¶ Exemplum commenda. ¶ Cum Christus pro
nobis mortuus, quomodo non omnia nobis cum illo Deus donauit.

k & principes Nephthali. † Mandā Deus virtuti tuæ

1 Principes appellat, quemadmodum & alibi: *Constitues*, inquit, *eos Principes super omnem terram*. Hi igitur Principes, omnes alios credentes in fide *præuenerunt*; per *psallentes* verò, ipsos prophetas intelligit, eo quod omnia cecinerint, ac prædixerint quæ ad Christū pertinebant. His igitur prophetis Apostoli coniuncti fuerant, hic proximi ac vicini extiterunt, quia & tempore, & prædicatione illos consequuti sūt.

† cantores post psallentes.

† paruulus dominatur eis.

† Præcepit Deus forti tudine tuæ id est, Deus tuus dedit tibi robur & fortitudinem

d *In me.* Ministri, præpositi nouarum ecclesiarum Deum laudentium, carne domita & corio siccato ab humore peccati, & extenso à ruga duplicitatis.

e *In ecclesiis bene.* Cassio. Diapsalma. Precatur & affirmat, vt hęc inceptio dilatetur & confirmetur, pro qua & hæretici destruantur.

Augustinvs. *In ecclesiis.* Hæ sunt iuuenculæ tympanistriæ, ne quis carnaliter choros luxurię cogitet. Ecclesiæ quippe sunt adolescentulæ, noua gratia decoratæ.

In ecclesiis, non alibi, non in aliis conuenticulis.

✻ Basilivs. Hic de Ecclesiarum multitudine vaticinatur, in quibus ex fontibus Israeliticis; propheticis, videlicet libris, Deum laudare præcipit.

✻ Evthymivs. Hic sermo, legalis cultus cessationem prædicit, & Ecclesiarum multitudinem, quæ in variis orbis partibus erigendæ erant. Nam olim vnicum tantum erat omnibus Iudæis templum.

f *De fontibus Israel.* Cas. Vt ad eorum imitationem prædicetis, quæ decet: quia sunt principes fidei, spei, & charitatis, & per hoc Beniamin, id est, filius dextræ.

g *Ibi Beniamin, etc. Princi. &c.* Cassio. Per nomina tribuum, Christum Christum & apostolos indicat. *Ibi*, scilicet, in templo Ierusalem; Vel, in ecclesia. Interpretatio etiam nominum ecclesiæ conuenit.

Cas. Forsan ex his tribubus fuerunt apostoli: sed magis placet, quod ex interpretatione accipitur. *Iuda*, confessio, *Zabulon*, habitaculū fortitudinis; *Nephthali*, dilatatio, quę principibus ecclesiæ cōueniunt. Prima *confessio*, pro qua quicquid accipit, *fortiter* tolerandū est. Inde finitis angustiis, *latitudo* sequitur in præmio. Vel, *confessio* in fide *fortitudo* in spe, *latitudo* in charitate.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

† adolescentularum

† Deum dominum vel qui estis de ve-

✻ Beda. Inuitat eos ad societatem ecclesiarum, commendans consortes & duces, quos ibi habebant. Quasi dicat: Ideo in ecclesiis benedicere debetis; quia ibi est *Beniamin*, id est, Paulus de tribu nouissima Beniamin natus.

Na E

h *Adolescen.* ✻ Evthymivs. Seu magis vt poscit græca dictio, *iunior* dicitur quia vltimus omnium Apostolorum ad ὑσώτερον fidem accessit.

i *In mētis excessu* Seu vt proprie est græca dictio, *in ecstasi*, propter raptū eius ad tertiū cœlū, de quo ipse ait: *siue in corpore, siue extra corpus nescio*; *Deus scit*. Nam & in beato Paulo ea impleta sunt, quæ de Beniamin à Iacob patriarcha in benedictionibus prædicta fuerant: *Ben-iamin lupus rapax mane comedet; vespere diuidet cibum.* Ipse siquidē Paulus ab initio, lupi instar, ecclesiam vastabat furore, atque cædibus, penè eā deuorans: & tandē conuersus, non tantum his cædibus abstinuit, sed spiritualem cibum atque cœlestem panem ecclesiæ fidelibus, per vniuersum orbem, vt fidelis ac prudens distributor, diuisit.

E

k *Manda Deus virtuti tuę.* Cassio. O Deus notifica filium; quasi, quod enuntio futurum, perfice. Vel, *virtuti tuæ*, id est fortibus tuis iniunge, vt te annuntient. Vel ô pater, manda tuum opus *virtuti tuæ*, filio, vel spiritui sancto.

Augvstinvs. *Commendat enim Deus charitatem suam in nobis, quoniam cùm peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est:* quod benè & confidenter orat,

☞ *Confirma-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ingressus Dei, &c. *In hoc Psalmista confitetur deitatem Christi & eius humanitatem, in qua descendit à Dauid & aliis regibus*

2 Qui est in sancto, *Id est, in, cœlo empyreo, angelis et spiritibus appropriato*

3 Prœuenerunt. *Hic consequenter ponitur Christianorum laudatio, quæ processit non ex zelo vindictæ, sed diuinæ iustitiæ, cùm dicitur,* Prœuenerunt. *Circa quod sciendum, quod antequam venirent Romani ad destruendam Ierusalem, et terram in circuitu, Christiani ibidem existentes monitu angeli transierunt in regnum Agryppæ, quod erat confœderatum Romanis, prout habetur in Ecclesiastica historia. Et hoc est quod dicitur,* Prœuenerunt principes, *Id est apostoli, & alij principales inter Christianos: quia, sicut dictum est, prœuenerunt destructionem terræ inde recedendo, et ad regnum Agrippę transeundo, vbi cum aliis fidelibus insistebant diuinis laudibus, ideo subditur,*

4 Coniuncti psallentibus in medio iuuēcularū *Id est, virginum deuotarū: quia à principio ecclesię, aliquę virgines fuerūt Deo cōsecratæ, sicut patet de sacra Tecla, et pluribus alijs, vt magis patebit infra. Et vocantur hic* tympanistriæ, *nō quia vterētur tympanis materialibus, sed quia cum apostolis insistebant diuinis laudibus. Et hoc modo beatus Aug. virginē Mariā nominat* tympanistriā, *in sermone de natiuitate ipsius, dicens* Audite igitur quemadmodum tympanistria nostra cantauerit ait enim: Magnificat anima mea dominum, &c.

5 In ecclesiis benedicite Deo do. &c. *Hoc dicit, quia apostoli et primi discipuli Christi fuerunt de populo Israel, vt pater ex decursu euangelij: et ab istis tanquam à* fontibus *originata est deuotio laudis in ecclesiis.*

6 Ibi Ben-iamin. *Id est Paulus, qui fuit de tribu Ben-iamin, secundum quod dicit Ro. 11. a. Qui conuersus ad fidem iunxit se cum aliis fidelibus, vt habetur Act. 9.*

7 Adolescentulus. *Quia secundum veritatem adhuc erat adolescens, quādo fuit cōuersus, vnde dicitur Act. 7. d.* Et testes deposuerūt vestimēta sua secus pedes adolescētis, qui vocabatur Saulus, *et satis cito post fuit conuersus. Vel dicitur* adolescentulus, *quia inter alios apostolos fuit vltimo ad fidem vocatus.*

8 In mentis excessu, *Quia fuit raptus vsque ad tertium cœlum, vt habetur 2. Cor. 12. a.*

9 Principes Iuda duces eo. *Dominus enim noster Iesus Christus fuit de tribu Iuda secundum carnē, vt habetur Ro. 1. & per consequēns Iacobus, de tribu Ioannes, Simon, & Iacobus minor eius cognati germani, fuerunt de eadem tribu, vt videtur: et isti fuerunt cum alijs apostolis duces Christianorum. In translatione Hiero. habetur* : Principes Iuda in purpura sua: *quia propter Christum sustinuerunt martyrium. suo sanguine purpurati. Et licet Ioannes non transierit per gladium, tamen paratus fuit sustinere martyrium, quando fuit missus in feruentis olei dolium. Propter quod dicit Aug. libro de bono coniugali*: Non est impar meritum martyrij in Ioanne qui passus non est, & in Petro qui passus est.

10 Principes Zabulon & principes Nephthali. *Iste duę tribuunt acceperunt sortes suas pro magna parte in Galilæa, vt habetur in Iosue de qua fuerunt plures discipuli Christi vnde vocabantur Galilęi Act. 1. & ideo Deo de tribu Zabulon & Nephthali fuerunt ibi aliqui.*

11 Manda Deus virtuti tuæ. *Verbum est Psalmistā loquentis in persona primitiuę ecclesię. Et est sensus,* Manda Deus virtuti tuæ.

☞ *Id est,*

☞ a *Confirma hoc Deus quod op.es.* Incipiendo.

A *Confirma.* ✠ Evthymivs. Hæc ad filium dicta sunt, vt Euangelij prædicationem, quod in nos, vel propter nos operatus est, validiorem ac potentiorem reddat. Vel *confirma, quod operatus es à templo tuo*, hoc est, quod perfeciſti per assumptam humanitatem, quæ templum dicitur, ac tabernaculum diuinitatis. Nã quod ait *à templo tuo*, exponi debet, *per templũ tuum*.

a ¶ Iuuando. ¶ Per gratiam spiritus. b ¶ Fidem. ¶ Iudæis. ¶ In gentibus.
c ¶ Quod vèrè facies, vel quod si feceris. ¶ Vel operatus es in nobis. ¶ Non aliunde.

a confirmã hõc Deus quod operatus es in nobis. ✝ A tẽmplo
a ¶ Existente b ¶ Aug. quia non intelligendo nocent.
c ¶ Quia scriptura peruertunt, vel quia instabiles.
tuo in Ierũsalem, tibi offerent reges munera. ✝ Increpa feras
a ¶ Quia. b ¶ Superborum indomitæ ceruicis, hæreticorum. c ¶ Est.
¶ Seductibilibus inter mulierculas. ¶ Vnde Apostolus, ex his sunt, qui pe. domos, & captiuas ducunt mulierculas 2. Timo 4. b.
arundinis, congrẽgatio taurorũ ✝ in vãccis populorum:
a ¶ Sed non sine fructu, quia inde euenit. b ¶ Id est, emineant hi.
c ¶ Eloquijs Dei. d ¶ Sed. ¶ Ne rex dissipetur.
ũt exclũdant eos qui probati sunt argẽnto. ✝ Dissipã
a ¶ Propter genera sectarum. b ¶ Quia non correctioni, sed contentioni student.
c ¶ Quod fiet, quia. d ¶ Ad Christum dona ferentes.
¶ Precones reconciliationis. e ¶ Tenebris gentium.
gẽntes quæ bẽlla volunt: vẽnient ✝ legãti ex Aegy-

1 3 4 5 6 7 8 9 10

finfert vaccas.

B ✝ Dispergе

✝principes aut prælãtiores

b *A templo tuo in Ierusalem*, Quæ est libera, mater nostra, quæ est templum, à quo omne datum optimum; ab illo ergo templo.

c *Reges terræ.* Vel speciales tibi offerent munera, id est, sacrificia laudis. Sed quia huic laudi obstrepunt hæretici,

d *Increpa. fe. arun.* Avgvst. Id est, eos, qui mouentur omni vento doctrinæ.

C ✠ Evthymivs. *Increpa*, hoc est fac obmutescere, intellectuales leones, immites nimirum ac sæuos dæmones, qui veluti quidam leones *in arundinibus* latent, dum in leuite, ac sterilitate instabilium atque inconstantium in fide hominum, latebras ac nidos suos faciunt. Iuxtà quod de diabolo scriptum legimus, apud beatum Iob, quod sub omni dormit arbore.

e *Vt excludant eos qui probati sunt.* Avgvst. Hoc est quod Apostolus ait · Qui *probati sunt*, *manifesti fiant*; *vel* à vaccis exc. 1. Cor. 11. d. cludant probati. Nam stabiles, fortes, & graues non habent seducere, *In populo graui laudabo te.*

✠ Basilivs. Prædicit hic Iudæorum insultus, initio prædicationis contra pios factos. Hoc inquit, facient volentes excludere, & data salute priuare, eos, qui instar argenti igne examinati probati que sunt reperti.

✠ Evthymivs. Argento autem probatos dixit, pro probatos, tanquam argentum. Est enim Hebraicæ linguæ proprium idioma D

f *Dissipa.* Increpa feras, & etiam dissipa dissentientes.

g *Gentes quę bella volunt.* Avgvst. Hæreticos & alios eis consentientes, quos gẽtes vocat, propter genera diuersarum sectarũ: ne ibi series successionum confirmet errorem. Psal. 34.

✠ Beda. *Gentes* vocat illos eosdem, quos *feras* vocauit, id est, hæreticos; non propter nationum diuersitatem, sed propter sectarum varietatem. Alij enim fuerunt Donatistæ, alij Nicolaitæ, alij Arriani, alij Sabelliani. Et verè *dissipabit* Gentes tales, nam per legatos reconciliationis, & æternæ pacis, id est, per præcones sanctos hoc facies. † Propter templum E † Dispergе congregationem arundinis, id est, congregationẽ habẽtium arundines siue lãceas, congregationẽ taurorum quę est inter populos, qui vitulorũ sunt, donec vnusquisque eorum supplicet in fragmẽtis argenti, id est, fiat supplex & tributum pensitet.

h *Et Ægypto, Æthiopia.* Avgvst. Ægypti vel Æthiopiæ nomine fidem omnium gentium signat, à parte totum. Non ergo ex solis Iudæis, sed de gentibus præcones futuros prophetat.

Hieronymvs. Æthiopia Gentilitas nigra peccatis, festinat manus dare Deo. Similitudo à victis, qui armis depositis eas dant victoribus, ne intereant.

Præueniet manus eius. Avgvs. Id est, vindictam eius, per confessionem, ne manentes in peccatis puniantur.

✠ Evthymivs. *Præueniet*, hoc est extendet. Nam qui manum extendit, præuenire quodammodo illud videtur, quod procul iacebat. Extendit autem Æthiopia Candacem illum, quem *manum* nunc propheta appellat, veluti potentem inter Æthiopes. Vis etenim ac robur hominis in manu potissimum dignoscitur. Potens autem erat ille Candaces, cùm post reginam in imperio primus haberetur. Alij qui per Ægyptum vniuersum dicunt orbẽ significari, (eò quòd intellectualis Pharao totius orbis dominaretur) & per Æthiopiam eiusdem orbis fines denotari. Sunt enim Æthiopes in orbe omnium extremi, qui orientem incolunt & occidentem. Sequitur, F

☞ *Deo*

NICOLAVS DE LIRA.

id est, potestati angelicæ, quæ tua mandata exequuntur, scilicet, vt protegat nos & defendat. Quod tunc fuit factum, quia sicut dictum est, Ecclesia fidelium de monitu angeli transiuit ad Agrippæ regnum, taquam ad locum securum. Item tunc Petrus fuit eductus de carcere per angelum. Act. 12.

1 Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis, *Nos docendo, & resurrectionem tuam manifestando, & spiritum sanctum nobis mittendo.*

2 A templo tuo in Ierusalem. *Quia in illo templo Christus frequenter docuit. In monte etiam Sion, in quo erat templum, super apostolos aliosque discipulos spiritum sanctum misit, secundũ quod dicit Hieron. in epistola ad Paulinum de omnibus sacrę scripturę libris.*

3 Tibi offerent reges munera. *Per hoc enim quod Christus apostolos aliosque discipulos sic confirmauit, quòd constanter fidem prędicauerunt per orbem: multi reges conuersi dederunt multa & magna munera ad ędificationem ecclesiarum, & sustentationem pauperum Christianorum, amore Christi, sicut patet ex gestis apostolorum & aliorum Christi discipulorum.*

4 Increpa feras. *Hic consequenter innuitur Psalmista contra Gentiles tyrannos: inter quos maiores fuerunt imperatores Romani & eorum præfecti, qui conati sunt fidem catholicam destruere, vt patet de Nerone, Domitiano, Decio, Diocletiano & Valeriano, & multis aliis; & quantum ad hoc dicit,* Increpa feras. *& vocat principes Romanos* feras, *quia dabant feris martyres deuorandos, prout patet in multis martyrum gestis.*

5 Arundinis. *Arundo enim vento mouetur: & ita principes Romanorum vento vanæ gloriæ mouebantur; vel quia ad quemlibet errorem idololatriæ de facili conuertebantur, secundum quod dicit Leo Papa in sermone sanctorum Petri & Pauli de Roma: quod magnam credebat se fecisse religionem, cum nullius gentis respuisset falsitatem. Et benè dicit:* Increpa feras, &c. *quia Psalmista prænidit Constantinum imperatorem post multam stragem Christianorum à deo lepra percutiendum, & à principibus apostolorum Petro & Paulo increpandum. & sic ad fidem conuertendum, vt habetur in gestis beati Syluestri.*

6 Congregatio taurorum, &c. *Id est, principes Romani qui vocati sunt* feræ *propter crudelitatem,* Congregatio taurorum in vaccis populorũ. *Comparantur enim tauris domesticis, quod notatur per hoc quod dicitur,* In vaccis populorum, *quia tauri indomiti non sic congregati cum vaccis hominum. Et ratio huius comparationis, quia non solum conabantur subuertere Christianos per tormenta, tanquam* feræ; *sed etiam per blandimenta tanquam* tauri *domestici, promittendo eis honores, diuitias, et similia: dum tamen vellent recedere à fide Christiana, vt patet in multis martyrum gestis, ideo subditur,*

7 Vt excludant. *Scilicet, à veritate fidei,*

8 Eos qui probati sunt argento. *Id est, magis probati in fide quam argentum in fornace.*

9 Dissipa gentes quæ bella volunt, *Ista gentes sunt Romani, qui per bella totum orbem sibi subiugauerunt.*

10 Venient legati ex Ægypto. *Hic consequenter potest exponi de Philone, qui cum socijs suis de Alexandria Ægypti fuit missus legatus ad imperatorem Claudium: & tunc contraxit familiaritatem cum Petro apostolo Romæ existenti, & reuertens Alexandriam, ecclesiam sancti Marci congregatam honorauit, & in libris suis magnificè commendauit, prout scribitur in libro illustrium virorum.*

☞ Æthiopia

a *Deo Regna.* Vt *Deo* sit in principio sequentis versus. Vel magis in fine præcedentis versus est, *Deo*. Commendatúrque fides (quasi, non præcedentibus operibus iustificatur homo) quæ per dilectionem incipit operari. Credet ergo Æthiopia Deo, & sic *præueniet* opera eius, id est, Æthiopię, quod in Græco non est ambiguum, id est, credendo in Deum, præueniet opera sua. Vel *eius* Ægypti Deo, id est, in Deum.

b *Regna terræ cantate Deo.* Aug. Decursis omnibus, quæ iam impleta cernimus, hortatur ad laudem Christi, & futurum eius aduentũ prænuntiat.

c *Psallite.* Cass. Diapsalma. *Psallite:* veniet, qui ascendit, vbi sanctos consummabit.

d *Ascendit.* Cas. secundum quod homo. Nam secundum quod Deus, patri æqualis, super cœlum cœli, excelsiores creaturas, vt nihil supra se haberet.

Hieron. Cas. *Orsens*, verbum à patre genitum, *Et ascendit ab oriente* virtute verbi.

e *Ad orientem*, Locum expressit, vbi surrexit, & vnde ascendit.

Aug. *Ad orientem*, nostræ illuminationis. Vel quia Ierusalem est in oriente.

✻ Basilivs. Christus non solum in visibile hoc cœlum ascendit, sed & superius, conseditque in dextra maiestatis in excelsis, radios suos omnibus, tanquam Orientis solis demittens.

✻ Evthymivs. *Qui ascendit, &c.* hoc est, palam ac manifeste, omnibus videntibus Apostolis, qui in terra e[rant], & videntibus etiam omnibus incorporeis angelorum ordin[ibus] & cœlo etenim descendens in terram, descendit in occiden[tem] hoc clam & latenter ab omnibus, velatàque & obtecta inesta quodammodo illius diuinitate. Ascendens vero è terra in cœ[lum], palàm ascendit.

f *Voci suę.* Aug. Qui fuit humilis in passione: dabit vocẽ virtutis in communi resurrectione.

g *Vocem virtutis.* Cassio. Efficaciam resuscitãdi omnes mortuos.

h *Magnificentia eius & virtus.* Aug. Quoniam iam tunc non erit commistio malorum: inde euidens erit magnificentia eius super verum Israel.

i *In nubibus.* Aug. quia nõ solus veniet ad iudicium, sed cum senioribus populi, qui sunt nubes: quas ne aliter acciperes, addit, *Mirabilis in sanctis.*

✻ Evthymivs. Per *nubes*, hic ipsos Apostolos intelligit, veluti supra existentes, atque eminentes à terrenis negotiis, ac veluti spirituali aqua plenos, quam ex sancti spiritus profundis hauserunt, vt animarum aruа ac campos, hoc est, vt ipsos credentes irrigarent.

k *Ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ benedictus Deus.* Cassiodo. Magna promisit, ne quis pro humana infirmitate desperet se ad tanta præmia peruenire.

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Æthiopia præueniet man. *Æthiopia enim est iuxta Ægyptum, & cuius & vniuersalius fuit conuersa ad Christum, quam Ægyptus, videlicet per beatum Matthæum apostolum, qui veniens ad illam prouinciam baptizauit regem, & eius filium, quem à morte suscitauerat, & filiam eius Iphigeniam virginem Christo consecrauit, & eam ducentis virginibus prefecit, & populum regni pro maiori parte baptizauit, vt habetur in prædicto libro illustrium virorum, et hoc est quod dicitur. Aethiopia præueniet, scilicet Aegyptum.*

2 Manus eius Deo *Id est dare Deo manus per confœderationem ad Christum. Confœderatio enim in pluribus locis sacræ scripturæ dicitur dexterarum datio, quia homines fœdus ineuntes in multis partibus dant inuicem dexteras manus.*

3 Regna terræ. *Hic vltimò Psalmista inuitat homines ad psallendum Deo ascendenti, dicens,* Regna terræ, *Id est, habitantes in omnibus regnis terræ.*

4 Cantate Deo, *Ipsum deuote laudando.*

5 Psallite Deo qui ascendit super cœlum cœli, *Id est, ad extremitatem cœli empyrei, quod est excelsius inter cœlos.*

6 Ad orientem. *Hoc dicitur, quia Christus ascendens in cœlũ, ascendit de monte Oliueti, vt habetur Act. 1. qui mons est in orientali parte iuxta Ierusalem, in qua completum fuit mysterium redemptionis humanæ.*

7 Ecce dabit voci suæ vocem virtutis. *Hoc communiter exponitur de voce, qua Christus suscitabit mortuos à sepulchris in finali iudicio, sed vt continuetur litera precedentibus, potest exponi de voce prædicationis apostolorum aliorumque discipulorum Christi: quibus Christus ascendens præcepit prædicare per orbem euangelium; secundum quod habetur Marci vlti. c.* Euntes in mundũ vniuersum, prædicate euãgeliũ omni creaturæ. *Et huic voci, qua dicitur vox Christi, eo quod fuit de eius mandato,* Dedit vocẽ virtutis, *confirmãdo prædicationem eorum miraculis, vnde ibidem subditur.* Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

8 Date gloriam Deo super Israel, *Id est, propter bona quę fecit Israel, per quem notatur populus Christianus, cui facta sunt beneficia prædicta. Vnde dicit Apostolus ad Rom. 2. b.* Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto, in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera.

9 Magnificentia eius & virtus eius in nubibus. *Quod exponitur ab aliquibus de nubibus materialibus, ex quibus procedunt pluuię, coruscationes, & tonitrua, per quæ apparet hominibus potestas Dei, & eius magnificentia. Sed vt continuetur litera, videtur melius exponi de apostolis aliisque discipulis ad prædicãdum missis, de quibus dicitur Esa. 9. b. Qui* sunt hi qui vt nubes volant. *Ex illis enim nubibus processerunt* pluuiæ, *sacrę doctrinę secundum illud Deutero. 32. a.* Concrescat vt pluuia doctrina mea, *& tonitrua, annuntiando terrorem diuinorum iudiciorum, & coruscationes miraculorũ, propter quod subditur.*

10 Mirabilis Deus, &c. *Quia per eos fecit mirabilia, cæcos illuminando, leprosos mundando, mortuos suscitando & consimilia.*

11 Deus Israel. *Id est, populi Christiani, sicut supra expositum est.*

12 Ipse dabit virtutem, &c. *Operandi prædicta.*

13 Et fortitudinem, *Ad tolerandum constanter illata sibi tormenta, sicut patet in martyribus.*

14 Plebi suæ. *Id est, populo Christiano. Et propter beneficia prædicta fidelibus collata ponitur in fine pro gratiarum actione.*

15 Benedictus Deus. *In donis suis insecula seculorum Amen. Non miretur aliquis, si toties in expositione huius psalm. vsus sum sensu metaphorico, quia aliter non potest fieri. Vnde Rg. Sa. exponens Iudaice, tantum, vel plus vtitur; propheta enim communiter paraboli-ce loquuntur.*

ADDITIO I.

In psal. 67. Exurgat Deus. *Vbi dicitur in postil.* Qui ascendit super occasum. *In Hebræo habetur.* ערבות araboth.

ערבות Araboth *In Heb. propriè signat occasum: vnde quia primum cœlum mobile, prout communiter tenetur, mouet cœlos inferiores motu diurno ab oriente in occidentem; id circo illud cœlum vocatur apud eos* araboth, *id est, tendens ad occasum, quia secundum Philosophum motu 3. Phy. denominatur à termino ad quem,*

Es

Et quia, prout communiter tenetur, in corporibus cœlestibus est alius motus tendens ab occidente in orientem, & est motus proprius solis & planetarum, & etiam stellarum fixarum, qui motus debet denominari orientalis scilicet à termino ad quē, &c. De illo potest intelligi illud quod ponitur in fine psal. Qui ascendit super cœlos cœlorum ad orientem. *Ita vt per ista duo intelligatur ad literam, quod Christus ascendit super omnes cœlos corporales, non excludendo quin ascendit altius. Non enim dixit,* Qui ascendit *in occasum vel in orientem, sed* super occasum & super cœlos cœlorum ad orientem. *Cum autem dicit:* Ascendisti in altum, &c. *intelligendum est de summa altitudine, quæ attingit ad sessionem à dextris patris, quæ est summa altitudo, ad quam natura humana attingere possit. Quod declaratur, cum subdit,* Accepisti dona in hominibus. *Inde enim Christus habuit accipere dona spiritussancti hominibus distribuenda.*

ADDITIO II.

In eo. psal. *Vbi dicitur in postill.* Et accipitur hic singulare pro plurali.

Translatio Hie. in hoc loco est propriè, sicut in Heb. ideo non oportet vt accipiatur singulare pro plurali nec in Heb. in hoc loco habetur verba quæ sonent nominaliter, vel participaliter, dilecti dilecti, *sed potius verbaliter, scilicet,* fœderabūtur fœderabūtur, *seu* amicabūtur amicabuntur, *& est sensus, quod multi reges vel principes cateruatim vel successiuè confœderarentur, & amicarentur, cum fidelibus Christi fidem susscipientes. Consequēter vbi dicitur,* Et speciei domus diuidere spolia. *In Hebræo habetur.* Et species domus diuidet spolia, *Et* species domus *vulgariter inter Hebræos dicitur vxor, vnde idem est acsi dicat quod* species domus, *id est, ecclesia, quę est sponsa Christi, diuidet spolia principum & potentium, eo modo qui dicitur in postil.*

ADDITIO III.

In eod. psalm. *Vbi dicitur in postilla.* Niue dealbabuntur in Selmon.

Hoc nomen Selmon *appellatiue sumptum in Hebraico significat* vmbram, *quę non semper accipitur pro* obscuritate *vel errore, sed sæpe significat gratię defensaculum, vt ibi:* Scapulis suis obumbrabit tibi, *et Luca 1. d* Virtus altissimi obūbrabit tibi. *vnde secundùm glo.* quia vmbra fit corpore & lumine, lumē est verbū, caro Christi est corpus, accessit lumē corpori, id est, verbū carni, & *sic cōsideratur quędā vmbra ineffabilis quæ ecclesia protegitur, et sic ecclesia dicitur* Selmō *id est, mons vmbraculosus, in quo dealbantur homines per remissionem peccatorum. De quo Selmon statim subdit.* Mons Dei mons pinguis, *de quo Esa. 2. a. & Michæa 4. d.* In nouissimis diebus erit mons domus domini super verticem montium, *prout in postilla.* Psal. 98. a

ADDITIO IV.

In eod. psal. 67. *Vbi dicitur in postilla.* Viderunt ingressus tuos Deus.

Hebraica veritas habet. Viderunt gressus tuos Deus, gressus Dei mei. *Quod melius videtur adaptari proposito quàm translatio nostra, quæ dicit vtrobique* ingressus. *Nam Iudæi propriè loquendo non viderunt ingressum Christi in terra seu in mundo, licet viderunt eius gressus seu processum per suos effectus.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *In finem.* Avgvst. Commutatus est exforma Dei in deterius Adam, in quo omnes moriuntur. Commutantur de malo fideles in bonum, & de bono in melius, per gratiam in passione Christi, qui transiuit de mundo ad patrem, in quo & nos trāsire fecit de morte ad vitam, de terrā ad cœlum, vnde descendit ad eos, qui ceciderant, vt eos subleuaret, quod est *pascha* Hebraicè, id est transitus. Græcè vero *pascha* passio resonat. Pascha enim dicitur à πασχειν id est, pati secundum Græcos.

† vide psalmum 4. B † vide psalmum 59.

Cas. Quartus psalmus qui latius de passione, & resurrectione.

Cas. Agitur de causa *commutationis*, id est, passione Christi. Hic loquitur Christus caput & corpus.

✠ Basil. Quandam rerum mutationem portendit hic psalmus. In Iudæos enim, qui in Babylonem transmigrarunt, dictus est, ac veluti in persona illorum orantium ac liberationem petentium figuratur, vaticinatur autem simul & de liberatione à seruitute, ac reditu, de ædificatione Hierusalem, & in summa, de restituenda priore Iudaicæ terræ fœlicitate. Habet vero & prophetiam passionum Dominicarum, & omnimodi excidij, quod illarū gratia Iudæorum nationem erat comprehensurum. D

a ¶ Christum. ¶ Psalmus dirigens. b ¶ De mundo ad cœlum. ¶ Attribuitur c ¶ Christo.

† In finem † pro ijs qui cōmutabuntur, ipsi Dauid.

PSALMVS LXVIII.

Psal. LXVIII.

b Aluum me fac Deus, quoniam intrauerunt [1,2]

b Cassiod. Primò precatur saluus fieri, quia multa patitur, quantum ad se gratis, sed quod alius rapuit, ipse soluit. Lucæ 13. d. Esa. 53. d.

C Cassiod. Hæc est vox grani sinapis contempti, dum in horto obruitur, quod crescit in magnum olus: hoc fuscum & asperabile prorsus. Sic & Christus, de quo, *vidimus eum non habentem speciem neque decorem*, sed tamen occupauit faciem terræ, factus mons magnus. E

☞ ✠ Beda.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXVIII.

1 Aluum me fac Deus. *Huic psalm. præmittitur talis titulus in Hebræo.* Ad victoriam super rosas Dauid. *In translat. vero Hier. sic habetur.* Victori pro liliis Dauid, *& est eadem sententia vtrobique. Per hoc autē quod dicitur.* Ad victoriā *vel* victori. *significatur conatus Leuitarum in cantando, sicut frequenter dictum est. Per* rosas *autem secundùm Hebræos intelliguntur filij Israel, qui fuerūt populus à Deo electus, & secundùm eos idem intelligūtur per* lilia, *quia vbicunque in vete. testa. Hier. transfert liliū vel lilia in plurali, Hebręi dicunt* rosam *vel* rosas, *vt dictum est psal. 44. Filij autem Israel fuerunt in afflictione positi in captiuitate Babylonica, & in captiuitate per Romanos, in qua sunt adhuc, quas præuidit Dauid, & ideo fecit hunc psal. ad literam, vt dicunt, orans pro liberatione eorum, quam liberationem aliqui Hebræi referunt ad captiuitatem Babylonicam, aliqui ad istā, in qua sunt. Aliqui expositores etiam catholici referunt, hoc ad liberationē ipsius Dauid, & virorum eius de persecutione Saulis. Et hac expositionū variatio videtur quadā à veritate deuiatio: propter quod Aug. & Cas. dicūt, quod hic psal. ad literā loquitur de Christo, cuius mysteria plenius cęteris prophetis Dauid præuidit & expressius scripsit, sicut plenius fuit, dictum in principio huius libri. Et ideo præuidens passionē Christi in se & in membris futuram, fecit hunc psal. quod potest declarari per scripturā noui testamenti. Saluator enim Ioan. 15. c. de seipso dicit,* Vt impleatur sermo qui in lege eorū scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis. *Et sic quod dicitur in hoc psal.* Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderū t me gratis, *dicit impletū ad literā in seipso. Similiter Paulus apostolus Ro. 11. b. allegat quod habetur in hoc psal.* Fiat mensa eorū coram ipsis, &c. *dictū ad literam de Iudęis excæcatis, eo quod persecuti sunt Christū. Item Rom. 15. a. quod habetur infrà,* Et opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt super me. *dicit dictū esse ad literā in persona Christi. Ité Ioan. 2. c. scribitur, quod cum Christus facto flagello de funiculis, eiecisset emētes & vendētes de templo, recordati sunt discipuli eius quia scriptū est,* Zelus domus tuæ comedit me. *Et per hoc insinuat euangelista, quod hæc scriptura, quę habetur in hoc psal. tūc ad literā fuit impleta de Christo. Propter quod dicit Aug. de hoc psal.* quia Christus hic loquitur, omnino dubitare non permittimur. Hic enim verba illa expressa sunt, quæ in eius passione cōpleta sunt. Apostoli etiā loquētes de Christo testimonia ex isto psal. dederūt, Quis autē deuiet à sententiis eorū, aut quis agnus nō sequatur arietes? *Igitur secūdùm hūc sensum psal. iste diuiditur in tres partes, quia primò Dauid loquēs in persona Christi & corporis eius mystici, petit à pœnis liberationē, Secūdo prędicit Iudæorū punitionem, ibi,* Fiat mensa eorū, *Tertiò conuertit se ad Dei laudationem, ibi,* Laudabo. *Prima in duas, quia primò ponitur pœnarū explicatio, secundō petitur liberatio, ibi,* Ego vero orationē. *Prima adhuc in duas, quia primo ponūtur pœnæ illatę, factis, secundò, verbis, ibi,* Quoniā propter te. *Prima adhuc in duas, quia primò plangitur pœnarum illatio, secundò inferentium multiplicatio, ibi,* Multiplicati sunt. *Circa primum dicitur,* Saluum me fac Deus. *Scilicet à pœnis illatis.*

2 Quoniam in. aquæ vsque ad animam meam. *Per aquas* ✠ *intelli-*

MORALITER.

† 1 *Saluum me fac.* Psalm. iste secundum sensum literalem est de Christi passione, sicut ostendi multipliciter in expositione literali. Moraliter autem potest exponi de persecutione corporis sui mystici quod est ecclesia, vt dicatur in eius persona. *Saluum me fac de. q. intr. aquę, &c. a.* Id est, tribulationes magnæ.

† Vsque

☞ A ✻ Beda. Hortatur nos caput in hoc psalmo, vt per eius passionem & mercedem attendamus nostram quoque passionem, & mercedem: & sic compatiamur, vt & glorificemur. *Si enim patimur & conglorificabimur.*

a *Aquæ vsque ad animam meam.* Avgvs. id est, turbæ, quę præualuerunt occidere Christum: Hoc dicendo in se transformat membra, quibus amarus est transitus mortis, per quem Christo cohæremus; & habet fel, & acetum, quod in passione domino datum est, vt clament, ne cedant iniquitati timore mortis, vltra quam non habent mali, quid eis faciant.

B ✻ Evthymivs. Per *aquas*, tentationum ac calamitatum affluentiam intelligit, quæ ab inuisibilibus, vt diximus, seu à visibilibus inimicis proueniant: quarum calamitatum profunditas, aquarum instar, facillimè omnes suffocat, qui in eam inciderint. Huiusmodi aquæ, inquit, totum me obtexerunt & ad ipsam vsque animam peruenerunt, quo sermone doloris sui vehementiam demonstrat.

✻ Beda. *Aquæ* dicuntur hic turbæ Iudaici populi, quantum ad ipsum caput: quantum verò ad membra, dicuntur aquæ etiam quicunque persecutores Ecclesiæ. Quod autem dicit: *Intrauerunt aquæ*, ad similitudinem dictum est. Sicut enim aqua paulatim intrat, donec nauim submergat, & inuoluat: sic ipsi Iudæi paulatim inuoluentes se latenti odio; deinde consilium iniendo cum discipulo; tandem etiam manifestè oppugnando, & super eum clamando, *Crucifige, & ci intrauerunt*, id est, præualuerunt *vsque ad animam*, non imitandam, sed demergendam, & destruendam eorum reputationem. Sic & de membris suo modo

C dices.

b *In limo.* Avg. Homo factus est de limo terræ, sed non de profundo: sed per originalia & quotidiana peccata facti sunt homines limus profundi; hi tales verò non *substantia*, quia ita non à Deo facti sunt, sed *accessit*. Vel, non est mihi substantia, id est, virtus carnis euadendi passionem.

✻ Evthymivs. Quædam exemplaria habent: *infixus sum in materia*, Græcæ enim dictiones, ἴλυος & ὕλη (quarum prior limum, altera materiam significat) modica & literarum & vocum differentia distinguntur. Quocirca scriptorum vitio facilè introducta est lectionis varietas. Verum vtcunque legas, fecem illam propheta metaphoricè significare voluit, quæ sub profundo aquæ esse solet. Qui igitur in huiusmodi fece infixi sunt, *subsistentiam*, hoc est, stabilitatem nullam inueniunt, ipsa nimirum fece, ob cœnosam ac fluxam illam materiam semper magis infrà se considente.

✻ Basil. Symmachus sic, *immersus sum gurgitibus, vnde non est exitus, nec est quo consistam.* Metaphora est ab illis sumpta, qui in profundum maris incidentes, plerumq; ad ima deferuntur, & vix solidi quicquam assequantur.

D

c *Substantia.* Avg. Dicuntur diuitiæ, & est; Non est mihi substantia, id est, ad paupertatem veni: inde post pauper, & dolens ego sum. Vel, substantia dicitur, illud quod est quæq; res: Fecit ergo Deus hominem substantiam, scilicet, naturaliter bonum; sed quia non in eo remansit, sed est in iniquitatem lapsus, quæ non est substantia; Sed peruersitas hominis, non est substantia, in qua infixus est filius Dei. *Et sic in eis non est substantia*, id est, non inueni in eis quod feci.

Iniquitas nō est substantia Ioan. 8.

E

d *Veni.* Avgvstinvs. Quia sponte. *In altitudinem*, profundum insani populi.

e *Laborani.* Avgvstinvs. Diu clamauit: *Va vobis scribæ & Pharisæi*, vt raucus quantum ad illos, quia non est ab eis intellectus.

f *Clamans, &c.* Cassiodorvs. Laborat cuius votum non impletur.

✻ Beda. Ipsi demerserunt me, ego verò monui eos de ipsorum salute, & sic laboraui clamans ad eos; quomodo clamauit ille, de quo dictum est, quod *non respondit eis verbum*? & de quo Isaias, *Sicut ouis ad occisionem ductus est*: & dum ita tractaretur, non aperuit os suum. Sed licet in passione non clamaret, priùs tamen clamauit multum dicens, *vę modo, &c. & va vobis scribæ & Pharisæi*, qui habetis claues sapientiæ, nec vos intratis, nec alios intrare permittitis. Ideò dicit. *Labora. cla.* Sed tamen quasi dicat, nihil profeci: quia *fauces meæ*, id est, voces meæ raucæ factæ sunt, quantum ad effectum, quia sicut vox alicuius rauci confusa est, & non auditur: ita verba mea ab eis non intelligebantur nec audiebantur.

F

g *Oculi mei.* Cassiodorvs. Vt oculi duorum eum in via non agnoscentium, quibus factum est extra quod erat intrà, id est, cæcitas quæ in corde facta est, & in oculis. Dixerunt enim: *Sperabamus quod redempturus esset Israel.* Luc. 24. c.

Avgvstinvs. Sed spem eis reddidit, quando cicatrices palpandas obtulit, quibus tactis Thomas ad spem rediit clamans: *Dominus meus & Deus meus.* Tetigit ergo formam serui, & cognouit formam Dei. Ideò in lege dictum est, *Non coques hædum in lacte matris*, id est, apostolis adhuc teneris & infirmis, non immittes passionem & mortem, quia perditi fuissent. Ioan 20 g. Exod. 23. c.

☞ Dum

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *intelliguntur persecutiones seu persequentes, secundùm quod dicitur Esa. 8. b.* Adducet dominus super eos aquas fortes, & multas, regem Assyriorum. *Et ideo hæc litera potest intelligi de capite Christo: quia persecutiones Iudæorum intrauerunt vsque ad animam eius, id est, vsque ad separationem animæ à corpore; & de corpore eius mystico, quia Stephanum, & Iacobum, & plures alios occiderunt.*

1 Infixus sum in limo profundi. *Hoc etiam intelligi potest de Christo capite ratione suæ sepulturæ, quia fuit positus intra terram. Similiter de fidelibus suis, quorum multi fuerunt in carceribus recluſi, vt habetur in Actibus apostolorum 8. capitulo & alias pluribus locis.*

2 Et non est substantia. *Id est, diuitiæ; quia Christus etiam propriis vestibus spoliatus fuit positus in cruce, Vel aliter,* Non est substantia, *id est, virtus subsistendi in corpore mortuo & sepulto: & loquitur de tur de virtute naturali, non de diuina, quæ non fuit à corpore separata.*

3 Veni in altitudinem maris. *Id est, in profundum persecutionis, quę nominę aquarum designatur, vt supra dictum est: Quelibet autem congregatio aquarum,* mare *vocatur in Hebræo.*

4 Et tempestas demersit me, *Id est, acerbitas passionis, ex qua obiit in cruce.*

5 Laboraui clamans, *Scilicet, in cruce, quando voce magna clamans emisit spiritum, Matth. 27. f.*

6 Raucæ factæ sunt aures meæ. *Raucedo enim causatur ex siccitate humorum in faucibus & arteriis: Christus autem in passione multos humores emisit de corpore, vtpote in sanguineo sudore, de quo habetur Luc. 22. In flagellatione; in coronæ spineę impositione, & in manuum & pedum transfixione.*

7 Defecerunt oculi mei, *Quia oculi eius corporales in morte fuerunt extincti.*

☞ Dum

MORALITER.

† *Vsque ad animam meam.* Id est, summum pontificem, qui dicitur animam corporis mystici, quia mouet ipsum sicut anima corpus suum. Tempore namque persecutionis sæuissimæ legitur beatus Marcellus papa idolis thurificasse: & Liberius papa Arianę perfidiæ consensisse.

1 *Infixus sum in limo.* In profundo enim aquæ solet esse limus tenax, per quem significatur longa duratio persecutionis, quæ fuit sub imperatoribus multis.

2 *Et non est substantia.* Quia nullus audebat sustentare Christianos contra imperatorum mandata.

3 *Veni in altitudi. maris.* Id est, grauissimæ persecutionis.

4 *Et tempestas demer. me.* Multi enim martyres fuerunt in aquis submersi.

5 *Laboraui cla.* In longa oratione.

6 *Raucæ factę sunt fauces meę.* Ex exauditionis dilatione.

7 *Defecerunt ocu. &c.* Ex multa lachrymatione.

Multiplicatis

† stabile, status, id est, fundus

Matt 27. d.

† siccatum est guttur meum

† profunda aquarū & flumen

† Defeci, Fatigatus sum

a *Dum spero.* CASSIOD. Causa subditur, præstolor misericordiam, non exoro potentiam.

b *Multiplicati.* AVGVST. Quod prius typicè, nunc in re apertè dicit.

c *Super capillos.* Pro infinito. Vel plures sunt his, qui sunt ornatui.

d *Rapui.* AVGVST. Rapere voluerũt diuinitatem, & perdiderunt felicitatem: rapuit Adam, præsumens, vt diabolus, de diuinitate.

B * EVTHYMIVS. Methaphoricus est sermo, desumptus ab ijs, qui ea reddunt, quæ nunquam abstulerunt; & sensus est, quod earum rerum causa se pœnas dare dicit, pro quibus ipse molestiam alicui aliquam nunquã intulerat. Et quod ait. *tunc exoluebam*: ad illud tempus referendum est, quando pœnæ huiusmodi ab eo exigebantur.

e *Deus tu scis.* CASSIODORVS. Qui pro aliis soluit, precatur, *expectantes* antiquos, & *quærentes* alios, scilicet, modernos, in se non frustrari, cum tanta tam æquanimiter ferat.

f *Insipientiam.* AVGVSTINVS. Ex membris. Vel, *quod stultum est Dei, sapientius est hominibus*: Quod in me irriserunt, qui sibi sapientes videbantur: tu scisti quare fieret irrisio; scilicet, talis & mors.

CASSIODORVS. *Insipientiam*, quod mei ignari Dei, hi sunt qui commutantur in sapientes & iustos.

* BEDA. Quomodo dicit insipientiam esse suam ille, in quo vera est sapientia? Christus enim Dei virtus, & Dei sapientia; tamen nihil magis simile insipientiæ, quàm quod ille, qui vno verbo omnes inimicos suos posset destruere, passus est se capi ab eis, flagellari, & occidi: Sed hæc insipientia summa erat sapientia, *quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.*

g *Non erubescant.* CASSIODORVS. Quæ soluerit, exponit; hic ostendit, quòd superius de membris dixerat.

AVGVSTINVS. Non erubescant, id est, non dicatur eis, vbi est Christus vester? vel non prematur ecclesia, vt filij erubescant,

h *Qui expectant.* CASSIODORVS, Quod oculis videre non potuerunt prophetæ & iusti. Ne ergo aliter eueniat, quam spiritus sanctus per eos prædixit, sequitur *Deus virtutum*, cui nihil est impossibile.

i *Deus Israel.* AVGVSTINVS. Vt qui deitatem eius intueri possunt, non seducantur infirmitate eius carnali.

k *Quoniam propter te sustinui oppro.* CASSIODORVS. Congregat in vnum multa, quæ pertulit, ad inuidiam in Iudæos excitandam; *opprobrium*, in Beelzebub eicijt dæmonia, potator, vorax.

☞ *Operuit*

a ¶ *Qui oderunt.* ¶ Ita vt & discipulus cum eis esset. b ¶ Cassio. Capillis capitis comparat inimicos, quia merito rasi sunt de Christo dum in Caluaria crucifixus est,

a dum spero in Deo meo. Multiplicati sunt super capillos ca- 1
b 2
a ¶ Sine causa. b ¶ Et. ¶ Numerosi sunt & nocij. ¶ Etiam.
†Roborati c pitis mei, qui oderunt me grãtis. † Cõfortati sunt qui † perse- 3 4
a ¶ Laus est in causæ bonitate, non in pœnæ acerbitate. Causa enim fecit martyrem, non pœna.
cutisunt me inimici mei iniustè: quæ non rapui tunc † exol- 5
a ¶ Hoc est, gratis: non peccaui, & pœnas dedi. b ¶ Non rapui; vel, hoc ideo quia tibi placet. c ¶ Id est, meorum. ¶ Quam mihi imputauerunt, de morte & irrisione, d ¶ Quæ suscepi ad defendum non quæ admisi,
e uebãm. Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te 6 7
a ¶ Ergo. b ¶ Frustrentur. e ¶ Morientes. d ¶ Cum desiderio,
non sunt abscondita. Nõn erubescant † in mẽ qui expectant te 8
a ¶ Cœlestium, vel terrestrium. b ¶Et. c ¶ Insultationibus, d ¶ Morientem,
†exercitum domine, dne † virtutũ. Nõn † cõfundãtur super me, qui quæ- 9
a ¶ Videntium Deum. culpa, vel alia re. b ¶ Merito confundantur. ¶ Non est magnum, sustinui, sed propter te. c ¶ Non pro d ¶ In conuitiis.
runt te Deus Israel. Quoniam propter te sustinui † opprobrium 10 11

†reddam E

†disperdũt

†propter me

F †erubescãt propter

†reprobationem

Matth.11.c

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dum spero in Deum meum. *Quia certitudinaliter expectabat gloriam sui corporis in resurrectione, quæ facta est diuina virtute.*

2 Multiplicati sunt. *Hic consequenter Christus homo plangit aduersantiũ multiplicationẽ, dicens,* Multiplicati sunt, Super capillos. *Modus est loquendi, ad designandũ magnã aduersantiũ multitudinem.*

3 Qui oderunt me gratis. *Id est, sine causa, cùm è contrario deberent eum diligere propter bona, quæ fecerat eis, veritatem docendo, sanitates donando, & sic de aliis: propter quod dixit eis Ioan.10.f.* Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: propter quod eorum opus vultis me lapidare. *Isti autem odientes Christum fuerunt multiplicati, quia Pharisæi primò conceperunt contra eum odium, secundò scribę, tertiò sacerdotes, & vltimò populus à sacerdotibus deceptus, propter quod petiuit liberationem Barrabæ, & Christi crucifixionem Marc.15.a.*

4 Confortati sunt, qui persequuti sunt me inimici mei iniustè. *Quia Herodes & Pilatus præstiterunt eis fauorem. Herodes enim illusit eum & sprenit. Luc.23.a. Et Pilatus in fauorem Iudæorum dedit iniquam sententiam contra Christum.*

5 Quę non rapui, tunc exoluebam. *Modus est loquendi, per quem significatur, quod tunc soluit pœnam pro peccatis humani generis, quæ non contraxerat.*

6 Deus tu scis insipientiam meam. *Hoc non intelligitur de persona Christi, in qua nulla fuit insipientia, sed omnimoda sapientia: sed sicut passionem omnium membrorum suorum dicit suam, Act.9.a* Saule, Saule, quid me persequeris? *Et Zachariæ 2.c.* Qui tangit vos tangit pupillam oculi mei, *Et hoc propter connexionem capitis ad membra: Sic insipientiam membrorum suorum, & delicta, sua esse dicit; Et quia pro istis pœnam portauit & satis fecit, sicut homo satisfaciens pro debitis alterius, facit quodammodo illud debitum esse suum. Sicut etiam communiter dicitur: onus muli & cameli, quia illud onus dicitur esse suum solum ad portandum, non quantum ad possessionem et dominium: & bene dicit,*

7 Et delicta mea à te non, &c. *Quia delicta eorum, qui ea abscondunt, nolentes deserere, & confiteri, Christus non fecit sua, pro eis satisfaciendo, sed solùm delicta eorum qui verè contriti confitentur.*

8 Non erubescant in me, qui expectant te domine, domine virtutum. *Loquitur pro sanctis patribus in limbo salutem Christi expectantibus cum magno desiderio: & ideo nisi ad eos descenderet Christus, esset eis confusio, maximè prophetis ibidem existentibus, qui talia prædixerant ventura. Nec orat sic Christus homo dubitans de aduentu futuro, sed sicut orauit in suscitatione Lazari, quam tamen sciebat certitudinaliter futuram, vnde dixit tunc:* Gratias ago tibi pater, quoniam audisti me: ego autem sciebam, quia semper me audis, *Io.11.e. sed sic orando ostendebat in se veritatem humanæ naturæ, in qua minor est patre.*

9 Non confundantur super me. *Hoc dixit pro apostolis aliisque discipulis, quorum confirmationem petebat à patre, ita quod non timerent seu erubescerent de Christi confessione, sed magis gloriarentur: quod & factum fuit per missionem spiritus sancti, postquam de ipsis dicitur Actuum 5.g.* Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

10 Deus Israel. *Id est, populi Christiani, vt dictum est in psal. præcedenti.*

11 Quoniam. *Hic consequenter saluator explicat pœnas suas in verbis, dicens:* Quoniam propter te sustinui oppro. &c. *quia Iudæi*

☞ *vocabant*

MORALITER.

† 2 *Multiplicati sunt.* Multi enim imperatores, & eorum ministri persecuti sunt ecclesiam sine causa.

4 *Confortati sunt.* In huius mundi potentia.

5 *Quę non rapui tunc exoluebam,* Id est, sustinui pœnam immeritam.

6 *Deus tu scis insipientiam meam.* Hoc dicit ecclesia pro malis filijs suis, qui admisti sunt bonis.

8 *Non erubescant in me, qui expectant te domine, domine virtutum.* Hic post persecutionem in flagellis, ponitur afflictio in vituperijs, ideo dicit ecclesia: *Non erubescant in me, qui, &c.* Id est, non erubescant Christiani, quod vocentur filij mei.

9 *Non confundentur super me.* Repetitio est eiusdem sententiæ pro maiori expressione. Et subditur ratio petitionis,

11 *Quoniam propter te sustinui opprobrium.* Id est, opprobria multa.

† *Extraneus*

a ¶ Vt videbatur. b ¶ Conſputam. c ¶ Vt Ioſeph. d ¶ Cognatione carnis.

a *Operuit.* Hoc ſolet euenire in bono laceratis, qui ſolent tanto amplius ad tempus effici triſtes, quanto cognoſcunt in ſe iniqua confingi.

b *Peregrinus*, vel hoſpes, qui in domo ad tempus recipitur; non vt frater chariſſimus, quod eram.

✠ EVTHYMIVS.

Per *fratres*, Iudæos intelligit. Eundem enim omnes progenitorem Abraham habebant; quos ſimili modo *matris ſuæ filios* appellat, ob Saram communem omnium matrem. Hi igitur fratres ſui extraneum eum reputarunt, cùm dicerent: *hunc neſcimus vnde ſit*; & rurſus: *Nonne bene dicimus, quia Samaritanus es, & dæmonium habes?* Ideo ipſe Ioannes ait, *In propria venit, & ſui eum non receperunt.*

✠ BEDA. *Factus ſum extraneus, fratribus meis*, id eſt cognatis meis ſecundum carnem, & *filijs matris meæ*, id eſt etiam omnibus, de quacunque tribu, nutritis lacte matris meæ Synagogæ, id eſt, in eiſdem legalibus inſtitutis, ſum factus vt *peregrinus*.

c *Comedit me.* quando funiculo vendentes eiecit: Quid iſtum zelum ſequitur, ſubiungit.

d *Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me.* Quia increpati Iudæi conuitia, quaſi tela, ſuper eum miſerunt, vt, *Nonne hic eſt filius Ioſeph?*

e *Exprobrantium tibi.* quando dixerunt: *Nunquid poteſt Deus parare menſam in deſerto? & Iſti ſunt dij tui Iſrael*, vnde nunc dicit, eadem conuitia cadere ſuper ſe, quę olim exprobrabant, vt ex cõſuetudine impia videas eos, & non nouiter hoc feciſſe.

f *Confuſio fa.* AVGV. vel, irreuerentia, id eſt, impudentia, quam oportet nos habere inter eos, quibus diſplicet Chriſtus, ne erubeſcamus de eo.

g *Zelus.* CASSIO. Indignatio, vel amor, quia *domus mea domus orationis vocabitur.*

✠ BASILIVS. Haud parum me, inquit, ſanctæ domus tuæ deſolatio, & impiorum irriſio diſcruciat. Quæ namque in illam committuntur, imbecillitati tuæ imputantur. Quapropter blaſphemijs, quæ aduerſum te eiaculantur, ſtimulor, quaſi illarum ego ſum auctor. Illud *comedit me*, Symmachus reddidit *conſumpſit me*.

h *Ceciderunt.* CAS. Cadunt ſuper nos mala, quando non poſſumus vitare illa: *ceciderunt* igitur, id eſt effectum habuerunt.

i *Et operui in ieiunio, &c.* AVGV. Prælegi ieiunare potius quàm fel, & acetum accipere: id eſt veteres & amaros qui non intrant in corpus eius.

CASSIOD. *Et operui.* Non exercui potentiam vindicando.

11 *Et factum* eſt, quod patuit in ſputis.

k *In opprobrium, &c.* AVG. detrahentium & deriſorum.

l *In ieiunio.* AVG. Quia ſicut eſuriebat & ſitiebat Chriſtus eorum ſalutem & fidem: ita & ieiunium Chriſti fuit quando defecerunt, qui in eum crediderant.

m *Et poſui.* AVG. Illis carnem oppoſui, in quam ſæuirent, & occului deitatem.

n *Cilicium.* AVGVST. HIER. Mortalis caro, vt de peccato damnaret peccatum.

Cilicium, lugubris caro, vt quando fleuit ſuper Ieruſalem, & pro Lazaro.

o *In parabolam.* AVG. HIER. Irriſoriam, vt cuilibet maledicendo, dicerent, Sic tibi contingat, vt crucifixo. Vel, quia parabolas eos docebam: vnde, *Vobis datum eſt noſſe myſterium verbi Dei, cæteris autem in parabolis.* Et tunc aduerſum me loquebantur,

✠ EVTHYMIVS. Veriſimile eſt quod Chriſtus poſt mortem factus ſit in parabolam Iudæis, & quod aduerſus inimicos eadem imprecarentur, qualia Chriſtum pati viderant, quodque eadem ferè dicerentur, & vociferarenturab ijs, qui concilijs & conuentibus eorum intererant apud templi ianuas, vbi huiuſmodi hominum cœtus conuenire, atque congregari ſolebant.

☞ a *Qui*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *vocabant eum infidelem & dæmoniacum Ioan.viij.f.* Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes? *Et quia cũ tenerent eum vinctum, plures dicebant contra eum falſum teſtimonium, Matt.xxvj.*

1 Operuit confuſio faciem meam: *quia velantes faciem ſuam percutiebant eum, dicentes*, Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit? *reputantes eum prophetam falſum, Luc.xxij.g.*

2 Extraneus factus ſum fratribus meis. *i. Iudæis, quos vocat fratres, eo quod ipſe erat Iudæus.*

3 Et peregrinus filius matris meæ, *ſcilicet Synagogæ. Et eſt repetitio eiuſdem ſententiæ per alia verba ad maiorem expreſſionem.*

4 Quoniam zelus domus tuæ comedit me. *Quod oſtendit Chriſtus maximè, quando de domo Dei eiecit negotiatores, Ioan.ij.c. dicens*, Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.

5 Et oppro. exprobrantium tibi. *Miracula enim Chriſti attribuebant Iudæi virtuti dæmonis, Matth.xij.b.* Hic non eijcit dæmonia, niſi in Beelzebub principe dæmoniorum: *quæ tamen fiebant virtute totius trinitatis; & ſic inferebant opprobria patri.*

6 Ceciderunt ſuper me. *Quia occaſione miraculorũ, quæ Chriſtus faciebat virtute deitatis, quæ eſt cõmunis totitrinitati, & maximè in ſuſcitatione Lazari, Iudæi quæſierunt occaſionem mortis Chriſti, dicẽtes:* Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit, *&c. Io.xj.f. Et hoc eſt quod dicitur*, Ceciderũt ſuper me, *obruendũ morte, ſicut lapides proiecti à machina contra turrim infrangibilem, reſiliunt, cadentes ſupra domum turri coniunctam, eam frangentes & deſtruentes: Sic opprobria Iudæorum proiecta contra virtutem deitatis, cui nocere non poterant, reſilierunt ſupra fragilitatem humanitatis deitati coniunctam, & eam obruerunt morte.*

7 Et operui in ieiunio animam meam. *Chriſtus enim ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, Matthæi quarto.a.*

8 Et factum eſt in opprobrium mihi &c. *Quia diabolus accepit ex hoc occaſionem tentandi Chriſtum, & perſuadendi ei, vt eum adoraret, vt ibidem habetur; quod Chriſtus ſibi reputauit opprobriũ, propter quod repulit eum indignanter dicens*, Vade Sathana, &c.

9 Et poſui veſti. *Doctores enim cõmuniter dicunt, quod per ciliciũ hic intelligitur fletus Chriſti in ſuſcitatione Lazari Ioãnis vndecimo, e. eo quod antiquitus flentes mortuũ induebant cilicium. Sed mihi videtur, quod conuenienter per cilicium poteſt intelligi aſperitas veſtium Chriſti. Cùm enim reprobauerit molliciem veſtiũ, Matth.xj.a. dicens:* Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt: *ſatis apparet, quod aſperis veſtibus vtebatur, quia* cœpit facere & docere, *Act.j.a. & vnde Ioan.xix.a. dicitur, quod eius tunica erat inconſutilis deſuper contexta per totum: & hoc modo fiũt veſtes cilicinæ & aſperæ.*

10 Et factus ſum illis in parabolam, *Hoc eſt in deriſum, quia de eo dicebant*, Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus, *Matthæi xj. c.*

11 Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta, *id eſt, principes*

MORALITER.

† 2 *Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus, &c.* ſicut prædixit Chriſtus Matth.x.c. *Tradet tunc frater fratrem in mortem, & pater filium.* Et ſubditur cauſa,

4 *Quoniam zelus domus tuæ comedit me*, Talia namque ſuſtinebant Chriſtiani propter zelum eccleſiaſticæ fidei.

5 *Et oppro.exp.tibi.* Infideles enim dicebãt opprobria de Chriſto, ſed non poterant ei nocere, quia ſedet ad dexteram Dei patris in excelſis: ſed nocebant fidelibus horrentibus ea audire, propter quod affligebantur, & ſic opprobria Chriſti ſuper eos cadere dicuntur.

7 *Et operui in ieiunio animam meam.* Omnes enim iſtas afflictiones fidelium infideles hypocriſim reputabant: ideo ſubditur,

☞ a *Qui sedebant.* CASSIOD. *In porta sedent*, qui conuentibus A hominum sedula curiositate miscentur. Dicit ergo, passionem suam Iudæorum esse fabulam, vt nullus exciperetur, qui huiusmodi locutionis esset alienus: vnde Cleophas ait, *Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & ignoras, &c.* Matt. 4. b. Lucæ 24. c.

b *In por.* Ciuitatis; vbi solent iudices sedere ad iudicandas causas. i. in publico iudicio.

HIERONY. Sicut scribæ & Pharisæi habentes clauem scientiæ: sed nec intrantes, nec alios intrare sinentes.

c *Et in me psallebant.* CAS. De me aiebant in publicis conuentibus, & in conuiuijs psallebant: irrisio mea erat psalterium.

d *Qui bibebãt vinum.* AVG. Qui inebriantur temporali voluptate.

Vel, CAS. in Deum probabili opere psallant, qui vinum spirituale bibunt.

✻ BEDA. Omnes bibebant vinum, scilicet erroris, vinum impietatis. Vel, vinũ terrenæ cupiditatis, scilicet inebriati amore loci & gentis. Hi inquam omnes psallebant in me. Qui verò bibebant vinum calicis mei, id est qui attendebant dulcedinem futuram de passione mea, sicut sancti Apostoli & sanctæ mulieres, illi psallebant in me, id est gaudebant de potentia mea.

o *Ego verò.* CASS. Prædictis malis oppositа est oratio pro parte sua, vt discamus non rixas, sed orationes opponere iurgijs.

a ¶ Habentes claues sapientiæ. b ¶ In publico.

a ¶ Ecce in eum conuertitur cantus, qui prohibet vanos cantus. ¶ Cum ego ieiunus.
b ¶ Erroris, impietatis & superbiæ. c ¶ Dum ipsi ita insultarent. ¶ Dirigebam.
d ¶ Quando non corriguntur iniqui, nihil restat nisi orare etiam pro ipsis.

a ¶ Nunc est. ¶ Gratiæ. ¶ Exaudi quia. ¶ Aug. Cum granum moritur, surgit fructus.
b ¶ Hoc tempus beneplaciti prouenit.
¶ Contra multitudinem iniquitatis nostræ.

a ¶ Aug. cui suprà dixit, se infixum corpore. b ¶ Non teneatur anima, etsi tenetur corpus.
¶ Alias in hæream. c ¶ Exponit. ¶ In resurrectione. d ¶ Hi sunt lutum.

a ¶ Secundum spiritum, supra mersos secundum carnem.
¶ Irrecuperabiliter.

a ¶ Impetus Iudæorum. Vt eam in profundum limi. b ¶ Infernus. c ¶ Sic vt vrg.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

a sum me loquebantur, qui sedẽbant in porta, & in mẽ psalle- b bant qui bibẽbant vinũm. Egò † verò orationem meam ad c te † Domine, tẽmpus beneplaciti Deus. In mũltitudine mi- d sericordiæ tuæ exâudi me, † in vẽritate salutis tuæ. Eripe e me de lûto, vt non infigâr: † libẽra me ab his qui odẽrunt f me, & de profundis aquarum. † Non me demẽrgat tem- g pẽstas aquæ, neque absorbeat me prõfundum, nẽque † vr- h

† autẽ oratio mea.

Psal. 24. b.

† De pæ. dist. 1. c. voluisse nt, cir. fi. † claudat.

f *Tempus be.* AVG. Ideo nunc est tempus beneplaciti & reconciliationis per incarnationem, per sanguinem, per mortem; deinde quomodo hoc tempus prouenerit, exponit, *In multitudine misericordia.*

✻ EVTHYMIVS. Simile illud est, quod dixisse eum legimus apud Euangelistam, *Pater venit hora:* per *beneplacitum* enim, crucis mortẽ intelligit. Nã beneplacitum idem æquè significat quod bona voluntas. Bona autem voluntas fuit, quod per huiusmodi mortẽ nos, qui antea mortui eramus ob peccatũ, ad vitam rursus simus restituti.

g *In verita.* AVGV. Præmisit de *misericordia*, nunc subiungit de *veritate*: quia *vniuersę viæ misericordia & veritas.* Misericordia dimittendo peccata, veritas reddendo promissa.

h *Vt non in.* AVG. Mente, suprà dixit infixum corpore; dicitur hoc ex infirmitate membrorum: *de luto* i. lutosis desiderijs.

i *De profundis aquarum.* CASSIOD. Iudæi malignitate consilij profundi sunt, seditionibus turbulenti.

k *Profundum.* CASSIOD. peccatorum, quod deglutit animas: vnde; *Peccator cùm venerit in profundum peccatorum contemnit:* Hæc pericula membris eius imminent. Prou. 18. a.

l *Neque vrgeat super me, &c.* AVG. Et si cecidisti, non claudit super te puteus os suum, si non claudis os tuum, sed confitere ☞ & dic-

---

NICOLAVS DE LIRA.

cipes sacerdotum, qui eum iudicauerunt mortis reũ. Mar. xiiij. g. Et isti vocantur sedentes in porta duplici de causa: Tum quia sedebant iuxta portam templi ad docendum populum, Tum quia secundum modũ iudicum antiquorum aliquando sedebant in portis ciuitatum ad iudicandum populum in communibus causis. Romani enim retinebant sibi causas sanguinis.

1 Et in me, *i. de me.*

2 Psalle. *Derisorię.*

3 Qui bi. vi. *Scribitur enim in quodam libello Hebraico, qui intitulatur, Condẽnatus iudicio, quod propter verbũ Salomonis Prou. xxxj.* Date ficerã, *i. potũ inebriatiuũ* mœrentibus, & vinũ his qui amaro sunt animo; *Sapiẽtes Iudæorũ ordinauerũt, quod cõdemnatis ad mortem daretur plenus schyphus de vino forti, vt magis hilariter sustinerẽt mortem: & illud vinum fuit acceptũ pro Christo & duobus latronibus cum eo crucifigendis, sed Iudæi vinum illud acceperunt & biberunt cũ derisione Christi, & propter talem derisionẽ dicitur hic,* In me psallebant qui bibebant vinũ; *& in loco vini prædicti posuerunt acetũ, vt dicetur infrà. Aliter etiã potest exponi, quod de crucifixione Christi tãquam de re insolita & notabili fuerunt facta cantilenæ derisorię in fauorẽ sacerdotum, qui eius mortem procurauerant, tãquam de falso prophetа volente regnare & non potente, quæ decãtabantur per tabernas: & sic dicitur,* In me psallebant *&c. Omnes autẽ istæ pœnæ possunt ad membra Christi applicari: quia propter Christum sustinuerũt opprobria, & cõfusiones, & persecutiones, etiam ab amicis intimis, tanquã ab extraneis; afflixerunt etiã se ieiuniis, & ciliciis, & sustinuerunt etiam condemnationes peruersas à iudicibus, & derisiones ab ebriosis potatoribus, vt patet in multis sanctorum martyrum gestis.* Hebræorũ misericordia circa occidẽdos.

4 Ego verò orationem ad te Domine. *Hìc consequenter petitur ipsius Christi capitis, & mẽbrorum liberatio à pœnis. Et primò ponitur dicta petitio; secundò ad hoc inducitur ratio, ibi,* Exaudi me. *Circa primum dicitur,* Ego verò orationem, *&c. s. dirigo.*

5 Tempus beneplaciti Deus. *id est expectans tempus liberationis secundum dispositionem suæ voluntatis.*

6 In multitudine, &c. *Orabat enim Christus, non solùm pro se in persona, sed etiam pro membris suis, quæ sunt multa: & ideo petit* multitudinem misericordię.

7 In verita. salutis tuæ. *id est salutis à te promissæ, quæ promissio est* in veritate.

8 Etipe me de. *Superius dixit,* Infixus sum in limo; *qui limus idem est quod* lutum. *Propter quod sciendum, quod aliquando dicitur aliquis infigi in lutum, quando cadit ibi, licet citò resurgat; sed magis propriè dicitur infigi, quando non potest inde retrahi. Superius autẽ Christus dixit se* infixum luto, *eò quod mortuus fuit, & positus in sepulchro intra terram: Hìc autem petit vt non infigatur, id est, quod non diu ibi remaneat per suæ resurrectionis accelerationem.*

9 Libera me ab his qui oderunt me, *id est, à Iudæis, à quorum potestate fuit totaliter liberatus in resurrectione.*

10 Et de profundis aquarum. *id est, persecutionum, vt suprà dictum est: ad quarum profundũ homo deducitur, quando occiditur. Et in hoc petit suam resurrectionem sicut prius, per alia tamen verba, quod solet fieri in talibus orationibus; & ideo adhuc subditur,*

11 Non me demergat tempestas aquæ, &c. *Superius dixit:* & tempestas demersit me, *eò quod mortuus fuit in cruce: Quod ergo hic dicitur,* Non me demergat tempestas aquæ, *Sensus est, me per mortem demersum, non diu teneat in morte.*

12 Neque absorbeat me profundum, *id est corpus meum intra sepulchrum non putrefiat seu corrumpatur: & à vermibus corrosum absorbeatur.*

13 Neque vrgeat super me puteus os suum, &c. *Et in Hebræo habetur,* Non obturet super me puteus os suum. *Et dicitur hìc* puteus *limbus inferni, ad quem descendit anima Christi ad extrahẽdũ* ✻ inde

---

MORALITER.

† *Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta,* id est, iudices, qui sedebant antiquitus in portis, & isti contra fideles loquebantur, eos iniustè condemnantes.

1 *Et in me psal. qui bi. vi.* Cantilenas factas in vituperium Christianorum.

4 *Ego ve. ora. meam ad te Do.* Dirigo toto corde.

5 *Temp. be.* i. tuæ consolationis expectans.

6 *In mul. mi. tua exau. me.* vt valeam in pace tibi seruire.

7 *In ve-*

7 *In ve. salu. tuę.* i. ex merito Christi, qui est veritas & salus tua.

8 *Eripe me de luto, vt non in.* Suprà dixit: *Infixus sum in limo,* &c. & hoc propter grauitatem persecutionis. Hìc autem petit *nõ infigi,* scilicet in peccatum ex impatientia, propter longitudinem persecutionis.

9 *Libe. me ab his qui ode. me.* i. à dæmonibus.

10 *Et de pro. aqua.* i. tentationum.

11 *Non me de. tem. aquæ.* i. tentationis per consensum.

12 *Neque ab. me pro.* per peccatorum exercitium.

13 *Neque vr. su. pu.* i. puteus inferni à quo nullus potest reuerti.

† MORAL.

☞ & dic: *De profundis clamaui ad te Domine*, & euades. Claudit super
A illum, qui in profundo contemnit, à quo mortuo, velut qui non
sit, perit confessio.

a *Exaudi me Domine, &c.* CASSIO. Periculis hominum expositis, voce eorum precatur, *Exaudi me Domine, quia benigna misericordia:* non quia merui.

b *Benigna.* AVG. Suauis est tribulato misericordia, vt panis esurienti.

AVG. Venit tribulatio, differt Deus subuenire, vt moueat desiderium, & sit dulce auxilium, quod cũ
B † seruo. fit, iam non est quòd differat.

† Appropinqua. Dan 3.g. † erue.

c *A puero, &c.* AVG. quolibet sancto, paruo, non superbo; à quo superbiam tollit disciplina tribulationis.

† ignominiam. † tribulantes. † opprobrium. † dolui, vel afflictus sũ. Gal. 6. d. Rom. 1, b. 2. Mac. 7. g.

d *Propter inimicos &c.* AVG. Vt confundantur liberatione mea: Vel, vt conuertantur; Quòd si neutrũ, nunquid non est liberandus? Sed est quædam liberatio occulta, quæ propter sanctos fit:
C vt septem fratres, qui igne consumpti sunt cum matre hor...nte eos, ne contra legem Dei hominibus cõsentirẽt. Est & alia liberatio manifesta, propter inimicos, vel puniendos, vel etiam liberandos: vt tres pueri de igne liberati sunt etiam corpore, vnde ipse Nabuchodonosor conuersus Deum prædicat.

AVG. *Propter inimicos.* Hoc ad apertam, vt caro resurgat, & ascendens spiritum mittat; vnde inimici conuersi sunt, quibus non proderit, si solam animam liberaueris.

e *Tu scis improperium.* AVG. Quia quare sint ista mihi, tu nosti, illi non norunt. Et quia ipsi in conspectu tuo sunt: ista nescientes non poterunt confundi vel corrigi, nisi manifestè eruas. Et ideo ait, *propter inimicos.*

AVG. *Tu scis improperium*, vel opprobrium, &c. *Opprobrium*, quod

a ¶ Profunditas iniquitatis humanæ, ¶ Infernus, id est, non sic absorbeat, vt vrgeat.

geat super me puteus os suum. Exaudi me Domine, quo- 1
a ¶ Hæc est causa audiendi. b ¶ Aliàs suauis. ¶ Non quia ...erui ¶ Suauis est misericordia tribulato, vt panis esurienti. †

niam benigna est misericordia tua: secundum multitudi-

a ¶ Quibus peccata, licet numerosa, cedunt. ¶ Non peccatorum meorum.
b ¶ Cass. Non in peccata. c ¶ Loquitur totus Christus.

nem miserationum tuarum respice mẽ. Et nẽ auertas fa- 2
a ¶ Cass. A puritate. b ¶ Christo: de quo, Ecce puer meus quem elegi.
c ¶ Augustinus. Præcessit afflictio mea, sequatur misericordia tua d ¶ Non est quo differas, quoniam.

ciem tuam à † puero tuo, quoniam tribulor, velociter exau-
a ¶ Hoc ad occultam pertinet liberationem. b ¶ Quod, id est, quam liberationem tu scis.

di me. † Intende animæ meæ, & † libera eam: propter in mi- 3
a ¶ Verbis, vt cum dicerent, Blasphemauit. 4

cos meos † eripe me. Tu † scis improperium meum, & con- 5 †cognoscis opprobriũ. 6
a ¶ Quæ ex impropetio. ¶ In passione. b ¶ Aliàs verecundiam.
c ¶ Et. ¶ Hæc mihi inferunt, & hæc in tui præsentia: & hoc est. 7

fusionem meam, & † reuerentiam meam. In conspectu tuo 8
a ¶ Quod præsciens vitare nollem. b ¶ Quia hæc futura præuidit, & prædixit, & ad hoc venit. 9

sunt omnes † qui tribulant me: † improperium † expecta- 10 † contriuit,
a ¶ Quæ magis est crucifigentium, quia ipse miserans dixit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.
b ¶ Tunc. ¶ Sicut expectaui & prædixi, ita impletum est.

uit cor meum & † miseriam. Et † sustinui qui simul contri- 11
† pro suo reatu, sed pro nobis sustinuit, vt in

opprobrium tantum poterat obijci: sed nec confusio sanæ menti, nec verecundia fronti. Sed cùm obijcitur quibusdam, quod Christum occiderũt, compuncti sunt mala conscientia, & salubriter confusi, vt possint dicere, *Tu cognouisti confusionem.* Quidam verò credunt, sed confiteri erubescunt: † redimet. & hi commendantur Deo, non vt sic eos relinquat sed adiuuando perficiat.

f *Reuerentiam.* AVG. Alij ignominiam, vt alapas, flagella, & quod Pilato tanquam reus traditus est: hæc non

† expectaui

talibus nos instrueret.

g *In conspectu tuo.* CAS. Inuidiam excitat contra eos, vt tantũ scelus præsente Deo committerent.

h *Cor meum.* Quia voluntate sustinuit. secundum illud, *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum.*

✠ BASILIVS. Tantis enim vndique doloribus occupatus, & adhuc tristiora expectans, nullam prorsus habeo consolationem: sed qui me discruciant numerari nequeunt, qui verò consoletur, & mœstitiæ communicatione angustiam animi releuet, nemo comparet.

i *Qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur & non inuenit.* AVGVSTINVS. Contristati sunt discipuli & mulieres, quæ super eum flebant, sed non simul. Carnaliter enim contristabantur de vitâ mortali, quę erat mutanda mor-

☞ te,

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *inde patres detentos, secundum illud Zachariæ ix. c.* Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. *Sic igitur petit Christus, vel potius Dauid in persona Christi, quod anima Christi cito de inferno redeat ad corpus, & resurrectio cõpleatur: ita quod corpus nullam corruptionem, seu putrefactionẽ patiatur; quòd & factum fuit, sicut suprà dictum est psal. xv.*

1 Exaudi me Domine, quoniam benigna est, &c. *Hic consequenter adducitur ratio suæ exauditionis: & accipitur primo ex parte proprietatis diuinæ, cuius proprietas est misericordia & benignitas, & per consequens ad exaudiendũ pronitas: & hoc est quod dicitur,* Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secũdum multitudinem miserationum tuarum respice me: *& patet litera. Secundo accipitur ex parte obedientiæ Christi, qui fuit obediẽs patri vsque ad mortẽ, propter quod vocatur hic* puer; *Nomine enim pueri frequenter in sacra scriptura designatur seruus valde obediens: & secũdũ hoc Christus vocatur puer Act. iij. f.* Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus &c. *& secundum hoc dicitur hic,*

2 Ne auertas faciem tuam à puero tuo &c. *Orationem meam repellendo: & loquitur de Deo ad modum hominis, qui auertit faciẽ, quãdo non vult exaudire deprecationem petentis.*

3 Intende animæ m. *Id est vitæ meæ corporali.*

4 Et libera eam. *Resuscitando à morte.*

5 Propter inimicos meos. *Id est, propter Iudæos; quod dupliciter exponitur, Vno modo de Iudæis obstinatis, vt per resurrectionẽ Christi confun-*

dũtur: Alio modo de conuertẽdis, vt audita Christi resurrectione conuertantur sicut legitur Act. ij. g. quod prædicante Petro Christi resurrectionem, multi conuersi sunt ad fidem: & ibidem subditur, Et appositæ sunt in die illa animæ circiter tria milia.

6 Tu scis improperium meum, *id est, mihi illatum in verbis iniuriosis, vt patet ex prædictis.*

7 Et confusionem meam, *quia captus sum ad modum latronis.*

8 Et reuerentiam meam, *Hic accipitur* reuerentia *pro verecũdia, sicut irreuerens dicitur inuerecundus: propter quod in trãslatione Hieron. dicitur,* Ignominiam meam, *id est, in sputis & colaphis mihi à Iudæis illatis.*

9 In conspectu suo sunt omnes, &c. *q. d. pro voluntate tua potes eos punire.*

10 Improperium expectauit cor meum, & miseriam, *quia post colaphos & sputa à Iudæis illata, à militibus præsidis fuit illusus, & crudeliter occisus.*

11 Et sustinui qui si. *Hoc videtur falsum: quia apostoli in morte Christi simul contristati sunt, secundum quod dixerat eis Ioan. xvj. d.* Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos. *Dicendum, quod loquitur hic secundum communem modum loquẽdi, quo dicitur, Nullus adesse, vbi pauci sunt respectiue, sicut dicitur, Nullus est in ecclesia vel in foro, quia pauci sunt ibi, secundum quod deberent, vel cõsueuerũt esse. Ita in morte Christi fuerunt pauci contristati, cùm tamen debuissent omnes compati ei, cui insensibilia compati videbatur quia in morte Christi sol obscuratus est, & terra mota, & petræ scissæ sunt, & monumenta sunt aperta, vt patet ex decursu euangelij.*

☞ 1 Et

MORALITER.

† 1 *Exaudi me.* Hîc pro liberatione allegatur primò diuina clementia, ideo subditur,

† *Quoniam benigna est misericordia, &c. Et ne auertas fa. tuam à puero tuo*, i. populo Christiano. Secundò allegatur persecutorum nequitia, cùm dicitur,

5 *Propter ini. tuos eripe me.* q. d. quia persequũtur me iniustè. Et tertiò

tertiò, propria miseria cùm dicitur,

6 *Tu scis improperium meum & con. meam & re. meam.* i. verecũdiam. Et ponuntur tot nomina quasi idem significantia, ad propositum magis exaggerandum.

10 *Impro. ex. cor meũ.* de futuro, sicut iam sustinui de præterito.

11 *Et susti.* id est, expectaui.

† *Qui si. con.* ad aliqualem releuationem: nam compatientes

te, cùm deberent cum eo contristari de cæteris, qui medicum occidebant; quod nemo tunc fecit.

Matt. 27. d. a *Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me &c.* Avgvst. Quod non inueni simul tristes & consolantes, hoc fuit mihi fel amarum propter mœrorem.

b *Acetum, &c.* idest acidum, propter vetustatem eorum. Legitur in euangelio fel ei oblatum, sed in potu, non in esca. Mysticè ergo dicitur, id est super escam suauem quam cum discipulis acceperat, quę est esca vnitatis Christi; iniecerunt fel: quod adhuc hodie facit, & grauius peccat contemptor sedentis in cælo, quàm qui crucifixit ambulantem in terra. Dant bibendum amarum potum, qui malè viuendo scandalum faciunt ecclesiæ, vt hæretici.

Gustauit Dominus, docens, & nos gustare, id est pati tales: sed non bibit, quia non possunt tales in corpus eius recipi.

Mysticè ergo hoc prædicitur, sicut & mysticè factum est in passione.

Ioan. 19. c. Cassiod. *Et dederunt.* Hæc est consummatio passionis; cùm dixisset, *Sitio*, fel cum aceto obtulerunt, hoc facto mores suos amarissimos indicantes.

c *Fiat mensa.* Cas. Prophetia contra aduersarios.

C Avgv. *Fiat mensa.* Mensa scriptura: hanc Iudæi habuerunt, dum mandatum Dei coluerunt, postquam à lege ieiuni sunt, hæc mensa coram ipsis gentibus data est, vt grauius dolerent.

d *In laqueum.* vt qui litera legis alios stringebant, in ea obligati caderent.

Evthymivs. Per *mensam*, aliqui lætitiam significari dixerunt, contra verò dolorem, & tristitiam per illa tria, *laqueum, retributionem, scandalum*; vt sit sensus; vtinam eorum gaudium in afflictionem, & calamitatem immutetur. Læti autem esse solent, qui sunt in mensa: contrà, mœsti, & tristes, qui in laqueo aut retributione pœnarum sunt, aut scandalo. Possumus & altius contemplando, per mensam sacras intelligere scripturas, quæ singulis diebus Iudæis olim in synagogis præbebantur. Harum enim cognitio intelligentium nutrit corda, verum Iudæi se illis nutriri existimantes: & gloriantes, ac iactantes se per eas conuicturos esse Christianos; ab eis potius veluti

a ¶ Hiero. De tanta multitudine persecutorum. ¶ De persecutoribus: sed lęti scelus peregerunt.
b ¶ Qui proficit, consolatur medicum. c ¶ Sed potius.

a stare tur, & non fuit: & qui consolar[b]etur, & non inueni. Et de-

a ¶ In eucharistiam se dant fellicos Iudæi. b ¶ Qua desideraui fidem. c ¶ Veteri acredine.
¶ Aug. Quia nil nisi vetusta eum inueni:

b derunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

a ¶ Fel & acc. ¶ Aug. Qualem laqueum mihi exhibuerunt, dando mihi talem potum; talis potus & laqueus sit. b ¶ Scriptura. c ¶ Aug Quæ eis prolata. d ¶ Reprehensionis.
e ¶ Quia sic tribuerunt. ¶ Augustiarum.

c
d Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & † in retributio-
e
a ¶ Cass. ipsi sibi sunt scandalum. ¶ Offendiculum b ¶ Qui noluerunt intendere.
¶ Augus. Quasi, quia hinc causa non viderunt, fiat eis non videre.
c ¶ Agnoscant verum solem:
¶ Hoc consequens de obscuratis oculis. quia superna non vident de inferioribus cogitant.

f
g nes & in scandalum. Obscurentur oculi eorum, ne videant:

a ¶ Rationem, vel mentem. b ¶ Præterea.
c ¶ Vt obruat.
d ¶ Vindictam tuam exterius puniendi hic. & in futuro.

† lumbos eorum semper multare (vel vacillare) fac.

h
i & † dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram

a ¶ Quando illud euenit quod timetur. b ¶ Hic persequitur. ibi comprehendit.
c ¶ Quasi fugientes.
d ¶ Cass. Domus priuatæ.

k
l tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos. † Fiat habitatio

veluti à quibusdã laqueis irretiti, atque inuoluti sunt, cùm clarè atque apertè scripturæ omnes de Christo loquebantur.

e *In retributiones.* quia illis ablata, & gentibus data. Malorum fuit retributio, dum nolentes in ea epulari, ab ea sunt excluſi.

f *In scandalum*, quia deserentes pacis autorem, rixas sibi & praua opera concitant.

Coram ipsis. Avg. Quia vident malum esse, & tamen faciunt, viui descendent in infernum: vnde etiam, *Nisi Dominus esset in nobis, forsitan viuos deglutissent nos*, id est, scientes se non debere consentire illis.

g *Oculi.* Avg. Doctores, qui præeunt *Obscurentur*, id est, lumen scientiæ perdant.

h *Et dorsum eorũ, &c.* Id est, minores. Cùm enim lumen scientiæ perdunt qui præeunt: ad portanda peccatorum onera, & ad appetenda terrena inclinantur sequentes; vel, *dorsum*, mens eorumdem. Semper hoc de illis, qui non pœnitent.

i *Effunde &c.* Cassio. vt in morem fluminis sit copiosa.

Basilivs. Omnem, inquit, iræ tuæ pœnam in illos immitte, inferque eis celerem & perennem calamitatem. Per *furorem* enim celeritatem significauit, per *iram* verò perseuerantiam. Furor enim præceps est, & modici temporis: ira verò tardior quidem est, sed perseuerantior.

Beda. Quasi dicat, amplifica super eos iram tuam Domine, per exteriorem etiam vindictam. Quid ergo profuit Caiphæ quod dixit: *Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem?* nihil vtique. Non enim eum dimiserũt, imò interfecerunt: & tamen Romani venerunt, & locum & gentem destruxerunt. Et ideo dicit, non odio imprecantis, sed præscientia prophetantis.

k *Comprehen.* Vt non liceat effugere.

l *Fiat habitatio.* Avg. Hoc iam in manifesto. Sicut suprà liberatio, non solùm occulta, cùm dicit, *Intende animæ*; sed & aperta secundum corpus, cùm dixit, *Propter inimicos me. e.* Ita hîc calamitates prædicit *occultas*, de quibus antè, *Obscurentur oculi* in cęcitate mentis eorum, & *apertas*, vnde modo, *Fiat habitatio eorum deserta*, vt factum est modo cùm perdiderunt locum & gentem, in quo superbierunt contra Deum.

Evthym.

† Sit palatium eorũ desertum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et qui consolaretur: & non inueni, &c. *quia etiam principalis eius discipulus, scilicet Petrus, cum in sua præsentia ter negauit.*

2 Et dederunt in escam meam fel. *sicut dicitur Matth xxvij. d.* Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. *Et quia fel erat de natura sua magis esibile quam potabile, ideo nominat ipsum escam.*

3 Et in siti mea pota. &c. *Ioan. xix. f.* Cùm ergo accepisset Iesus acetum.

4 Fiat mensa &c. *Hic consequenter prædicitur Iudæorum punitio, cùm dicitur*, Fiat mensa eorum coram &c. *Quando enim Ierusalem fuit obsessa à Romanis, Iudæi illuc conuenerunt ad celebrandum paschale conuiuium, quod non poterat fieri extra Ierusalem: & sic fuerunt illaqueati, quia fuerunt à Romanis concluſi, sicut aues in laqueo.*

5 Et in retributiones, &c. *pœnarum debitarum propter mortem Christo illatam: Sicut enim prædixerat Lucæ xix. g.* Circundabunt te inimici tui, & coangustabunt te, &c. *sequitur:* eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ.

6 Et in scandalum, &c. *ruendo de malo in malum: quia primò passi sunt famem in illa obsidione, in tantum quod mulieres comedebant paruulos suos, vt dicit Iosephus libro de Iudaico bello; & ex consequẽti mortis pestilentiam; & vlterius captionem, & occisionem quantum ad multos; & captiuitatem quantùm ad alios.*

7 Obscurentur oculi eorum ne videant, *Quia remanentes per orbem dispersi, sunt in sua infidelitate excæcati, secundum quod dicit Apostolus Rom. xj. b. allegans scripturam istam.*

8 Et dorsum eorum semper incurua; *pondere peccatorum superappositorum.*

9 Effunde super eos iram tuam, *id est effectum iustitiæ tuæ.*

10 Et furor iræ tuæ, *id est, rigor iustitiæ tuæ.*

11 Comprehendat eos, *Quod factum est in destructione eorum per Romanos.*

12 Fiat habitatio eorum deserta, *Quia Romani destruxerunt ciuitates eorum & loca.*

1 Et

MORALITER.

† afflicto diminuunt afflictionem suam, sicut portantes pondus corporale, cum aliquo aliquid leuiant suum grauamen.

2 *Et dederunt in escam me.* s. persecutores mei ducentes ad amaritudinem vitam meam.

4 *Fiat.* Hîc petitur persecutorum punitio, non ex vindictæ, sed iustitiæ zelo, cùm dicitur, *Fiat mensa eorum*, sicut duxerũt vitam meam ad amaritudinem, sic fiat eis.

7 *Obscurentur oculi eorũ ne videant*, euasionẽ pœnæ sibi debitæ.

8 *Et dorsum eorum semper incurua, &c.* id est eorum pœnam aggraua.

9 *Effunde super eos iram tuam*, Eos multipliciter puniendo.

10 *Et furor iræ tuæ cõprehendat eos*, Ita quod nõ possunt effugere.

12 *Fiat habitatio eorum deserta.* i. ab hominibus non habitata.

† Morali.

☞ ✻ Evthymivs. Per inhabitationem vniuersam appellat Hierosolymam, in qua omnes Christi occisores habitabant.

A a *In tabernaculis.* Cas. Templo & regio palatio. Ad hoc ponit, *inhabitare*, quod fit deuotæ mentis affectu; ad domos, *habitare*, quod fit corporea mansione.

✻ Beda. *Quoniam quē tu percussisti.* Quasi dicat: meritò iram super eos effundes, quia persequuti sunt tribulatione, quoad potuerunt, illū, quem tu percussisti; id est, me. Percussit Dominus in Adam & Eua omne humanū genus mortalitatis & passibilitatis vulnere, cùm dixit, *in quacunque die* Psal 90.b. de ligno scientiæ boni & mali *gustaueritis, morte* B *morie-mini.*

b *Tu percussisti.* Cas. Non sua culpa: percussisti passione, ad salutem gentium; hoc illi crudeli voto impleuerunt.

✻ Evthymivs. *Percussisti*, dixit, pro percutere permisisti: Sic etiam Zacharias dixit; *Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis*; Et Esaias, *Dominus tradidit eum pro peccatis nostris.* Est etiam & hęc Hebraicæ linguæ proprietas, vt ei, qui permittit, factum asscribat, eo quod prohibere potuit, & non prohibuit: Quod verò *persecuti sunt*, expone pro, grauibus afflixerunt pœnis: vel, *persecuti sunt*, quousque occiderint.

c *Et super dolorem.* Quia erat pro perditione eorum.

d *Addiderunt*, inferre mortem. Vel super dolorem vulnerum meorum, i. quæ mihi infixerat lancea, & clauis. Addiderunt, custodes sepulchri.

✻ Evthymivs. addiderunt, (id est,) auxerunt mihi vulnerum dolorem, addendo opprobria: vel super vulnerum dolorem, addiderunt calumniam dicentes, quod sepultum me discipuli furto subtraxerunt, & negantes me verè resurrexisse.

✻ Beda. *Vulnerum meorum, &c.* Super dolorem vulnerum meorum seruorum prophetarum, scilicet prius ad vineam missorum addiderunt, quia me filium interfecerunt.

e *Appone iniquitatem super iniquitatem &c.* Avgvstinvs. Iniquitas eorum fuit, vt hominem occiderent, & super hoc apposuit Deus, vt filium suum occiderent, vt sicut seruos præmissos, ita ipsum hæredem. D

f *Deleantur, &c.* Avgvstinvs. Quia scriptos se putant, id-est, constet etiam ipsis, non ibi esse illos: vnde, *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis.* i. multi scandalizabunt ex eo nnmero, qui se sperabant sessuros tecum, †dolorem vulneratorū tuorum narrabunt, (i. iactāt se affligere, quos vulnerare tu iubeas. vel, dolorē vulneratorum tuorum addiderunt. E & staturos ad dexteram.

g *Libro viuentiū, &c.* Cassiod. Notitia Dei, qua prædestinauit ad vitā, quos præsciuit conformes fieri imagini filij sui. Non sic tamen accipiēdum est, tanquam in hoc libro aliquem scribat Deus, quem postea deleat: sed secundum spem illorū, qui scriptos se putant.

✻ Evthymivs. Hic est ille liber, de quo legimus, quod cùm iratus esset Deus aduersus populum, qui vitulum fecerat, †magis, quā vitulus, quam bos cornua producens, & vngulas. F & dixit ei Moyses, *siquidem dimittis eis peccatum, dimitte, si minus, dele me de libro, quem scripsisti; respondit ei Deus: si quis peccauerit coram me, delebo eum de libro meo.*

h *Ego sum pauper, &c.* Cassiodorvs. Hîc dispensationem incarnationis, & sanctitatem propositi exponit, dicens: quis finis passionis?

i *Dolens.* Avgvstin. Hoc secundum caput, pro omnibus dolet: vnde; *Dolores nostros ipse portauit*, quod nullus alius. Ideo dicit,

k *Et placebit.* Cass. Laus puri cordis plus placet, quàm mactatio pecudum. Esa 53.b.

l *Vitulum nouellum* Avg. Pro peccatis offerebatur nouellus vitulus, qui significabat nouitatem secuturam; quæ defensionem habet in cornibus, munimen pedum in vngulis (per quas aspera seculi calcet) *producentem*, quia fidelis quotidie virtute Dei augetur.

Avgvstinvs. Vitulus vngulis terram excitat, sic qui non contradicit, sed tamen terrenum abiectè sapit, vngulis exci-

☞ tandus

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. *Quia expulsi & captiuati fuerunt totaliter de Iudæa. Et huius punitionis causa subditur. cùm dicitur,*

2 Quoniam quem tu percussisti, *scilicet Christum, persecuti sunt occidendo eum. Dicit enim Apostolus Ro. viij. f. de Deo patre:* proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū; *& sic percussit eū, quia persecutionibus Iudæorū exposuit; hoc tamen fuit ex maxima charitate, secundum quod dicitur Iohan. iij. b.* Sic Deus dilexit mūdum, vt filium suum vnigenitum daret. *Sed Iudæi persecuti sunt eum ex inuidia, & iniquitate: propter quod puniti fuerunt.*

3 Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. *Quia non solum persecuti sunt ad mortē Christum in persona propria, sed etiam membra eius: Stephanum lapidando, Iacobum occidendo, alios incarcerando & flagellando, vt patet in actibus Apostolorum.*

4 Appone iniquitatem, *id est, appones, scilicet, permittendo, quia Deus non est causa iniquitatis effectiuè, sed tantùm permissiuè.*

5 Super iniquitatem eorum. *Quia super peccatorum commissionem, etiam apposuerunt obstinationem. Ideo subditur,*

6 Et non intrent in iustitiam tuam, *reuertendo de culpa ad gratiam.*

7 Deleantur de libro viuentium, *per finalem reprobationem, & æternam damnationem.*

8 Ego sum pauper. *Christus enim in paupertate fuit natus, cōuersatus, mortuus, & in alieno sepulchro positus.*

9 Et dolens. *Quia dolor in passione Christi fuit maximus.*

10 Salus tua Deus suscepit me, *resuscitando à morte.*

11 Laudabo nomen Dei, &c. *Hic consequenter vltimò ponitur gratiarum actio, cùm dicitur,* Laudabo nomen Dei, *non est intelligendum, quod ex laude humana aliquid Deo accrescat, sed ipsis laudantibus.*

12 Et placebit Deo, &c. *Sacrificium enim diuinæ laudis magis est* ☞ *Deo*

MORALITER.

† 2 *Quoniam quem tu percussi.* i. populum Christianum, quem tu percuti permisisti ad suæ patientiæ exercitium.

† *Persecuti sunt*, nequiter.

3 *Et super dolorem vulnerum meorum*, id est, defectum in necessarijs, qui communiter est pauperibus Christianis.

† *Addiderunt*, iniustè persequendo.

4 *Appone.* In statera iustitiæ tuæ.

† *Iniquitatem super iniquitatem eorum*, Multiplicando earum pœnam super peccatorum multiplicationem,

† *Et non intrent in iustitiam tuam*, scilicet illi, quos præuidisti ad pœnam æternam: quod propriè dicitur tantùm de dæmonibus, propter eorum irreuersibilitatem: ideo subditur,

7 *Deleantur de lib. viuentium*, &c.

8 *Ego sum pau. & do.* ex miserijs vitæ præsentis.

10 *Salus tua Deus*, i. Christus.

† *Suscepit me*, confortans me in tribulationibus.

11 *Laudabo nomen Dei cum cantico*, i. ore & corde.

12 *Et placebit Deo super vitulum nouellum.* j. plus quàm veteris legis sacrificia.

Et

tandus est: & super hunc vitulum placebit laudatio mea cum
A angelis, vbi nec aduersarius erit ventilandus, nec piger de terra excitandus.

✻ Basilivs. Iucundius, inquit, in sacrificium laudis erit, quàm vituli nouelli ac pinguis, recenter vngulas & cornua producẽtis. Dignum fuerit deplorare Iudæorum præuaricationẽ, qui considerare nolunt, quàm puerilis sit legalis cultus: cùm qui in Babilone captiui fuerunt, pollicitisint se Deum hymnis post reditum, non
B sacrificiorum cultibus celebraturos, eo quòd hymnodia illi sit gratior.

a *Videant.* Cass. Quod oblatio iam est in mente non in rebus, vbi pauper æquatur diuiti. Et, ô pauperes, hoc tamen contuitu Dei facite, *quærite Dominum*. Vel, vt videatis, quærite Deum, escam mentis.

C b *Vinctos.* Avg. Qui vltra necessaria quærit, compedes onerat; sed sufficit diei malitia sua.

Avg. vinctos mortalitate, qua Dominus offensus, seruos compediuit: sed inde clamantes audit.

Cælum, terra, mare. Cas. Ad literam, id est, cælestia, terrestria, & natantia, hæc laudant, dum ex eis laudatur creator.

Cas. Diuitiæ sunt pauperis videre creata, & inde laudare creatorem.

c *Laudent illum, &c.* Cas. Quod prius simul, nunc sigillatim monet; vel, laudent cœlestia, terrestria, natantia. Et, vt perfectè omnia concludat, addit, *omnia quæ in eis sunt*, sic omnis creatura ad laudes inuitatur.

Phil. 2 Hier. Cas. Ac si diceret: *Omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.*

d *Et omnia reptilia in eis.* Cas. Omnes modi monstrosi, in peccatis hærentes terrenis. D

✻ Evthymivs. Quasi non sint satis angeli, neque homines, ad agendum gratias Deo, ipsa etiam conuocat propheta elementa ad Dei laudes, eo ordine quo eorum meminit Moses in Geneseos principio. Et impropriè ipsos pisces appellauit *repentia:* atque ita fortassis ob piscium multitudinem.

c *Quoniam Deus saluam faciet Sion, &c.*

Avgvstinvs. In spe fidelis populi fundatur constructio ecclesiæ: vnde omnis creatura laudare monetur.

✻ Basilivs. Hunc autem illi hymnum offeram, vbi Sion illustrem, & Iudaicas ciuitates nunc desolatas, priorem fælicitatem recepisse videro.

† Viderunt mites (humiles) & lætati sunt, & quiquæritis Deum, viuet cor vestrum.

† compeditos E

† ædificabũtur

† accipient

† inhabitabunt

✻ Beda. Sion monticulus fuit adiunctum templo Hierosolimitano; & ideo per Sion Ecclesia de Iudæis intelligitur. F Saluam faciet Deus inquam Sion, & ciuitates Iudæ, id est, collectiones ad verè viuendum videre, id est humiliter confitentium de gentibus.

✻ Evthymivs. Nouam nimirum Sion, id est Ecclesiam fidelium, vel ipsam Hierusalem saluam faciet, hoc est conseruabit, sibiipsi videlicet Christo, cui soli illius cura commissa est, & non alteri: tametsi modo, impij illius dominentur regionis.

f *Et qui diligunt nomen eius, &c.* Cassiod. Quid per singula? omnes qui diligunt nomen tuum habitabunt.

Avgv. Hi sunt semen seruorum. Iste enim versus exponit præcedentem.

✻ Evthymivs. Omnes, qui diligunt nomen tuum, habitabunt in ea, Christiani scilicet nomen tuum inuocantes.

☞ a *In*

NICOLAVS DE LIRA.

✻ *Deo placitum quàm sacrificiũ animaliũ, etiam à tempore veteris legis; quia sacrificia animaliũ non erãt accepta nisi ex deuotione offerentiũ; tempore vero nouæ legis talia sacrificia sunt tãquã mortua reprobata: & hoc est quod prædixit Saluator Iohan. iiij. c.* Venit hora, & nũc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate.

1 Vide pau. *i. Christiani, qui in primitiua eccl sia fuerunt pauperes.*

2 Et lætentur. *De mutatione cultus corporalis veteris legis, in spiritualem nouæ.*

3 Quærite Deum, *In fide & charitate,*

4 Et viuet anima vestra, *vita gratiæ.*

5 Quoniam exaudiuit pauperes Dominus, *Preces eorum exaudiendo.*

6 Et vinctos suos, *Patres in limbo detentos, cum Christo resurgente educendo; Potest etiã hoc referri ad fideles, qui in primitiua ecclesia in carceribus vinciebantur, & aliquando fractis carceribus diuinitus liberabantur.*

7 Laudent illum cæli & terra. *i. ciues cælestes & homines in terra habitantes.*

8 Mare & omnia re. &c. *Non quia talia irrationabilia Deum laudent propriè, sed quia sunt hominibus materia diuinæ laudis, qui eũ laudant ex suis creaturis.*

9 Quoniam Deus saluũm faciet Sion. *Hoc exponitur dupliciter, Vno modo de eccl-sia militante, quæ per Sion signatur, eo quòd incepit ibi per Christi prædicationem, qui frequenter legitur prædicasse in tẽplo, quod erat in mõte Sion: & ibi confirmata fuit per Spiritumsancti missionem in signo visibili super apostolos, alioq; Christi discipulos, secundum quod dicit Hier. in epist. ad Paulinũ de omnibus sacræ scripturæ libris.*

10 Et ædificabũtur ciuitates Iudæ. *Quia apostoli, aliiq; discipuli, de monte Sion missi sunt ad prædicandũ per orbem vniuersum, vbi per eos cõstitutæ sunt & ordinatæ ecclesiæ, quæ dicuntur ciuitates, eo quòd ciuitas est ciuiũ vnitas, ibi antẽ vniebantur fideles in fide & charitate. Dicuntur etiam* ciuitates Iudæ. *i. Christi, qui sic nominatur, eo quòd fuit de tribu Iuda, sicut & Gen. xlix. Samson nominatur Dan, secundũ omnes expositores Catholicos & Heb. cùm dicitur:* Dan coluber in via, *quia fuit de tribu Dan.*

11 Et inhabita. ibi. *Fideles Christi.*

12 Et hæreditate, &c. *Quia decedentibus primis, aliquasi hæreditariè succedunt eis.*

13 Et semen seruorum eius. *i. Christi: & vocantur hic* eius serui, *sui discipuli, quorũ* semen. *i. imitatores eorũ, possident ecclesias per orbẽ.*

14 Et qui diligunt nomen eius, *Existentes in charitate,*

15 Habitabunt in ea, *Numero & merito, quia sola charitas diuidit inter filios perditionis & regni.*

✻ Alio

MORALITER.

† 1 *Videant pau. & læ.* Quoniam de eis dicitur Matth. v. 2. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.*

3 *Quærite Deum, &c.* Per opera iustitiæ,

4 *Et viuet anima.* Vita gratiæ, & postea vita gloriæ.

5 *Quoniam exaudiuit pauperes,* In suis orationibus.

6 *Et vinctos suos,* id est, pro nomine eius,

† *Non despexit,* Vt patet de martyribus, quorum honor in cælis celebratur in terris.

7 *Laudent illum cæli.* i. omnis creatura: nam ex omnibus creaturis habetur materia diuinæ laudis.

9 *Quoniam Deus saluum faciet Sion,* id est, ecclesiam militantem.

10 *Et ædificabuntur ciuitates.* i. congregationes plebis Christianæ, quæ ædificantur in moribus & fide.

11 *Et inhabitabunt ibi.* s. illi qui fideles sunt, non solum numero, sed etiam merito.

12 *Et hæreditate acq. eam.* i. ecclesiam, in qua iam sunt secundum statum ipsius militantis, & *acquirent eam* secundum statum ipsius triumphantis: est enim vnica ecclesia, tamen duos habens status.

13 *Et semen seruorum.* i. imitatores bonorum.

14 *Et qui diligunt.* Gradus enim mansionum supernæ ciuitatis distinguuntur secundum gradus charitatis.

† Morali

NICOLAVS DE LIRA.

Alio modo exponitur de ecclesia triũphante, quæ Sion appellatur, Hebræ. xij. c. Accessistis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem, & multorũ milium angelorum frequẽtiam. *Hanc autem Sion cœlestem Deus saluam fecit, quando per homines illuc ascendentes angelorum ruinam reparauit.*

Et ædificabuntur ciuitates Iudæ. i. Christi. *Et possunt dici hæreditates diuersorum angelorum ordines.*

Et inhabitabunt ibi, *sancti illuc assumpti.*

Et hæreditate acquirent eam, *id est immobiliter, sicut hæreditas dicitur res immobilis.*

Et semẽ seruorũ eius, *id est fideles discipulorum Christi imitatores.*

Possidebit eam, *Æternaliter, absque amissione.* Et qui diligunt nomen eius, Habitabunt in ea: *quia in ciuitate cœlesti est charitas perfecta. Est enim ibi vna vox tantum, & vnus arbor cordium, ad quam perducat, &c.*

ADDITIO I.

In psal. lxviij. Saluum me fac. *vbi dicitur in postilla: Nec orat sic Christus homo.*

Christum Deum orare quomodo intelligendum.

Christus orauit non solũ vt ostenderet veritatem humanæ naturæ, in qua minor est patre: sed etiam vt ostenderet se esse a patre; vnde ipse dicit Ioh. xj. c. Propter populum, qui circũstat, dixi. *s. verba orationis,* vt credant quia tu me misisti: *Quod intelligitur etiam secundũ deitatem; vnde Aug. x de Trinitate dicit, quod orauit Christus, ne filius ignoretur. Orauit etiam Christus, vt nobis exemplum daret orandi, vnde Ambr. super Lucam in materia orationis Christi dicit,* Ad præcepta virtutis nos informat exemplo. *Item quia Christus sciuit quædam esse fienda mediante sua oratione, idcirco conuenienter orat, prout in iij. parte q. xxj. art. j. in responsione ad secundum argumentum.*

ADDITIO II.

In eo. ps. vbi dicitur in post. Et placebit Deo super vitulũ nouellũ.

Postillator relinquit sine expositione illa verba, quæ in litera continẽtur. s. Cornua producentẽ & vngulas: Quæ quidem verba non videntur applicari sacrificijs veteris legis, in quibus nusquam fit mentio de hoc, quod tauri vel vituli, de quibus sacrificia fiebãt, producerẽt cornua vel vngulas, vt patet in Leuit. & in alijs locis, vbi de sacrificio veteris legis tractatur: & sic hæc verba in sensu literali videtur omnino superflua & inuẽcluosa; vnde secundũ doctrinam Greg. xxxj. moralium, cum ratio literæ defeciſſe cognoscitur, restat vt ad sensum mysticũ sine dubitatione recurratur: quapropter in hoc loco recurrendũ est ad sensum spiritualiorem, secundum quem, cùm dicitur, Laudabo nomen Dei cum cantico, &c. *intelligitur de futura laude, scilicet patriæ quæ magis placet Deo, quã omnis vita gratiæ: Quæ quidem. s. vita gratiæ significatur per vitulum nouellum in nouitate vitæ, &* producentẽ cornua *quibus expugnentur hæretici, & ecclesiæ aduersarij; Similiter &* producentem vngulas, *quibus aspera sæculi calcet, & eos, quibus tantùm terrena sapiunt, vngulis excetet; prout in glossa largius habetur.*

REPLICA. Saluum me fac Deus, *vbi postillator dicit Christũ hominem orare, vt ostendat veritatẽ humanæ naturæ in se, in qua minor est patre. Burg. autem iuxta intentionem S. Tho. prout eum allegat tertia parte. xxj. q. Christũ dicit orasse non solũ secundũ humanitatem, sed etiã secundum deitatem: Quod satis erronee sonat. Nam orare sicut adorare est actus latriæ, qui est actus seruitutis inferioris ad superiorẽ. Christus autẽ secundum communem catholicorũ doctrinã sic non dicitur se habere ad patrem secundum deitatem, sed secundũ humanitatem. Motiua etiã Burg. ad sic dicendum non cogunt. Nã primũ cùm dicit Christũ orasse, vt ostenderet se esse à patre, secundũ illud Ioh. xj. c.* Propter populum qui circumstat dixi vt credant, quia tu me misisti; *Non oportet illam orationem de deitate intelligi, sed humanitate, in qua fuit missus missione visibili. Nec orauit Christus in proposita allegatione, vt crederẽt eum facere miracula virtute Dei interpellati qui eum misit. Multi enim dixerunt eum facere miracula in potestate dæmõ: Orauit igitur ad Dominũ, vt hunc errorem excluderet: dũ non à diabolo, sed à Deo postularet. Ad idẽ est Hil. x. de Trinit. & xj. Quod autem allegat beatum Ambrosium, quòd Christus orauit, vt daret nobis orandi exemplum. est contra Burg. Nã dare exẽplum pertinet ad humanitatẽ Christi, quia dicit beatus Aug.* nisi esset verus Deus, non afferret remedium, nisi esset verus homo, non præberet exẽplum. *Nec cogit, si Christus scinit aliqua fienda oratione sua mediante, quia anima Christi vidit in verbo, orauit fieri vt homo, non vt Deus; Sed vt consulamus senectuti Burgen. dicere possumus secundum communicationem idiomatum, Christum Deũ orare: sicut Damascenus dicit puerum stellas creare.*

In eodem psal. circa illum passum: Et placebit Deo sacrificium diuinæ laudis super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas, *vbi glossa magistralis ad literã his verbis dicit, non plus significare, nisi quod vitulus nouellus in sacrificio offerẽdus nondum habeat cornua & fortes vngulas: ideo talis dicitur producere ea virtute augmenti naturalis, nã in lege prohibitũ fuit defectuosa animalia in naturalibus offerri. Non sunt igitur talia verba superflua, sicut putat Burg. nam in multis passibus sacræ scripturæ sensus allegoricus plus pẽsat verba: & ad maiorem veritatem refert, quã literalis sensus. Non igitur sequitur, literalem sensum esse inutilem, vel adyciendum: & primo recurrendum ad sensum mysticum, secundum doctrinam B. Aug. & B. Greg. xxxj. moralium: quia hoc solum faciendum est vbi litera secundum primariam vocum significationẽ esset falsa vel absurda, qualiter non est in proposito, quia in proposito sensus literæ est, siue offerantur perfecti boues iam habentes cornua & vngulas, siue vituli adhuc naturaliter ea producentes, adhuc placebit amplius sacrificium laudis quã legis, prout intendit postillator.*

GLOSSA ORDIN.

a ¶ Christum. b ¶ Dirigens. c ¶ Attribuitur, ¶ Omni iusto, qui hic loquitur.

2 †In finẽm Psalmus Dauid, † in rememoratiõne, eo quod saluum me fecit Dominus.

a ¶ Id est, agens de memoria. b ¶ Scilicet. c ¶ Spe & certitudine.

Psalmus LXIX.

a ¶ Qui soles iuuare. b ¶ Aug semper adiutorio egemus in hoc seculo, maximè in tribulatione ¶ Contra periculũ. c ¶ Respice.

1 Eũs † in adiutoriũ meũ intẽnde,

A †Vide psalmum 4.

a *In rememoratione.* CAS. Memoria duobus modis. Cum memores peccatorum, iudicium timemus: vnde suprà in psalm. xxxvij. vel dum promissa bona corde retinemus & securi sumus, vt hîc; quod ostenditur, cũ subditur, quòd saluũ fecit eum dominus. Et cõgruè supra caput de passione egit, & spẽ resurrectionis, addidit; similiter membra & passiones suas edicunt, &

B †vt eripias me.

b spem resurrectionis assumunt.

C AVG. Vox tribulatorum pro Christo: Id est martyrũ inter passiones periclitantium, sed de capite præsumentium. Cum illis vox omnis iusti, cui ex charitate, abundans iniquitas etiam Christianorum est passio: vt Loth corporalem persecutionem à nullo in Sodomis sustinuit, sed à malis factis eorum, cui non fuit dictũ, vt non ibi habitaret. Est ergo persecutio iusti, vel à leone in impetu, vel à dracone in insidijs, vnde omnes clament, *Deus in adiutorium,* primò petentes se adiuuari, malos erubescere.

Gen. 19.

✻ BASILIVS. Quod in epigrapha est, *vt seruet me Dominus,* nec in aliquo exemplari, nec apud Hebræum, nec apud alios interpretes: conuenit tamen cum psalmi sensu. Orat enim propheta pro salute, & vt ab inimicis liberetur: Dixit autem hunc psalmum Dauid, cùm esset per Absalonem pulsus. Rectè autem inscriptioni adiectum est illud, ad rememorandum, Memoria siquidem peccati vehementius illum, quàm hostes, pungebant.

D †ad remi-niscendum (i. vt Deus reminiscatur.

E

PSALMVS LXIX.

b *Deus in adiutorium.* Monet vt in Deo, non in nobis gloriemur.

F

CAS. Hîc omnis petitio, affirmatio est, vnde non sunt timẽdæ tribulationes. Hic versiculus ante omnes horas in initio prædicitur, quia cùm orare solemus, maximè tentare nititur diabolus, vt muscæ morientes perdant suauitatem vnguenti.

✻ BEDA. Hic psalmus attributus est Dauid, id est sanctis ☞ Martyribus.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXIX.

1 DEus in adiutorium. *Huic psalmo præmittitur talis titulus in Heb.* Ad victoriam Dauid ad recordandum. *In translatione Hiero sic dicitur:* Victori Dauid ad recordandum, *& est eadem sententia, vt patet ex supradictis. Quod autem dicitur hic ad recordandũ, dicunt expositores communiter, quod hoc dicitur, eo quod Dauid fecit hunc psal. ad beneficia sibi præstita à Deo recordanda: propter quod in aliquibus Biblijs, post illud verbum,* ad recordandum, *additur,* quòd Dominus fecit eum saluũ, *Sed hoc additum fuit ab aliquo expositore, quicunque fuerit ille: quia hoc non habetur in Heb. nec in translatione Hiero. iuxta Heb. veritatem. Item secundũ hoc eadem esset ratio, quod in quolibet psal. quem Dauid fecit pro sua liberatione à periculis poneretur ad recordandum, quod nõ est verum: & ideo saluo meliori iudi-*

☞ *cio*

MORALITER.

† *Deus in adiutorium meum intende.* Sicut dixi in expositione literali, psalmus iste, & sequens, qui apud Hebræos sunt vnus psalmus, videntur esse oratio Dauid in persecutione Absalom.

☞ Martyribus, qui hic loquuntur & hortantur nos, vt exemplo
A eorum in tribulatione non deficiamus, vt ad idem præmium perueniamus.

a *Confundantur.* Cas. Confundi, est de peruersitate turbari. *Reuereantur,* ne proles à iustitia pœna sequatur.

b *Qui quærunt, &c. volunt.* Aug. Diuersa sunt tempora in ecclesia, primò fuit impetus persequentium: vnde, *qui quærunt,* modò remansit maleuolentia cogitãtium, vnde, *qui volunt.*

† inimici †cogitant

c *Auertantur.* Aug. Duo genera sunt persequentium, vitaperantium, & adulantiũ: vt igne aurum probatur, ita vrit lingua adulantium. Plus enim nocet lingua adulatoris, quàm manus persecutoris; vtrumque ignis; Vritur qui tentatur vituperio vel laude. Exit integer, qui neutro capitur.

B

† iucundẽtur

† amãt abs se iuuari

† festina ad vel (propter) me. Gen. 19. f.

✠ Basilius. Frustrentur, inquit, qui necem meam appetunt, & confusionem inde reportent: & qui calamitatibus meis delectantur, in fugam cum pudore, rerum mearum mutationem videntes, vertentur.

C

✠ Beda. Dolet sanctus vir animam suam quærit à malis, non ad imitandum, sed ad opprimendum: & ideo orat & dicit, Confundantur & reuereantur. Vbi ergo præceptum illud Euangelij, *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Et item, *diligite inimicos vestros?* Vbi etiam exemplum pij magistri, qui docuit non solum inimicos diligere, sed & pro ipsis orare, dicens pro persequentibus suis in ipsa passione, *Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciant?* Non vtique dissentit iste ab illo: quia hoc orat, vt illi qui prius sanctos suos incarcerabant, flagellabant, necabant, vnde glorificabantur,

✠ *Confundantur,* id est, cõfusibiles se recognoscant, & sic *reuereantur,* id est, extimescant, & nobiscum pectora tundant. Talem enim vindictam iam acceperunt sancti, ab inimicis suis; quia Paulus ille, qui acceperat litteras, à principibus sacerdotum, vt iret

¶ Et cito. a ¶ Cass. Quasi, si tradet misericordia, crescent tormenta.
b ¶ Et. ¶ Aug. Aniequam defendant sua facta vt glorioſi, sed post conuertuntur: vnde subdit, & reuereantur, &c.

a Domine ad adiuuandum me festinâ. Cõfundãtur & † reue-

a ¶ Trucidantes. b ¶ Aug. ad opprimendum. c ¶ Aug. Non præcedant, sed sequantur; non suo consilio viuant, sed sanctorum,

b reantur, † qui quærũnt animam meam. Auertãtur retrorsum
c & erubescant, qui † volunt mihi mala. Auertantur † statim

a ¶ Repulit Paulus dicentes, Ego sum Pauli, &c. 1. Corinth. 1. a. ¶ Irrisione, vel adulatorie.
b ¶ His omnibus auersis & confusis.

d erubescentes, qui dicũt mihi, euge euge. Exultẽt & † lætẽ-

a ¶ In quo sunt lux, non in alio. b ¶ Non homines, sed. c ¶ Qui prior eos quæsiti.
d ¶ Quasi: qui hoc non dicit, non quærit Deum. e ¶ Hoc semper dicant.
¶ Qui peccatorem votat, confitenti dat veniam: idem facit iustè viuere, tandem glorificat.

e
f tur in tẽ omnes qui quærũnt tẽ, & dicãt semper, magnificẽ-

a ¶ Quia ab illo salus eis, non à se. b ¶ Aug. Ille dines nullius egens. ¶ Lumen meum.

g tur Dominus, † qui diligunt salutãre tuum. Egò verò egenus

a ¶ Vel mendicus, id est petens. ¶ Insufficiens mihi. b ¶ Sed o.
c ¶ Vel adiuuat in mundi tribulatione. d ¶ Ideo adiuua, quia. ¶ Et.
¶ Hoc semper etiam dicendum iustis. ¶ Vt vincam. ¶ Ecce vnde cepit.
e ¶ De tot nexibus causarum. ¶ Ne cedam.

& pauper sum, Deus † adiũua me. Adiutor meus & † libera-

a ¶ Non alia mihi spes est. ¶ Alias esto.

h tor meus es tu, Domine ne † moreris.

d *Exultent & lætentur in te omnes.* Cas. Monet lætari bonos, quos egenos Deus adiuuat & liberat. † erubescãt

e *Semper.* Quia non vnquam debet cessare à laude eius. † propter mercedem pudoris sui i. propterea quod pudefacere me conabãtur.

f *Magnificetur Deus.* Cas. Nostro more dictum, vbi quis laudibus crescit; quòd nõ Deus, sed nos laudando proficimus. E

✠ Beda. Errantem vocauit, *magnificetur Dominus;* peccatorem iustificauit, *magnificetur Dominus;* iustificatum coronauit, *magnificetur.* Hoc inquam illi, *qui diligunt salutare tuum,* id est saluatorem tuum. Et quicunque verè diligunt saluatorem, diligunt se sanatos esse, & cognoscent se egenos, & modicum fuisse sibi necessarium. † erutor † tardauerit F

g *Ego verò egenus.* Cas. Quod hortor, facio. Vel, ipsi de se sentiant. Vel, Dominus magnificetur: tu ergo quid? Vel, ego verò etiam iam iustus: quia adhuc lex *membrorum repugnat legi mẽtis mei, & adhuc* esurit iustitiam. Vel de Deo illud dicant, sed de se ita sentiant, vt dicant. Vel, *ego verò &c.* verba Dei assumit sibi, qui suprà se hæc eadem dixit. q. d. illi, qui quærunt animam, sunt diuites, sed ego egenus & pauper: quia & mundanas copias non habet; & intus, vbi est dines, semper ambit, desiderat, & accipit. Rom. 7. d.

h *Ne moreris.* Cas. Tardum videtur, quòd magno desiderio quæritur.

Aug. Ne mihi tardius videatur, quod venturus es, quòd fit per patientiam; qua qui caret, tardum ei videtur, & deflectitur ab eo: vt vxor Loth, quæ fit statua salis, vt te condiat: exemplo enim tibi est, ne retro aspicias.

☞ GLOSSA

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *ciò videt r mihi, quod hic ps. est prophetia de futuro. Præuidit enim Dauid in spiritu S. quod principium huius ps.* recordandum *esset in ecclesia Dei in principio omniũ horarũ canonicarũ, vel iuxta principiũ, sicut videmus adimpletũ: & propter hoc in titulo posuit,* ad recordãdũ. *Istẽ de hoc ps. & sequẽti qui incipit.* In te Domine speraui &c. *Dicunt aliqui expositores, quod est idem psal. in Heb. alij autẽ oppositũ: propter quod vidi plures libros Hebraicos, & in aliquibus ponitur idẽ ps. in alijs autẽ distinctus. Primũ tamẽ videtur mihi verius, licet Iuer. dicat duos esse psalmos quia hunc quotat lxix. & aliũ lxx. Nõ tamẽ mutatur sententia, siue hoc teneatur siue illud: quia vterq; videtur esse factus à Dauid, cũ esset in persecutione Absalom filij sui, vt mihi videtur, saluo meliori iudicio. Secundũ igitur hunc sensum diuiditur psalmus iste in duas partes, quia primo Dauid petit celerã liberationem: Secundo ad hoc inducit multiplicem rationem sibi,* In te Domine. *Circa primum dicit;*

Deus in adiutorium meum intende, *quia non possum Absalom filio meo resistere, sicut ipsemet dicit ij. Reg. xv. r.* Surgitè & fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom.

Domine ad adiuuandum me festina, *quia Achitophel nitebatur eũ persequi, & cõprehendere eadem nocte, vt habetur ij. Regum xvij. a.*

2 Confundantur & reuereãtur. *quod & factũ est, quia Achitophel se suspendit, vt habetur eodem c. & Absalom interfectus fuit, vt habetur sequenti capitulo.* 2 Auertantur retrorsum, &c. *quia populus, qui erat cum Absalom, eo deuicto fugit in tabernacula sua, vt habetur ij. Reg. xviij. Et ad idem refertur, quod subditur,*

3 Auertantur statim erubescentes, *quia fugientes de prælio merito erubescunt.* 4 Qui dicunt mihi, euge, euge. *Interiectio est gaudentis, quia populus existens cum Absalom erat in tãta multitudine, quod gaudentes dicebant: statim habebimus eum in manibus nostris captum.*

5 Exultent & lætentur, &c. i. *ego & viri mei, qui quærimus iustitiã tuam, & per te liberari.* 6 Et dicant, *De beneficijs nobis præstitis;*

7 Ego verò egenus. *Quia in illa fuga Siba præstitit ei cibaria, vt habetur ij. Regum xvj. Et in termino Berzellai Galaatides & Machir filius Amihel præstiterunt ei necessaria, vt habetur ij. Reg. xvij. & ideo subditur.* 8 Deus adiuua me. q. d. *sine tuo auxilio non possum resistere, & ideo subditur,*

9 Adiutor meus, *Contra hostes inuadentes.*

10 Et liberator meus es tu. i. *à periculis imminentibus.*

11 Domine ne moreris. *Et in hoc petit celerem liberationem, sicut in principio psal.*

☞ PSAL-

MORALITER.

† Licet de hoc etiam alium psalmum fecerit, nam illa persecutio tractum temporis habuit. Moraliter autem potest exponi de bono pastore ab aliquo filio suo spirituali (tamen iniquo) persecutionem patiente, sicut de S. Thoma Cantuariense & Angliæ rege legitur esse factum, à qua persecutione petit diuinitus liberari. Et primò ponitur ista petitio, & secundò exauditionis ratio, psalmo sequenti. Circa primum dicit, *Deus in adiutorium meum intẽde,* quasi diceret: mea liberatio non apparet aliunde.

Domine ad adiuuandum me festina, ne in mea diœcesi crescant mala, quæ solent in populo crescere percusso pastore. Sicut dicebat Apostolus Act. xx. d. *Post discessum meum intrabunt lupi, &c.*

1 *Confundantur & reuereantur,* in se ipsis per pœnitentiam de hoc, quod persequuntur suum patrem.

2 *Auertantur retrorsum.* renuentes à tali persecutione.

4 *Qui dicunt mihi euge euge.* de me loquentes indebitè.

5 *Exultent & lætentur in te, &c.* i. in tua bonitate, & non in huius seculi vanitate. 7 *Ego verò egenus &c. Adiutor meus.* In operibus bonis. 10 *Et liberator meus es tu,* à malis.

11 *Domine ne moreris.* Mihi succurrere in casu necessitatis.

† MORAL-

GLOSSA ORDINARIA.

A a *In finem*, Aug. De commendatione gratiæ. Quicquid enim sumus, misericordia Dei sumus: Quicquid ex nobis, mali sumus; vt tota spes nostra in Deo sit, non in nostris viribus. Ionadab
Iere.35.b. commendatur à Ieremia, qui filijs suis præcepit ne biberent vi-

a ¶ Iste. b ¶ Est. c ¶ Id est, obedientium, quibus cantatur, vt perseuerent. d Id est, inobedientium, vt desistant.

nũ, neq; in domibus, sed in tabernaculis habitarent: cui illi o-
Exod.20.b bedierunt, quasi Deus hoc præciperet: licet enim hoc Deus non
†Deus in te speraui domine præceperit, præceperat tamen vt filij obedirent parentibus: quod & debent, nisi patres contra Deum
† propter iustitiam insserint; vnde Deus benedixit eis propter obedientiam, eosque
B obijcit populo Israel, qui nolunt obedire Deo, sicut illi pa-
† exime tri: vnde suadet eis Iere. vt parent se captiuitati, nec resistant voluntati Dei. Subdit ergo: *Et eorum qui primi captiui ducti sunt*, non quia filij Ionadab captiui ducti sunt,
C sed potius oppositi captiuandis peccato inobedientiæ. Iona-
†robustum habitaculũ (in rupem fortitudinis) ad quod confugiam iugiter, præcepisti saluare me. dab, spontaneus Domini. i. qui ex voluntate seruit. Filij Israel captiui sunt primi & secundi & tertij. Sed non de his sonat psal. potius de nobis, qui captiuamur in lege peccati, quæ est in membris: vnde magis commendatur liberatoris Christi gratia. Sed cur primi? iam elucet, quia in comparatione filiorum Ionadab omnis inobedientia culpata est: & per inobedientiam Adæ (in quo omnes peccauerunt) captiui sumus; meritò ergo primi captiui; quia primus homo de terra terrenus, cui similes: Secun-
1.Cor.15.f. dus de cælo cælestis, à quo liberabimur; vnde iste exclamat, *In te Domine speraui*, vt natus in Adam in captiuitate, primò petens ab omnibus liberari. Ferè singulis syllabis commendatur gratia.

b *Filio. Ionadab.* Aug. Filius spontaneis. i. obedientiæ cantatur psalmus: & *hi qui primi captiui.* i. pertinentes ad primum hominem; propter primum primi captiui, quia prius quod animale est: propter secundum hominem, secundi redempti; his cãtatur, vt discant per gratiam reuerti, qui ex se mali. D

Cassio. Vel ita, monemur in titulo habere deuotionem filiorum Ionadab, non cõtumaciam Iudæorum, qua vt captiui essent, meruerunt. Filij Ionadab loco obedientium: priores captiui, loco contumacium ponuntur: qui frequẽter moniti nolunt corrigi. Historia in libro Regum. Iudæi pro lege Dei cõtempta decreti sunt primæ, secundæ & tertię captiuitati: sed E
† eruę vt corrigerentur, antequam prima veniret, per prophetam pronuntiata est: illi verò consueta malitia
† saluũ me fac in obstinatione permanserunt.

a ¶ Vel, ego iam in Adam confusus sum, sed in Christo. d Id est, iacentem ægrum. c ¶ Misericordiam. d ¶ Ab ægritudine, quæ intus.

Psalmvs LXX.

c *In te Do.* Generalis iustus loquitur à principio mundi vsque ad finem: totam
† mihi elto. spem in Deo ponens, gratiam eius commẽ-
† rupes mea & munimẽtum meum es tu. dat, ne falsa in nobis præsumamus. F

Cassio. Vel, priores captiui sunt in mundo, vnde euadi potest: Secundi in inferno. Vel, priorum, id est, eorum qui antè capti vitijs, quàm filij Christi. Totus hic psalmus gratiam Dei, quæ gratis datur, summa intentione commendat.

d *Libera me, &c.* Cassiod. A periculis.

e *Et eripe me*, à potestate diaboli.

✠ Evthym. In psal. 30. Indignus sum equidem tuo auxilio: ob tuam tamen iustitiam, qua iniquos omnes ac parricidas condemnas libera me. Idem autem est hoc in loco liberare, quod eruere, ab inimicorum nimirum insidijs, aut ab ipsa morte.

f *Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum vt saluum, &c.* Duo promisit, duo alia reddit.

☞ *Peccatoris.*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXX.

✠ In te Do. spera. *Licet hic psalmus nõ sit alius à præcedẽti, vt credo: quia tamen à Hieron. & aliis nostris doctoribus ponitur alius, ideo volo ponere aliquam distinctionẽ: & propter psalmorũ quotationem, prout habetur in libris nostris. Sciendũ igitur, quod in aliquibus biblijs ponitur hic talis titulus,* Psalmus Dauid filiorum Ionadab & priorum captiuorum: *sed in Heb. & in trãslatione Hier. nullus simpliciter ponitur titulus; & ideo iste videtur appositus secũdum imaginationem, vel opinionem alicuius expositoris, quia nec iste titulus videtur multum concordare sequenti litera: propter quod sicut dictũ est, videtur magis secunda pars huius psalmi, in qua Dauid ad sui liberationem à Deo inducit multiplicem rationem. Et diuiditur in duas partes: quia primo Dauid inducit huiusmodi rationes, secundo promittit multiplices gratiarum actiones, ibi,* Ego autem semper sperabo, &c. *Prima in tres: quia primo inducit rationes ex parte Dei, secũdo ex parte sui, ibi,* In te cantatio mea semper, *tertio ex parte aduersarij, ibi,* Confundantur, &c. *Circa primũ, allegat primo Dei magnificentiam; secundo eius iustitiam, ibi,* Deus meus eripe me, &c. *Circa primum sciendũ, quod ad magnificum pertinet adiuuare confidentem de se, & maximè quando habet iustitiam pro se: & hoc allegat Dauid, dicens,*

1 In te Domine speraui, *Tanquam in adiutore potenti.*

2 Non confundar in æternum, &c. *id est, finaliter, quia in persecutione Absalon reportauit honorem, & Absalon cum suis confusionẽ.*

3 In iustitia tua libera me, *quasi diceret: Tibi proprium est iustos liberare, cuiusmodi sum ego in hac persecutione.*

4 Inclina ad me aurem tuam. *Loquitur de Deo ad modũ hominis, qui inclinat aurem, quando vult exaudire deprecantem.*

5 Esto mihi in Deum protectorem, *Quasi diceret: nulla protectio, aut munitio valet mihi sine te.*

6 Quoniam firmamentum meum, *dãs mihi firmitatẽ constãtiæ.*

7 Et refugium meum es tu, *in omni tribulatione. Omnia ista ostendunt fiduciam, quam habebat Dauid in Deo, propter quam exaudibilis erat sua petitio.*

8 Deus meus. *Hic consequenter Dauid allegat diuinam iustitiam, ad quam pertinet iniquos punire, quales erant persecutores Dauid: & hoc est quod dicit.* Deus me. &c. peccatoris. *i. peccatorũ: quia multi in fauorem Absalon persequebantur eum.*

✠ Et

MORALITER.

† *In te Domine speraui.* Hic ponitur exauditionis ratio: Et primò multiplex ratio ad hoc inducitur: secundò gratiarum actio promittitur, ibi, *Ego autem semper sperabo.* Prima in tres, quia primò ponuntur rationes ex parte Dei, Secundò ex parte passi, ibi, *In te cantatio;* Tertiò ex parte aduersarij, ibi; *Confundantur.* Circa primum allegatur primo Dei magnificentia: quia magnifici est iuuare confidentem in se, ideo dicitur,

1 *In te Domine speraui,* Ideo confido quòd,

2 *Non confundar in æternum,* Licet ad tempus patiar.

3 *In iustitia tua libera me, & eripe me,* Non in mea, de qua non præsumo, sed de tua.

4 *Inclina ad me aurem tuam, & salua me,* Acceptando precem meam.

5 *Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, vt saluũ.* quia sine te nihil possem.

6 *Quoniam firmamentum meum,* in omni tribulatione mea.

8 *Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu.* Hic secũdo allegatur diuina iustitia, ad quam pertinet malos punire, ideo dicitur, *Deus meus eripe me de manu peccatoris, &c.* qui agit contra legem persequendo patrem.

3 In

† Quo

☞ 2 *Peccatoris*. Aug. Duo sunt genera peccatorum: alij legem
A acceperunt, vt Iudæi, & Christiani; alij non, vt pagani.
b *A iuuentute*. Cassiod. Id est, à conuersione, vel ex quo cõtra diabolum cœpi pugnare.

Aug. *A iuuentute*, ex quo cœpi sperare in te, & contra diabolum pugnare: antè non sperabam, tamen fuisti protector, qui saluum duxisti me ad tempus quo discerem in te sperare. *A iuuentute* ergo, ex quo me armasti, fide, spe, charitate & cæteris, pugnaturum contra diabolũ. Iuuenis pugnat, sed cadit, nisi sit Deus spes eius.

✻ Basilius. Iuuentutem, tẽpus magni Moysi vocat, quo posteaquã Ægyptiis seruierant, libertatem sunt consequuti. Ex eo inquit tempore, spem in te habeo, & auxilium tuum expecto.

c *De ventre mat. meæ tu es protector meus.*

✻ Evthymivs. Neque in te tantum k
speraui à iuuentute
C mea sed ex ipso materno vtero, ex eo tempore quo natus sum, in te solo stabilitus sum. Illud autem scire oportet, quod verba hæc *ex vtero, de ventre*, & alia huiusmodi per hyperbolẽ, hoc est, per excessum, in veteri scriptura dici solent, intelligendique ac cogitandi initium ac tempus significant, illud nimirum tempus, quo cogitare quis ac sapere incipit.

Ex vtero. ✻ Basilius. Natiuitatem & partum, agressum vocat ex Ægypto. Hoc & Ezechiel docet. Cum enim impietatem Hierusalem reprehenderet, dixissetque, *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa:* subiecit, *in die qua natus es, vmbilicus tuus non est præcisus, & sale non es salita, & aqua non es lota ad salutem.* Quoniã vmbilicus, velut radix quædam infantis est (per hunc enim crescit & nutritur) Israel verò post egressum ex Ægypto, insitam adhuc habebat Ægyptiorum impietatem.

d *In te cantatio.* Cas. Delectationi est mihi esse in te.

e *Semper.* Vt continua sint beneficia.

Semper. Aug. Et in præsenti, dum per fidem ambulo; & in futuro, dum per speciem videbo: ne tamẽ æquatus angelis obliuiscar gratiæ, quæ me liberauit, sed hic tempore spei, tempore gemitus, prodigium factus sum multis, qui mihi insultant; quia credo quod non videbo, & vias eorum respuo. Sed hæc imputatio vel impugnatio negligenda, vbi virtus Dei fauet, contra quam nil stat.

f *Prodigiũ factus sum mult. &c.* ✻ Evthymivs. Ego, inquit, squalidus, atque afflictus & deformis effectus sum, præ ieiunio saccoque & tristitia: atque ideo à multis quasi monstrum quoddam existimatus sum, tametsi reuera non ita essem, sed sic viderer, imprudẽtibus nimirum ac viliori multitudini. Paulus etiam consona prophetæ nostri verbis de multorum opinione loquens, dicebat, *Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo.*

g *Repleatur os meum.* Cas. Dixit beneficia, nunc petit vt gratias agere possit. Nam si Deus os non replet, non ardet desiderium. F,

h *Tota die magnitudinem tuam.* Aug. Id est, sine intermissione. In prosperis, quia consolaris; & in aduersis, quia corrigis: quia antequam essem fecisti; cùm essem, salutem dedisti; cum peccassem, ignouisti; conuersum iuuisti; perseuerantem coronasti: nomine ergo magnitudinis omnia includit.

i *Ne proijcias me.* Cassiod. De gratia tempore senectutis & senij danda.

Senectutis. Aug. Senectus in Christo, dum prodigium factus est, dum infirmatus in cruce & irrisus; quod dicitur senectus, quia ex vetustate assumpsit, vnde: *Vetus homo noster simul crucifixus est.* Rom. 6.

k *Quoniam dixerunt inimici mei.* Aug. Dicitur hoc de Christo, ☞ qui

a ¶ Cass. Repetit determinando à quibus postulet eripi. ¶ O, in te speraui.
b ¶ Ab exterioribus hostibus. vnde, Ab alienis parce seruo tuo. c ¶ Potestate, ne vi vel insidijs ducat ad peccatum. d ¶ Generaliter. vbi laborat iam iste à captiuitate liberandus.
e ¶ Subdiuidit peccatorem per partes, dicens. ¶ Potestate.

† erue — a mẽus † eripe mẽ de mãnu peccãtoris, & de mãnu † con-
a ¶ Transgressoris. b ¶ Simpliciter sine lege peccantis. c ¶ Ideo eripe, quia non est in me vt eos patiar, sed à te. d ¶ Patientia quia spes: vel potius spes, quia patientia
† legẽ prætereuntis. — trã † legem agentis, & iniqũ. Quoniam tũ es † pãtientia
a ¶ Iuuenis pugnat, sed cadit nisi Dominus sit spes eius.
b ¶ Aug. Non solum in iuuentute, sed ab infantia profuisti mihi.
b mea Domine, Domine spes mea à iuuẽntute mea. In tẽ † con-
a ¶ Non infirmatus. b ¶ Dum in vtero ecclesiæ rudimento fidei concipimur, post ex aqua & spiritu sancto generamur. ¶ Vt natus exiui.
c firmãtus sum ex vtẽro de ventre matris meæ tu es † protector
a ¶ Propter quæ. ¶ Non in falsũ. b ¶ Laus. c ¶ Est. ¶ Vnde, vel &.
d meus. In tẽ cantãtio mẽa semper, tanquam prodigium factus
a ¶ Quia. b ¶ Sed non inde timebo, quia c ¶ Vt vincam, non modo protector.
d ¶ Quia adiutor, ideo. ¶ Id est, fac me ad proximum indesinenter laudare te, vt in te cantatio mea, & ideo vt cantare possim. Replo, &c.
e f † fiducia mea. — sum multis, ẽt tũ † adiutor fortis. Repleãtur os meũ laude*, 10 11
a ¶ Cass. Gloria est in ore multorum concelebrata laudatio.
g -vt cantem gloriã tuã. † hymnoliçam. — h † vt cãntem gloriãm tuam, tota die † magnitudinem tuam. 12
a ¶ Tu es spes mea à iuuentute, ideo. b ¶ Quando fessa virtus plus indiget iuuari.
c ¶ Quæ est senectus. ¶ Imo tunc erit in te virtus Dei, cùm tua defecerit, vt dicas cum apostolo. Cum infirmor, tunc fortior sum.
¶ Cum patientia aduersis pulsata mollescit.
i Nẽ proijcias me in tẽpore senẽctutis, cùm defecẽrit † virtus 13
a ¶ Mei hominis, vt de me iam non præsumam. b ¶ Sed quare hoc dico? c ¶ Disconfortauerunt.
k meã, ne derelinquas me. Quiã dixẽrunt inimici mei † mihi, 14

† peruertẽtis, iniqua agentis & opprimẽtis (violenti) † expectatio. † innixus sum — † extractor — * tua — † gloria tua — † fortitudo — † aduersum me

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et de manu &c. *i. ipsius Absalom, qui agebat contra legem naturalem, & diuinam, & humanam, persequendo patrem suum, quẽ omnis lex præcipit honorare.*

2 Et iniqui, *id est, Achitophel, qui fuit consiliarius Dauid: & contra eum dabat iniqua consilia; & de eius consilio Absalon contra patrem rebellauit, vt dictum fuit ij. Reg. xv.*

3 Quoniam tu es pa. *i. præstans mihi patientiam in hac tribulatione: fuit enim tunc valde patiens, vt habetur ij. Reg. xvj. quia iniurias Semei sibi maledicentis, & lapides contra eum mittentis, valde patienter portauit.* 4 Domine spes m. *q.d. nihil boni sperauit obtinere, nisi per te.* 5 In te confir. &c. *non est per hoc intelligendum, quod fuerit in vtero matris sanctificatus: sed hoc dicit, quia in vtero matris fuit à Deo protectus sine qua protectione nõ fuisset de vtero matris natus; vnde & in trãslatione Hier. habetur,* A te suscitatus sũ ex vtero &c.

6 De ven. ma. meæ. *i. ab hora natiuitatis meæ vsque nunc,*

7 Tu es protector meus, *Sicut fuisti antequam essem natus.*

8 In te cantatio. *Hic adducit rationes sumptas ex parte sui, ad ostẽdendũ, quod oratio sua sit exaudibilis: & accipitur prima ratio ex sua deuotione; secunda, ex corporis defectione, ibi,* Ne proijcias. *Circa primum sciendum quod ad Deum pertinet audire orationes deuotorum: qualis erat Dauid, qui continuè erat intentus diuinis laudibus; & hoc est quod dicit,* In te cantatio mea semper, *te deuotè laudando.*

9 Tanquam prodigium. *Fuit enim multum mirabile, quod Dauid adhuc iuuenis leonem & vrsum suffocauit, & gigantem fortissimum in funda, & lapide debellauit, vt habetur j. Reg. xvij.*

10 Et tu adiutor fortis. *q.d. tu fecisti ista mirabilia, & non ego, ideo subditur,*

11 Repleatur os meum lau. *pro diuinis beneficijs.*

12 Vt cantem gloriam tuam, *in psalmis à me compositis.*

13 Ne proijcias. *Hic cõsequenter accipitur ratio ex parte defectionis ipsius Dauid, qui iam erat senex, & tendens ad defectũ roboris, quando Absalom contra eum rebellauit: Ad Deum autem, qui fortissimus est, pertinet adiuuare deficientes, maximè in causa iusta, sicut erat in proposito: & hoc est quod dicit,* Ne proijcias me in tempore senectutis, *i. tempore senectutis & defectibilitatis meæ, non subtrahas à me auxilium virtutis tuæ.*

14 Quia dixerunt inimici mei. *i. de me, quod postea subditur.*

MORALITER.

† 3 *Quoniam tu es patientia mea Domine,* id est, exemplar mihi patientiæ, pro me patiendo in cruce.

4 *Domine spes mea, &c.* quia nihil obtinere quæsiui nisi per te.

5 *In te confir. snm ex vtero,* id est, sustentatus in hoc mũdo: ideo subditur,

6 *De ven. ma. me. tu es prote. meus & c. In te tan.* Hic inducitur ratio sumpta ex parte passi: & primò ex eius deuotione, cũ dicitur,

8 *In te cantatio mea semper.* id est, laus. Secundò ex virtute constantiæ, cùm dicitur,

9 *Tanquam prodigium factus sum multis,* admirãtibus, quòd ego sto in persecutionibus tantis.

10 *Et tu adiutor for.* mihi tribuens patientiam in aduersis, ideò subditur,

11 *Repleatur os meum laude,* te laudando pro tot beneficijs. Tertiò ex humana defectione, cùm dicitur,

13 *Ne proijcias me in tempore senect.* sicut beatus Thom. Cantuar. iam erat senex tempore suæ persecutionis: & timebat post mortem suam de subuersione ecclesiasticæ libertatis, ideo subditur,

14 *Quia dixerunt, &c.* nam bonus prælatus frequenter impellitur, non solùm ab extraneis, sed etiam à propinquis, vt flectatur à via veritatis, sed ipse debet semper dicere,

† Deus

qui inter manus inimicorum infirmus factus est, & quasi nihil A possit comprehensus. Sed hîc de membris eius dicitur hoc, quia & illa talia ex nostra persona habuit.

a *Deus dereli.eum.* Avg. Vnde alibi: *Quare me dereliquisti*, id est, quare me derelictum putant malo suo. *Si enim cognouissent, nunquam Dominũ gloriæ crucifixissent.*

b *Ne elongeris à me.* Cassiod. Longè putant, dum tardat; ne elongeris, vt grauioribus exponat.

✻ Evthymivs. Basilivs. Tametsi grauis sit peccatorum meorum odor, ac molestus, & te cõpellat vt auertaris à me (quod alius etiam propheta ad Iudæos dicebat; *peccata vestra*, inquiens, *diuidunt & distinguunt vos à Deo*) quæso tamen atque oro ne elongeris à me; elongatur autẽ Deus, non loco, aut essentia sua, (est enim incircũscriptus Deus, ac indefinitus,) sed tantũ prouidentia.

c *Confundantur &c.* h Cas. Quia disposita Dei non mutantur. C

d *Detrahentes animæ meæ.* Aliàs, committentes animam meam.

Avgvst. Id est, prouocantes nos vt Deo resistamus, quod est contra Deum committere bellum; vt illi faciunt quibus non placet Deus in suis aduersis, quod est eum habere iniustũ. Committitur etiam anima, si odit eos à quibus patitur.

Iob 2. c. Tobiæ 2 d. e *Qui quærunt.* Avgvst. Vt fecit vxor Iob, quæ ait; *Dic aliquid in Deum & morere.* Vt etiam ait vxor Tobiæ, *Vbi sunt iustitiæ tuæ?* hoc dicebat vt displiceret illi Deus.

f *Et adiciam.* Avg. Adiectio laudis est, post creationem omnium rerum, laus de incarnatione & resurrectione, quod inferiora docent.

g *Omnem.* Avg. Quia si laudatus in omnibus alijs, nondum in eo, quod suscitauit carnem nostram in vitam æternam, quæ est laus adiecta pro resurrectione Christi. Vel omnis laus esset, & nihil nihil laudi deesset, si damnaret peccantes, quia iustitia esset; sed quia & hos liberas, adijciam super omnem laudem tuam. D

h *Os meum an.iu.* Christum: Sed ne aliter acciperes, addit, salutare, quare? quia non approbatur ex operibus legis iustificari quenquã. Et hoc est. *Quoniam non cog.lit.* i. figuras legis per quod fiam potens. Rom. c. 3.

i *Tota die.* Avgvst. Vel, ita, Tota dies dicitur dies cum sua nocte: Nox verò caro nostra est, dies, iustitia. Et quia nox diei seruit: ergo quicquid in carne, fit, velut in nocte, Iustitiæ tanquam diei seruiat: vt quicquid ex præcepto Dei fit, non propter emolumenta carnis, sed propter iustitiam fiat. *Et ita annuntiabo salutare tuum tota die* vt quicquid in carne gero, iustitiæ seruiat. † seruã E

k *Quoniam non cognoui.* Avg. Prædicabo salutem tuam tota die: quia non cognoui negotiationes; nam auidus acquirendi, pro damno blasphemat, pro pretijs rerum mentitur & perierat, & ita tota die non est in eius ore laus Dei. Sed hæc vitia hominis sunt, non artis, quæ sine his agi possunt. Sicut & in omnibus artibus malè agitur, non ex eis, sed ex hominibus: ars enim nescit vitium. De alia ergo dicit negotiatione: Negotiatio Græcè ab actu, Latinè à negotio dicitur. Actuosi ergo ab eo, quod agunt, præsumunt, opera sua laudant: & ideo non perueniunt ad gratiam, quæ hîc commendatur, vt de se nemo glorietur; qui verò gloriatur tanquam negotiator, de templo à Domino expellitur. Econtra requies est in Deo, qui iustificat. Illi negotiatores potius sunt inquieti quàm boni operatores. † festina F † salutẽ tuã † numeros i. non valeo numerare ea, sub. iustitiã & salutem tuam.

Avg. Alij *literaturã*; Iudæi qui legem acceperant (quod non gentes) g' oriabantur non de gratia, sed de litera: quæ conuincit, non adiuuat: & hi sunt negotiatores, qui opera sua extollunt. Lex in quinque libris, id est, quasi piscina in porticibus

☞ quinque

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et custodie. animam me. *id est, vitam meam, scilicet Achitophel & consimiles, qui fuerant prius cõsiliarij Dauid, & custodes corporis sui.*

2 Consilium fecerunt in vnum, *id est, cum ipso Absalom ad me iugulandum.*

3 Dicentes, Deus. *Posuit enim iste Achitophel in capitibus populi per suam astutiam, quòd Dauid erat simpliciter reprobatus à Deo propter adulterium cum Bethsabee, & homicidium Vrię, sicut plenius erat dictum supra psal. iij. ad hoc vt populus persequeretur Dauid securius, tanquam hominem à Deo reprobatum, & ideo subdit Dauid,*

4 Deus meus ne elongeris, *Subtrahẽdo auxilium defensionis tuæ.*

5 Deus meus in auxilium meum re. *Loquitur de Deo ad modum hominis, qui habet oculos attentos ad eum, quem vult adiuuare.*

6 Confundantur & deficiant, &c *Quales erant Achitophel & sui sequaces, vt patet ex dictis.*

7 Operiantur confusione. *Quod & factum fuit, quia Achitophel sese suspendit, vt habetur ij. Reg. xvij. & Absalom pendens in quercu per crines interfectus fuit, & magna pars populi, & reliqua pars confusibiliter fugit ij. Regum xvij.*

8 Ego autem. *Postquam Dauid pro exauditione suæ petitionis allegauit rationes, hîc consequenter promittit pro ipsa gratiarum actiones: & primo facit processum: secundo ostendit promissionis principiũ, ibi,* Quoniam non cognoui; *tertiò redit ad propositum, ibi,* Nam & ego &c. *Circa primum dicit,* Ego autem semper sperabo, *Liberari de tribulationibus per tuum auxilium.*

9 Et adijciam super omnem laudem tuam. *i ad laudes, quas fec tibi, semper adijciam alias, secundum auxilia, quæ præstabis mihi.*

10 Os meum annuntiabit iustitiam tuam. *Eam confitens ore, sicut & teneo corde, secundum illud Rom. x. b.* Corde creditur ad iustitiã, ore autem fit confessio ad salutem.

11 Quoniam non cognoui. *Hic consequenter ostenditur huius promissionis principium impletum: non enim potest aliquis tales laudes excellentes Deo soluere, nisi habeat notitiã de diuinis; quam notitiam non habuit Dauid per studij exercitationem, sed per diuinam infusionẽ: & hoc est quod dicit,* Quoniam non cog. literatu. *per doctrina humanam; quod patet ex hoc, quod iuuenis existens, fuit deputatus ad custodiam ouium, vt patet j. Reg. xvj. & inde factus fuit armiger Saulis. & inde assumptus in militiam in bello contra Goliath, vt dictum fuit j. Regum xvij.*

8 Ego

MORALITER.

† 4 *Deus ne elongeris à me, Deus, &c. Confundantur.* Hîc ponitur ratio sumpta ex parte aduersarij, cùm dicitur,

† *Detrahentes animæ meæ*, id est, volentes famam meã denigrare, vt per hoc videantur persequi me iustè: propter quod magis debent punire, & ego liberari.

8 *Ego autem semper sperabo.* Positis rationibus pro exauditione petitionis

petitionis, hîc ponitur promissio gratiarum actionis pro obtentu, cùm dicitur, *Ego autem semper sperabo*, per te liberari.

9 *Et adiciam super om. laudem tuã*, Tibi regratiari: ideo subditur,

10 *Os meum annuntiabit &c. Quoniam non cognoui literaturam*, id est, scientiam inflantem, dicens cum Apostolo, *Non iudicaui me aliquid scire inter vos, nisi tantùm Iesum Christum, & hunc crucifixũ*, j. Cor. ij. a.

† *Introibo*

☞ quinque, ægros habet nec sanat; sed cum angelus. i. Christus ve-
A nit, turbatur aqua. i. Iudei crucifigũt; & sanatur æger vnus. i. vni-
tas corporis Christi. Lex etiam est baculus per seruum Elisei
¾ Reg. 4 c. missus, quo non surgit mortuus; dum Eliseus misit baculum ad
suscitandum filium viduæ, nesciebat quid ageret. Sed venit ipse

a ¶ Virtutem Christianam. b ¶ Non meas, vt qui de se gloriantur. c ¶ Idee. d ¶ Tunc.

Eliseus. i. Christus: & introibo in † pōtentias Dōmini: Domine memōrabor iustitiæ
† ad prædicādum potentias, vel, fructus fortitudine domini, veniã, Philip. 2, a
cùm viuus & adultus
contrahit magnitudi-
nem suã, seipsum exi-
naniendo, & coaptat
se puero mortuo; quia
habitu inuentus est vt
homo, & surgit mor-
tuus.

a ¶ Non legis mundanæ. b ¶ Quia nihil prorsus ex me.
c ¶ Quid eram, & quid dederis, vt memorer iustitiæ tuæ.
d ¶ Alias ex. e ¶ Aug. Ab initio fidei, qua me inuouasti, qui me feceras.
a ¶ Aug. Sicut ab initio fidei, sic postes necessarius, quia nec tunc quicquam per me possum.

a tũæ sōlius. Deus docuīsti me à iuuēntute mea, & vsq; nūc

a ¶ Et ego vt non ingratus. b ¶ Quod me regis, quod in via posuisti, quod timere facis, quod in anima suscitasti.
c ¶ Nisi vsque ad vltimum gratia sit mecum, nihil ero. d ¶ Finem seculi.

† annuncia-bo † domine

✻ Basilivs. Symmachus sic, *Quoniam adnumerare nequeo, ingrediar in potentia Domini.* Quia pollicitus erat narraturum se iustitiã Dei, & salutem in se collatam, esset autem viribus humanis maior hæc promissio.

b † pronūtiābo mirābilia tua. Et vsque in senectam & senium,
c
d † Deus nē derelinquas me. Donec annuntiem brachium

a ¶ Non gaudeant, qui dicunt: Ad tempus Christiani. b ¶ Christum.
a ¶ Per successiones. b ¶ Vsque in finem seculi. c ¶ Quid præstitit. brachium ostendit.
¶ Quasi: O Deus, ne derelinquas, donec annuntiem. ¶ Liberandi.
¶ Adam expulit per iustitiam, latronem accepit per gratiam. d ¶ Nihil homo ex se.

tuũ generātioni † omni quæ ventūra est. Potentiã tuã † & iu-
† omni qui venturus est.

a ¶ Puniendi. b ¶ Non hominis. c Ducens prædicationem meam.
d ¶ Hominem exaltatum super altissima. ¶ Super quæ filius Dei.
¶ O. ¶ Si homo se extollit, credit suggerenti. Eritis sicut dij; & inde captiuus.
e ¶ Et cum hoc sit.

e f g stitiã tuã m Deus usque in altissima quę fecisti magnalia, Deus

✻ Evthymivs. Aliqui dicunt, quod dictio, *quoniam*, hoc in loco rationem reddit; atque ita intelligentes, punctum ponunt, post dictionem *literaturas*, & coniungunt quod sequitur. Alij verò per *literaturas*, seu potius iuxta aliam Græcæ dictionis γραμματίας significationem, per scribarum scripturas mandata intelligunt. Scribæ etenim ter in anno populum iubebat ingredi in templum, quod erat in Hierusalem. Ego inquit, posthac non ob scribarum iussa, sed ex diuina potentia illuc ingrediar.

Non cognoui literat. ✻ Beda. Id est, non præsumo iustificari de litera legis, sicut illi faciunt, qui soli literæ legis insistunt, & à gratia resiliunt, non attendentes literæ legis gratiam esse ad vi-
C ctimam, & necessariam esse gratiam adiuuatis, vt impleatur præceptum iubentis: quia si per te præsumendo de virtute tua incipias & deficias, erit tibi lex litera puniens, non saluans. Lex enim sana gratia, est litera occidens, & valet tantum ad conuincēdam iniquitatem, non ad dandam salutem.

a *Docuisti.* Cassiod. Per libros, vel inspirando vsque nunc: per spatia temporum creuit doctrina.

b *Mirabilia.* Quòd de iniquo iustus.

Mirabilia. Aug. Quid mirabilius quàm mortuos suscitare? suscitatus corpore viuit, etiam absente suscitatore: non sic suscitata anima sine Deo, qui est eius vita. Hæc est ergo gratia mirabilis vt suscitet, & post si nobiscum ne moriamur: hoc est à iuuentute & nunc.

Iuuentus. Aug. Aliqui notant quatuor tempora ecclesiæ, aliqui tantum tria distingui, idem significantes per nunc, & senectam. Vnde iuuentus ecclesiæ fuit quando virtus martyrum dimicauit.

Cassiod. Progrediens verò tempus, nunc, cùm fides per ecclesias proficit.

Avgvs. Avgvstinvs. Senecta, id est, grauis ætas, quando incipiet D frigescere charitas multorum, cùm mundi tempora decrescunt.

c *Senium.* Cassiodorvs. Occiduum tempus, cùm Antichristus veniet, & vita optato fine claudetur. Iuuentus ecclesiæ, tempore martyrum, quando fortes; Progrediens tempus nunc; Inde senecta. Post se-
1 nium, in fine seculi,
† hæc fuit opus dici in
scripturis: propter il-
los, qui dicunt, quod
2 ad paruum tempus
sunt Christiani; con-
tra quos Dominus:
Vobiscum sum vsque Matth. 28. d
ad consummationem sec.
&c.

d *Donec annuntiem brachium tuum.* Cas. Dum per incarnationem captiuos liberat. E
† & iustitia tua Deus vsque in excelsum quæ fecisti, magna sunt. Deus quis similis tibi (vel, & iustitiã tuam Deus, qui res magnas perfecisti in altum extollã, Deus quis similis tibi
Et iustitiam iudicij, qua
3 puniendi scilicet, qua
4 hominem peccantem
5 iusto iudicio damnat.
6 e *Vsque in altissima,*
Et ne putes quod so-
lus homo egeat gratia, quia peruenit gratia tua vsque in altissima, quæ fecisti, magnalia; quia eos, qui sunt in altissimis, id est, omnes ordines, fecit Deus cùm non essent, magnos quòd iusse & beatè viuunt, & continet in eo quod sunt.

Vsque in altissima. Quia homo Deus sedet ad dexteram patris regnans cum eo. *Quæ fecisti magnalia.* vtrumque mirabile, per gratiam redimi hominem, qui per iustitiam damnatus erat.

✻ Basilivs. Aquila & Symmachus sic, *Deus vsque ad excelsa, quæ fecisti magnalia:* hoc est, excelsa & magnifica, quæ abs te fiunt Domine, sufficiunt ad hoc vt omnibus persuadeant, quo te altissimum nominent.

Iustitiam tuam vsque ad altissima. ✻ Evthymivs. Hoc est, F
quæ ad ipsa vsque attingit altissima. Vel ordo fiat per hyperbaton, iustitiam tuam, quæ est vsque ad altissima. Per altissima verò ipsos cælos intelligit. Diuina autem iustitia ascendisse dicitur vsque ad cælos, eo quod cælestes virtutes eam intelligant, & cõgaudeant super eam.

f *Fecisti magnalia.* ✻ Evthymivs. Cum affectu & corde hæc legenda sunt. Aliqui post verba illa *& iustitiam tuam*, perfectum ponunt punctum: & quæ sequuntur huic versiculo coniungunt, *quæ fecisti mihi magnalia*, Aquilam in hoc secuti, vt sit sensus, magna & grandia beneficia, quæ in me contulisti, tam admiranda fuere, vt eorum fama ad ipsas etiam cælestes potestates peruenerit. Imagine etenim tua me honorasti, & regem me eorum omnium constituisti, quæ in terra sunt, alimenta etiam præstas, protegis, custodis atque eripis à periculis & alia demum mihi huiusmodi multa impertiris.

g *Deus quis similis tibi. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ, &c.* Cui personæ quæ gratia fit, captiuæ scilicet, vtraque

☞ resurrectio

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Introibo in potentia Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. *id est, ad cognoscendum eius virtutes & magnificētias per ipsius inspirationem: ideo subditur,*

2 Deus docuisti me à iuuentute mea & vsque. *Quia inuenis erat, quando fuit inunctus per Samuelem j. Reg. xvj. &* extunc spiritus Domini directus est in Dauid, *vt ibidem dicitur; Et cœpit prophetare & psal. facere.*

3 Et vsque in senectam & senium, Deus. *Vixit enim Dauid vsque ad senectutem, secundum quod habetur ij. Regum j.* Et rex Dauid senuerat, habebatq; ætatis plurimos dies, *nec fuit derelictus à Domino, nisi ad tempus modicum: propter Bethsabee & Uriæ peccatum.*

4 Donec annun. brachium tuum, *i. magnitudinem virtutis tuæ.*

5 Generationi quæ ventura est. *quod patet impleri: quia psalmi Dauid à tempore ipsius in generationibus sibi succedentibus recitati sunt, & vsque ad finem mundi recitabuntur inter fideles.*

6 Potentiam tuam. *Hoc refertur ad illud quod prædicitur,* Donec annuntiem.

7 Vsque in altissima quæ fecisti, *id est, facies.*

8 Magnalia, *Quia de mysterijs Christi, quæ sunt maxima, diffusius & clarius scripsit, quam cæteri prophetæ, vt dictum fuit in principio huius libri.*

9 Deus quis similis sit tibi? *quasi diceret, nullus: quia virtus omnis creaturæ distat in infinitum à creatoris virtute.*

☞ Quantas

MORALITER.

† 1 *Introibo in potentias Domini &c.* eas cognoscendo & docēdo.

† *Domine memorabor iu. tuæ.* Et non iustitiæ hypocritarum.

2 *Deus docuisti me à iuuen.* Immittēdo mihi instinctus ad bona.

† *Pronuntiabo.* ne abscondam talenta tua.

3 *Et vsque in sene. &c.* s. cessando à doctrina.

4 *Donec.* instructus à te,

† *Annuntiem brachium tuum*, id est, virtutem tuam.

5 *Generationi omni quæ ventura est.* per scripturam posteros informantem.

Quia tamen Dei virtus perfectè non explicatur ab hominibus subditur.

6 *Potentiam tuam &c.* Sed quoniam *omnes qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patientur*, ij. Timoth. iij. c. Sequitur.

† *Quantas*

☞ resurrectio mentis & corporis. vnde promittit gratias.

A Omnis Adam similis, dum vult peruersè esse similis Deo, in captiuitatem cadit: vnde clamet ad eum, à quo cecidit, quis similis est tibi. Est autem alia similitudo bona, qua homo iustus, qui diligit inimicos, & benefacit eis, similis est Deo, ad cuius imaginem factus est, *qui solem suum facit oriri super iustos & peccatores*. Sed hæc obedientia, non est superba. Est ergo bene similis Deo, qui credit Deum esse summum, nullo egere: se verò non per se, sed apud eum esse. Qui a verò per se vult esse, B vt Deus à nullo est: peruersè vult esse similis, vt diabolus, qui noluit esse sub eo; & vt homo, qui vt seruus noluit teneri præcepto, voluit vt nullo dominante sibi esset quasi Deus. Arbor illa, quicquid esset, cuiuscunque domi, ideo dicta est *scientiæ boni & mali*, quia homo, qui nollet bonum à malo discernere per præceptum, C per experimentum discreturus erat, vt tangendo vetitum inueniret supplicium. Bona quidem erat arbor, & bonus eius fructus: & sic nũquam potuit perfectius obedientiæ bonum, quàm prohibendo in bono demonstrari; vt ex inobedientia tantùm sit pœna, non à re mala, & ex obediẽtia palma. Si enim res mala esset quę prohibueretur, videretur etiam sine prohibitione esse vitanda, nec ex sola inobedientia pœna secuta, sed ex re mala non vitata. Nunc verò cùm arbor bona sit prohibita, solam obedientiam palmam inuenisse, & solam inobedientiam incurrisse pœnam manifestum est.

a *Iterum reduxisti.* Iterum; primò cũ natura nostra in Dei verbo surrexit propter nos, deducti sumus de abyssis terræ. Item cùm credimus in eum, & sit prima resurrectio animæ, quæ spe iam surrexit cum eo. Vnde Apostolus: *Si consurrexistis cũ Christo,* Col. 3, a. vnde hìc dicit, *iterũ reduxisti.* Item secundò iterum reducemur, quando corpore resurgemus. vnde postea dicet,

Iterum reduxisti me. ✠ Euthymius. Verba hæc soli fidelium populo rectè accommodantur, quem in ignorantiæ, atque D in idolorum tenebris olim errantem Christus conuertit, & aduocauit in salutem, & consolatus est eum dicens: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego quiescere vos faciam.* Quem etiam iuxta carnis naturam mortuum eduxit Dominus è sepultura. Nam dum corpus suum Christus mortuum viuificauit, & resurgere fecit è se- † Qui pultura atque immortalitate donauit: consequenter etiam omnibus qui diuina gratia digni sunt, huiusmodi resurrectionem effecit esse communem.

✠ Basil. Arbitror me quodam- E modo præter opinionem humanam reuixisse, quòd tantis liberatus sum ærumnis. Hoc autem & per Ezechielem dicit Dominus: *Aperiam monumenta vestra, & reducam vos à Babylone;* † Adhuc autem hoc est, desperationem humanam dissoluam, & præter spem † quia pu- hostium, reditum nobis elargiar. dore affecti sunt, quia erubuerũt

b *Conuersus consolatus es me.* Secundum F quosdam est sic: *Consolatus es me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me:* & hæc reductio in futuro erit secundum corpus.

c *Vasis psalmi veritatem tuam Deus, psallam tibi in cith.* Cas. Psalterium est organum quod à sursum sonat, id est, spiritus qui spe iam surrexit cum Christo. Cythara ab inferiori, & significat corpus quod & resurget.

Cassiod. *In vasis psalmi:* in viuificatione spiritus vel contemplatiua vita.

✠ Euthymius. Iuxta Anagogen, vasa psalmi, fideles omnes sunt, quorum animas in summam harmoniam ac consonantiam concinnans & in vnum colligens beatus Dauid perpetuas Deo laudes psallit.

d *Anima mea quam redemisti.* Aug. Ipsis internis labijs quibus tacitè clamat Deum.

e *Cum confusi & reueriti fuerint.* Tunc locus est veræ & securæ exaltationis, cùm non licet impijs dominari.

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Quantas ostendi. mihi tribulationes multas & malas, *scilicet malo pœnæ: quia Dauid fuit in multis tribulationibus & periculis mortis, vt patet ex decursu j. Reg. ij.*

2 Et conuersus. *erga me oculis tuæ misericordiæ.*

3 Viuifica me. *de periculis mortis eripiendo.*

4 Et de abyssis terræ iterum reduxisti me, *quia Dauid frequenter se abscondit in speluncis & cauernis terræ, de quibus postea exibat Deo ipsum de periculo educente.*

5 Multiplicasti magnificentiam tuam, *me frequenter magnificè liberando.*

6 Et conuersus consolatus es me. *post aduersitatem prosperitatem conferendo, quæ tunc est magis perceptibilis, & causa maioris cõsolationis.*

7 Nam & ego confitebor tibi. *Hic consequenter reuertitur ad propositum, scilicet laudes & gratiarum actiones Deo promittendo, dicens:* Nam & confitebor tibi, *confessione laudis.*

8 In vasis psalmi veritatem tuam Deus. *hoc est in instrumẽtis musicis more Hebraico, quo instrumenta cuiuslibet artis dicuntur* vasa. *Dauid autem diuinas laudes canebat, non sola voce, sed etiã instrumẽtis musicis, vt frequenter apparuit ex prædictis, ideo subditur,*

9 Psallam tibi in cithara sanctus Israël. *id est, tibi qui es Deus sanctus ipsius Israel.*

10 Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: *quia magna deuotio mentis redundat etiam ad sensus corporales per delectationem.*

11 Et anima mea quam redemisti. *i. vita mea, quam eripuisti à præcedentibus periculis, & redimes à futuris.*

12 Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam. *i. ex meditatione cordis confitebitur iustitiam tuam.*

13 Cum confusi & reueriti fuerint, qui quærũt mala mihi: *quod contigit Absalom & Achitophel & complicibus eorum, qui quærebant animam Dauid.*

Moraliter potest exponi psalmus iste de quolibet fideli existente in magna tribulatione, qui coram Deo narrat pericula sibi imminentia, petens ab eis velociter liberari, & promittens Deo deuotè ac fideliter regratiari.

☞ NICO-

MORALITER.

† 1 *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas.* scilicet malo pœnæ.

2 *Et conuersus viuificasti me &c.* per tuam consolationem internam.

4 *Et*

4 *Et de abyssis ter. ite. red. me.* ſad honorem de præterita abiectione: propter quæ,

† *Ego confitebor tibi.* ſ. confeſſione laudis multiplicibus modis.

13 *Cũ confusi & reueriti fuerint.* ſcilicet tyranni me perſequentes corporaliter, & dæmones ſpiritualiter à ſuo deſiderio defraudati.

† *Deus*

☞ ADDITIO I.

A *In psal. lxx.* In te Domine speraui. *Vbi dicitur in postilla.* Circa primam allegat Dei magnificentiam.

Magnificentia proprie dicta, secundum philosophũ in iiij. Ethicorum, est circa opera magna sumptuositatis, quæ ad propositum non pertinent: vnde in expositione huius versus, scilicet, In te Domine speraui, *improprie introducitur magnificẽtia. Sed in hoc versu (vt videtur) Dauid duo allegat, propter quę debet à Deo exaudiri: Primũ, quia in eo sperat, qui est æternus, & non in rebus mundanis, quæ sunt caducę seu momentaneæ: & hoc est quod dicit,* In te Domine speraui non confundar in æternum; *Secundo, quia habet iustitiã, & sic pertinet ad Deum, qui est summe iustus, eum liberare: vnde dicit;* In iustitia tua libera me.

ADDITIO II.

In eodem psalmo vbi dicitur in postilla. Quoniam non cognoui literaturam.

Vbi litera nostra habet, literaturã, *in Hebræo habetur quędam dictio, quæ significat principaliter numerum, seu numerationem: vnde secundum quosdam expositores Hebræorum sensus est;* Nõ cognoui, *seu* nescio numerare omnem laudem tuam, *seu* iustitiam tuam, *de quibus immediatè antè loquebatur; eo modo quo dicitur alibi in psalmo;* B annuntiaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum, *ac si diceret;* Tota die annuntiabo salutare tuum *in vniuersali, quoniã non cognoui numerare particularia.*

REPLICA. *In psal.* In te Domine speraui *postil. post diuisionẽ* D *dicit Dauid in prima parte allegare Dei magnificentiã, Bur. autem dicit quod improprie introducitur hic magnificentia; allegãs ad hoc Aristotelem iiij. Ethicorum dicentem, quod magnificentia est circa opera magna sumptuositatis: quę ad Deũ non pertinent. Hic dico quod secundum propriã rationẽ virtutis moralis, nulla virtus habet locũ in Deo,* An virtus habeat locũ in Deo. *nec secundũ illam rationem vbi est circa ardua & difficilia quæ locum in Deo non habet: & ideo propter effectus qui à Deo fiũt, vel à Deo fieri petũtur, assignari in scripturis Deo ratio virtutis illius vel alterius consuenit. Nunc autem liberatio, quã in proposito Dauid fieri petiit, sine maximis sumptibus more humano fieri nõ potuisset. Per Deũ igitur facta ex effectu transfertur ad Deum virtus magnificentia: quasi id per Deũ factum dicatur opus magnificum, quod per hominem maximis expensis fieri oportuisset: & ideo beatus Aug. xxxiij. q. xliij. dicit, magnificentiam esse administrationem rerũ excelsarum, quæ administratio in proposito apud Deum proprie locum habet: vnde & secundũ hunc sensum Burgen. infrà circa psalmum,* Benedic. *ij. allegando suũ autorem Abenhazra, dicit, ex operibus creationis Deũ proprie dici magnificum: quia Aristoteles dicit magnificentiam virtutẽ, à qua magna opera fiũt;* Magnificẽtia virtus. E *& fortassis opus conseruationis, quod petiit hic Dauid, ab opere creationis secundum magnitudinem perfectionis non longè distat: potest igitur proprie dici magnificum, sicut & beatus Martinus dicitur triũ mortuorum suscitator magnificus.*

GLOSSA ORDINARIA.

a Christum verum pacificum. ¶ Qui interpretatur pacificus.

Psalmus Dauid in Salomonem LXXI.

a ¶ Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio.
b ¶ Quasi fac quod præuideo.

1 Eũs † iudicium tuum Regi dã, & iu-
2 stitiam tuam filiõ rẽgis. † Iudicãre po-
3 pulum tuũm in iustitia, & † paupẽres tuos in iudicio.
4
5
6
7

a ¶ Iustum iudicium. ¶ Epimone, repetitio.
b ¶ Et ideo non vsurpat regnum, quia filius regis.
c ¶ Id est tui, qui es rex.
d ¶ Ad quid? Ad iudicandum, vt discernat eum à non suis.
a ¶ Qui, & eius est.
b ¶ Hic est populus Dei: humiles scilicet, & non superbi.

† iudicia tua plurali numero.

a *In Salomonem, &c.* Avgvs. Verum pacificũ, qui fecit vtraque vnum; qui medium parietem maceriæ, id est, inimicitiæ soluens, & ambos b c reconciliauit Deo; qui C super pacem reconciliationis dabit pacem immortalitatis: vnde, *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis;* qui hîc commendatur secundum vtramque naturam.

Ioan. 14. d.

Cas. Quartus psalmus de duabus naturis Christi: Monet vt Christum verum Deum & verum hominem regem credamus, & est prophetia de Christo.

✠ Basilivs & Evthymivs. Quod Salomoni nequaquam conueniat hic psalmus, arbitror nec Iudæos inficias ire: modò quæ verà sunt dicere velint. Primùm enim Salomon, neq; regnauit vsq; ad fines terræ; neque ab Oriẽtalibus & Occidentalibus tributũ accepit; Deinde, vt homo, finem accepit, illumq; non ita illustrem. Psalmus verò eum, de quo prophetiam texit, & sole & luna antiquiorem esse ostendit: sicut & eorum, quę dicuntur, expositio docebit. Vaticinatur itaque hic psalmus de Seruatore.

† Iudicabit, (vel, vt iudicet) F

† afflictos.

PSALMVS LXXI.

b *Deus iudicium.* Cas. De iudicio, optando illud dari filio.

c *Iustitiam tuam &c.* Avgvstinvs. Nota; repetitiones eiusdem, vel alijs verbis, multum commendant diuina eloquia, quæ maximè sunt in psalmis: & in eo genere sermonis, quo affectus animi est mouendus.

☞ ✠ Ev-

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXXI.

✠ 1 Deus iudicium. *Huic psal. premittitur talis titulus in Heb.* Salomoni: *& in translatione Hier. dicitur,* In Salomonem; *& est eadem sententia. s. quod psal. iste attribuitur Salomoni, hoc tamẽ variè exponitur. Dicũt enim Heb. moderni, & aliqui doctores nostri, quod Dauid fecit hunc psal. orans pro filio suo Salomone, vt regnũ sub manu sua prosperaretur in iustitia & veritate: & ideo intitulatur à Salomone, tanquã ab eo, pro quo fiebat oratio. Hier. autem in prologo super librum istum dicit, quod Salomõ fecit hunc psal. & sic intitulatur ab eo tanquã ab autore, De materia verò huius psal. mihi videtur, saluo meliori iudicio, quod nõ sit prosperitas regni sub Salomone, sed magis prophetia de Christo rege, propter plura in hoc. psal. contenta, quæ non possunt conuenienter de Salomone dici, sed solum de Christo rege, vt patebit infrà prosequendo. Et hunc sensum prosequuntur Hiero. August. & Cassio. & secundũ hoc, psalmus iste in duas partes diuiditur: quia primo propheta denuntiat Christi regiam dignitatem; Secundo ex hoc collaudat diuinam maiestatem, ibi,* Benedictus Dominus. *Prima in duas: quia primò declaratur in Christo autoritas iudicis; secũdò bonitas regiminis, ibi,* Descendet. *Circa primum propheta ad exprimendum eius desiderium de re prænuntiata, per modum orationis denuntiat Christi potestatem iudiciariam, dicens,* Deus iudicium tuum regi da, *id est, tu Deus pater da regi Christo potestatem iudiciariam: Quod factum est, vt habetur Ioan. v.* Pater omne iudicium dedit filio.

Materia psalmi.

2 Et iustitiam tuam, *id est, potestatis prædictæ executionem.*

3 Filio regis, *id est, Christo: qui secundũ deitatem filius est regis æterni, scilicet patris; & secũdum humanitatem Dauid regis, vt habetur Matth. j. c. Quia descendit de ipso Dauid secundũ car. Rom. j. & secũdum vtrãque naturã data est ei potestas iudiciaria: licet enim eadem sit potestas patris & filij in diuinis: tamen illam habet filius à patre, sicut & substantiam. Similiter secundum humanitatem data est Christo potestas iudiciaria: quia in extremo iudicio apparebit in forma humana, in qua fuit iudicatus coram Pilato: apparuit tamen corã eo in natura passibili. sed in iudicio apparebit in forma gloriosa.*

4 Iudicare populum tuum, *hoc continuatur ei quod prædicitur:* Da iustitiam tuam filio regis; Iudicare, *id est, ad iudicandum actu.*

5 Populum tuum, *id est, Christianum: qui est populus patris, sicut & filij.*

6 In iustitia, *reddendo ei secundum merita.*

7 Et pauperes, *Vt pro abiectione, quam sustinent in præsenti, recipiant exaltationẽ & honorẽ in futuro: secundũ quod dicitur Matt. 5.* Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

✠ Suscipiant

MORALITER.

† 1 *Deus iu. tu.* Secundum August. & Cas. psal. iste loquitur ad literam de magnificentia regni Christi, & sic exposui.

Moraliter autem potest exponi de bono regimine respectu sui vicarij. s. cuiuslibet boni prælati secularis, vel religiosi. Et primò petitur eius bona gubernatio: Secundò subditur gratiarũ actio, ibi, *Benedictus &c.* Prima in duas, quia primò petitur bona dispositio regentis; Secundò, bonitas regiminis, ibi; *Descẽdet.* Circa primum dicitur,

Deus iu. tu. re. da. Quilibet enim bonus prælatus, rex est in spiritualibus. j Pet. ij. b. *Vos estis genus electorum regale sacerdotiũ.* Est etiam filius adoptiuus regis regum, & ideo sibi petitur iudicium in bene inchoando, & iustitia in bene exequendo: quia primum non sufficit, sine secundo: ideo subditur,

4 *Iudi. popu.* Actualiter. † *Susci-*

☞ ✻ Evthymivs. Præuidens Beatus Dauid summa Christi A mysteria, optat atque orat ea accelerari, & ipsi Christo tãquam homini ea dari, quæ semper habebat, vt Deus. Ita etiam Christus dixit de Patre, quod omne iudicium sibi dedit, vt filio. Et rursum: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Regem autem, & regis filium, Christum appellat, tanquam Deum, & Dei filium. Per iudicium verò, ipsam iudicandi facultatem intelligit, quod vt magis declararet, addidit iustitiam.

†Extollent ferent.

✻ Beda. *Deus da iudicium tuum regi*, quòd est dicere, Domine pater mitte illum, quẽ † timebunt &. B missurus es, vt assumpta humana natura des illi regi iudicium tuum, id est, iudicium certum & prouidum, quod scilicet falli non potest, vt humanum iudicium.

a *Montes.* Avgvstinvs. Prophetæ, Apostoli, qui cælo altitudine proximant, *pacem*, nuntiandam populo fideli, Christum.

b *Et colles.* Suscipiant *iustitiam*, id est, Christum, vel *montes pacem populo*: & *colles* de vtrisque prædicatoribus præcedentibus & sequentibus dicit. Vel suscipiant montes, id est, maiores.

✻ Basilivs. Prosopopœia est, omnium immutationem ostendens; hic inquit populo prædicabit exitum. *Montes exultabunt instar arietum.* Videmus autem & montium & collium immutationem: Qui namque abiecta veteri impietate angelicam vitam amplexi sunt, angelicæ quoque iustitiæ fructum reportant: & pro hominibus intercedentes diuinas conciliationes Sancti orãt pro nobis. C efficiunt.

c *Pacem.* Verbum reconciliationis, scilicet verbum euangelij ad hoc vt nuntient populo.

d *Et colles.* id est, minores: Iustitiam. i. obedientiam, vt obediãt doctrinæ veritatis.

Tuum & *tuos* dicendo: ostendit omnia, quæ sunt patris esse & filij, & è conuerso.

e *Iudicabit pauperes populi.* Cas. Idem agit de eodem iudicio affirmando. Post optationem, virtute prophetiæ dicit, quę sunt, aduentu Domini prestanda.

Avg. Vel secundum aliam literam, *Iustitia iudicabit pau.* Sed codices qui habent in litera, magis approbantur.

f *Pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum.* Avg. Id est, eos qui pauperes in populo, in quo boni malique commisti.

g *Humiliabit calumniatorem. Et permanebit.* Avg. Dum enim gratia sua adiuuat, vt gratis homo colat Deum, humiliatur diabolus, qui dicit, *Nunquid gratis colit Iob Deum?* Vel, humiliatus est diabolus, quando per calumnias Iudæorum eum occidit, in quo nihil iuris habuit. Calumniatur, qui innocentes nititur trahere in culpam. Iob. 1. b D

h *Cum sole.* Id est, quamdiu tempora voluentur: contra illos, qui dicunt, ecclesiam aliquando destituturam. *Et ante lunam*, potuit dicere ante Solem, id est, cum temporibus & ante tempora, ante quæ est æternum: sed per *lunam* maluit designare incrementa & defectus mortalium.

†pauperis, & conteret (cõfringet)

Hieron. Avg. †id est, dũ Vel, *humiliabit*, & victo diabolo *permanebit cum sole* splendor; perseuerabunt sol & luna, id est, filius cum patre, sedens ad dexteram patris in æternum, hoc est *ante lunam*, in generatione & generationem. E

Evthymivs. Ostendere volens propheta Christi diuinitatem sine principio esse, & sine fine: duobus magnis luminaribus eam comparauit, quãdoquidem inter omnes visibiles creaturas potiora exempla, aut diuturniores similitudines inueniri nequiuerint. *Permanebit*, inquit, *cum sole*, hoc est, erit donec erit sol. Est autem peculiaris quidam loquendi modus apud scripturam sacram, vt tempus vsque ad aliquid determinet, & quod sequitur non neget: & hoc pacto quidem Christi perpetuitatem explicat, ex parte finis; Deinde etiam declarat quomodo sit absque principio: & dicit quod erat *ante lunam*.

✻ Beda. *Permanebit ante lunam*, id est, in conspectu ecclesiæ, vt inde ecclesia sereficiat illic, vnde hic lucebat. *Lunam* cõparat hic ecclesiæ, quia sicut luna non habet lumen à se, sed recipit illud à sole: ita ecclesia lucem non habet, nisi recipiat illam ab illo Ioan. 1. qui *illuminat omnem hominem venientem in hanc mundum.* F

i *Ante lunam. generat. & generat.* Avg. Alia litera exponit quid lunam dixit generationis. i. ante generationes generationũ, quæ transeunt decessione & accessione mortalium.

✻ Evthym. Per generationem, temporis spatium intellexit, verbi gratia, quantum vna hominum generatio: hoc est, quantũ vnus homo potest superuiuere.

k *Descẽ. si.* Cas. Ecce quis, & qualis ille rex, qui iudicaturus est.

Avg. *Descendet sicut pluuia.* Alludit facto Gedeonis, quod in libro Iudicũ legitur: qui pugnaturus cõtra Madianitas, petijt victoriæ signũ à Domino tale, vt vellus eius in area positũ cõplueretur area remanente sicca, & ita factũ est. Postea petijt, vt area irrigaretur, sicco remanente vellere, quod similiter & ita factum fuit. In quo mysticè significatum est, quòd populus Iudæorum prius irrigaretur gratia Christi sicca area Gentilitatis: & postea compluerentur Gentilitas sicco vellere Iudæorum. Iudic. 6. g.

☞ Cas.

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Suscipiant montes. *i. angeli, secundum quod dicitur infrà psal. cxxiij. a.* Montes in circuitu eius *i. angeli, secũdũ quod exponit Aug.*

2 Pacem pop. *Qui receperunt mandatum à Deo denuntiandi pacem fideli populo in Christi natiuitate, secũdum quod habetur Luc. ij. b.* Facta est cum angelo multitudo cælestis exercitus laudantium Deum & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

3 Et colles iustit. *Per* colles, *qui sunt montes minores, intelligũtur apostoli, alijq; Christi discipuli, qui acceperunt mandatum à Christo de promulganda lege euangelica, in qua consistit iustitia, secundum quod declarat Apostolus Rom. iij. & v.*

4 Iudicabit pauperes populi. *Hæc subdit Propheta ad ostendẽdum quòd prophetia sua esset in effectu adimplenda, & exponatur sicut prius.*

5 Et saluos faciet filios pauperum. *i. imitatores Christi apostolorũ aliorumque discipulorum, qui fuerunt pauperes euangelici.*

6 Et humiliabit calumniatorem. *id est, deijciet tyrannos fidelium Christi persecutores, sicut patet de Nerone, qui primam persecutionem mouit contra ecclesiam: & Domitiano, qui mouit secundam; & vterq; fuit de imperio deiectus: & primus se interfecit, secũdus à senatu interfectus fuit; & de multis aliis tyrannis idem contigit. Vel, per* calumniatorem *potest intelligi Antichristus, qui aduersabitur ecclesiæ, & extolletur* super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: quẽ Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, *vt habetur 2. Thessal. ij. b.*

7 Et permanebit cum sole, *id est, æternaliter à parte post, sicut sol est incorruptibilis: quod verificatur de Christo, non solum quantum ad deitatem, sed etiam quantum ad humanitatem.*

8 Et ante lunam, *id est, antequam crearetur luna, quod verificatur de Christo secundũ deitatẽ, quæ est æterna, propter quod dicitur, Heb. xiij. b.* Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula.

9 Descen. si. plu *Hic consequenter describitur bonitas regiminis: et quia incipit à mansuetudine principis, secũdũ quod dicitur psal. lxxxix.*

✻ Quo-

MORALITER.

✻ 1 *Suscipiant mon.* Per *montes*, intelliguntur maiores in diœcesi sub prælato: Per *colles* verò, mediocres & minores; per hoc quod subditur;

4 *Iudicabit pau. po. & sal. fa. fil.* eos à malignantibus defendendo.

7 *Et per. cũ s.* i. Christo, qui est sol iustitiæ sibi fideliter seruiẽdo.

8 *Et ante lunam*, id est beatam virginem Mariam, ipsam deuotè pro se & suis subditis deprecando.

† *In gene. & gene.* nã ab ea edocti idem facient post eius mortẽ.

o *Descend. sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillan. super.* Hic

Et

† petitus

☞ Cas. Descendet Christus, quem nil posset sustinere, si vellet manifesta potestate cognosci: voluit leniter in vtero virginis sine aliquo strepitu, *vt pluuia in vellus* descendere, vt magis ostenderet virtutem, si eam temperasset. Luna enim accipiēdo vel reddendo aquam non rumpitur, integra manet: sic Deus in virginem. Item alia similitudo comprobat: *sicut stillicidia*, quæ in modum roris summa lenitate descendunt: quis ergo post tam apertas similitudines dubitet de partu virginis?

a *In vellus, & sicut stillicidia.* Avgvst. *Vellus*, Iudæa quæ autoritate doctrinæ expolianda erat, vt ouis vellere: vel quia doctrinæ pluuiam detinebat, quam nolebat gentibus prædicare.

b *Et dominabitur à mari vsque.* ✠ Basil. Dominabitur omnibus finibus orbis.

C ✠ Evthymivs. *Mare & mare* propter aquarum multitudinem, Orientalem atque Occidentalem Oceanum appellat: Hi etenim fines sunt, ac termini, quos quis longitudini orbis terræ potest adscribere. Latitudinis autem terminos eadem ratione arcticum atque antarcticum Oceanum dicemus, Aiunt enim, Oceanum in orbem, vniuersam terram ambire.

Cassiod. Ostendit, quæ sit amplitudo regni.

c *A flumine.* Avgvstinvs. A Iordane, vbi vox, *Hic est filius meus dilectus*. Inde ergo doctrina eius cœpit; inde autoritas magistri dilatatur vsque ad terminos orbis terræ, prædicato euangelio regni. D Matth. 3. d.

Cassiod. Inde regula baptismi per totum orbē manauit.

Cassiod. Paucis verbis magna docet sacramenta.

d *Procident Æthiopes.* ✠ Evthymivs. Duplex est Æthiopū genus, alij enim in extrema orientis, alij & in extrema occidentis parte habitant. Quod si extremæ omnes gētes Christum adorabunt, multo illæ magis, quæ in medio orbis sunt. Vel, per Æthiopes, ipsos dæmones intelligit, qui nigri prorsus, Æthiopum instar, apparere solent, ob eorum nimirum caligines, & tenebras. E

✠ Beda. Æthiopes, id est, denigrati in peccatis, & desperatissimi in gentibus, procident coram illo, id est, humiliabunt animas suas illi.

e *Inimici terram lingent.* ✠ Evthymivs. Et Iudæi (inquit) Christi occisores iugulabuntur. Solent enim, qui violenta morte pereunt, præ graui dolore terram mordicus apprehendere. Vel, quia dum Euangelij prædicationem oppugnant, multi eorum conuertentur, & sanctorum Christi templorum solum ac pauimenta exosculabuntur. Vel rursus, per inimicos Christi, dæmones intellige qui à sanctis viris in terram deijciantur, atque adeò conculcabuntur, vt ipsam humum lambere videantur, dum illinc exurgere nequeunt. F

☞ a *Reges*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ Quoniam superuenit mansuetudo & corripiemur, *ideo primò describitur mansuetudo Christi: secūdo magnitudo sui imperij, ibi* Et dominabitur. *Circa primum sciendum, quod Christus in primo suo aduētu non venit in magnitudine suę potestatis, sed in benignitate suæ humilitatis, secundum quod fuit prophetatum Zach. ix. b.* Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, & ipse pauper, *pro quo translulit Matth. xxj. a.* Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: *& hoc est quod dicitur*, Descendet sicut pluuia in vellus, *id est, suauiter & imperceptibiliter descendet in virginē per suam incarnationem, ita quod latuit etiā mūdi principem, scilicet dæmonem. Et notandum, quod pluuia in vellere recipitur & ab eo exprimitur sine corruptione velleris: sic Christus fuit conceptus & natus absque corruptione virginis.*

1 Et sicut stillicidia stillantia super terram, *quæ cum quadam suauitate cadunt in eam: Et omnia ista dicuntur ad ostendendum benignitatem & humilitatem Christi in suo primo aduentu.*

2 Orietur in diebus eius iustitia, *id est fides catholica, quæ continet perfectam iustitiam.*

3 Et abundantia pacis donec auferatur luna. *Hoc exponunt aliqui de pace temporali, quæ fuit per orbem vniuersum tempore nativitatis Christi: propter quod Augustus Cæsar tunc iussit populum per totum orbem numerari. Luc. ij. sed hoc non bene consonat literæ sequenti, quæ dicitur*; donec auferatur luna: *quia citò post insurrexerūt bella, etiam in Iudea Iudæis ad inuicem pugnantibus, & iterū contra Romanos rebellantibus, secundum quod dicit Iosephus lib. de Iudaico bello; propter quod ciuitas Ierusalem & terra in circuitu fuit destructa: & ideo melius exponitur hoc de pace, quàm angeli clamauerunt in Christi natiuitate, dicentes*, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis; *& hæc consistit in tranquillitate conscientiæ, quæ permanet in iustis omni tempore, Prouer. xij. c.* Non contristabit iustum quicquid ei acciderit: *& sic permanet in iustis vsque ad finem mundi, cui succedit pax cælestis, quæ exuperat omnē sensum: & sic manet æternaliter à parte finis, sicut & luna, quæ est incorruptibilis.*

4 Et dominabitur à mari vsque ad mare. *Hic consequenter describitur magnitudo regni Christi: & primò quātùm ad eius dilatationem; secundo quantū ad famæ diffusionē, ibi*, Sit nomen. *Prima in duas: quia primò describitur regni dilatatio; secundo adducitur ad hoc ratio, ibi*, Quia liberabit; *Circa primum dicitur*, Et dominabitur à mari vsque ad mare, *id est. super totam terram mari circundatā: licet enim Oceanus sit vnū mare, tamen secundum diuersas sui partes variè nominatur, vtpote mare orientale à parte orientis, & occidentale à parte occidentis: & eodē modo à parte austri & aquilonis. In omnibus enim istis terris aliqui receperunt fidem Christi per prædicationem apostolorū, aliorumq; discipulorum, secundum quod dictum fuit suprà psal. xviij. a. exponendo illud*, In omnem terram exiuit sonus eorum &c.

5 Et ad flumi. *scilicet paradisi terrestris.*

6 Vsque ad terminos orbis terrarum. *& in translatione Hieronymi dicitur*, vsque ad terminos orbis terræ, *id est, vsq; ad terminos orbis constituti circa terram per circumitum: & isti termini protenduntur vsque ad vltimū ęstū; Et tantum protenditur potestas Christi: propter quod dicit Matthęi vltimo d.* Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. *Ex prædictis patet quod psalmus istę nō potest verificari ad literam de Salomone; quia pax, quæ fuit sub eo non multum duravit sed eo mortuo statim regnum eius scissum fuit iij. Reg. xj. imo etiam ante mortē Salomonis Dominus ei aduersarios propter eius peccata suscitauit iij. Regum xj. Item quia monarcha non fuit, sed tantùm in Iudea, & in aliquibus terris propinquis regnauit.*

7 Coram illo procident Æthiopes, *hoc conuenienter potest exponi ad literam de celeri conuersione Æthiopū ad Christum ad prædicationem beati Matthęi, sicut dictū fuit suprà psal. lxvij. g. exponendo illud:* Æthiopia præueniet manus eius Deo: *& secundum hoc dicitur hic*, Coram illo procident Æthiopes, *fidem eius humiliter recipiendo, & eum deotè adorando.*

8 Et inimici eius terram lingent, *id est, Æthiopes, qui prius erant inimici eius per idololatriam, inclinauerunt se ad ipsum ad adorandū deotè, ac si terrā prę deuotione & humilitate vellent lingere: & in hoc impletum fuit dictum Esaiæ lx. c.* Venient ad te qui detrahebant tibi, & adorabunt vestigia pedum tuorum. *Aliter exponitur ab aliquibus; Et inimici eius de Iudæis obstinatis contra Christū, qui in obsi-*

☞ *dione*

MORALITER.

† petitur bonitas regiminis, quæ cōsistit in iustitia per misericordiam temperata: quia iustitia sine misericordia est crudelitas; misericordia verò sine iustitia pusillanimitas, & ideo dicitur, *Descendet sicut pluuia in vellus*, id est, dulciter & vtiliter.

2 *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis &c. donec auferatur luna*, id est, donec appareat dies clara, & per diem claram notitia veritatis intelligitur, quę per bonum pontificem declaratur.

4 *Et dominabitur à mari vsque ad mare*, hoc conuenit summo pontifici, qui est generalis vicarius Christi.

7 *Coram illo procident Æthiopes*, id est, dæmones in Æthiopum figura frequenter apparentes.

8 *Et inimici eius*, scilicet maligni spiritus.

† *Terram*

---

† imbres (guttæ) ignorantes terram. † iustus.

a ¶ Postea, b ¶ Descen. ¶ Sicco vellere Iudæorum. c ¶ Quæ oriens attulit exequitur.

a in vellus, ēt sicūt † stillicidia stillātia super tērrā, † Orietur in

a ¶ Aug Id est, vt non sit. scilicet pax erit, donec morte destructa iam non sit carnis mortalitas; aliàs, extollatur luna, id est, ecclesia eleuetur per gloriā resurrectionis.

diebus eius † iustitia, & abūdantia pacis, dōnec † auferatur lu-

a ¶ Tam latè diffundetur ecclesia. b ¶ Ad quemlibet finem terræ. ¶ Sic latum erit regnum. ¶ Circumquaque, c ¶ Aug. Hoc est quod prius, à mari vsque ad mare.

b na. Et dōminabitur à mări vsq; ad mare, & à flumine vsque ād

¶ Id est, illum adorabunt. a ¶ Per partes, quod generaliter dixit, ostendit. ¶ Gentes, à parte totum. b ¶ Qui in finibus terræ, id est, termini.

c terminos orbis † terrarū. Cōrā illo † procidēt, † Æthiōpes & ini

† terræ. † decident, † vel nautę, aut habitātes solitudinem, siue accolæ deserti.

1 2 3 4 5 6 7 8

† Florebit. † non sit.

☞ *Reges Tharsis, & insulæ munera offe.* CASSIO. Pertinaces dicuntur A inimici, quorum esca pœnalis, est humus, in modum serpentis; id est, amabunt terrena. *Tharsis.* HIERON. contemplatio, in qua fixi sunt fideles, qui *offerunt munera*, dum deuoto animo seruiunt; *Insulæ*, sunt qui vitia mundi circunfluentia à se excludunt.

a *Reges Arabum, & Saba dona addu. Et adorabunt eũ omnes reg.* HIER. CASSIOD. Hę patrię, quę diuersis odoribus mulcent nares; significant eos, qui delectatione se tractant molliter. *Reges*, qui hæc blandimenta rigidæ disciplinæ subijciunt.

CASSIODO. Vel iuxta interpretationes nominum: *Tharsis*, exploratio gaudij; *Arabia*, humilis vel campestris; *Saba*, incensio, vel conuersio. Et est, *Reges Tharsis*, Illi qui explorant verũ gaudium. *Et insula*, qui à se excludunt vitia: *Offerant munera*, id est, se & alios. *Et reges Arabum* id est humiles, iustitia, & æquitate pleni. Et *reges Saba*, id est, qui diuino igne succensi sunt vel conuersi ad Deum, *adducent dona*, se, scilicet & alios. Vel, historialiter potest accipi de regibus, qui venerunt adorare Christum

b *Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi, & inopi, & animas pauperum sal.* CASSIODO. De operibus eius agit. *Liberabit*, &, si liberatus pauper postea offendit, *parcet, quia omnes peccauerunt, & egent gratia* Dei. Si liberat, non tamen peccata, pro quibus tenebantur, ei placent: sed *parcet*, id est peccata dimittet, & *animas saluas faciet* in participatione iustitiæ.

c *Liberabit pauperem à poten.* ✠ BASILIVS & EVTHYMIVS. *Potentem* diabolum nominauit; *pauperem* verò & *inopem*, humanam naturam, quòd aliquando sine Deo deserta fuerit.

BEDA. *Liberabit pauperem*, id est, populum verè humilem, *à potente*, id est calumniatore, qui non ex sua virtute potens est super nos, sed ex nostra infirmitate præuaricando enim infirmati, & sub peccato venundati sumus & prępotentem super nos eum facimus. *Liberauit* inquã *pauperem*, vt necesse erat, *cui non erat adiutor*, quia neque Philosophus, neque Archangelus poterat ei subuenire vt liberaretur nec vllus prę ter ipsũ solũ, de quo dictum est, *Dum medium silentium tenerent omnia, omnipotẽs sermo tuus domine etc.*

d *Ex vsuris.* AVGV. *Vsura*, peccata, vbi plus mali est in supplicijs, quam commissum est in peccatis. *Ex vsuris* ergo *redimet*, peccata, dimittendo, quę debebant ampliora supplicia. *Et iniquitate redi.* iuuando per gratiam ad iustitiam faciendam.

AVG. Vel, *ex vsuris*, de futuro. i. pœnis æternis & *iniquitate*, id est, peccato ipso, pro quo pœna debebatur.

e *Nomen.* AVGVS. Christianum.

f *Coram illo.* Quia in eius regno, ante ipsum victuri sunt.

g *Et viuet, & dabitur ei de auro, &c.* CASSIODOR. De honorificentia regis.

☞ *Ara-*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *dione Titi fuerunt ita fame constricti, quod ipsi quærebant ad comedendum illa, quæ de emundatione cibi fuerunt proiecta ad terrã, & in sterquilinijs. Sed litera magis continuatur secundum primam expositionem.*

1 Reges Tharsis & insulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent. *hoc exponitur ab aliquibus de regibus, qui venerant adorare Christum qui erant de illis partibus. Potest etiam hoc exponi de pluribus partibus vel nationibus, quarum reges & principes fidem Christi acceperunt, & munera deuote dederunt ad ecclesiarum constructionem. & pauperum Christianorum sustentationem.*

2 Et adorabũt eũ omnes reges: omnes. *quod impletũ fuit in Constantini conuersione, cui tanquam monarchæ obediebant reges terræ: & ipse præcepit vbique terrarum ad honorem Christi ecclesias ædificari: & sic omnes reges terræ adorauerũt eum id est, Christũ. Quod dupliciter potest intelligi: Vno modo, quia caput eorũ scilicet imperator, in quo omnes alij erant in virtute, adorauit Christũ deuote: Alio modo potest exponi, quod ex eius imperio permiserunt ecclesias ad honorem Christi ædificari. Itẽ alio modo potest exponi pro tẽpore moderno, quo idolatria fere cessauit in mundo: & sic omnes reges & gentes eis subditę adorant vnum verum Deũ, & per consequens Christũ, qui est verus Deus. licet non omnes reges & gentes eis subditæ credunt Deum humanatum pro mundi salute.*

3 Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi. *Hic consequenter ponitur dicta dilatationis ratio, quæ est iustitia, ad quã desiderant omnes mortales, vt habetur Esther xiij. & ideo maxime facit ad dilatationem regni: & hoc est quod dicitur,* Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi, & inopi, & animas pau. *quasi diceret, merito dilatabitur eius imperium, quia potentes arcebit à tyranide super pauperes: quod factũ est per hoc, quod maximi principes mũdi subditi sunt iugo Christi, & sic inferiores, & impotentes à tyrannide eripiuntur: & hoc ratione potentum, & timore Christi, & patet litera vsque ibi,*

4 Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum & honorabile. *Quia summus pontifex, qui est Christi vicarius, prohibet vsuras in iure canonico. Et multi principes Christiani eius edicto edocti prohibent vsuras, & prohibuerunt, & ad earum restitutionem subditos compulerunt.*

5 Et viuet, &c. *Hoc intelligitur de vita Christi post resurrectionem, qua est immortalis, secundum quod dicitur Ro. vj. b.* Christus resurgens ex mortuis non moritur: *& ideo illa vita sola dicenda est vita simplicior, quia vita præsens potius dicenda est mors quam vita, secundum quod dicit beatus Grego. homi. xxxv.*

☞ Et

MORALITER.

†† *Terram lingent.* Id est, malignos homines blanditijs decipient, sed spirituales decipere non valent.

1 *Reges Tharsis & insulæ*, id est, dominantes in terra & insulis maris.

2 *Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes seruient ei*, quia reuerentia, quæ pontificibus defertur, in Christum cuius sunt vicarij, refertur.

3 *Quia liberabit pauperem à potente & pauperem cui non erat adiutor, &c.* Id est, peccatorem bonis gratiæ spoliatum à dæmone. Ideo subditur:

† *Et animas pauperum saluas faciet*, per quod intelligitur salus spiritualis.

4 *Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum & honorabi.* Vsurarius enim, est diabolus, qui pro temporalibus rapit spiritualia bona, quæ sunt multo meliora.

† *Et ho.no.eo.* id est, peccatorum conuersorum.

† *Coram illo, &c.* scilicet, bono prælato: nec mirum, quia *gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.* Lucæ xv. b.

5 *Et viuet.* vita gratiæ.

a ¶ Pertinaces schismatici, qui inuident gloriæ Christi. b ¶ Augu. Homines schismaticos amabunt & suaues habebunt, quibus autoribus contradicunt diuinis eloquijs.
c ¶ Dominatores vitiorum. ¶ Fideles contemplatiui. d ¶ Etiam extremi. e ¶ Seipsos.

† maris & insularum. mici eius terram lingent. Reges † Tharsis & insulæ munera
a ¶ Deuote seruiendo. b ¶ Reges alios in societate ecclesiæ adducent, reges etiam mali Arab & Saba. id est, persequentes, nescientes immolando martyres adduxerunt. c ¶ quæ familia?
a offerent, reges Arabũ & Saba dona adducent. Et adorabũt
¶ Quid per singula? a ¶ Qui videntur adorandi ¶ Terræ. ¶ Qui terrenos habent dominos:
b ¶ Non est gens, quæ in parte populi sui non adoret autorem. c ¶ Cur ei tantus honor?
B † terræ. b c eum omnes reges: omnes gentes seruient ei. Quia † libera-
a ¶ Populum credentium, in quo & reges. b ¶ A diabolo, quem, non sua virtus, sed peccata hominum potentem fecerunt c ¶ Determinat quem pauperem. d ¶ Etiam
† à clamore vel clamantem. bit pauperem † à potente; & pauperem cui non erat
a ¶ Aug. quia homo iustus, vel angelus, vel lex, vel liberum arbitrium non poterat liberare, nisi tantum leo de tribu Iuda. b ¶ Ex vsuris. ¶ Redimendo, peccata dimittet.
c ¶ Non de se confidenti, sed de gratia. ¶ Vel in futuro, scilicet non modo parcet.
adiutor. Parcet pauperi, & inopi, & animas pauperum
a ¶ Ab iniquitate vitanda, dando gratiam ad iustitiam faciendam. b ¶ Peccatis.
¶ Hoc est quod supra dixit: Parcet pauperi. c ¶ Hoc est quod supra dixit saluas faciet.
† A dolo. d d ¶ Pretio sanguinis.
C † præclarũ. e f g saluas faciet. † Ex vsuris & iniquitate redimet animas eo-
a ¶ Etsi malis contemptibile, hic tamen erit. b ¶ Alias nomen eius coram ipsis, quia reddunt gratias beneficijs, dantes virtutem nomini eius. c ¶ Si morte redemit pauperem, tamen,
Roman 3. d rum: & † honorabile nomen † eorum coram illo. Et vi-

† pretiosus
erit sanguis
E
F

a ¶ Sine fine, qui contemptus est morieris. b ¶ Id est, sapientes mundi in Christum credent. c ¶ Adueniat regnum tuum.

a uēt, & † dabitur ei de auro Arabiæ, & † adorabunt de ipso 1

a ¶ Toto tempore. b ¶ Bona vita. c ¶ quia. d ¶ Panis fidei confirmans cor. 2

b semper, tota die † benedicent † ei. Erit † firmamentum in 3 4

a ¶ Ista. ¶ Quod mirum. b ¶ Prophetis apostolis. c ¶ Ipse extollet suos super Cedros Libani. d ¶ Aug. Candidatio, & significat candorem seculi. 5

c terra in summis montium, superextolletur super Libanum 6

a ¶ Boni. b ¶ Gratissimè in futuro. c ¶ Dei, id est, ecclesia. d ¶ Fructiferum vt frumentum. 7 8

d fructus eius, & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ. 9

a ¶ Ergo. ¶ Cas. Quia æternam dat gloriam, in æternum glorificetur. b ¶ Et. ¶ Id est, ante tempora & omnem creaturam, id est, in æternum. 10

e Sit nomen eius benedictum in secula: † ante solem perma- 11

a ¶ Filij regis. b ¶ Vt Abrahæ promissum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes. f net nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus 12 13

† dabit.

† orabit coram eo (vel pro eo

† sub sole perseuerabit, perpetuabit, erit; gentium filiabitur, id est, à natis natorū, & iis qui ab eis nascentur hoc est semper prædicabitur nomē eius. Chal. inter pre. antequam, esset sol, præparatum erat nomen eius.

† eum. Er

† benedicet ei (vel laudabit eum.

† ex pugillo frumenti. sub. tanta abundantia in terra, in summis montium, vt instar Libani fragorem reddat.

a *Arabiæ.* AVGVS. Per *Arabiam*, gentes; per *aurum* sapientiam, quę excellit inter doctrinas.

✻ EVTHYMIVS. *Arabia* olim auro abundabat, & *fœlix* ideo atq; *aurea* dicebatur à Græcis: Per hanc autem prouinciam, veluti in Asia celebriorem, iudicare videtur, quod omnis regio munera offeret Christi templis. Vel aliter: *Arabes* primi omnium gentium Christi fidem receperunt, edocti nimirū à Paulo, quēadmodum ipse ad Galatas scribēs testatur, dicens, *Cum autē ei placuit, qui me segregauit ex vtero matris meæ, &c. non cōtuli carni & sanguini, neque ascendi in Hierosolymam, sed abij in Arabiam,*

✻ BEDA. *Dabitur ei de auro Arabiæ*, id est, de præcipuis philosophis Gentiū quidam conuertentur ad eum, vt Dionysius Areopagita, & plures alij.

b *De ipso semper.* AVG. Multiplicando, vel consequendo, vel de eius institutione, quia ipse orare docuit.

✻ EVTHYMIVS. Christiani semper orabunt de ipso, seu pro ipso, hoc est, pro ea, quæ ab ipso est, salute, vt scilicet eos adiuuet & saluet. Aliqui autem hoc dictum ad prophetas referunt quod præuidentes aduentum domini rogabunt ac supplicabunt patrem vt celerius filium mittat, & dæmonis tyrannidem destruat.

✻ BASILIVS. *Adorabunt de ipso semper.* Illud *adorabunt*, conforme est apostolico illi dicto, *Gratias ago Deo meo per Iesum Christum.* Et iterum *Per quem accessum habemus ad Patrem.* Et ipse dominus dixit, *Nemo venit ad Patrem nisi per me.* Adorabunt igitur Patrem omnes, & laudabunt eum pro bonis in se per filium collatis. Laudabunt etiam ipsum filium, vt per quem bona illa acceperunt.

c *Firmamentum.* AVG. Prophetarum est, quia quod prædixerunt, impleuit.

d *In summis montium.* AVGVSTINVS. Autores scripturarum prophetæ est apostoli, quos firmat: quia omnia ab illis prædicta in illo sunt impleta.

e *In terra.* Quia propter eos, qui in terra sunt, omnia scripta sunt. Vnde, & ipse in terram venit, vt ea impleret.

✻ BASILIVS. Ipse fundabit & confirmabit in se credentes, & sublimes reddet: velut in ipsis montium verticibus constitutos. Et hoc ipse dominus dixit. *Nō potest abscōdi ciuitas in mōte sita.*

✻ EVTHYMIVS. Christus erit firmamentum in terra: hoc est, ijs, qui sunt in terra; firmans nimirum eos, & stabiliens, qui antea quasi nutantes circumferebantur à dæmone.

f *Super Li.* AVGV. Sicut libanus proceras cedros producit, sic Christus sanctos ad cælum.

✻ BEDA. Per *libanum* intelligitur Iudaicus populus, qui quasi candidatus inter gentes, propter cultum vnius Dei & legem erat. In quo etiam populo, illi candidiores erant, qui plus alijs æmulatores paternarum traditionum, sicut Paulus fuit, existebant. Et tamen fructus eius superextolletur super hunc etiam Libanum, quia sancti Apostoli longe digniores istis, quantumcunque legis emulatores sint, erunt.

g *Fructus.* Dilectiores Christi *superex. su. li.* quia omnia secularia contemnunt. Vel, fructus eius charitas, quæ super omnia dona. Vnde Apostolus, *Adhuc eminentiorem vobis viam demonstro.*

h *Sicut fœnum.* CASS. Non ætas fœni sed viriditas sanctis comparatur. Boni de ista ciuitate præsentis ecclesiæ migrantes in illa beatitudine florebunt.

AVG. In Genesi *fœni* nomine & frumentum intelligitur, cùm iussit Deus producere terram omne lignum, & omne fœnum, vel *fœnum*, omnis caro, quia *omnis caro fœnum*, cui comparatur omnis claritas ciuitatis, quam cœpit ædificare Cain. Et est illud, quòd in æternum nobis promittitur, diffamabitur super omnia secula. Et comparabitur fœno terræ quicquid pro magno habetur in seculo.

i *Sit nomen eius benedictum, &c.* CASS. Monet omnes laudes ei dicere, quia omnes in eo benedicentur.

k *Ante sol.* CASS. id est, ante omnem creaturam, ne putes temporalem Dei filium.

In ☞ Om.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dabitur ei de auro Arabiæ, &c. *Quia post resurrectionem Christi multi principes, & potentes ad fidem conuersi, dederunt donaria pretiosa ad ædificationem ecclesiarū: & sic verisimile est, quod dederunt de auro Arabiæ, quod est pretiosissimum.*

2 Et adorabunt de ipso semper, &c. *id est pro eius beneficijs adorabunt Deum.*

3 Tota die, &c. *id est, assiduè, quantum potest fieri bono modo.*

4 Benedicent ei, *De suis beneficijs regratiando.*

5 Erit firma. *In Hebræo habetur:* Erit abundantia frumenti *& in transfiatione Hieron. sic dicitur:* Erit memorabile triticum. *& ideo translatio communis videtur corrupta per scriptores ex similitudine dictionum habens* firmamentum *pro* frumentum, *quod exponūt Hebræi dicentes, quod in aduentu Messiæ, quem falso expectant, frumenta crescent in tanta altitudine sicut cedri Libani, & facient spicas magnas & latas. ex quibus vento flante decidet similia, de qua Iudæi pro sua voluntate poterunt satiari. Sed quia istud omnino irrationabile est & erroneum, ideo melius exponitur de sacramento eucharistiæ, in quo Christus continetur vbique in ecclesijs sub specie panis triticei: propter quod se comparat grano frumenti. Io. xij. d. & ideo dicitur hic.* Erit fru. *id est, eucharistia sacramentum.*

6 In te. in s.m. *quia episcopi, & sacerdotes, qui in ecclesia Dei sūt quasi montes, super capita sua eleuant hoc sacramentum.* 7 Superextolletur, *quia fructus huius sacramenti extollit hominem ad altitudinem cæli Ioan. vj. e.* Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternū.

8 Et florebunt de ciui. *id est, de ecclesia, in qua vniuntur fide & charitate Christiani ciuitas enim est ciuium vnitas.*

9 Sicut fœ. ter. *Sicut enim fœnum subito multiplicatur, sic Christiani per orbem in paruo tempore fuerunt multiplicati.*

10 Sit nomen *Hic consequenter describitur magnitudo regni Christi quantum ad diffusionem famæ, quia nomen Christi & Christianorum dilatatum est per orbem, & magis dilatabitur: & hoc est quod dicitur hic,* Sit nomen eius be. *id est solenni memoria diuulgatum.*

11 In secula, *id est, in generationibus sibi succedentibus.*

12 Ante solem per. nomen eius. *Quia ab æterno est nomen Christi secundum eius deitatem, & ex hoc, cum præcedentibus, patet, quod psal. iste non potest conuenienter ad literam exponi de Salomone, de cuius nomine non erat verbum, nec memoria ante ipsius tempora.*

13 Et benedicentur, &c. *quia in omnibus partibus mundi benedicuntur fideles in nomine Christi.*

Om.

MORALITER.

† 1 *Et dabitur ei de au.* quod est valde pretiosum: propter quod significat gratiæ donum, quod à Deo datur abundanter bono prælato.

2 *Et adorabunt.* quia boni subditi regratiantur Deo de bonitate prælati.

3 *Tota die.* Imprecando sibi maiora bona.

5 *Erit firmamentum.* Quia firmat subditos suos in bono, verbo pariter & exemplo.

6 *In sum.* id est, maiorum, per quos in minoribus conseruat regimen bonum.

7 *Superex. &c.* Nam actus boni prelati est magni meriti apud Deum, quia alijs in exemplum, ideo subditur

8 *Et florebunt de ci.* id est, de ecclesia quę bene dicitur ciuitas eo quod est Christianorum vnitas.

10 *Sit no. e. be.* benedictione superna.

12 *Ante so.* id est, ante Christum ad ipsum præmiandum.

13 *Et be.* quia benedicentes aliqui dicent: Benefaciat tibi Deus sicut prælato tali.

In † in

a ¶ Omnes benedicti. b ¶ Magnum eum fatendo. c ¶ Omnibus dictis. hymnum eructat.

a terræ: omnes gentes † magnificabũt eum. Benedictus dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum, & replebitur † maiestate eius omnis terra, † fiat, fiat. † Defecerunt laudes Dauid filij Iesse.

b a ¶ Quia quicunque facit, ipse in illo facit. b ¶ Christianorum, quod est de Christo.

¶ quod est maius omnibus nominibus. a ¶ Alias, gloriæ. b ¶ quandiu durat seculum, & in seculum seculi. c ¶ Ipsius glorificatione d ¶ Qui non dat eis blanda.

c d ¶ Non Dei.

a ¶ Sancti. b ¶ Ecce quasi subscriptio principis. Confessio audientium. ¶ Alias, Hymni.

A a *Omnes gentes.* AVGV, Ne tribus duodecim accipias, addit omnes gentes.

b *Benedictus dominus Deus Israel qui facit mirabilia solus. Et be.* AVGVSTINVS. A parte sua laudat. Nota exclamatoriam benedictionem, cum admonitione, & prophetia.

† amẽ, amẽ

B

C c *Fiat, fiat, &c.* CAS. Magnificũ est, quod sic concludit. Optantis est semel dicere, nimium desiderantis repetere. Quasi dicat: Quod iussisti domine, ita fiat, fiat, donec quod

1 HIER. Sciendum ᵖ beatum prædicabũt
2 ℣ septuagesimus pri-
3 mus ps. secundi libri fi-
4 nis est: vnde & in extremo habet *fiat, fiat,* E
5 pro quo in Hebræo ᵠ gloria
dicitur, *amen amen.*
6 d *Def. lau.* HIERO. etiam hoc diligentius obseruandũ est, quod illud: *Defecerunt hymni Dauid filij Iesse,* ad F

D quod cœpit à flumine perueniat vsque ad terminos orbis terræ.

ʳ Finitę sũt

finem septuagesimi primi psal. pertineat. Id verò quod sequitur: *Psalmus Asaph,* initium sit sequentis.

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Omnes gen. ma. eum, *Tanquàm saluatorem & domimũ omniũ.*

2 Benedictus. *Hic vltimo ponitur gratiarum actio pro beneficijs prædictis, cum dicitur,* Benedictus do. Deus Israel, *id est, populi Christiani, sicut supra expositum est.*

3 Qui facit. *Maxima enim mirabilia in mysterijs Christi continentur: quæ in hoc psal. describuntur, vt visum est.*

4 Et benedictum nomen maiestatis: *quia angeli & homines sancti æternaliter laudabunt Deum, secundum quod habetur infra psa. lxxxiij. d.* Beati qui habitant in dom. tua, &c.

5 Et reple. ma. *Quod fuit impletum in missione spiritussancti: quia tunc* spiritus domini repleuit orbem terrarum, *hoc etiam aliter exponitur, de miraculis factis per orbem terrarum ad preces sanctorum, quæ miracula sunt maiestatis diuinæ declaratiua.*

6 Fiat, fiat. *in Hebræo dicitur* Amen, amen, *quod signat fideliter, & duplicatur, ad designandum huius prophetiæ certitudinem.* Completæ sunt orationes Dauid filij Isai: *secundum Hierony. & doctores Hebræos, adiungitur huic psalm. & ex hoc videtur quod Dauid fecerit hunc psal. & non Salomon. Sed quæritur hic quomodo hoc sit verum, quod orationes Dauid in hoc psal. sunt completæ cum postea in hoc libro sunt plures psal. à Dauid, tanquam ab autore intitulati? Ad quod respondent aliqui doctores nostri, quod hoc dicitur pro tanto: quia in hoc psal. agitur de Christi regno, ad quod omnes psal. facti à Dauid sunt ordinati, tanquam ad finem: finis autem importat complementum. Aliter potest dici, & magis literaliter, quod psal. iste secundum veritatem fuit vltimus inter psalmos factos à Dauid: tamen non fuit scriptus in vltimo loco, quia psalmi scribebantur in libro Psalmorum, secundum quod inuenichantur, sicut dictum fuit in principio huius libri. & ex hoc contingit quod psal. centesimus. xliiij. qui fuit primo factus, vel saltem de primis ponitur circa finẽ libri, quia fuit de vltimo inuentis, & eodem modo iste, qui fuit vlti. factus, ponitur circa medium libri, quia sic fuit inuentus & hanc solutionem tangit R. Sal. in glossa sua.*

MORALITER.

✠ 1 *Omnes gent. mag.* propter vitæ merita. Et est hic hyperbole cum dicitur, omnes gentes, ad designandum multitudinem magnificantium. Et quoniam omne bonum Deo principaliter est attribuendum ideo concluditur *Benedictus dominus Deus &c.*

ADDITIO I

In psalmo. lxxj. Deus iudicium. *vbi dicitur in postilla.* permanebit cum sole, &c.

Vbi translatio nostra habet. Et permanebit cum sole: *veritas Hebraica dicit:* Et timebunt te cum sole, &c. *& sic potest intelligi hic versus de duratione Christianæ religionis, vt sit sensus, quod quandiu tempora reuoluuntur iuxta cursum solis & lunæ, secundum quem distinguuntur tempora, semper timebitur Christus in ecclesia: contra illos, qui dicunt ecclesiam aliquando defuturam, & secundum hunc sensum magis ostenditur, quam si dicat, quod Christus manebit cum sole: quia dicit glossa, non est magnum permanere cum sole ei, per quem omnia facta sunt.*

Ecclesiæ perpetuitas.

ADDITIO II

In cod. psal. vbi dicitur in postli. In Hebr. habetur: Erit abundafru.

In Hebræo in hoc loco cum hoc quod dicitur, frumentum, *supponitur quædam dictio quæ sonat.* פסח *pissat, quę non significat abundantiam, sed potius placentam seu placentulam frumenti: quod proprie applicatur sacramento eucharistiæ, in quo sub specie placentulæ frumenti verum corpus Christi continetur, & cum hoc concordat translatio Chaldaica, in qua vbi dicitur* in summis montium, *expresse dicit,* In capitibus sacerdotum.

ADDITIO III.

In eod psalm. vbi dicitur in postil. Ante solem permanet nomen eius.

In hoc loco Hebraica veritas, vbi dicitur, Permanet nomen eius: *dicit* ינון ijnnon *nomen eius, quæ non est eiusdem significationis, cum hoc quod dicitur,* Permanet: *sed significat* filiationem; *Vnde Abenhazra in sua gloss. in hoc loco sic dicit Hoc* ijnnon est verbum passiuum, quod deriuatur ab hoc nomine בן nin: quod proprie significat filium: hæc *ille. Et sic sensus est, quod* ante solem filiabitur nomen eius: *ac si dicat, quod ab æterno iste rex est filius, vnde isto loco ex necessitate literæ Hebraicæ po. est sumi efficax argumentum ad hoc, quod in diuinis est dare filium seu filiationem ab æterno. Et nota quod in hoc loco & in præcedenti immediate fauorabilior est litera Hebraica veritati fidei quam communis nostra translatio, & sic est in quamplurimis alijs locis sacræ scripturæ*

Filiationis diuinæ æternitas ex Hebræo probatur.

ADDITIO IIII.

In eodem psal. lxxj. Deus iudicium: *vbi dicitur in postil.* Completæ sunt orationes Dauid filij Isai.

Ex quo Dauid fecit hunc psal. secundum Hiero. & omnes doctores Hebræos prout veritas literæ in fine testatur, sumitur argumentum pro opinione Aug. dicentis, quod psal. etiam intitulati alijs personis, præter Dauid, sunt attribuendi ipsi Dauid tanquã autori: nam iste psal. intitulatur Salomoni, & tamen eius autor fuit Dauid. Similiter ex psal. immediate præcedenti, scilicet, Inte domine speraui: *qui non intitulatur alicui autori, & tamen totus intelligitur factus in persona Dauid, (prout patet etiam in postilla,) sumitur argumentum pro prædicta opinione Aug dicentis, quod etiam psalmi nullum habentes titulum attribuendi sunt Dauid autori.*

GLOSSA ORDINARIA.

A Hymnus tria habet: laudem Dei cum cantico, nisi enim cantetur h:lariter non est hymnus: non cantat autem qui non amat. Si sit laus, & non est Dei, non est hymnus: & si sit Dei, & non cum cantico, non hymnus. Præter solitum addit, *filij Ieſſe*. Dauid enim homo, quidam filius Ieſſe, regnauit in Israel tẽpore veteris testam. in quo nouum erat, sed occultum: sicut & Christus in Dauid & in Abraham, sed occultus, vt fructus est in radice. sed non apparet. Nouerunt autem pauci prophetæ & Christum, & nouum testa mẽtum scilicet, in occulto, & pronuntiauerunt reuelandum, illo ergo tempore, pro regno illo, vbi regnauit homo filius Ieſſe, pro huiusmodi carnalibus carnalis populus laudabat Deum. Sed regno illo, & cæteris huiusmodi deficientibus, deficit laus, non filij Dei, sed *filij Ieſſe*. His autem deficientibus, quæ Deus subtraxit, vt quærerentur ea, quæ occulta in illis tegebantur. Loquitur *Asaph*. i. synagoga, sed fidelis, quę pie Deũ coluit, licet propter terrena, quæ à Deo, nõ à dæmonibus, vt gentes, quęrebat. Attendens autem blaſphemos his abundare, pro quibus? seruiebat: cœpit nutare, neſciens quid in his figuris lateret, quaſi non esset aliquid melius, quod Deus daret: sed admonitus per hęc sibi subtracta quærere ea, quæ non habet cum malis communia, castigans se cum admiratione, dicit, *Quam bonus Iſrael*, sed quibus? *rectis corde*. primo ergo deſcribens nequitiam malorum, dicit se zelaſſe proſpera eorum: tamen inde correctum, & correctus alios corrigit.

CAS. Hic agitur, quod laudes defecerunt: quia iam non dat Deus blanda, vt pueris ad seruiendum alliciendis, & hoc dicit synagoga, quæ iam sibi contra hoc, quod prius agebat testatur, vt credibilius sit.

PSALMVS LXXII.

a QVam bonus. CASS. Monet, vt non pro temporalibus sed æternis Deum laudemus.

✻ BASILIVS. Illud *quam*, non est per comparationem, sed pro *valde*, positum: vt bonitatis Dei significet excellentiam. Quod autem dicit, tale est, Multum curæ ac prouidentiæ Deus Iſraeli impendit: verùm hoc non omnes agnoſcunt nisi qui recta sunt præditi mente. D

✻ EVTHIMIVS. Verè inquit bonus est Deus populo Iſrael: quippe qui per afflictiones, & calamitates castigat: qui salutem ei excogitat. Neque enim ex odio castigat aliquẽ Deus, aut dirigit, sed præ amore & dilectione.

✻ BEDA. *Deus Iſrael quàm verè bonus est*: id est quàm iucundus est his, *qui recto sunt corde*: Distortis autem corde solis, qui vel putant eum iniuſtum esse, vel mortalia non curare, est peruersus, nõ quòd vere peruersus sit Deus, sed quando tu peruersus, tunc peruersus tibi videtur, & non est tibi bonus, id est non iucundus, sicut mel non iucundum est febricitanti palato, neque clarus sol lippienti oculo: quia lux quæ vegetat sanum oculum, reuerberat infirmum: & quæ illuſtrat, illum excruciat. E

b *Pedes*. CAS. Pro arbitrio mentis, quod à veritate diſcrepabat. *Greſſus*, actus præcipitati *pene*, quia citò redijt. Vel pene,

✻ AVGVSTINVS. Quia cœperam errare, sed non erraueram, cœperam cadere, sed sed non cecideram.

✻ BASILIVS. Nullo fere negotio, quę me dirigebant, diſſoluta fuiſſent, vt sanis inquit, ac firmis cogitationibus excluderem periculum mihi fuit.

✻ EVTHYMIVS. Per pedes, sic cogitationes intelligit, veluti quæ animæ noſtræ religionem pedum inſtar, regunt ac suſtinent. Pene inquit, euerſus ac pene lapſus sum, vt nullam Deum crederem mundi habere prouidentiam. F

c *Pacem peccatorum*. AVG. Temporalem, fluxam, caducam;

d *Videns*, Non intelligens.

AVGV. Quia hæc pax videtur, non intelligentur, oculos eludit, est enim fluxa & caduca.

CAS. *Pacem pec. quia non est declinatio morti eorum*, id est, non cito moriuntur, sed diu viuant, & si *plaga* aliquando non firma; vt durat flagellum correctionis.

e *Et firmamentum in plaga eorum*. CASSI. Non miseretur Deus ☞ con-

---

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS. LXXII.

QVam bonus, &c. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo*, Pſal. Aſaph. *Et in translatione Hier.* Canticum Aſaph: *& est penitus eadem sententia. Secundum Aug. iste pſal. intitulatur ab Aſaph, non tanquam ab autore, sed tanquam à cantore quia secundum eum Dauid fecit omnes pſalmos sed aliquos fecit decantandos per Aſaph, qui erat vnus de principalibus cantoribus. Secundum vero Hieronym. & doctores Hebraicos, (quibus videtur in hoc magis aſſentiendum sicut dixi à principio huius libri, Aſaph non solum fuit principalis cantor, sed etiam habuit ſpiritum prophetiæ, & fecit hunc pſal. & plures alios, prout videbitur infra. Fecit autem hunc pſal. ad oſtendendũ bonitatem diuinæ prouidentiæ, qua* attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia suauiter. *Sapient. viij. a. licet frequenter hominibus ignorantibus, & infirmis videatur contrarium, eo quod vident frequenter malos temporaliter proſperari, & iuſtos multipliciter tribulari. In hoc igitur pſalm. ſic procedit: quia primo ponit intentam concluſionem, ſecundo ad vtramque partem adducit rationem, ibi*, Mei autem, *tertio ponit veritatis determinationem ibi*, Existimabam, *Circa primum dicitur*, 1 Quam bonus, &c. *id est valde bonus est*,

2 Deus Iſrael. *quia licet ſit Deus omnium per creationem, dicitur tamen* Deus Iſrael *per veram fidem: veruntamen quia bonitas diuina non ſentitur ab iniquis, ſicut nec claritas delectabilis est oculis infirmis ſed ſolum ſentitur & degustatur à bonis: ideo ſubditur*,

3 His qui re. *quia rectè tendunt in Deum, ſicut in ſummum bonum.*

4 Mei au. *Hic conſequenter arguit ad vtranque partem, & primo ad oppoſitum, ſecundo ad propoſitum, ibi*, Si dicebam. *Contra bonitatem diuinæ prouidentiæ accipitur ratio ex duobus maxime, ſcilicet, ex proſperitate malorum, & ex tribulatione iuſtorum: & primo arguitur ex primo, ſecundo, ex ſecundo, ibi*. Ideo conuertetur. *Prima adhuc in duas quia primo ponitur proſperitas malorum ſecundo iniquitas ipſorum, ibi*, Ideo tenuit. *Circa primum loquitur propheta in perſona populi infirmi, qui videns proſperitatem malorum incipit dubitare de bonitate diuinæ prouidentiæ: vnde multi talia videntes, dicunt, Deum dormire, quaſi non habeat prouidentiam de humanis actibus, ſicut dicit Tullius & plures alij in quorum perſona dicitur Iob. xxij. b.* Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat. *Dicit ergo propheta in perſona infirmorum*, Mei autem pene moti ſunt pedes, *id eſt, fere recidi à rectitudine ſentiendi de bonitate diuina prouidentia.*

5 Quia zelaui, & c. *id eſt, motus fui per quandam concupiſcentiam ad ſequendum eos, vnde dicitur Eccl. ix. c.* Non zeles gloriam & opes peccatoris, *id eſt non concupiſcas eas. Et motiuum dictæ concupiſcentiæ tangit, dicens*,

6 Pacem peccatorum, &c. *id eſt, eorum temporalem fœlicitatem. Viſa enim magis mouent animum, quam audita. Et conſequenter magis explicat in particulari eorum fœlicitatem, dicens*,

7 Quia non est reſpectus morti eo. *id eſt, non videntur cito mori, ſed diu viuere, diutius quam iuſti, Eccle. vij. ca.* Iuſtus perit in iuſtitia ſua & impius multo viuit tempore in malitia ſua.

8 Et firmamentum in plaga eo. *id eſt, non eſt longa duratio in plaga eorũ, quaſi ſit firmata, quia ſi infirmentur aut vulnerentur, cito curantur, habentes prompta remedia curationum propter abundantiam diuitiarum ſuarum.*

MORALITER.

✻ *Quam bonus Iſrael Deus, &c.* Pſalmum iſtum fecit Aſaph habens ſpiritum propheticum, oſtendens in eo quòd Dei prouidẽtia *attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*, licet mundanis hominibus aliquando contrarium videatur, eò quòd vident frequenter malos homines temporaliter proſperari, & bonos tribulari. Et ſic literalis ſenſus est ſimpliciter moralis: propter quod pertranseo de alio inducendo.

† MORAL.

---

a ¶ Attribuitur. b ¶ Synagogæ fideli.

Pſalmus Aſaph. LXXII.

a ¶ Iucundum eſt, quod non ſemper viſum fuit. b ¶ Sed peruerſus peruerſis.

† Vãm bonus Iſrael De⁹, † his qui † re- 1
a ¶ Modo fateor Deum bonum. Sed prius, cum non eſſet correctum mihi. b ¶ Ad errandum. 2 3
cto ſunt corde. Mei autẽ penè † mõti 4
a ¶ Affectus. b ¶ Ad lapſum. c ¶ Idem quod pedes.
sũt pedes, † penè effuſi ſũt greſſ⁹ mei.
a ¶ Cur moti? b ¶ Inuidi & grauiter tuli. c ¶ Intendens. d ¶ Quid in eis. ¶ quam ſolebant à Deo petere pro qua ſeruiebam.
Quiã † zelãui † ſuper iniquos, pacem † peccatorum † videns. 5 6
a ¶ Exponit breuiter, quare ſit eis data hæc pax. & æterna manet eos. b ¶ Alias declinatio mortis, id eſt, quia certa mors, æternum: & ideo modo non ſunt in labore hominum. c ¶ Aug. Id eſt, flagellum eorum firmum eſt, non temporale, ſed
Quiã non † eſt reſpectus morti eorum, & firmãmentum in 7 8
detur, & non eſt tibi bonus, id eſt non iucundus, ſicut mel non iucundum eſt febricitanti palato, neque clarus ſol lippienti oculo: quia lux quæ vegetat ſanum oculum, reuerberat infirmum: & quæ illuſtrat, illum excruciat.

* rectis. † mundo † commoti E

† impiorũ i. quod videam illi omnia proſpere ſuccedere. † intuens † ſunt ligamina in morte eorum. i. egritudines, vigens est robur eorum, F

☞ A

consolidando plagas eorum: vel à simili incurabilis, cui nihil prohibetur.

a *Operti sunt iniqui. & imp. sua.* CASSIOD. Ne respiscant; non amicti, vt vel liberum caput haberent, sed toti operti.

✠ EVTHYM. Adeo inquit superbi sunt, & temerarij, vt impietate atque iniustitia, non secus ac veste aliqua, operiantur. Et dū indui dicit eos impietate, atque iniustia, summam vndique huiusmodi vitiorum amplitudinem videtur significare. Hac autem loquēdi metaphora sæpe numero alibi prophetā vsum videmus, veluti quando ait: *induantur confusione & pudore, &c.*

† Fatigatione, afflictione, id est, non vt alii homines affliguntur. † vt torques cinxit † operiet se vt tollat prædā sibi, vel, ceu veste amicitur violentia, aut violentia amicit illis nates

b *Prodyt quasi, &c.*

B

AVGVST. Sunt quidam mali ex macie, id est, necessitate: Alij ex abundātia, vt pauper egestate furatur, diues ex cupiditate.

† malignitatem † dispositionem.

c *Tran.* CAS. Quasi à rectis semitis.

✠ EVTHYM. Venerunt, inquit, in habitum iniustitiæ. Per dispositionē, etenim seu per habitudinem cordis, habitum intelligit ad malum.

† reuertetur populus eius huc, & aquæ pleni (sub. calicis,) exprimunt eis. i. hic quęstus istis vberrimus, prouenit,

† altissimo

C

d *In ex.* AVGVSTINVS. Palā, in manifesto: vel contra Deum blasphemi.

e *In cœlum.* AVG. Acsi dij essent; vel, contra Deum, quem blasphemant, dicentes, Deum vel nescire sua mala, vel non punire.

☞ ✠ BAS. Posuit hæc propheticus sermo tanquam à Deo, vt mœstos consolaretur, dicēs. Dum illi, inquit, blasphemijs cōtra Deum vtuntur, & nos afflictionibus impetunt, iucunda de nobis omnū Deus decreuit, reditum ac vitam naturæ destinatam pollicitus.

✠ EVTHYM. Per *cœlum* quidem Deum intelligit, qui in cœlis habitat: per *terram* vero, homines in ea commorantes; ac si diceret: os suum blasphemantes aduersus cœlestem Deum mouerunt. Vel propter Philosophos dictus est hic sermo, qui posuerunt in cœlum os suum, dum aūsi sunt de Deo, & de diuinis rebus philosophari. Vel aliter, Astrologos carpit, qui os suum posuerunt in cœlum, dum nimis curiosè astra ac stellas contemplantur, quæ in cœlo sunt: & lingua eorum pertransijt in terram, dum inanibus nugis vniuersum complent orbem.

D

a ¶ Sanctorum. b ¶ Cas. Ab infirmitate & plagis velociter conualescunt, nec, sicut homines iusti, tribulationum quatiuntur flagellis.

† plaga eorum. In † labore hominum non sunt, & cum homi-

a ¶ Ad correctionem. b ¶ Et quia sic eis modo prosperè cedit. c ¶ Ne cuiderent ¶ Quod quidem peius est, quàm quolibet modo superbire. d ¶ Vnde iniqui. e ¶ Aug. Vndique, videntur interiora eorum, vbi miseri sunt, fœlices putantur. ¶ Alias circumamicti.

a nibus non flagellabūtur. † Ideo † tenuit eos superbia, † operti

a ¶ Ad proximum. b ¶ Contra Deum blasphemi. c ¶ Et hæc iniquitas. ¶ In apertum.

b sunt iniquitate & impietate sua. † Prodijt quasi ex adipe ini-

a ¶ Et. ¶ Viam rectam, modum hominum Non putant se pares hominibus, facientes quod placet. ¶ De vitio in vitium. b ¶ Desiderio, non necessitate. c ¶ Et vt grauius eos peccasse ostendat, quam si ex improuiso egissent, subdit.

c quitas eorum: transierūnt in † affectū cordis. † Cōgitaue-

a ¶ Non cum timore, sed in alto: clare, cunctis audientibus, & superbe. ¶ Non satis fuit, quod intus habent, nisi extra effundant, & alios iniustè doceant. b ¶ Vel, sumid est, contra excelsum.

d runt, & lōcuti sunt † nequitiam, † iniquitatem in excelso lo-

a ¶ Superba loquuntur de cælo, & de aliis. b ¶ Defecit, vel deambulauit.

e cuti sunt. Posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum tran-

f

a ¶ Erat. ¶ Alias super terram. b ¶ Aug. Qui huc iniquus redit ad Deum, & incipit quærere: Sed quando, dies pleni, id est plenitudo temporis, quo missus filius est, qui hæc docuit contemnere, æterna quærere.

g siuit in terrā. Ideo † conuertetur populus meus † hīc, & dies

a ¶ Quia. ¶ Antequam de tali cogitatione reuersi sunt. b ¶ An.

h pleni inuenientur in eis. Et dixerūnt, quomodo † scit Deus, &

a ¶ Vel nescit, vel non curat humana. b ¶ Deo.

i c ¶ Hoc ideo videtur, quia mali sunt fœlices. ¶ Aug. Quasi ideo eram non peccator, vt haberem diuitias, modo econtra fieri video.

k si est scientia in † excelso? Eccē † ipsi peccatores, & † abun-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

f *Lingua transiuit super terram, &c.* AVG. Quę vltra mensuram humanitatis loquitur, quasi immortales sint. Vel, etsi ipsi in terra, tamen modum transeunt in terra, vel super terram, id est, transit terrena omnia: quia non cogitāt se homines citò posse mori, sed transit lingua eorum humanam fragilitatem.

HIE. Vel, lingua eorū existēs in terra. i. locutio eorū, facta terrena: *transiuit.* i. defecit, quia præter rationem veritatis infirma est.

g *Ideo con.* CASS. Exponens Asaph suū & aliorū errorē de prosperitate impiorū, dicit inde se reuersum ad melius consilium, vt & ipsi inquirāt veritatem rei intrātes in sanctuariū Dei. Quasi diceret, hoc perpenso, quod mala ex prosperis: populus meus, qui à veritate deuiauit, reuertetur ad eam.

Hic. AVGVSTINVS. In hac sententia, in qua modò sum.

h *Dies pleni inueniuntur in eis.* HIERON. Perfecti inueniuntur, etsi modo non appareat.

CASSIOD. vel, *dies pleni* sunt, quando Christus venit: hi ergo sunt in Iudæis, qui Christum nouerunt.

i *Et dixerunt.* AVGVST. Vnde conuertentur? *Et dixerunt:* priusquàm conuer. Quomodo dicitur sciré, quæ hīc fiunt, qui non punit? etsi est scientia in excelso; defectio est hīc, tunc iniustus est Deus, qui patitur malos: *quia ecce ipsi pecca.* hoc est quare videbatur eis nescire hoc.

k *Quomodo sit.* AVGVST. Non dicit, nescit: sed adhuc hæsitat &

☞ pro-

† De. pœ. distincti. i. e. serpens

† Egressi sunt præ adipe oculi eorum, transierunt cogitationes cordis. i. faciunt quod cogitāt, vel plus assecuti sunt quæ cogitauerant

† Diffluūt, vel nullis se legibus putant teneri, vel dissoluunt sub. perfectos suos verbis † calūniam de excelso, cum vt excelsa,

E

† huc † sciuit † ista impij † beati (vel Pacem habentes

F

NICOLAVS DE LIRA.

1 In labore hominum non sunt. *Sed in delicijs, & solatijs viuunt.*

2 Et cum hominibus non flagellabuntur. *Quia propter diuitias suas eis parcitur de grauibus & duris laboribus, qui alijs imponūtur. Et frequenter etiam contingit, quod bonis iustorum in tempestatibus destructis eorum bona remanent illæsa.*

3 Ideo tenuit. *Hic consequenter describitur eorum iniquitas, cum dicitur,* Ideo tenuit eos superbia. *Quia temporalis prosperitas frequenter est occasio superbiendi. Et dicit* tenuit, *quia talis superbia non est ad horam, per modum passionis transeuntis; sed per modum habitus permanentis.*

4 Operti sunt iniquitate, *peccando contra proximum.*

5 Et impietate sua, *peccando contra Deum: quia sicut pietas significat Dei cultum, sic impietas eius oppositum. Et dicit* operti sunt, *quia vndique ad peccandum intenti sunt, sicut vestimentum operit hominem circumquaque.*

6 Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum; *id est, diuitiarum pinguedine, qua præstant fomentum omnibus vitijs: quia* pecuniæ obediunt omnia, *Eccle. x.*

7 Transierunt in affectum cordis, *id est, habituati sunt in malis, & sic afficiuntur & lætantur in ipsis, secundum illud Prouer. ij. c.* Qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.

8 Cogitauerunt, *intellectum suum & industriam applicando ad malitiam.*

9 Et loquuti sunt nequitiam. *Præcipientes suis satellitibus exequi ipsam ad iustorum afflictionem: sicut patet in tyrannis, tam in nouo, quā in veteri testamento.*

10 Iniquitatē in excelso locuti sunt. *Blasphemias dicendo de Deo, sicut Pharao dicebat Exod. v. a.* Nescio dominum, & Israel non dimittam. *Et Sennacherib. iiij. Regum. xviij. dicebat, quod Deus non posset liberare Ezechiam, & populum suum de manu eius. Et in nouo testamento multi tyranni blasphemias magnas dixerunt de Christo.*

11 Posuerunt in cœlum os suum, &c. *Præcipientes se adorari sicut Deum. Quod patet de Nabuchodonosor, qui præcepit Holoferni exterminare Deos omnes terra, vt ipse solus Deus diceretur. Iudith tertio. d. Et Caius imperator misit statuam suam, vt in ea adoraretur, tanquam Deus ab vniuersis: secundum quod dicit Iosephus libro de Iudaico bello, & alij historiographi, ideo subditur.*

12 Et lingua eorum transiuit in terra, &c. *id est, lingua eorum in tantum transiuit metas rationis, acsi non essent homines terreni, sed magis dij cælestes.*

13 Ideo conuertetur populus meus hic. *Hic consequenter arguit, ex iustorum aduersitate dicens:* Ideo conuertetur populus meus hic, *quia populus infirmus, conuertitur ad considerandum prosperitatem malorum, iuxta aduersitatem bonorum.*

14 Et dies pleni, *scilicet vigilijs, & meditationibus.*

15 Inuenientur in eis. *In consideratione talium.*

16 Et dixerunt, *post talem considerationem.*

17 Quomodo scit Deus & si est scientia in excelso? &c. *id est, mirantur, quomodo Deus permittit talia, si ad hæc se extendat sua prouidentia: propter quod subditur, repetendo breuiter prosperitatem malorum iuxta aduersitatem iustorum, quia opposita iuxta se posita magis elucescunt.*

18 Ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo obtinuerunt

✠ diuitias.

prope est sanitati: & de tam graui infirmitate vicinior est salus, sicut vicina sanitate magis æstuant ægri.

✻ Evthymivs. Quotquot in populo erant magis pusillanimes, aut minus prudentes, tanta cernentes facinora, quanta barbari illi committere audebant aduersus viros illos sanctos: dicebant, quomodo nouit Deus hæc? Et quomodo tolerat? verè hæc Deus non nouit.

a *Et dixi ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui, &c.* Cassio. Hæc dixerunt, quibus confutandis hæc ego: vel adhuc ex persona dubitantis. Fatuis cogitationibus se dicit illusum, vt cum hæc repudiauerit, melius nos procurauerit.

b *Et castigatio.* Alias & *index meus in matutino.* Cassio. Ecce iam remedium, Christus index, qui viam veritatis indicauit, & mane surgens spem nostram de mundo ad cælos transtulit.

c *Si dicebam.* Cas. Ecce iam se reprimit autoritate sanctorum, & iam vicina veritate deliberat sic, *Si dicebam.*

✻ *Narrabo sic.* Basilivs. Relictis alijs cogitationibus, hoc apud me cogitabam, Num testamenta sua erga nos Deus reprobauit?

✻ Evthymivs. Si in me ipso inquit, dicebam, quod alijs ita essem dicturus, quemadmodum cogitaui: quod scilicet in vanum iustificaui cor meum, & reliqua.

d *Ecce nationem.* Avgvstinvs. Aliud inconueniens incipit soluere. *Reprobaui*, iudicaui, quod non est. *Existimabam*, per prædicta volo probare Deum non iustum, sed hoc modo cogito, non absoluo. *Ante me*, id est quantum ad præsentia; vel, maior me, me superans, nisi Deus aperiat.

Avgvstinvs. Vel, ecce natio filiorum tuorum, cui disposui, & concinui, sub audis, occurrit & obuiat mihi, id est occurrit mihi prior prædicatio, quàm Israelitis feci, vt Deum colerent, qui omnia creauit, & omnibus secundum opera sua restituit: obuiat mihi doctrina, cui congrui, & accommodatus sum. Sed ne ego reprobarem nationem priorum patrum, vel priori doctrinæ meæ contradicerem. *Existi. &c.*

e *Filiorum tuorum.* Omnes enim, Abraham & cæteri, aliter docent, quibus credere debeo: non enim omnibus prudentior. Sed ne reprobarem. *Existima.* vel, suscepi cognoscere; iam reuocatur à lapsu, qui non præsumit se scientem contra sanctos. Vt cognoscerem huius rei veritatem, quod non antè, dum dicebat Deum hæc non curare. Cogitabam vt scirem hoc: Prior gradus scientiæ, dum scit nescire se, quod prius videbatur scire: repudiat autem priorem sensum, dum quærit alium.

f *Labor est ante me.* Avgvst. Quasi murus mihi obstat in facie, quomodo Deus sciat, & curet hæc, & bene sit malis, & bonis malè; vel *ante me*, sed nō ante Deum. Si ergo fuero ante Deū, nec mihi labor; quod & facit, addit enim, *labor est, donec intrem in sanctuarium Dei.* Christus est sanctuarium illud, in quo omnia consilia super filios hominum. Vel, sancta sanctorum. Vel, lex, quam contuens, videt in iudicio illos damnatos.

g *Sanctuarium.* Avgvstinvs. Christus, qui vt Deus singulorum merita dignoscit, vel sanctuarium, sancta sanctorum, id est, secretum diuinæ dispositionis.

h ✻ *Nouissimis eorum.* Evthymivs. Verba hæc manifestam continent prophetiam, prædicit enim se huiusmodi delinquentium finem perspecturum esse. De Babylonijs autem sermo est, quorum fœlicitas, & imperium finem habitura erant: quemadmodum etiam postea factum est. Nam Cyrus Persarum rex deuictos illos perpetuæ tradidit seruituti: & Israeliticum populum, quem captiuum repetit in Babylone, in patriam restituit.

i *Veruntamen.* Avgvst. Cassio. ecce quid didicit iste in sanctuario: malos hîc decipi, postea in fine ab omnibus deserendos, à quo malo ipse liberatus est, qui & terrena quęsiuit, sed à Deo; hîc dicit, in hoc mundo, malos non esse immunes & impunitos; quia etsi fœlices, tamen reatum gestant, & frequenter ruinas incurrunt. *Veruntamen*, id est sed: & hîc posuisti eis hunc florem & copiam temporalium *propter do. &c.*

☞ Pro-

a ¶ Per violentiam. b ¶ Non paruas. ¶ quia seruio, & hæc non habeo, illi non seruiunt & habent.

a dantes in seculo, obtinuerunt diuitias. Et dixi, † ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui † inter innocentes manus

¶ Sine causa. a ¶ Opera, non modo cogitationes.

a ¶ Sine causa. b ¶ Bene seruio & flagellor; non seruit malus, & ornatur, vel honoratur. c ¶ Sine causa. ¶ De perpetratis. d ¶ Mea non differtur: illis vel sera, vel nulla. Mea sedula, cita, vel, in oratione matutina.

b meas. Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea † in matu-

a ¶ Deus. ¶ Astruam. b ¶ quod, non curet ista. ¶ quod iuste viuat quis frustra. c ¶ Doctrinam. d ¶ Sanctorum prophetarum & patriarcharum.

c d tinis. Si dicebam, narrabo sic, ecce † nationem filiorum tuo-

a ¶ Reliqui. ¶ Iudicauit, reprobaui. b ¶ Vel scirem. c ¶ Laboriosa quæstio ante oculos meos.

e f rum † reprobaui. † Existimabā vt cognoscerem hoc: † labor

a ¶ Aug. Quid tibi in eo intendam oculo mentis in finem, vbi omnia iudicantur. b ¶ Non à me, sed in sanctuario.

g est ante me. Donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam

a ¶ Non modo in futuro, sed & hic. b ¶ Quia dolosi sunt, & in ipso dolum patiuntur, vt terrena eligant, æterna relinquant, dum aliquid aliis dolo tollunt, animam suam perdunt.

h † in nouissimis eorum. † Veruntamen propter dolos

i

† præuaricatus sum, spreui. vel, generatio, sub. dicet, quòd præuaricatus sum. †nouissimū

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

- Et dixi †certè frustrà mundaui.
- in innocentia
- vel singulo mane
- generationem
- id est, molestum videbatur
- Cogitabā, studebam
- sanctuariū populi numero.
- Certè in locis lubricis posuisti eos.

A B C D E F

NICOLAVS DE LIRA.

diuitias, *id est, in malis huius seculi.*

1 Obtinuerunt diuitias. *Quibus habentur corporales delicię: & subditur,*

2 Et dixi, *Ego exercitatus in iniustitia, concludens ex prædictis.*

3 Ergo sine causa, *id est, frustra.*

4 Iustificaui cor meum, &c. *Cauendo à peccato cor dis.*

5 Laui inter innocentes manus meas, *Cauendo peccata operis: Et causa subditur.*

6 Et fui fl.to. *id est, quasi continuè. Frequenter enim cōtingit, quòd iusti per totam vitā suam, vel magnam partē suæ vitæ, sunt in afflictione.*

7 Et castigatio mea in ma. *id est, velociter adhibita: quando enim electi cadunt in peccatum, Deus non differt punire vsque in futurum, sed punit in præsenti, & citò, de cursu communi: vnde dicitur. ij. Mach. vj. c.* Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium.

8 Si dice. *Hic consequenter arguit ad oppositum exemplo iustorum, qui frequenter leguntur afflicti in vita præsenti ad magnitudinem præmij consequendi in futuro, & hoc est quod dicitur,* Si dice. narra. sic. *id est, tenebo istam opinionem, appetendo cum peccatoribus temporalem prosperitatem.*

9 Ecce nationem filiorum tuorum. *Id est, iustorum qui sunt filij Dei per gratiam.*

10 Reprobaui. *Quia ipsi contempserunt terrena, & patiēter sustinuerunt aduersa propter præmium in futura vita: sicut patet de Abraham & Isaac & alijs sanctis patribus, scilicet patriarchis, & prophetis. Vnde & Esaias fuit serratus, & Ieremias lapidatus, & Daniel in lacum leonum proiectus: propter quod dicitur Iudith. viij. c.* Omnes qui placuerūt Deo, per multas tribulationes transierūt fideles. *Et Act. xiij. d.* Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

11 Existimabam. *Hic consequenter ponitur veritatis determinatio: & primò ponitur hęc determinatio; secundo determinationis declaratio, ibi,* Veruntamen.

Circà primum ostenditur, qualiter habeatur veritas huius quæstionis, scilicet, per diuinam reuelationem, & non per humanam inuestigationem: quia de præmiatione bonorum, & de punitione malorum in vita futura non habetur aliqua certitudo ex iniquisitione humana, sed tantùm ex reuelatione diuina; & hoc est quod dicitur, Existimabam vt cognoscerem, *id est, vt possem cognoscere veritatem de prædictis per inuestigationem rationis.*

12 Hoc labor est ante me. *q.d. quantumcunque ad hoc laborarem, non possem attingere ad hanc veritatem: & de talibus dicitur Eccles. viij. d.* Quantò plus laborauerit homo ad quærendum, tantò minus inueniet.

13 Donec intrem in sanctuarium Dei. *id est, ad intellectum sacræ scripturæ diuinitus reuelatæ, quam vocat* sanctuarium, *eò quòd Deus in illa loquitur, sicut in sanctuario diuitus responsa dabantur.*

14 Et intelligam in nouissi.eo. *id est, intelligam punitiones & præmia vitæ futuræ: de quibus apertè loquitur scriptura in veteri testam. & nouo in pluribus locis; duo tamen tangam ad præsens, vnum de veteri testa. & aliud de nouo, Dan. xij. a. dicitur:* De his qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt, alij in vitam æternam: & alij in opprobrium, vt videant semper. *Similiter Matt. xxv. d.* Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

1 Ve-

¶ Sed. a ¶ De alto. b ¶ In eo ipso, non post, quia elatio casus est.
c ¶ Aug. Admiratur de eis, videns nouissima. ¶ Sed in futuro.

posuisti eis, dejecisti † eos dum alleuarentur. Quomodo facti
a ¶ Ab omnibus rebus deserti sunt in morte, quæ & repente venit & non communiter moriuntur cum bonis, sed pereunt æternaliter propter iniqui. &c.
b ¶ Vt fumus deficit, dum extollitur.

a sunt in desolationem? subitò defecerunt, † perierunt pro-
a ¶ Aug. Ita qui defecerunt; vt somnium surgentis, qui in somno sibi diues videtur, euigilans nihil habet: sic isti dum de hac vita, in qua cæci dormiunt, euigilauerint, nil nisi miseriam inuenient.
b ¶ Alias exurgentis.

b pter iniquitatem suam. Velut somnium † surgentium domi-
a ¶ Sed ne modo magna videantur, quæ eorum sunt subdit.
b ¶ Quia in terrena sua ciuitate imaginem Dei ad nihilum redegerunt.

nè, † in ciuitate tua imaginem ipsorum † ad nihilum rediges.
c a ¶ Zelo vel amore Dei. ¶ Alias delectatum. Aug. Id est, quando delectauerunt me terrenæ res mei sunt mutati, vel quia ad Deum totus castus factus est.
b ¶ Carnales delectationes. c ¶ Vel resoluti sunt.

Quia † inflamatũ est cor meum, & rẽnes mei † cõmutãti sunt,
d e a ¶ Augustin. Qui modo talia dico de diuitibus, aliquando talia desiderabam: & ideo cur ad nihilum redactus, &c.
b ¶ Quando pene effusi sunt gressus: Non est ergo desperandum de huiusmodi.
c ¶ Quid est nesciui? ecce. d ¶ Alias. Quasi pecus.
¶ Aug. Cum terrena amans, non nouit æterna. Sed non recessit, à Deo petens hæc, non à dæmonibus. Vnde subdit, Ego semper tecum.

f g h i k l & ego † ad nihilũm redactus sũ, & † nescíui. Vt iumẽtũ factus
a ¶ Et tu.

sum apud te, & ego semper tecum. Tenuisti manum † dex-

1 in ruinas, detolationes

† cõsumpti sunt a, vel, cum repentinis terroribus

† euigilãtis

† in ciuitate, vel cum consurges siue excitabis te

† acie vel acetum factum.

† insipiens sum

A B C D E F

a *Propter dolos.* AVGVSTINVS. vel, iuxta lubricum. Q. modo dolosi fecisti eis, sub specie boni dans mala. Vel, iuxta lubricum vt sunt temporalia: vbi cadunt, qui amore sunt iuxta; dum enim dolosus alium vult dejcere, iuxta lubricum eum ponit.

b *Velut somnium.* AVGVSTINVS. aperta comparatio. Clausis oculis videmus bona, quæ mox apertis non inuenimus; in vita somnium: in morte euigilant, scientes quid est.

✠ EVTHYMIVS. Aliquid subintelligẽdum est, verbi gratia, Babyloniorum fœlicitas, ac si diceret, quod quemadmodũ is, qui per somnum, gratum quid videt ac delectabile, statim contristatur, cum à somno exurgit, quasi inani delectatione detentus sit: ita etiam Babylonij decursa felicitate, inanem plorabũt se habuisse fortunam. Huiusmodi enim sunt humanæ omnes delectationes somnijs similes, ob earum nimirum instabilitatem, & frequentissimas mutationes.

c *In ciuita.* AVGVSTINVS. In contuitu populi tui, vel, dum constituitur tua ciuitas.

HIER. vel in cælesti Ierusalem imaginem eorum, effigies deformitatum quas sibi faciunt: alius leo ferocitate, alius aper sorde libidinis.

CASSIOD. vel gloriam temporis, quæ non vera, sed similitudo gloriæ: quia cum deerit veritas eis, peribit imago; nec similitudinem retinebunt, qui de beatitudine nil habebunt, ideo perdes eos, quia per eos,

d *Inflammatum est cor me.* Id est, inuidi felicibus.

✠ EVTHYMIVS. *inflam. e. cor me.* Ardenti scilicet quodam zelo, quia zelaui super iniquos pacem peccatorum videns.

e *Et renes mei commutati sunt.* Quibus statur, id est constantia mentis resoluta est, vt prospera amarem; Grauis culpa præbere alijs occasionem peccandi.

f *Ad nihilum redactus sum.* Vanis hærens, iniurius Deo factus.

g *Nesciui.* Magna & profunda ignorantia nescire quod pecces.

CASSIODORVS. *In ciuitate tua imaginem.* Vel de hæreticis potest hoc accipi, quarum diuersas imagines dicit, diuersas hæreses, & personas hæresiarcharum, quas sibi in varijs dogmatibus induerunt. Quas rediget Deus ad nihilum in ciuitate sua. s. præsenti, vel in super cælesti ecclesia.

h *Quia inflamatum.* AVGVSTINVS. Ecce conuersio huius Asaph. Facta superius inquisitione *quomodo scit Deus, &c.* q.d. Illos rediges ad nihilum: sed ego semper ero tecum. Quare? quia cor meũ inflammatum est, vel delectatũ amore Dei, & tũc renes mei, carnales delectationes, commutatæ sunt in spirituales.

i *Cum.* AVGVSTINVS. Quia prius ad nihilum redactus sũ. i. ad ea quæ nihil sunt descendi: quia nescíui nihil esse, & post vt iumentum mansuetus factus sum ferendo oneri, & semper ero tecum.

k *Iumentum.* CASSIODO. Apud Deum, vice pecudum sunt, qui contra Deum sentiunt: & tamen in his *errans*, nescíens iudicia Dei semper fui tecum quodammodo, ab idolis alienus, & tibi credens, & tu tenuisti.

✠ BASILIVS. Verum ista posthac non patiar, vt curiosè inquiram quicquam eorum, quæ à sapientia tua dispensantur: sed quemadmodum iumentum obsequitur ei à quo ducitur, nihil scrutãs quò ducatur, ita gratia tua gubernatus sequar & ego, prouidentiam tuam haudquaquam curiosè inuestigans.

✠ EVTHYMIVS. Laudabile est, vt apud Deum nos ipsos existimemus, vt iumenta; tametsi contra crimonosum sit, vt iumentum haberi, apud dęmonem.

l *Tenuisti manum.* AVGVS. Quia licet pecus non recessit à Deo

☞ *Te-*

† non cognoui

† consilio tuo

NICOLAVS DE LIRA.

1 Veruntamen. *Hic consequenter dictam determinationem declarat, & primo quantum ad pœnam malorum, secundo quantùm ad bonum iustorum, ibi,* Quia inflammatum est. *Circa primum dicitur.* Verunta. pro. dolos. *quibus iniusti defraudauerunt & afflixerunt innocentes & iustos.*

2 Posuisti eis. *scilicet, finem suæ prosperitatis temporalis, eos subtrahendo de præsenti vita: hoc dicit cõtra illud, quod suprà fuerat inductum ad oppositum, de longa vita malorum,* quia non est respectus morti eorum; *quia etiam aliquando contingit contrarium ex diuina ordinatione: & hoc ad terrorem aliorum malorum, & consolationem bonorum; ideo subditur.*

3 Dejecisti eos dum alleua. *id est, dum adhuc essent in augmento suæ prosperitatis temporalis, sicut patet de Antiocho illustri, & de multis alijs tyrannis.*

4 Quomodo facti sunt in de. *quia non solùm aliquando moriũtur, sed etiam possessiones eorum & domicilia destruuntur.*

5 Subito defece. *de præsenti vita.*

6 Perierunt. *in gehennali pœna.*

7 Propter iniquit. suam, *quia mortui sunt cum finali impœnitentia.*

8 Velut som. sur. *illa enim, quę videntur in somnis, non sunt res veræ sed imaginariæ; ideo statim euanescunt homine euigilante: sic prosperitas temporalis comparata ad æternam nulla est, & ideò comparatur somnio, quia statim euanescit per mortem, quæ oculos aperit, quos culpa clausit, vel clausos tenebat in præsenti vita.*

9 Domine in ciui. *quod additur* tua *in aliquibus libris, non est in Hebræo. In trãslatione verò Hier. sic habetur.* In ciuitate eorũ imaginem ipsorũ ad nihilum rediges: *Potentibus enim huius mundi fiebant antiquitus imagines in ciuitatibus, quibus populares reuerentiam faciebant, & quando & quando diuino iudicio ejciebantur à sua tyrannide, vel potestate, & interficiebantur, istæ imagines in detestationem eorum confringebantur. Vel, per imagines intelliguntur filij eorũ, quia filius est naturalis imago patris, & tales tyranni leguntur frequenter interfecti cũ tota prole sua, vt habetur in libris Regum in pluribus locis, vt in pluribus alijs historijs.*

10 Quia inflammatum est. *Hic consequenter describitur præmiatio bonorum in præsenti quantum ad bona gratiæ, & in futuro quantùm ad bona gloriæ. Dicit igitur Psalmist. in persona talium,* Quia inflammatum est. *Istud* quia *non refertur ad præcedentia, quasi hic reddatur ratio prędictorum, sed magis sequentium. Dicit ergo.* Quia inflammatum est cor meum, *Per Dei puram dilectionem.*

11 Et renes mei commutati sunt. *Per carnis cõcupiscentiæ remissionem, aut repressionem, quæ viget in renibus, quantùm ad masculos, vt dicit Gregor. homilia xxxij.*

12 Ad nihilum redactus sum, *quasi dicat, ex hoc quòd dilexi Deum ex toto corde, & repressi impetum luxuriæ, secutum est quòd ego ad nihilum redactus sum in mea reputatione.*

13 Et nesciui. *id est, me ignorantem reputaui. Quantò enim homo plus per charitatem Deo cõungitur, & à carnalis libidine retrahitur, tantò minus se reputat per humilitatem, & magis cognoscit suam ignorãtiam; ideo subditur.*

14 Vt iu. factus apud te, *id est, in scientiæ tuæ comparatione, qua magis excedit cognitionem humanam, quàm humana brutalem.*

15 Et ego sem. tecum. *Quia quando homo resilit in propriam prauitatem, & ignorantiam, committit sese totaliter diuinæ dispositioni & ipse eum recipit, secundum quod dicitur psal. lxiij. d.* Iacta super dominum curam tuam, & ipse te enutriet. *ideo subditur,*

16 Tenuisti manum dexteram meam, &c. *Me dulciter in tuam protectionem recipiendo.*

☞ *Tenuisti manum.* i. potestatem dextræ, id est, rexisti, quòd semper tecum, quod filius. *Dedit* enim *potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. In sinistra*, pecus, amans hæc temporalia. Vel manum *dextram*,

† consilio tuo.

Cas. nō sinistram: Tenet dexterā Deus: dum ad bona opera dirigit, & ne mergamur liberat, vt Petrum.

† assumpsi- † Quis

Cass. Viso malo impiorum, bonoque suo, arguit se de prioribus, quòd terrena à Deo quæsiuit, & inuitat in contrarium.

† tecū non volui, id est cum apud te sim, nihil mihi placuit.

Avg. Comparat terrenę voluptati suæ præmium cæleste, & se arguit.

† secula † longè faiant † succedere fecisti.

a *In æternum, &c.* Ab eo nūquàm vltrà separabor.

† Et ego, (sub. noui) quod appropinquare Deo mihi

b *Qui fornicantur abs te, &c.* Huic fornicationi contrarius est castus timor, qui gratis ipsum amat, in quo habet omnia.

a ¶ Non meis meritis. b ¶ Ad verum intellectum. c ¶ Æterna.
¶ Quæ maior gloria, quàm hominem Dei vniri, & ad dexteram eius locari.

teram meam, in † voluntate tuâ deduxisti mę, & * † cum glo- 1 2
a ¶ Humanam naturam verbo vnisti cum gloria. b ¶ Quasi: Bene dixi. In gloria susceptisti me, quia.
¶ quasi tantum & tale mihi paratum est in cœlo, quod dici non potest, scilicet tu ipse.
c ¶ Quod habent & mali, quasi magnum volui.

ria † susceptisti mę † Quid enim mihi est in cælo, & à te quid 3
¶ quàm vtile. a ¶ Ideo. b ¶ Carnalis delectatio in opere.
c ¶ Mala cogitatio. d ¶ Tam castum cor mihi fecit, quod gratis iam Deum amo.

volui super terram? Defecit † cáro mea, & cor meum, Deus 4 5
a ¶ Hoc est, quod est ei in cælo. ¶ Alii alia eligunt, sed ego Deum.
¶ Tam magna res, quod non alia. b ¶ Ideo pars mea Deus.

a cordis mei, & pars mea Deus in † æternum. Quia ecce qui 6 7
a ¶ Longe sunt, qui hæc temporalia non à Deo petunt, quod non iste.
b ¶ Hi sunt longe.

b † elongánt se à te, peribunt: † perdidisti omnes qui fornican- 8 9
a ¶ Illi ita, tu autem quid. b ¶ Nihil autem melius est, quam videre facie ad faciem.
¶ In præsenti per cultum, etsi errauit à cultura, non recessit.
c ¶ Modo dum peregrinus, dum non res.

tur abs te. † Mihi autem adhærere Deo bonum est, † pónere 10 11
a ¶ Quæ est anchora præmissa ad terram.
b ¶ Aug. Id negotii, iste interim habet, laudare Deum, & coamatores facere.

in domino Deo spem meam. Vt annuntiem omnes prædica- 12
a ¶ Vel in atriis.

c tiones tuas, in portis filiæ Sion. 13

c *In portis filiæ Sion.* Avgvst. in publico; vel in concordia apostolorū, qui sunt portæ ecclesiæ. Quia prædicatio, quæ est præter vnitatē ecclesiæ, inanis est. Vel, virtutibus; ecclesia est filia Sion, id est, speculationis.

* † postea in

† restat robur

B † cor meū & caro mea

✻ Evthym. Sion Hierusalem, nimirū, & Sion appellata est, quemadmodum per filiū hominis ipse homo intelligitur, iuxta Hebraicum idioma.

E

† posui

Solebant autē antiqui iuxta ciuitatis, aut tēpli portas, concilia ac cœtus hominum cōgregare, & illis quæcunque noui contingebant, narrare.

F † opera

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et in voluntate tua deduxi. me, *A deuijs vitæ præsentis mihi præcauendo.*

2 Et cum glo. su. *De præsenti miseria ad vitam beatam transferendo; ideo subditur,*

3 Quid enim mihi est, *q.d. nec in cælo, nec in terra est aliqua creatura, quæ mihi sufficiat pro beatitudine mea, quæ consistit obiectiuè in solo Deo, qui est bonitatis infinitæ: ideo subditur,*

4 Defecit caro mea. *In consideratione bonitatis tuæ, quæ non potest comprehendi à finita virtute, secundum quod dicitur. 1. Cor. 2. c. quod* oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit: quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum. *ideo subditur.*

5 Deus cor. *id est, animæ meæ creator & beneficiator: ideo subditur.*

6 Et pars mea Deus in æter. *id est, adimplens desiderium meum.*

7 Quia ecce qui elong. se à te, *per peccatum mortale.*

8 Peribunt, *perditione gehennæ.*

9 Perdidisti omnes qui fornicantur, *per peccatum idololatriæ, quod in scriptura fornicatio nominatur.*

10 Mihi autem adhærere Deo bonum est, *per fidem & charitatem in præsenti.*

11 Ponere in domino Deo spem meam. *Per certam futuræ beatitudinis expectationem: Spes enim est certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis prouenientis.*

12 Vt annuntiem omnes prædicationes tuas, &c. *id est, illa quæ debent annuntiari fidelibus, ad gloriam tuam & eorum vtilitatem.*

13 In portis Sion. *Hoc non est in Hebræo, nec in translatione Hier. sed fuit appositum ab aliquo expositore, eò quòd in veteri testamento prophetæ & doctores annuntiabant reuelationes sibi factas, & legis expositiones in portis atriorum domus domini, quæ erat in monte Sion: propter quod fuit dictum Iere. vij. a.* Sta in porta domus domini.

ADDITIO I.

In psal. lxxij. Quam bonus Israel, *vbi dicitur in postil.* Secundum verò Hiero. & doctores Hebræos.

Non omnes doctores Hebræi hoc sentiunt: scilicet, quòd Dauid non fecit omnes psalmos, nec in hoc videtur magis assentiendum Hier. quam Augustino, sed potius econuerso, vt dictum est suprà in principio libri, & in psal. immediate præcedentibus, & in quibusdam aliis, &c.

ADDITIO II.

In eo. Psal. vbi dicitur in postilla. Quia zelaui super iniquos.

Iste zelus potest exponi in bonum. s. de zelo iustitiæ, eo modo, quo dicitur in psal. Zelus domus tuæ comedit me. *Iusti enim videntes prosperitatem malorum frequenter zelant zelo iustitiæ timentes. s. ne simplices ex talium prosperitate decipiantur, vnde dicit infra,* Ideo conuertetur populus meus hic, &c. *Et quia zelus cordis, & cæteræ passiones animi, cum valde intenduntur, turbant motus corporales, secundum Philosophum ideo prædixit Psalmista* Mei autem penè moti sunt pedes, &c. *quod intelligitur de motu & gressibus corporalibus, qui ex vehementia zeli iustitiæ præcipitabant.*

ADDITIO III.

In eo. psal. vbi dicitur in postil. Quia non est respectus mor. eo.

In Hebr. ponuntur in hoc versu aliquæ dictiones obscuræ & æquiuocæ, secundum quas quidam Hebræorum expositores hunc versum sic interpretantur, Quia non sunt ligamenta in morte eorum. *Quod sic exponunt, quia isti peccatores moriuntur absque pœnis corporalibus, ac si non essent animæ eorum ligatæ suis corporibus, & sic sine pœna corporali, vel saltem cum leuissima migrantur ab hac luce, quod non contingit communiter hominibus. Similiter & quod dicitur,* Et firmamentum in plaga eorum, *Interpretatur iuxta literam Hebraicam, quæ hic videtur sonare sic,* Et est sana valetudo eorum, *Quod sic exponunt. s. quod tales impij in vita sunt fortes & validi, & moriuntur sine pœnis, saltem grauibus, Et ideo subdit immediatè.* In labore hominum non sunt, &c. *q.d. isti nec laborant in vita, quia fruuntur sanitate corporali, nec in morte, quia sine agone moriuntur; cuius oppositum frequenter contingit etiam in viris iustis & sanctis, &c.*

ADDITIO IV.

In eod. psal. vbi dicitur in postilla. Veruntamen propter dolos.

In Hebræo habetur. Verumtamen in dolis seu fraudibus posuisti eos, *quod exponitur ab aliquibus Hebræis sic, quia impij, qui innocentes defraudant, seu affligunt, finaliter defraudantur & decipiuntur, scilicet in istis mundanis, quia frequenter contingit eis, quod subditur, scilicet,* Deiecisti eos dum alleuarentur, *exponatur prout in postilla.*

ADDITIO V.

In eo. psal. lxxij. vbi dicitur in postil. Quia inflammatum est.

Hæc coniunctio, scilicet, quia, *melius videtur referēda ad præcedentia in principio psal. Ad quod sciendum, quod cū Psalmista dixerat, quod zelo prosperitatis impiorum* penè moti essent pedes eius, *nisi propter ea, quæ fuerunt sibi reuelata in sanctuario Dei. s. in sacra scriptura, de punitione malorum & præmiatione bonorum, ad quæ cognoscēda attingere non poterat per inuestigationem naturalis rationis, sed per illustrationem diuinam: idcirco dicit, quod inflammatum est cor eius ex zelo prædicto, & renes commutati per vehementiam considerationis circa inquisitionem causæ huiusmodi. Renes enim quādoque dicūtur erudire hominē, eo modo quo dicitur,* Increpuerūt me renes mei. *Et quia omnia ista non sufficiebant ad habendum quæsitum, ideo dicit,* Et ego ad nihilum redactus sum & nesciui: *quasi diceret,* Tota inquisitio mea frustrata fuit, *quia nesciebam de his reddere rationem; vnde sequitur,* Vt iumentum factus sum apud te. *i. in comparatione tuæ iustitiæ & prouidentiæ. Quia tamen in illis inquisitionibus nunquam deuiabat à confessione iustitiæ & bonitatis diuinæ, licet in particulari nesciret rationē reddere: ideo subditur,* Et ego semper tecum, *scilicet in vera fide, per quam talia attribuebat diuinæ pietati; & ideo subditur,* Tenuisti manum dexteram meam &c. *exponantur sicut in postilla.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Intellectus Asaph.* AVGVSTIN. Synagogæ (quę tantum de Iudæis) vox, secundum grana, non paleas. Synagogæ data est lex, quæ quidem à Deo per Moysen. Per Christum *gratia*, quia impletur per charitatem, quòd tunc videbatur; *Veritas* quia redditur quod promittebatur. In lege & prophetis eadem præcepta cum euangelio ferè omnia: Moralia enim eadem, sed nõ cęremonialia. Non tamen eadem sacramẽta, quia illa promittebant, hæc dant salutẽ. Nec eadem promissa, quia ibi terrena primò animalibus, hic æterna spiritualibus.] Illa ergo ablata sunt: non est enim vnctio, vel sacerdos, vel propheta vel, templum. Vbi veritas venit, vastata sunt omnia, pro quibus Christum occiderunt. Hoc plangit Asaph intelligens, discernénsque terrena à cælestibus, vetus testamentum à nouo: vt scias quid ex his eligas. Primus psalmus lamentationis, sequuntur alij duo. 78. & 105. hoc genus dictionis, plenum charitate, docet flere cum flentibus; ampliore misericordia plorat ille in prosperis Ierusalem nondum euersa, nec dum visa captiuitate, sicut pòst fleuit Ieremias captiuitate peracta. Ideo subuersio captiuitatis deplorata præscribitur, vt duritia Iudæorum vel calamitatibus terreretur, vel molliretur.

CASS. Monet relictis figuris transire ad veritatem.

PSALMVS LXXIII.

b VT quid Deus. CAS. describens euersionem Ierusalem irreparabilem, quærit causam quare, admirans, & conquerens; & precatur pro repulso populo, & vltionem in destructores, quæ quidem eis vtilis est, & iam facta est.

c *Repulisti nos.* CAS. Quasi alienos à tua defensione.

d *In finem.* Nec templo parcitur. Interitum, & captiuitatem significat, quæ à Tito & Vespasiano. *Oues* nominat, vt pij pastoris misericordiam commoueat.

✠ EVTHY. Possumus intelligere hæc verba, vt ex prudentiorum Iudæorum persona dicta sint, Non tantum repulisti inquiunt: sed in finem repulisti, quod omnimodam prorsus destructionem significat. Nam & si prius eos sæpe repulerat, non tamen in finem: vnicuique enim captiuitati certum tempus per prophetas statuerat. Illa autem verba, *Vt quid*, interrogatiua quidem esse videntur, & rationem indagare; iuxta vsum tamen Hebraici idiomatis diuinam misericordiam conciliant.

e *Tuæ*, in eos temperantius vindicamus, quos aliquando fuisse nostros meminimus.

f *Possedisti*: CASS. Vel, creasti, etsi omnes creat & disponit, Iudæos tamen specialiter, quibus legem & prophetas dedit.

g *Remedisti.* HIE. te pretio. i. per te pretium.

Mons. AVG. Eminentia, Sion speculatio est, in quo, in qua re habitasti. Vel vacat in eo.

HIER. montem vel montis Sion, siue in eo. Hucusque veri testt. facta, quæ sequitur, veritas promissa. Per Sion, Ierusalem signat, in qua præsentia Christi habitauit, & ideo ne daret eam vastitati supplicat.

✠ BASIL. Hæc prædixit, antequam templum Hierosolimitanum ædificaretur. Salomon enim illud post Dauidem, & Asaph construxit.

✠ EVTHY. Mons Sion ille celeberrimus hic est, in quo fecit Deus prædictam hæreditatis suæ virgam habitare.

h *Virgam hæ.* AVG. Ipsa congregatio, virga hæreditatis dicitur: quam volens possidere virgam Moysi in serpẽtem vertit, sed apprehensa cauda redijt in virgam. Exo. 7. b

HIERO. Quia mors suasu serpentis intrauit in mundum, virga in serpente, Christus in morte. Vnde & qui intuebatur serpentem. i. Christum mortuum credit, sanatur à serpentibus. i. à morte æterna. Expauit Moyses & fugit, sic apostoli moriente Christo. Retenta cauda, id est posterioribus, fit virga, quia primò occisus, postea surrexit. Cauda etiã est finis seculi, in quo redimus ad manum Dei, & stabilimur, qui per mortem quasi per serpentem fluximus. Mystice.

☞ AVG.

a ¶ Scilicet quod venit veritas figuris ablatis, & quod æterna, non temporalia quærenda sunt.

† Intellectus Asaph. PSAL. LXXIII.

a ¶ Quia venit veritas, figuris ablatis. ¶ Non reprehendit, sed quærit quare. ¶ Quasi cur, nisi quia pastorem non agnouimus.
b ¶ Vsque in finem seculi, vel in Christum, qui est finis. ¶ Ex toto.
c ¶ Ira furoris, ex hac geminatione, grauissima ostenditur ira.

VT quid Deꝰ repulisti † in finẽm, † irãtus est furor tuus super oues pascuæ

a ¶ Cæs. Præstita beneficia numerat, vt post iudex inuitetur ad consueta beneficia, & plus sua beneficia in eis, quam eorum errata attendat.
b ¶ Græce synagoga. Latine congregatio populi.

tuæ. Mẽmor esto cõgregationis tuæ,

a ¶ Hic est populus Israel, quem possedit, non gentes.
b ¶ Illius populi, id est à patriarchis.
c ¶ Memor esto & debes, quia.
¶ A Pharaone & Aegypto.
d ¶ Alias sceptrum, id est regnum hæreditarium.

quã † possedisti ab initiõ. † Rẽdemisti virgã hęreditatis tuæ:

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXXIII.

VT quid Deus. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hiero.* Eruditio Asaph, *& habet multiplicem intellectum, quia eruditus fuit à Deo per reuelationem de contentis in hoc psal. & scripsit hunc psal. ad eruditionem aliorum. De materia vero huius psal. Rab. Sa. quod Asaph in spiritu prænidens captiuitatem populi Israel per Titum & Vespasianum fiendam & diu duraturam, fecit hunc psal. orans pro liberatione populi ab ista captiuitate, in qua nunc est: quam liberationem expectant Iudæi fieri per regem Messiam, qui reædificabit eis ciuitatem Ierusalem & templum, & restituet eis arcam testamenti & vasa sanctuarij. Sed hæc expositio habet erroneum fundamentum, scilicet quod Christus futurus sit in mundum, cum hoc iam transierit in præteritum, vt frequenter dictum est. Similiter quantum ad hoc, quod dicitur de arca testamenti, & alijs vasis sanctuarij, quod sint eis reddenda, quia dicitur Iere. xij. c.* In diebus illis ait dominus, nec dicent vltrà, arca testamenti domini, neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius, nec visitabuntur, nec fiet vltrà: *propter quod salno meliori iudicio mihi videtur. quod psal. iste loquitur ad literam de captiuitate Babylonica, quam prænidit Asaph futurã, & in psal. orauit pro eius liberatione. Secundum igitur sensum hũc psal. iste diuiditur in quatuor partes. Primò enim Asaph pro liberatione populi allegat pristinam Dei amicitiam; secundo aduersantium malitiam, ibi,* Leua manus tuas; *tertio Dei potentiam, ibi,* Vsquequo; *quarto populi miseriam, ibi,* Ne tradas bestijs.

Circa primum sciendum, quòd ad magnanimum pertinet, quòd si amicus eius familiaris in aliquo offenderit eũ, citius ei reconciliari debet propter pristinam amicitiam: Deus autem elegit populum Israel tãquam sibi familiarem & peculiarem, & ex hoc allegat Asaph diuinam reconciliationem, licet multipliciter Deum populus offenderit ante Babylonicam captiuitatem, & hoc est quod dicitur,

1 Vt quid Deus repu. *scilicet populum tibi familiarem, & electum.*

2 In finem. *i. tandiu sustinendo eius captiuitatem.*

3 Iratus est furor tuus. *Per hoc non est intelligendus in Deo aliquis motus passionis, sed rigor suæ vltionis.*

4 Super oues pascuæ tuæ. *i. super populum tuum Israel, quem pauisti manna. xl. annis in deserto vsquequo introduxisti eum in terram melle & lacte fluentem, vt habetur Iosue v.*

5 Memor esto congregationis tuæ. *quia dominus congregauit filios Israel in Rameſſe, quando debuerunt egredi de Ægypto, vt dictum fuit Exo. xij.*

6 Quam possedisti ab initio. *scilicet exitus de Ægypto, quia per legem susceptam populus Israel obligauit se Deo ad seruiendum sibi speciali seruitute.*

7 Redemisti virgam, *id est sceptrum regium.*

8 Hæreditatis tuæ. *i. Iudææ, quæ dicitur hęreditas domini, eò quòd ibi viguit cultus diuinus, vbi autem specialiter habebat locum sceptrum regium ostenditur, cum dicitur,*

Mons

MORALITER.

✠ 1 *Vt quid Deus repulisti in finem iratus, &c.* Psalmum istum literaliter exposui, vt sit oratio Asaph pro liberatione populi Israel de captiuitate Babylonica, quam prænidit futuram. MORALITER autem potest exponi pro liberatione terræ sanctæ de manu Saracenorum captę tempore Saladini: & ad hoc allegatur amicitia pristina, cum dicitur, *Vt quid Deus rep.* id est, repelli permisisti, populũ Christianũ amicabilem tibi, de terra, sancta.

2 *Iratus est furor tuus super oues pas. tuę.* i. pastę euangelico verbo, & eucharistiæ sacramento.

3 *Memor esto congregationis tuæ quam possedisti ab initio.* in Ierusalem factę sub apostolis in principio ecclesiæ. De qua dicitur Act. iiij. d. *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.*

4 *Redemisti virgam hæredit. tuę,* sanguine proprio ibidem effuso.

✠ *Leua*

☞ A AVG. Sed quia hæc & de gentibus: exprimit, de quibus dicat, *Mons Sion*, Id est, non de gentibus. Vel, montem Sion istũ, quem inhabitasti in ipso; *leua manum tuam in superbias eorum*, à quibus euersa est Ierusalem, id est regibus gentium. *In finem*, quia & ipsi Christum iam nouerunt.

a *Leua*. CAS. Potentiam, vt superbiã eorum vertas ad humilitatem, ducens eos in finem. i. Christum, quod & impletũ est, quia Romæ Christiana religio effloruit.

B *Leua*, quia ex multum superstitiosa facta est sanctissima.

✻ BASIL. & EVTHY. *Leua manus tuas*, ex metaphora posuit eorum, qui delinquentes manibus flagellant. Dixit hoc prophetica gratia propter hostes impiè viuentes; Neque enim contra crucifixum zelantes bellum hoc mouerunt, sed vt orbem seruituti suæ subijcerent: vsus est autem illis Deus tanquam lictoribus, vt per eos de impijs pœnas sumeret.

b *Quanta ma. est, &c.* AVG. Sacerdotes & ministeria templi præda fuerunt. Tota gens, vel occisa vel captiuata. *Inimicus*, Romanus exercitus, ad hoc per prolepsim præmisit, *eorum*.

c *Gloriati sunt*. AVG. CAS. de victoria sua. Ecce quòd non bono zelo fecerunt. Gloriati, cum scelus, soleat sequi pœnitudo, hi ad gloriam vertunt; *qui te oderunt*, serui dæmonum, qui nullatenus sunt tolerandi.

d *In medio solennitatis tuæ*. Non in extremo loco, sed in medio atrio. Alia litera, sacrilegia commiserunt.

✻ EVTHYM. Paschæ festiuitatem intelligit. In illius enim solemnitatis medio, exercitus obsedit Hierusalẽ, & Iudæos festiuitatem illam celebrantes captiuos fecit. Considera autem, quo pacto in Paschatis solemnitate Iudæi pœnas dederint, in qua dominum crucifigentes tam immensum scelus patrarant.

e *In sancto*. CAS. In sanctuario per contemptum sancti templi, vbi deitas videtur despici, in præsumptores concitat inuidiam.

f *Signa, &c.* AVG. Aquilas, quibus in prælio; vel statuas monimenta victoriæ super portas. Signa sua manifesta; cum dolore iterat signa, vt ad celerem vindictam prouocet iudicem, ostendens quòd suis viribus darent; vnde & subdit, *Et non cognouerunt*, scilicet, quòd Dei dispositione hoc fieret; *sicut in exitu*, ita in templo posuerũt signa, sicut solẽt statuę principũ in exitu, id est in portis vel in via, & in plateis poni; & hoc *super summum*, id est per edita loca.

✻ BASIL. Trophęa, inquit, quæ sunt signa ac symbola victorię, super portas nostras erexisti, omnibus posteris victoriam illam notã faciens. Pilatus autem contra legem regia signa vrbi intulit, imaginemque suilli capitis lapidibus portę Romani reges insculpserunt. Per hæc autem omnia cognouerũt diuina se destitutos esse protectione, Hæc & dominus dixit, *Quando videritis abominationem desolationis*, &c.

✻ EVTHYMIVS. Vnusquisque ordo militaris signo suo vtitur, quod hastili infixum ante aciem præmittitur, vt cohors internoscatur à cohorte: id vexillum appellamus. Hæc igitur vexilla, Romanorum acies ingredientes in Hierusalem fixerant in exitu, hoc est in portis ciuitatis, quinimo & desuper ipsas portas. *Quasi in exit*. Abundat autem dictio, quasi, Erexerunt hæc signa sua signa, hoc est in signum victoriæ, ac pro trophæis, idque non dum ab his cognitum fuerat, qui erant intra ciuitatem: eo quod circa solẽnitatem occupati, nullis aliis rebus animum intendebant.

g *In exitu*. CAS. Vel sicut in egressu desuper, id est non cognouerunt, quod hæc licentia à Deo egrederetur.

h *Quasi in sylua, &c.* CAS. Antequam construeretur, prophetat euersionem templi.

i *In securi & ascia polluerunt tabernaculum nominis tui, &c.* AVG. *Securis* cædit trabes: *ascia* minutius persequitur. Per hoc ergo, & magnas res & minimas dicit deiectas, vt ciuitas funditus sit deuastata, prius incisa, post ignis omnia vorauit.

☞ *In*

---

a ¶ Id est, quæ hæreditas. vel virga, vel congregatio est.
b ¶ Vbi populus, templum, sacrificia, & omnia Christum promittentia, & ideo non debebant tunc deseri.

c ¶ Etiam. d ¶ Potentiam tuam.

1 † mõns Sion † in quo habitãsti in † eo. Leuã † mãnus tuas in
2 a ¶ A quibus euersa est Hierusalem. ¶ Regum gentium. b ¶ Ducens eos. ¶ Christum, quomodo & nos.
3 c ¶ Euersionis historiam breuiter commemorat: quasi ideo leua, quid inimicus idololatra malig. &c.
d ¶ Malignè operatus est. e ¶ Idololatra.
4 5 superbias eõrum in finẽm: quãta malignãtus est inimicus in
a ¶ Templo, sacerdotio, & cæteris sacramentis: quod permisit Deus, quia iam nihil præfigurabant cum res esset.
¶ Serui dæmonum.
b ¶ Tunc euersa est Hierusalem, quando solennitas agebatur paschalis, in qua crucifixerunt dominum.
6 7 8 9 † 10 11 12 13 † sanctõ. † Et gloriati sunt, † qui oderunt te in mẽdio † solenni-
a ¶ Vexilla Romana, vel statuas, quas prius in templo posuerunt.
b ¶ Vel trophæa. c ¶ Respexerunt. ¶ Quod à Deo esset hoc.
tatis tuæ. Posuerunt signã sua signã, † & non cognõuerunt,
a ¶ Terra, vel aliquo excelso loco. b ¶ Sine aliquo respectu & reuerentia.
sicut in exitũ super summum. Quasi in syluã lignorum secu-
a ¶ Comminuerunt. b ¶ In quibus ornandis olim cura fuit.
c ¶ Templi. d ¶ Conspirati constanter.
ribus † excidẽrunt ianuãs eius in idipsum in † securi &

† montem † quem † ipso † 23. q. 5. c. n

† sanctis tuis † omnes † Rugierũt hostes tui, in mediotabernaculi tui † atrio tuo

† & nũc cælaturas eius pariter bipẽni & malleis cõtriuerunt † dolabro & fractorio

---

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Mons Sion, *quia in monte Sion fuit templum, in quo dicebatur Deus speciali modo habitare; & etiam domus regia, sicut frequenter dictum est suprà.*

2 Leua manus tuas. *Hic consequenter allegat propheta aduersantium malitiam, propter quam decens est, quòd Deus eam puniat, & liberet detentos ab eis. Et circa hoc primò allegat malitiam Babyloniorum: secundò apostatantium Iudæorum, ibi,* Signa nostra, *Circa primum dicit,* Leua manus tuas, *Id est, virtutem tuæ potestatis: quia in Deo non habent locum lineamenta corporis.*

3 In superbias, &c. *ad frangendum totaliter superbiam Babyloniorũ, quod factum fuit quando dominus per Cyrum & Darium Babyloniam destruxit, vt habetur Dan. v. Et huius destructionis allegat causam mouentem, dicens,*

4 Quanta malignatus est inimicus. *id est, rex Babylonis, & eius populus.*

5 In sancto. *i. in templo diuino cultui deputato. Consequenter explicat magis in particulari mala facta à Babyloniis in ciuitate & in templo Dei, cùm dicitur,*

6 Et glorificati sunt, &c. *Tanquam feciſſet propria virtute, cùm tamen à te factum fuerit propter populi correctionem.*

7 Qui oderunt te. *i. Babylonij, qui erant idololatræ.*

8 In medio solennitatis tuæ. *i. in Ierusalem, quam destruxerunt Babylonij, in qua Iudæi manẽtes in circumitu conueniebant ter in anno ad celebrandum festiuitates domini. s. in festis paschæ, pentecostes, & tabernaculorum, vt habetur Exod. xxiij.*

9 Posuerunt signa sua. *i. vexilla sua in signum victoriæ, quia capta ciuitate Chaldæi posuerunt vexilla sua super portas, & loca solennia, in signum captionis & victoriæ; ideo subditur,*

10 Sicut in exitu, *scilicet belli, habita victoria.*

11 Super summum. *i. super turres & loca ardua, vbi in signum victoriæ solent poni vexilla; & interponitur,*

12 Et non cognouerunt, *scilicet, Chaldæi hoc facientes, quòd propter peccata populi Israel dabat Deus illis tantam victoriam, sed attribuebant suæ potestati.*

13 Quasi in sylua lignorum se. exci. ianuas eius. *ianuas ciuitatis à Deo electæ, ita irreuerenter exciderunt, & destruxerunt, sicut ligna de syluis.*

☞ Incende-

MORALITER.

✠ 2 *Leua manus tuas.* Hic consequenter allegatur ad idem aduersariorum nequitia, *Leua manus tuas*, id est potentiam tuam ad puniendum eorum superbiam.

4 *Quanta malignatus est inimicus in sancto*, scilicet, loco: quasi dicat multa nimis.

9 *Et gloriati sunt qui oderunt te in medio solem.* scilicet in Ierusalẽ, vbi solebant fieri solennitates tuæ.

9 *Posuerunt signa sua*, id est vexilla, ciuitate capta,

† *Signa*, id est ad ostensionem suæ victoriæ.

12 *Et non cognouerunt*, quòd hoc contigerit propter peccata populi Christiani.

10 *Sicut in exitu super sum.* Translatio HIER. habet: *Sicut in exitu desuper*, per quod significantur portæ ciuitatis, super quas fuerunt posita dicta vexilla. Et refertur hoc ad illud, quod præmittitur, *Posuerunt signa sua.*

13 *Quasi in sylua lignorum, &c.* Quia ferro, & igne destruxerunt loca sancta.

✠ *Pollue*

D † pedes tuos vt vastes in æternum omnẽ inimicum qui corrupit sãctuaria vel cõtra vastationes omnia perdiditho stis in sanctuario.

E † Nobilis erat sicut adducẽs ad sublime adducens in sylua arborũ secures. Nobilis habebatur qui etiam ligna cædebat, vt illud templum in sublime perueniret vel h Cognoscetur velut adducẽs supernè, in perplexitate ligni secures, visus est, quasi in ducere ter sursum. i. qui ligna cędebat, templi ædificationem, tanquam Deo scinderet ea alacriter operabatur Alij vertũt contercrit sicut adducens supernè in perplexitatem ligni secures)

a *In terra, &c.* Vsque ad terram deiecerunt culmina ad laudem Dei erecta. Auget scelus, vt atrocius vindicetur.

A CAS. Vel potest totum legi ex persona desperantium Iudæorum, ab illo loco, *dixerunt in corde suo*; prædicta vtique mala misericordiam iudicis poterant mouere, nisi esset obstinata in Iudæis superbia. Irascentes enim visa euersione, furiose dixerunt, abijciamus legem Dei, quæ nos non liberauit: quia etiam signa, quæ fiebant patribus, non modò videmus: quasi post reatum his deberetur, quod illis debeductis factum. Adhuc verba desperantium Iudæorum, *Iam non est propheta*, quem consulamus, vt olim fiebat in aduersitatibus: cùm enim post Christum eos nō haberent, dixerunt se derelictos; hæc dixit ne videretur inclemē tia, quòd Asaph pro eis non est auditus; quia merito sustinēt, qui inter hæc nō pœnitent.

+ depopulemur eos pariter, incenderunt omnia tabernacula vel, omnes synagogas Dei in terra

B

+ nō est nobiscum, qui sciat vsquequo sub. hæc duratura, sint

+ vel, spernet, blasphemabit

+ retrahit

a ¶ Ciuitatem. b ¶ Non modo domos priuatas. c ¶ Quod non poterat excidi. d ¶ Quia illud quod in cælo, non potuerunt: vnde magis esset cuique laborandum de illo.

a ascia deiecerūt eā. Incēderūt igni sanctuarium tuū in ter-

a ¶ Quod Salomon fecit nomine domini. b ¶ Ideo hæc omnia, quia.

ra, polluerunt tabernāculum nominis tui. Dixerūt in corde

¶ Romani. a ¶ Non pauci. ¶ Omnes simul. b ¶ quid? Istud. ¶ Ne sit in terra gloria nominis Dei.

suo, † cognatio eorum † simūl, quiescere faciamus omnes

a ¶ Hoc ex persona huius Asaph interpositum est. Non enim idolis seruientes, Deum appellauerunt, cuius templum euertebant. b ¶ Merito hæc, quia, vel. Et cum hæc omnia, præterea. c ¶ Prædicta mala. sunt ei disciplina. In his hoc Asaph intelligit, quod euersa sunt omnia signa, quia res venit, quasi his omnibus euersis cessant signa. d ¶ Quia.

b dies festos Dei à terra. Signa nostra non vidimus, iam non est

a ¶ Vt olim in aliis captiuitatibus, qui prædicaret liberationem.
b ¶ Deus. c ¶ Non reducet à malis.
d ¶ Aug. Clamat Asaph vt derelictus æger, qui maluit medicum cedere quàm curari.
¶ Hæc mala nobis, sed.

c d prophēta, † & nos non cognoscet † amplius. Vsquequo Deus

a ¶ Gentilis populus. b ¶ Quasi, tu vt iratus corripis Iudæos per gentes, quandiu Iudæus te irritat, vt sic ignoscas, in finem vsque ducendo, id est, Christum, vel, vsque in finem seculi, quousque apprehensa causa reddatur ad regnum salutis reliquiis.

improperabit inimicus, † irritat aduersarius nomen tuū in † fi-

a ¶ Vsquequo. b ¶ Alienas populum tuum a te, vt foris immundus remaneat & non reuocat in sinum vt saluatorem agnoscas.

e f nem: Vt quid † auertis manū tuam, & dexterā tuā de medio

C

Avg. Hæc dixerunt, sed vsquequo pateris opprobria Iudæorum: Non hoc dixit, vt eos velit perdi, sed commutari. *In finem* mundi, vesperam scilicet, quando Iudæi conuertentur.

✠ BASIL. Magno in nos consensu irruerunt, vnum hunc scopum habentes, vt legem abs te nobis datam pessumdarent. Hæc autem audentes, neque miracula respexerunt, quæ Maiorum nostrorum tempore declarata sunt, neque prophetica gratia sunt corrupti.

✠ EVTHYMIVS. *Polluerunt*, profanauerunt, hoc est profanè atque impiè illud solo æquarunt. Exquisito autem loquendi modo dicit, *tabernaculum nominis Dei*. Nullum enim diuinæ substantiæ tabernaculum esse potest, cum natura illa diuina immensa sit, & incircunscripta, vnde eleganter *tabernaculum nominis* Dei dixit.

b *Signa nostra non vidimus.* Avg. CAS. Quasi dicerent: merito hæc mala nobis contigerunt. Quia non vidimus signa; q. dicat, vidimus, sed non intelleximus: Et verè vidimus, quia hoc signum, quia non est propheta, vel sacerdos, vel vnctio; vnde: *Cùm venerit sanctus sanctorum, cessabit vnctio* vestra. *Et nos non cognoscet amplius* propheta aliquis, vel Deus per prophetam; id est, non annuntiabit Christum venturū, quia iam venit.

Danie. 9. f

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

c *Amplius.* Avg. vel non cognoscet adhuc, donec. s. Iudæus agnoscat eum. ✠ EVTHY. Cùmque nullus deinceps propheta futurus sit inter eos, consequēter nullus etiam amplius cognoscet, quæ ad nos pertinent, aut quem exitum habitura sint. Et quod *ait amplius*, idem est quod in posterum.

✠ BASIL. Habebant olim, etiam post reditum è Babylone, prophetas, vt pote Aggæum, Zachariam, & Malachiam: & qui istis vetustiores fuerunt Prophetæ, tam populo quam regibus, quæ futura erāt prædixerunt, hostiumque insidias manifestarunt.

† inter se venire compri mamus omnes solennitates domini

E

† adhuc

† æternum

F

d *Vsquequo, &c.* CAS. Et quasi subito cognouerit. *Vsquequo*, supposuit, *irritat aduersarius*? q.d. tandiu improperabit, quandiu aduersarius. i. Iudæus, irritat nomen tuum.

e *Vt quid aduer.* Avg. Post signum virgæ, additum est signum manus Moysi, hic est populus Dei: qui foras ab eo missus immūdus est, sed reuocatus redit in suum colorem. Dicit ergo quousque non reuocas manum, vt agnoscat saluatorem.

f *Manum tuam & dex.* i. Iudæos.

✠ BASIL. & EVTHY. Manum eandem appellat, quā & dexterā. Sinus autē Dei est bonorum omniū thesaurus, & manus dextera, illam operationem significat; quæ diuina bona dispensat;

☞ &

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Incenderunt ig. san. tuum. *i. templum tuo cultui deputatum & dedicatum, vt habetur. iiij. Reg. vl.*

2 In terra. *Quasi dicerent, sanctuarium quod est in cælo, non potuerunt destruere.*

3 Polluerunt, &c. *Quia capto templo immolauerunt suis idolis, victoriam eis attribuentes, sicut consueuerant in victorijs aliarum gentiū.*

4 Dixerunt in corde, &c. *i. de hoc habuerunt commune consilium Chaldæi, quod subditur,*

5 Quiescere faciamus omnes: *Erat enim eorum intentio, vt Deus Hebræorum amplius ibi non coleretur, propter quod templum funditus destruxerunt.*

6 Signa nostr. *Hic consequenter propheta allegat malitiam apostatantium Iudæorum. Multi enim Iudæorum transierunt tunc ad Chaldæos, vt habetur Ierem. xxxviij. & illi erant acriores contra ciuitatem & templum, tanquam apostatæ à Iudaismo, sicut & de Rabsace qui Iudæus fuerat, vt habetur. iiij. Regum. xviij. & isti dicebant,* Signa nostra non vidimus, *id est, talia, qualia data sunt patribus nostris in exitu de Ægypto.*

7 Iam non est propheta, &c. *qui annuntiet nobis Dei voluntatem, & sic debemus eum derelinquere sicut reliquit nos: ideo subditur,*

8 Et nos non cognoscet amplius, &c. *id est facta nostra non approbabit. Reputabant enim Deum totaliter repulisse populū Iudaicum: Sed contra illud, quod dicitur hic,* Iam non est propheta, *videtur manifestè quod habetur. iiij. Regum. & Ieremi. xxiij. & pluribus aliis capitulis, quòd Ieremias prophetabat eis in nomine domini. Ad quod dicēdum quod non reputabant eum prophetam domini, imò etiam illi, qui remanserant in Iudaismo, dicebant, ei,* non misit te dominus. & mēdacium loqueris, *Iere. xliij. a. & multò magis apostatæ Iudæorum putabant eum falsum prophetam.*

9 Vsquequo. *Hic consequenter propheta allegat Dei potentiam, quæ tanta est, quòd solo nutu poterat destruere illos, qui tantum vituperium fecerant ciuitati, & loco suo nomini deputato: dicit ergo,*

10 Vsquequo, *quandiu,*

11 Improperabit ini. *Improperabant enim Chaldæi Iudæis captiuatis, quòd Deus eorum non esset verus Deus, quia eos non saluauerat: & quia istud in iniuriam nominis Dei resultabat, subditur,*

12 Irritat aduersa. no. tu. in fi. *i. nimis diu; ideo subditur,*

13 Vt quid a. ma. tuam, *supple, extrahere,*

14 De medio fi. tuo. in. fi. *i. tandiu. Et loquitur de Deo admodum hominis, qui quandiu differt percutere, dicitur manum suam in sinu tenere: Et quod ista dilatio non procedat ex impotentia, ostendit, dicens,*

☞ Deus

MORALITER.

✠ 2 *Polluerunt tabernaculum.* Nam in locis Deo dicatis equos stabulauerunt, & plures sordes alias fecerunt.

4 *Dixerunt, &c.* i. cogitauerunt festiuitates ecclesiæ repellere de terra sancta.

6 *Signa no.* Hic pro prædictis ponitur Christi fidelium querela di. *Signa nostra non vi.* i. signa diuinæ miserationis erga nos.

7 *Iam non est prophe,* nos confortans.

8 *Et nos non cognoscet.* Verba sunt Christianorum in passione existentium, & quasi desperantium de recuperatione locorū sanctorum.

9 *Vsquequo De. impr. inimicus. i.* Saracenorum populus exprobrans Christianis electionem de terra promissionis: & hoc opprobrium reuertitur contra honorem diuinum, ideo subditur,

13 *Vt quid auer. manum tuam. i.* potentiam tuam à punitione eorum. Et quòd possit hoc facere, ostendit, cum dicitur,

✠ *Deus*

& sensus est. Quare bona tua nobiscum plus non participas, vt olim agebas: & est metaphoricus sermo, tractus ab ijs, qui sinum habuerunt multiplicibus bonis plenum, vnde certo tempore amicis largiebantur: Nam si irasci eos contingat, manum à sinu auertent, nec illuc amplius eam mittent, vt consueta amicis bona largientur.

a *Deus autem rex noster.* Cas. Destructis signis, ostendit rem ipsam, scilicet, in aduentu Christi salutem vbique factam.

Avg. *Deus autem*: Dicit Asaph intelligens, Nos ita clamamus sine intellectu: *Iam non est propheta*, &c. hic autem *Deus noster operatus est* in medio terræ, & ego remansi desertus, *salutem*, hanc, s. vt discerent homines non terrena, sed æterna quærere. *Ecce cæcitas cõtigit in Israel, donec plenitudo gentiũ, &c.* si ergo non præcessit, saltem sequatur.

b *In medio.* Cas. Homo factus, Hierusalem dicitur esse in medio.

✠ Basil. & Evthimivs. Videntibus enim omnibus, nostri curam gessisti, in omnium hominum conspectu. Et in specie, libertatem Iudæis præstitã intelligit ab Ægyptiaca seruitute.

c *Tu confirmasti.* Avg. Lapsus maris rubri firmauit, vt esset inter siccum. Cuius mysterium subdit, quòd in aquis baptismi capita immundorum spirituum annihilauit.

d *Escam.* Avg. Christus est esca, qua nos consummamur, diabolus quam consumimus. Istud est caput vituli conflatilis, quod Moyses misit in ignem, vt prius confunderetur forma ipsa, deinde minutatim comminuit, vt paulatim consumeretur, postremum misit in aquam, & dedit populo bibere. Quia adoratores diaboli, corpus eius erant, vt Christiani corpus Christi, Sed Israelitæ. i. apostoli, qui de illo populo corpus diaboli mactant, euertendo mala; & manducant, in bonis ædificando, quod est comminuere & bibere; sic diabolus amissis membris consumitur. Idem significatur cùm draco Moysi dracones magorum absorbuit, Sic & modò gentes corpus diaboli deuorant, qui credunt. Vel ipsum mordent reprehendendo, accusando.

Cas. Vel dum tentat, esca est, quia inde proficitur. Vel, populis Æthiopum, Hieron. Nolentibus conuerti dedisti eum escam, in quo delectentur.

c *Fontes & torrentes.* Avg. In alijs fit verbum *fons* aquæ. s. in vitam æternam: In alijs *torrens*, qui est aqua currens, sed æstate siccatur. Hi sunt qui accepto verbo prædicant, currunt, sed tentationibus cedunt, tamen vtrisque rigatur terra à Deo. Vel, *torrens*, impropriè pro fluuio, & notat abundãtiam prædicationis.

✠ Evthimivs. *Fontes* ideo appellauit, quia aquę illę fõtis instar scaturient: *torrentes* verò ob fluxus vehementiam.

Cassiod. Vel totum de malis. *Fontes*, quorum mala iugiter influebant: *Torrentes* qui subitò & rapide peccant: hos Deus dirumpit & siccat. *Fluuij Ethan* inundationes & consilia diaboli.

✠ Basil. & Euthy. Symmachus pro *Ethãm antiquos*, reddidit: Sodomæque & Gomorræ fluuios & fontes intelligit, quod eorum peccata Deus in cinerem redegit. Isidorus verò Peluſiotes, *Etham* dicit loci nomen esse, non procul à Hierusalem, qui fluminibus olim irriguus, post euersionem Hierusalem à Romanis factam, ob Dei iram illis omnibus prorsus exsiccatus est.

f *Tuus est dies & tua est nox.* Avg. Diem illustrat sed incommutabilis sapientiæ: Noctem consolatur luna, id est carnis manifestatio, *Verbum caro factum est & habitauit in nobis.* Et item, *Nox nocti indicat scientiam.*

g *Auroram & solem.* Avg. vel *lunam*, id est, carnalem, qui vt luna mutatur, qui tamen non deserendus; Vel *auroram & solem*, id est initium & profectum sapientiæ insipientes & perfectos.

h *Tu fecisti omnes.* Cas. Vel omnia historialiter ab hoc loco, *Tuus est dies.*

☞ *Terminos*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Deus autem rex noster ante secula. *quod potest exponi dupliciter:* Vno modo *sic*, Rex noster, *qui est Deus ante secula. i. ab æterno*; *non tamen rex ab æterno, quia nomen regis connotat respectum ad creaturam subditam*; Alio modo, *vt per secula intelligantur reuolutiones multorũ iubileorum. Seculum enim communiter accipitur in sacra scriptura pro reuolutione. l. annorum, ab exitu enim de Ægypto vsque ad fundationem templi per Salomonem fluxerunt anni quadringenti octoginta, & inde septem anni vsque ad consummationem eius, vt habetur. iij. Reg. vj. Et inde vsque ad destructionem eius per Nabuchodonosor quadringenti x. secundum doctores Hebræorum. Et sic patet quòd multi iubiles fluxerunt ab exitu de Ægypto & ingressu terrę promissionis vsque ad tẽpus Asaph qui erat contemporaneus ipsi Dauid, & multo plures vsque ad tempus captiuitatis Babylonicæ: pro quo loquebatur in hoc psal. di.* Ante secula operatus est salutem. *Et secundum istam expositionem secundam li* ante secula, *non notat eternitatem diuinitatis: sed tempus, quod fluxit à salute filiorum Israel de Ægypto per ingressum terræ promissionis, vsque ad horam, in qua Asaph fecit hunc psal. vel vsque ad captiuitatem Babylonis, pro cuius relaxatione orabat.*

2 Operatus est salutem, *adducendo filios Israel in signis & prodigijs in Ierusalem & promissionis terram, quæ est in medio climate terrę habitabilis.*

3 Tu confirmasti in virtu. tua ma. *quia, in transitu maris rubri aqua erant filijs Israel pro muro à dextris & sinistris, vt habetur Exod. xiiij.*

4 Contribulasti capita dr. &c. *quia aqua reuersa suos super Ægyptios, vt ibidem habetur: qui quidem Ægyptij nomine draconum designantur, quia regnũ Ægypti draco nominatur. Ezechie. xxix. a.* Draco magne qui excubas in medio fluminum, *&c.*

5 Tu confregisti ca. dra. *principales Ægypti submergendo.*

6 Dedisti eum escam po. Æthio. *id est ausibus coruini generis: qui pascuntur cadaueribus. Mare autem rubrum proiecit Ægyptios mortuos in mari ad littus deserti, vt habetur Exod. xiiij. & sic fuerunt in escam auibus coruini generis, quæ vocantur hic Æthiopes, Primò propter similitudinem nigredinis; secundò, quia in aliqua parte Aethiopiæ homines comedunt dracones & serpentes & Aegyptij vocantur hic nomine draconum.*

7 Tu dirupi. *quia eduxit aquam de petra in deserto in tanta abundãtia, quòd populus bibit & iumenta, vt habetur Nu. xx.*

8 Tu siccasti fluuios Ethan. *In translatione Hieronymi habetur:* Flumina fortia; *Ethan enim vno modo est nomen proprium cuiusdam deserti, vt habetur Numeri. xxxiij. Alio modo est nomẽ appellatiuum, & significat fortitudinem. & sic transtulit Hieronymus hic. Dicit autem Rabi Salomon, quòd per fluuios Ethan seu fortitudinis, intelligitur fluuius Iordanis, qui fuit siccatus diuina virtute in transitu filiorum Israel, Iosue. iij. Et accipitur plurale pro singulari, cùm dicitur fluuios. i. fluuiũ, sicut Exod. xxxij. a.* Isti sunt dij tui Israel; *& tamen non erat nisi vnus vitulus conflatilis.*

9 Tuus est dies & tua est nox, &c. *quia tibi obediunt sicut creatori.*

10 Tu fabricatus es auroram & solẽ, &c. *Per quæ intelligitur creatio corporum cęlestium.*

11 Tu fecisti omnes terminos terræ. *Per quod intelligitur creatio inferiorum corporum: & per hoc intelligitur vlterius creatio mediorũ.*

☞ Æstatem

MORALITER.

✠ 1 *Deus autem rex noster ante se. i.* in dispositione æterna.

2 *Operatus est salutem, &c.* per filij sui passionem.

† *In medio terra. i.* in Ierusalem, quæ est in medio climate.

3 *Tu confirmasti in virtute tua mare, &c.* ne super aridam effluere.

4 *Contribulasti capita draconum, &c.* quę sunt multò maiora quàm conterere Saracenos, ideo concluditur in fine,

In

✠ *Memor*

---

a ¶ Atio. b ¶ Non sic, quasi relicti à Deo, clamamus. c ¶ Qui non est temporalis. ¶ In principio erat verbum.

a ¶ Et nos Iudæi dormimus, vt tandem ad intellectum redeamus. b ¶ Incarnationem. c ¶ Hierusalem. d ¶ Quam salutem, exponit. Euersa est illa terrena nostra salus, sed. e ¶ Tibi. f ¶ Potentia.

a ¶ Gentes, quæ Iudæam in medio cingebant. b ¶ Superbias dæmoniorum. c ¶ Baptismi. d ¶ Etiam.

a ¶ Alias caput, id est initium peccati: quod est superbia, quod obseruat mulier ecclesia, vel sensualitas. ¶ Potens Leuiathan. b ¶ Principis dæmoniorum. c ¶ Diabolum. d ¶ Omnium gentium, quæ prius nigræ erant peccatis: sed post candore virtutum sunt dealbatæ, quibus diabolus est esca consumptionis. e ¶ Etiam.

a ¶ Aperuisti. Vt manarent fidem & sapientiam. b ¶ Prædicatores bonos. c ¶ Omnes doctrinas gentium, magnorum Iudæorum præsumentium. d ¶ Fortis qui de se præsumit. e ¶ Spiritualis.

a ¶ Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. 1. Cor. 4. a. b ¶ Sapientes qui permanent. c ¶ Aug. Gratia tua salui facti sumus in operibus bonis. ¶ Vnusquisque proprium donum habet.

a ¶ Aug. Feruentes spiritu. b ¶ Nouellos in fide et temperatos mansuetudine. c ¶ Et quia hoc fecisti. d ¶ Cuius?

a terminos terræ, æstatem & ver, tu plasmasti ea. Memor esto 1
b a ¶ Operis tui. b ¶ Ecce. ¶ Iudæus. c ¶ Verbis. d ¶ Gens sua Christo. 2
¶ Non nouimus vnde sit, Samaritanus est, &c. manet tamen radix mentis.
c † huius: inimicus † improperauit domino, & populus † insi- 3
d a ¶ Et tunc Asaph sine intellectu erat. b ¶ Scilicet exacerbauit. 4
¶ Factis. c ¶ Sed & ego, qui intelligo, precor ne tradat. d ¶ Diabolo & angelis eius. 5
piens † incitauit nomen tuum. Ne trădas † bestiis animas con- 6
a ¶ Qui pœnitentes confitentur peccata. b ¶ Ideo pauperes, quia prius diuites, statuentes iustitiam suam 7
modo non audent oculos ad cælum leuare. 8
c ¶ Ducere. ¶ Potius beneficia Christi da.
fitentium tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in
a ¶ Christum. b ¶ Non vetus de terrenis, sed tuum, quo promisisti regnum cælorum. c ¶ Terra.
e † finem. Respice in testamentum tuum quia † repleti sunt qui 9
10
a ¶ Puluis intrauit oculos eorum. ¶ Quia corda habent iniqua.
¶ Domus, corda, vbi libenter habitant, de quibus dicitur, Beati mundo corde, Mat. 5. a.
c ¶ Ideo. ¶ Quia promisisti. c ¶ Aug. Illos confundit superbia qui terrena amant.
f obscurati sunt terræ domibus iniquitatum. Ne † auertatur hu- 11
g a ¶ Eradicata superba. b ¶ Et si non auertitur. ¶ Spiritu humilis. 12
c ¶ Non turgidi de suis temporalibus vel sua iustitia. ¶ Non alii. 13
d ¶ Confitendo peccata, quærendo æterna. 14
h milis factus cŏfusus, păuper & inŏps lăudabunt nomẽ tuũ. 15
a ¶ Ne auertatur. ¶ Ad confortandum. 16
¶ Quia desertus videor, quia nondum accepi quod promisisti: quia inuisibilia nihil putantur
b ¶ Quam illi defendunt. c ¶ Aug. & adhuc insultatur Christo. 17
i Exŭrge Deus, iudica cāusam tuam, † mẽmor esto impro- 18
k

† creaturæ tuæ

† blasphemauit, spreuit

† in æternũ vel perpetuo

† reuertatur contritus, pudore affectus

† memento opprobriorum.

† exprobraut † imprudẽs † congregationi, sub. inimico rum animã turturis tuę congregationis

† repleta sũt loca tenebrosa terrę habitationes iniquorũ. vel habitationibus iniquorum. vel tenebrosa terrę domicilia scelere repleta sunt

a *Terminos terræ, æst. & ver, tu plasmasti ea.* Cas. Apostoli & prophetæ vt termini fines distingunt, ita hi fidei iura custodiunt: vel omnia historicè.

✠ Evthymivs. Harum frugum aliæ in vere nascuntur, aliæ æstate, aliæ etiam ipsa æstate perficiuntur. Harum autem duarum anni partium tantum meminit, quasi cum his aliæ simul comprehendentur.

b *Memor esto* Cas. Iam quod vbique fit: precatur Iudæis, per numerata beneficia, pium iudicem prouocat. Q.d. memor esto huius creaturæ tuæ.

c *Huius.* Avg. Creaturæ tuæ. cuius creaturæ tuæ?

d *Inimicus improperauit domino & populus insipiens incitauit nomen tuum, &c.* Avgvstinvs. Asaph intellectu dolet pristinam cæcitatem, & sic pro Iudæis orat, vt eorum confiteantur errata. Hoc orat, quod scit futurum, erant enim inter Iudæos vasa misericordiæ.

e *Respice in testamentum tuum.* Avgvst. Reliquiæ saluæ fiant, quia, multi, qui tendunt ad terram, obscurati sunt & repleti terra.

Cas. *Respice.* Imple quæ promisisti; vt testamentum nouum, quod este de æternis, constituas. Meminit promissionis, quia merita deficiunt. Item ideo, quia repleti sunt iniquitatibus, vnde sequitur obscuritas, quia lumen sapientiæ perdunt repleti iniquitatibus, quia obscurati sunt domus terræ terrena habitatione, id est cæci amore terrenitatis.

f *Obscurati sunt, &c.* ✠ Evthymivs. Quoniam terreni homines Iudæi, (quos *obscuratos* terræ appellauit, veluti propriis passionibus atque affectibus obtenebratos) impleti sunt *domibus iniquitatum*, hoc est multitudine, ac copia delictorum. Iniquitatũ enim domos hic dixit, quasi amplam quandam mensuram: ad sũmam videlicet copiam denotandam. Simili enim loquendi modo vti solemus, quando aliquam frugum aut alterius rei copiam habere indicamus verbi gratia, ille domos frumenti habet, aut domos olei.

g *Ne auertatur humilis, factus confusus* Cassiodorvs. Gratus pro odioso ponitur, vt dilectio deuoti temperet odium contumacis.

h *Confusus.* Cassio. Confundi non est humilis, sed superbi, qui non Deo sed sibi attribuit.

i *Exurge Deus.* Cass. Iam excutit Asaph (intelligens) terrena promissa veteris testamenti.

k *Causam tuam.* Cassiodo. Dicunt enim, vbi est Deus tuus? contemptus est à Iudæis ambulans in terra, & à falsis Christianis sedens in cælo: Iudica ergo, non fallatur spes mea, qui credidi, quod non vidi.

☞ Cass.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Aestatem & ver tu plasma. *quasi diceret, Tues factor omnium temporum. Omnia autem ista induxit propheta ad ostendendum magnitudinem diuinæ potestatis, qua poterit liberare populum suum, & vindictam accipere de blasphemijs, ideo concludit dicens.*

2 Memor esto huius *Et quid sit illud ostendit, dicens,*

3 Inimicus improperauit domino, *quia improperando captiuis Iudæis, quod Deus eos non poterat saluare, improperabant ipsi Deo.*

4 Et populus insipien. *Id est, Babylonicus, qui dicitur insipiens, eo quod non habebat veram cognitionem de Deo, in quo solo est vera sapientia.*

5 Incitauit nomen tuum, &c. *Id est ex blasphemijs nomini tuo irrogatis meruit, quod excitetur iustitia tua ad faciendum vindictam de ipsis.*

6 Ne tradas. *Hic vltimo allegat propheta populi Israel miseriam, qui in Babylonia frequenter dabatur mortis sine causa, sicut patet in tribus pueris in ignem proiectis, eo quod nolebant adorare statuam auream, Danielis iij. Et Daniel fuit proiectus in lacum leonum, eo quod orabat Deum, Danielis sexto. Propter quod dicit Asaph,* Ne tradas bestijs, *id est, leonibus sicut Daniel, quia nõ est tanta iustitia in alijs sicut in Daniele, quia mererentur saluari. Vel aliter.* Ne tradas bestijs, *Id est, Babylonijs bestialiter viuentibus, & crudeliter. Licet enim extunc esset tradi ti Babylonijs quantum ad captiuitatem, non tamen quantum ad mortẽ inferendam, nisi per regis sententiam.*

7 Animas. *Id est homines, denominans totum à parte digniori, sicut Exod. j. a.* Omnes animæ, quæ egressæ sunt de femore Iacob.

8 Confitentium tibi, &c. *confessione fidei & laudis.*

9 Respice in testamentum tuum, &c. *quo promisisti filios Israel liberari de captiuitate, quando per pœnitentiam conuerterentur ad te, Deuteron. xxx. a.* Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet dominus Deus tuus, &c. *Allegat etiam Babyloniorum peccatum, dicens,*

10 Quia repleti sunt qui obscurati, &c. domibus iniquitatum, &c. *Id est, iniquitatibus, in quibus perseuerant, tanquam habitantes in domibus.*

11 Qui obscurati sunt ter. *Id est à terra desideriis, quæ obscurant lumen rationis.*

12 Ne auertatur, *à tua misericordia.*

13 Humilis factus confusus &c. *i. populus Israel per captiuitatem humiliatus & confusus.*

14 Pauper & inops, &c. *Id est populus Israel per captiuitatem depauperatus, & inops factus.*

15 Laudabunt nomen tuum, &c. *in reditu de Babylone in Ierusalem, quod & factum fuit, quia Zorobabel, & alij cum eo redeuntes, ædificauerunt altare Dei, vt offerrent in eo holocaustomata. & fecerunt festum tabernaculorum, vt habetur primi Esdræ tertio.*

16 Exurge Deus, &c. *ad liberandum populum tuum.*

17 Iudica causam tuam, &c. *Inferendo pœnam pro iniurijs irrogatis contra tuam maiestatem: ideo subditur,*

18 Memor esto impro. &c. *Et patet litera ex prædictis.*

☞ Ne

MORALITER.

2 *Memor esto huius, &c.* ne populus infidelis dicat opprobria contra te, & populum Christianum.

6 *Ne tradas.* Hic allegatur adhuc contra Saracenos miseria captiuorum Christianorum, cum dicitur, *Ne tradas bestijs*, id est, Saracenis bestialiter viuentibus.

7 *Animas cõfitentium tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem*, ne fractæ miseria consentiant legi Mahumeti.

9 *Respice in testamentum tuum, &c.* scilicet nouum, ne dissipetur per nequitiam Saracenorum.

Quia

10 *Quia repleti sunt, &c.* Id est terrenis desideriis, quæ Mahumetus laxauit eis.

† *Domibus iniquitatum*, Ad laxationem enim concupiscentiarum sequitur, quod domus iniquitatibus repleantur.

11 *Ne auertatur*, à tua misericordia,

12 *Humilis fa. confu.* i. populus Christianus, qui fuit valde confusus in amissione terræ sanctæ.

13 *Pauper & inops lau. no. tu.* cum per te fuerint liberati de potestate Saracenorum: ideo sequitur,

14 *Exurge De e. in. cau. tuam*, nam aduersarij victoriam suam retorquent ad tuam blasphemiam.

✠ Qua

☞ A CAS. Causam tuam. Post omnia, facit causam iudicis, cui negotij sui qualitas intimatur. *Causam tuam*, contra illos, qui obmurmurant, vt manifesta veritate prædicent quod stultè abnuebant.

✻ BASILIVS. Valde competenter pronomen mutauit. Ego enim, inquit, merito

B passus sum ista: illi vero multas contra te blasphemias audacter effuderunt.

✻ EVTHYMIVS. Causa autẽ, quæ vertebatur inter Deum, & inimicos Romanos, de contumelia erat in Deum illata. Neque enim illis fatifuerat furere aduersum populum, sed Deum insuper infirmum, atque imbecillem improperabant.

Memor esto, tuis dans coronam, hostibus pœnam.

a *Tota die.* AVGVSTINVS. Ideo dicit, vt ipsa continuatio manſuetudinem patientis iudicis incitaret.

b *Superbia eorum qui te oderunt.* CASS. In fine ponit execrabile malum, quod est superbia.

¶ Scilicet. ¶ Aug. Non deerunt insultantes vsque in finem seculi.

a riorum tuorum, eorum quæ † ab insipiente sunt tota die. †

a ¶ Et. b ✻ Quia blasphemias deprimas. c ¶ Deprecantium te humiliter & deuote. d ¶ Noli etiam superbiam eorum obliuiſci, ſed ſemper aſcendat ad te: quod & facit, quia vel corrigit, vel punit. e ¶ Romanorum, contra hoſtes commouet eum.

† deprecãtium te. C b Ne obliuiſcãris voces † inimicorum tuorum, † ſuperbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.

† ab imprudente

† ſonus vel faſtus.

D E F

1 2

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ne obliuiſcaris.vo.ini.tu. *id est Babyloniorum te blasphemantium, & propter hoc dicuntur inimici Dei, & quia erant idololatræ pessimi.*

2 Superbia e.&c.aſ.ſ. *intantum enim aſcendit ſuperbia regis Babylonis, quod faciebat se adorare tanquam Deum in aurea ſtatua, quam erexit, Dan.iij. prout ibidem fuit expoſitum.* MORAL. *potest exponi pſ. iſte, vt ſit oratio eccleſia pro populo catholico, qui aliquando per dæmones detinetur in captiuitate peccati. Ad cuius liberationem allegat primò eccleſia, Dei amicitiam, qua populum catholicum recepit per gratiam baptiſmalem, ſecundo dæmonum malitiam obſtinatam, tertio Dei potentiam ad peccatorum iuſtificationem, quarto populi miſeriam, quamdiu detinetur in captiuitate peccati, quod per Babyloxem ſignificatur, quia Babylon confuſio interpretatur: & ad hoc litera poteſt de facili, conſideratis prædictis applicari.*

MORALITER.

†† *Qua ab inſi.* id est, à populo Saracenico, prophetæ falso credente.

1 *Ne obli.vo.ini.* i. eorum blaſphemias ad puniendum.

2 *Superbia eo.qui te ode.aſcen.ſemper.* Saraceni namque ex captione terræ ſanctæ in ſuperbiam aſcenderunt.

Ne

ADDITIO.

In pſal.lxxiiij. Vt quid Deus.vbi dicitur in poſtil, propter quod ſaluo meliori iudicio.

Pſal.iſte non videtur rationabiliter exponendus de Babylonica captiuitate: nam primus verſus, qui eſt quaſi thema totius pſal. hoc non tolerat. Manifeſtum eſt enim, quod captiuitas Babylonica proceſſit ex euidentiſſima iuſtitia diuina, cui omnes prophetæ, de illa captiuitate loquentes, attribuunt illam captiuitatem: vt patet iiij. Regum xvij. vbi per extenſum recitantur maxima ſcelera decem tribuum Iſrael, propter quæ ex Dei iuſtitia fuit ablatus à conſpectu Dei: & ibidem habetur quod etiam ipſe Iudas ambulauit in erroribus Iſrael, donec proijceret eos Deus à facie ſua. Similiter. ij. Para. vl. de Iuda dicit quam plurimas abominationes, & concludit, donec aſcenderet furor domini in Iudã: & non eſſet vlla eorum curatio. Et multa ad hoc pertinentia. 1ere. xliiij. & in multis alijs locis: vnde non videtur conuenienter dictum, quod pſal. quaſi conquerens, vel ſaltem admirans dixiſſet, Vt quid Deus repuliſti in finem, iratus eſt fu.tuus, &c. *cũ cauſa huius repulſionis erat manifeſtiſſima & iuſtiſſima, vt dictum eſt. Vnde Daniel iam exiſtens quaſi in fine ſeu termino illius captiuitatis. ſ. lxx. an. cum oraſſet pro liberatione populi & reædificatione templi, non allegat niſi miſerationes diuinas, vt patet Danie.ix.b. vbi inter multa ad hoc pertinentia dicit*, Tibi domine iuſtitia, nobis autem confuſio faciei & omni Iſrael, &c. *Similiter & Zacharia. j.c. de hac materia angelus ad Deum loquitur ſic*, Vſquequo non miſereberis Ieruſalem, &c. *Non enim iſti prophetæ conquerentes ſeu admirantes pro tali liberatione orabãt, cum in hoc nõ habuiſſent locum. ſed ſolam miſericordiam humiliter petentes, & idem patet de omnibus prophetis, de hac materia loquentibus. Et hæc eſt ratio quare Ra Sa. & alij expoſitores Hebræorum non expoſuerunt hunc pſa. de illa captiuitate, licet multa in eo contenta poſſent de illa captiuitate exponi. Vnde maiorũ ſemper reuerẽtia ſalua, pſal. iſte videtur loqui principaliter de afflictione fidelium Chriſti per tyrannidem Romanorum à tempore paſſionis Chriſti vſque ad tempus Conſtantini Cæſaris, ſub quo ſtatus eccleſiæ fuit in tranquilitate, prout in hiſtorijs eccleſiaſticis largius continetur: vnde Pſal. prauidens tam crebras & acerbas, & cõtinuas atque diuturnas perſecutiones contra fideles Chriſti pro illo tempore inſurgere, fecit hunc pſal.*

Primo. *Circa quod quatuordecim facit. Nam primo quaſi conquerens vel ſaltem admirans de diuina iuſtitia, inquantum oues paſcuæ Chriſti ſic tradebat, ſeu tradi permittebat in manibus infidelium, & ſpecialiter Romanorum, alloquitur Deum d.* Vt quid Deus repu.in f.nos.&c. *i. totaliter ſeu perpetuo nos repu. à tua protectione: in qua repulſione Deus oſtendebat ſe quaſi iratũ ſuper oues paſcuæ ſuæ: ideo ſequitur.* Iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ. *Vnde quamuis tribulationes illæ ſeu perſecutiones in bonum ſpirituale fidelium cedebant: tamen ſecundũ humanam apparentiam, videbantur fideles à Deo repelli, & contra eos furor Dei incendi, quod eſt magna admiratione dignum. cum fideles in primitiua eccleſia erant valde deuoti, & in amore Dei feruentes vt patet ex eorum geſtis: & ex eorum vita, proprie poterant dici oues paſcuæ Chriſti. Non ſic de his, qui in Babylonica captiuitate exiſtebant: qui pro eorum maiori parte idololatrabant, vt patet per magiſtrũ hiſtoriarum dicentem, quod omnes ibidem exiſtentes, præter ſocios Danie. adorauerant ſtatuam Nabuchodono. & idẽ tenent Hebræorũ doctores: vnde licet inter eos eſſet pauciſſimi iuſti, nõ propter hoc totꝰ populꝰ potuit dici oues paſcuæ Chriſti: quia quod modicum eſt pro nihilo reputatur ſecundum Philoſophum.*

Conſequenter ſecundo allegat rationem, quia ad Deum pertinere videtur, protegere ſeu liberare oues ſuas prædictas ab huiuſmodi perſecutoribus: & hoc ex memoria patrum antiquorum, quibus fideles Chriſti in fide ſuccedunt d. Memor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio, *hoc eſt dicere, tempore antiquo, quo, fuit ſegregatus populus Dei à cæteris nationibus ad cultum diuinum, & ſic ab eo poſſeſſus, communiter fuerunt à Deo protecti, & liberati ab afflictionibus aduerſariorum per ſigna & prodigia. præſertim in temporibus in quibus leges diuinas obſeruabant, vt patet ex decurſu ve.teſt. pro magna parte, quod breuiter epilogans dicit*, Redemiſti virgã hæreditati tuæ, *id eſt, per virgam Moſaicam. per quam fuerunt multa prodigia facta, redemiſti hæreditatem tuam à ſeruitute Ægyptiaca, & ſequitur*, mons Sion in quo habitaſti in eo, *vbi prætermiſſis quamplurimis mediis de directione per deſertum, & acquiſitione terræ; facit mentionem de vltima quiete, quam habuerunt, quando templum Dei fuit circa montem Sion adificatum, in quo dicitur Deus habitare, vt habetur. iij. Reg. vltj. vnde dicit*, mons Sion in quo habitaſti in eo, *ex quibus allegat pſal. quod Deus non minus debuiſſet protegere oues paſcuæ ſuæ. ſ. populum acquiſitionis nouæ legis, quam congregationem antiquam patrum.*

Secundo

Tertio

Conſequenter tertiò petit ſuppreſſionem Romanæ ſuperbiæ ex duobus. Primo ex hoc quod templum Deo dedicatum deſtruxerunt.

Pro quo ſciendum, quod licet deſtructio ciuitatis & templi ſecũdi per Romanos fuit à Deo ordinata in vltionẽ occiſionis Chriſti, vt patet Danie.ix & in alijs locis, Romani tamen non tendebant ad illum finem, ſed vt Iudæos debellarent tanquam rebelles Romano imperio. Quod manifeſte patet ex hoc, quod ita tyrannicè & crudeliter perſecuti ſunt diſcipulos Chriſti, ſicut & Iudæos. Vnde ſicut & Nabuchodono. licet in deſtructione templi primi fuit executor diuinæ iuſtitiæ, vt dicitur Iere. xxix. tamen quia eius intentio in hoc non ferebatur, ſed potius in propriam elationem & ſuperbiam, idcirco de hoc fuit culpabilis. Et idem dicendum de Romanis in deſtructione templi ſecundi. vnde circa hoc dicit, Leua manus tuas in ſuperbiam eorum, *i. Roma. &c. vſque ibi:* Polluerunt tabernaculum nominis tui. *exponatur hic verſus ſicut in poſtil. hoc excepto quod ea, quæ in poſtil. applicantur Babylonijs circa deſtructionem templi primi, applicentur Romanis reſpectu templi ſecundi.*

Quarto

Conſequenter quartò dicit, Dixerunt in corde ſuo, &c. in hoc verſu Pſal. ponit ſecundam rationem, qua Romani perſequentes fideles Chriſti tempore ſupradicto, erant digni punitione diuina, eo. ſ. quod propria intẽtio eorum erat, amouere gloriam nominis Dei de terra, in qua peſſima intentione omnes ferè conueniebant, vnde cum dicit, Dixerunt in corde ſuo, *denotat quod hoc erat ex propria intẽtione eorum, Intentio enim cõmuniter dicitur eſſe in corde, In hoc etiam quod dicit*, Cognatio eorũ ſimul, *denotat quod omnes ſenatores, vel imperatores, & alij eorum præſidentes, erant vnius intentionis in hac perſecutione: & quæ ſit illa intentio, declarat, d.* Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à ter.

Circa quod ſciendum, quod fideles Chriſti in primitiua eccleſia vſque ad tempus Conſtantini prædictum, nondum permittebãtur habere eccleſias ſeu templa ſacra ad cultum diuinum publicè dedicata, ſicut in antiquo teſtamento erat templum Ieroſolymitanum, dedicatum ad hoc, quod cultus diuinus apud fideles conſiſtebat totaliter in mentis tranquilitate

& deuotione, quæ sunt propria festa in quibus Deus secundũ Augu. colitur, quod intendebant Romani à fidelibus Christi amouere: & hoc est quod dicit, Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra, sic quod gloria nominis Dei cessaret in terra.

Quinto — Consequenter quinto Psal. in persona fidelium sic tribulatorum dicit, Signa nostra nõ vidimus. Licet enim in primitiua ecclesia tẽpore prædicto multa signa & miracula fiebant à Deo per apostolos & alios discipulos Christi ad fidei confirmationem, iuxta illud Mar. xvi. d. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis, non tamen per illa signa tollebatur vniuersaliter persecutio Christianorum. sicut in antiquo tempore per signa facta per Moysen fuit populus totaliter à captiuitate redemptus: sed semper remanebat crudelitas persecutionis: vnde notanter dicit, Signa nostra non vidimus. Non enim dicit Signa non vidimus, quia multa signa & miracula occurrebant: sed dicit, Signa nostra. s. signa, quæ habuit congregatio Dei ab initio à Deo possessa, de qua in principio Psa. locutus fuerat per quæ populus Dei totaliter liberaretur ab afflictione: talia signa nõ vidimus in toto isto tempore. Et idem intelligitur cum dicitur, Iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius. s. propheta talis, qui totum populum liberet ab huiusmodi persecutione.

Sexto — Consequenter sexto repetit admirationem, seu querelam suam in principio. psal. propositam, addens seu explicans querelam de diurnitate huiusmodi persecutionis: & hoc cũ dicit, Vsquequo Deus improperabit inimicus. Similiter & declarans, quod hoc videbatur redundare in dedecus diuini nominis, & hoc cum dicit, Irritat aduersarius nomen tuum in finem. Similiter dicit, Vt quid auertis manum tuam, &c. exponatur sicut in postil.

Septimo — Consequenter septimo allegat rationem, quare huic generationi nouæ s. fidelium Christi, de qua loquitur, deberet potius succurri per diuinam potentiam & misericordiam, & hoc cum dicit, Deus autem noster rex ante secula, &c. q d. licet idem Deus & rex sit modernorũ & antiquorum eiusdem virtutis & potentiæ: tamen operatus est salutem in medio terræ, quasi di. temporibus nostris operatus est salutem, incarnationem & passionem, in medio terræ, id est in Ierusalem, quæ dicitur esse in medio terra habitabilis: vnde ab Hebreis dicitur vmbilicus mũdi: & ideo potius debuisset succurrere suis fidelibus, quam ante, præsertim cum eis promisisset, Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Matt vl. d. Quæ promissio non fuit facta antiquis sic absolutè, nisi sub conditione,

Octauo — Consequenter octauo allegat signa & prodigia, quæ fuerunt facta patribus tam in redemptione Ægyptiaca, quam in deductione per desertum: vt ostendat, quod diuina potentia excedit potestatem omnium corporum in regione actuorum & passiuorum existentium. & à fortiori potestatem tyrannorum excedit, vt ex hoc concludat, quod Deus posset eos faciliter supprimere: & hoc cum dicit, Tu confirmasti in virtute tua mare, &c. vsque ibi, Tuus est dies, &c. Et exponantur illi versus sicut in postilla.

Nono — Consequenter nono ostendit, quòd diuina potentia non solum extendit ad transmutationem horum inferiorum, sed etiam ad creationem cælestium & terrestrium corporum, quæ quidem creatio est in infinitum maioris potentiæ quàm trãsmutatio, vt est manifestum. Et circa hoc dicit, Tuus est dies & tua est nox, vsque ibi, Memor esto, exponantur sicut in postilla.

Decimo — Consequenter decimò petit liberationem populi fidelium, ex hoc quod eorum afflictio redũdabat in improperium diuinum, sicut etiam iam suprà dixerat: & hoc cum dicitur, Memor esto huius, inimicus improperauit domino, & populus insipiens, &c. exponantur sicut in postilla.

Vndecimo — Consequenter vndecimo petit liberationem populi fidelium à Romanis & eorum sequacibus, ex hoc quod illi, scilicet aduersarij, erant brutales, eo quod carebant cognitione diuina, & fideles erant confitentes Deo confessione veræ fidei & laudis. & hoc cum dicit, Ne tradas. s. Romanis, qui licet vt homines viuerent, bestiæ tamen debent dici in comparatione fidelium. vnde & Dan. vij. monarchia Roma. in bestia quarta designatur: Homines autem consueuerunt in scriptura dici animæ, prout in postilla allegatur. & notanter dicit, Animas paupertũ tuorum, quia veri fideles Christi propriè dici debent pauperes spiritu, Mat. v. præsertim pro tempore illo, de quo Psal. hic loquitur, quo tempore possunt nominari pauperes simpliciter, eo quod nihil appropriabant sibi, sed viuebant in communi, vt Act. ij.

Duodecimo — Consequenter duodecimo petit liberationem ex promissione diuina in no. testa. s. de adsistentia Dei circa fideles vsque ad consummationem seculi, prout est allegatum: vnde dicit, Respice in testamentum tuum, s. nouum, quod est propriè tuum, quia confirmatum in tuo sãguine, iuxta illud Zacha. ix. c. Tu autem in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos, &c. Quod populus existens in captiuitate Babylonica nõ recte recte potuisset dicere s. Respice in testamentum tuum: quia illa captiuitas fuit ordinata in vltionem testamenti Dei, quod irritum fecerant. vide Iere. xj. c. Et vt ostendat quantum necessaria esset diuina prouidẽtia ad custodiam huius testamenti, subiungit, Quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum; hoc est dicere, quia illi, qui sunt obscurati, carentes. s. lumine gratiæ & fidei, & terrenis adhærentes. s. Romani, repleti sunt domibus iniquitatum. s. quia omnia quæcunque habent, ordinant in exercendam iniquitatem suam contra diuulgationem diuini nominis, & sic diuina prouidentia erat valde necessaria.

Decimo tertio — Consequenter. xiij. petit huiusmodi liberationem ex pietate Christi. quæ maxime in pauperibus & humilibus relucet, vt in psalm. Animas paupertũ saluas faciet. & hoc cum dicit, Ne auertatur humilis factus confusus. In illo enim statu ecclesiæ. s. primitiuæ, de quo hic tractatur, in populo fidelium maximè vigebat humilitas & paupertas, vt patet in eorum gestis: qui etiam expectabant & petebant laudare nomen domini gloriosè & publicè, sicut fuit tempore Constantini, qui ecclesias fecit ædificari per orbem ad laudẽ diuini nominis, ideo dicit, Pauper & inops laudabunt nomen tuum.

Decimo quarto — Consequenter decimoquarto petit vt suprà allegans, quòd ista causa erat Dei potius, quam sua: vnde dicit, Exurge Deus & iudica causam tuam, Hoc est dicere, non peto vindictam, seu vltionem sanguinis seruorum tuorum, sicut antiqui petebant, vt in Psal. Innotescat in gentibus vltio seruorum tuorum, sed peto vt iudices causam tuam, scilicet, blasphemiam tui nominis, vnde dicit, Memor esto improperiorum tuorum, & ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum, &c. Inimici enim Romani, non credebant quod martyria sanctorum cederent in magnam eorum gloriam: sed solum concludebant ex hoc impotentiam Dei, & hoc publice asserebant, vnde sequitur, Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum. Ex quibus vlterius sequebatur, quod aduersarij nedum non corrigerentur, sed quod eorum peccata, quæ præcipuè fundabantur in superbia, quotidie augerentur: vnde superbia eorum ascendit semper, Intantum enim creuerat cor Romanorum superbia, vt quidam eorum faciebant se adorari vt deos, vt patet de Adriano, qui posuit statuam suam in templo, vt ibi adoraretur, vbi Deus consueuerat adorari: in quo grauius videtur peccare, quàm Nabuchodonosor, qui seipsum fecit in statua adorari, & hoc propter circunstantiam loci.

Ex quibus diligenter consideratis patet, quòd Psalmista non petit in hoc psalmo expressè vindictam de aduersariis. sed potius eorum correctionem per suppressionem eorum superbiæ. Vnde cum incepit contra eos orare, dixit, Leua manus tuas in superbiam eorum. non in personas eorum. sed in vitia: Similiter in fine hoc innuit, dicens, Superbia eorum, qui te oderunt. Et est proprius modus sanctorum noui testamenti, qui non mortem peccatorum, sed eorum correctionem desiderant. Sed fideles antiqui testamenti expresse petebant vltionem & vindictam corporalem contra Babylonios, vt patet infrà. in Psal. Super flumina Babylonis. vbi habetur, Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi. Quod ad literam intelligitur de destructione regis Babylonis per Persas, quod fuit in pœnam destructionis Ierusalem, & est proprius modus antiquorum, quibus à Deo præcipiebatur interficere corporaliter omnes Chananæos & Amalechitas, & huiusmodi, vt in j. Reg xv quod non pertinet ad perfectionem status sanctorum noui testamenti. Et ex hoc satis patet, quod materia huius psal. intelligenda est satis, vt suprà.

REPLICA. In psal. Vt quid Deus. Cum postil. inter cæteras expositiones eam, quæ de captiuitate Babylonica, elegisset, & optimè applicasset, Burgen. ex debili causa dicit eam irrationabilem. Nam, vt dicit, prophetæ dicunt illam captiuitatem esse ex iustissima & manifestissima causa, Et allegat ad hoc multa loca prophetarum: ideo Psal. non potuit rationabiliter conqueri dicens, Vt quid Deus. Ad hoc respondeo primo, quod prophetis allegatis per Burgen. constitit causa illius captiuitatis, quia fuerũt contemporanei illorum prauorum regum, propter ques captiuitas fuit inflicta, palpauerunt & captiuitatem ex ea causa prædixerunt. Dauid autem vel Asaph solum in spiritu præsiderunt captiuitatem, non causam, quamuis scirent eam non futuram sine causa: causam tamen in specie fortasse non viderunt. Stat enim mentem prophetæ tangi de vno, & non de alio. Ideo dixit Eliseus iij. Reg. iiij. e. Et dominus celauit hoc à me, &c. Respondeo secundo quod dato quod viderint & causam & effectum in spiritu, non sequitur, igitur non poterant rationabiliter orare pro liberatione, allegando ad hoc familiaritatem & amicitiam Dei ad populum illum ante huiusmodi peccata habitam, prout exponit postil. Nec oportet dici, quod illa oratio habet formam quærimoniæ sed potius admirationis & desiderij. Et in ea forma dixit angelus Zach. j. c. Domine Deus exercituum, vsquequo tu non misereberis Ierusalem & vrbium Iuda quibus iratus es. Et Apocaly. vj. similis forma est, non quærimoniæ sanctorum sed desiderij secundum ordinem iustitiæ complendi secundum glo. quia dicitur ibi, Vsquequo domine non vindicas.

Apoc. 6. c.

GLOSSA ORDINARIA.

a Alias *In finem ne disperdas, &c.* ✻ Avgvs. Id est, ne violes spem, quæ habetur in promissione Dei, sed sit tibi certa & integra promissio eius: Vt hoc facias, vide finem, vbi tu beatus, miseri qui hic rident: & ideo quocunque modo occurrunt, prospera, vel aduersa despice: in sola Dei promissione gaude.

†corrũpas, dissipes

Avgv. Monet hic psalmus, ne quis superbè de se præsumat, ne humilis de Deo desperet: quem etsi affligitur, certa consolatur promissio: Proponitur humilis, qui & alios inuitat. Psalmus iste contra tumorem superbiæ medicinam humilitatis apportat. In quo Christus verus Deus, verus homo, iudex viuorũ & mortuorum, vt Iudæi credant non corrumpant fidem.

†propinquum

B

† tempus diffinitum in quo cõgregantur homines ad solemnitatem

✻ Evthy. Hoc psalmo futurum prædicitur in mundi consummatione iustum Dei iudicium, delinquentium nimirum supplicia, & iustorum præmia. Et ideo vniuersos homines, in vitæ finem aspicere iubet, ne seipsos propriis peccatis perdant.

PSALMVS LXXIIII.

C b *Confitebimur tibi De.* Avg. Certus ergo de præmissis incipit, *Confitebimur*. Repetitio, affirmatio est, ne pœniteat te esse confessum: vnde & dominus congeminat, *Amen, amen*, Fiat fiat. Et Ioseph de somno Pharaonis, qui vidit septem spicas, & totidem steriles. Et septem boues pingues, & totidem macilentas.

Ioh.1.g: psal. 71. d. Gen. 41. a.

Cas. Repetitio, confirmatio est, ad significationem veritatis: Sufficeret vnum, ad significationem firmitatis, accessit alterum. Confiteri peccata vel semel terreno iudici mortem inducit, sed Deo frequens confessio vitam: Inde inuocatio, post narratio, vnde sequitur, *Narrabimus*.

c *Inuocabimus nomen tuum.* Cas. Post confessionem potest inuocari Deus, in hominem sic mundatum: & sicut per confessionem euacuatur à malis, sic per inuocationem impletur bonis.

D

d *Narrabimus mirabilia tua, &c.* Cas. Terretur superbus iudicio, quod effugi non potest, & ad cum reuocandum columnæ confirmantur, quem & Deus sic humiliat, humilem verò exaltat. Loquitur Christus in persona capitis & membrorum.

Cas. Hæc est regula sãctę deuotionis, prius confiteri peccata; post inuocare Deũ in auxiliũ: tandẽ narrare. A purgato vocatur Deus, vt à suo: indenotus si vocat, iudiciũ postulat. Si aũt purgatꝰ inuocauerit, inde potest narrare, alioquin dicitur ei, *Quare tu enarras iustici. meas.* Pro hac perfecta religione mox meretur audiri: Dicit enim, Christum, quasi respõdere votis, in cuius persona subditur,

† canticum

E

†iis qui nat. rauerũt annuntiant

e *Cum accepero tẽpus*, secundum hominẽ accipit, quod ipse Deus dat. i. potestatẽ iudiciũ faciendi, *Iustitias*, Iudicandi igitur antè precentur absoluí.

† recta

✻ Bas. Aquila & Symmachus sic reddiderunt: *Cum accepero synagogam.* Quando (inquit) reuertemur, & in templum denuò congregabimur, tunc te legitimè laudabimus. Nunc enim clamamus, *quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?*

F

✻ Evthy. Quidam simul cum præcedenti versiculo coniungunt, verba illa, *cum accepero tempus*, vt ordo sit, ego narrabo omnia mirabilia tua cum accepero tempus: hoc est cum primum ab inimicis fuero liberatus, melius tamen videtur, vt subsequentibus cõiungantur, & introducatur sermo, veluti ex Christi persona dicentis, Nolitè esse pusillanimes, quia cum iudicij tempus accepero, iustè omnes iudicabo, tam eos qui intulerunt, quam eos, quibus illata est iniuria.

✻ Beda. Accepit tempus, non ille à quo sumus creati, sed ille per quem sumus reparati.

f *Liquefacta est terra.* Cassiodo. Ostendit omnes inexcusabiles in iudicio, per hoc, quod præmisit apostolos & prophetas.

☞ Evthy-

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXXIIII.

Confitebimur tibi Deus. *Huic psalmo præmittitur talis titulus in Hebræo*, Ad victoriam non disperdas, psalmus Asaph cantici. *Et in translatione Hieronymi*, Victori non disperdas, psalmus Asaph cantici. *Et est eadem sententia vtrobique, quæ talis est, Iste psalmus cantici Asaph*, ne disperdas, *Id est, vt non per captiuitatem disperdas populum Israel, sicut fecisti in captiuitate Babylonica. Sicut enim psal. præcedens est oratio Asaph pro liberatione populi à dicta captiuitate vt dictum est: ita iste psalmus est descriptio populi reuersi in terram nativitatis suæ sub Cyro rege. Quod autem præmittitur*, ad victoriam *vel* victori, *secundum translationem Hie. designat cõnatum Leuitarũ in decantatione huius psal. vt frequenter supradictum est. Secundum igitur sensum psal. iste diuiditur in tres partes, quia primo describitur reuersorum conditio: secundo aduersariorum punitio ibi*, Dixi iniquis *tertio pro ambobus gratiarum actio, ibi*, Ego. *Circa primũ dicitur in persona populi de captiuitate Babylonica reuersi*, Confitebimur tibi Deus, *quod iuste nos captiuasti pro peccatis nostris*:

1 Confitebimur, *quod misericorditer nos reuocasti*.

2 Et inuocabimus nomen tuum, *Ista duo confitendo: vnde dicitur Nehem. ix. de reuersis à captiuitate Babylonica. Quater in die & quater in nocte confitebantur, & adorabant in confessione & adoratione. De nocte confitentes Dei iustitiam, & de die eius misericordiam secũdum illud psal. xij. b.* In die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.

3 Narrabimus mirabilia tua: *Hoc dicitur in persona populi, qui narrabat mirabilia Dei, quibus Deus patres eorum liberauerat de Ægyptiaca captiuitate, & ipsos de captiuitate Babylonica.*

4 Cum accepero tempus. *Rab. Salo. coniungit hanc literam cum præcedente, dicens, quod est verbum populi Israel, & est sensus*, Cum accepero tempus. *s. festiuum*, Ego iustitias iudicabo. *i. laudes tuas narrabo, non sicut Gentiles, qui in vanitatibus & idololatriis expendunt festos dies. Sed quia* iudicare *non inuenitur dictum in sacra scriptura pro narratione laudis, ideo aliter dicitur à doctoribus nostris. s. quod propheta mutat hic personam, & loquitur in persona Dei dicentis*, Cum accepero tempus. *id est cum venerit tempus dispositum secundum ordinem sapientiæ meæ, quod expectatur in omnibus operibus diuinis*,

5 Ego iustitias iudicabo, *id est sententias iustitiæ ponam in effectum, iustos de afflictionibus liberando, & impios puniendo.*

6 Liquefacta est terra. *s. Israel.*

☞ Et omnes

MORALITER.

✠ 1 *Confitebimur ti. De.* Iste psal. est gratiarum actio populi reuersi de captiuitate Babylonis. Mora. autem potest exponi de quolibet peccatore veraciter pœnitente. & sic reuersus est de peccati captiuitate: & primo ponitur gratiarum actio, cum dicitur, *Confitebimur tibi Deus*, ego & mei similes, de præteritis iniquitatibus.

† *Confitebimur*, confessione laudis pro beneficio nostræ iustificationis.

2 *Et inuocabimus nomen tuum*, pro aliis beneficiis obtinendis.

3 *Narrabimus mirabilia tua*, quæ fecisti nobis: quia maius est iustificare impium, quàm creare cælum & terram, sicut dicit Augu. Et subditur diuina responsio, cum dicitur,

4 *Cum accepero tem. s.* opportunum, iudicabo iustos iudicio approbationis.

6 *Liquefa. est terra.* homines in terrenis confidentes: quia, sicut cera, liquescunt ab igne concupiscentiæ per consensum in mortale peccatum.

✠ Ego

a ¶ Respice. b ¶ Tu Iudæe, vel quicunque. ¶ Spem promissionis Dei.
c ¶ Qui monet ad bene operandum. d ¶ Quia de remuneratione.

In finẽm nẽ † disperdas, psalmus † cãntici

a ¶ Fidelis synagogæ.

Asaph. LXXIII.

a ¶ Peccata iam humiles.
¶ Hæc confessio, euacuatio à malis est. b ¶ Tibi, non alij.
¶ Non crudeli vltori, sed ignoscenti.

Onfitebimũr tibi Deus confitebimur,

a ¶ Ex quo ipse aduocatus noster.
b ¶ Sic implebimur bonis.

ẽt †inuocabimus nomen tuum. † Nar-

a ¶ Plenus eructat. ¶ Alias narrabo.
¶ Iam enim omnes vnus Christus. b ¶ Vt alii veniant.
¶ Quæ si quis non audit.
c ¶ Modo enim tempus docendi est & misericordiæ.

rãbimus mirãbilia tua, cum ãccepero

a ¶ Iudicandi. b ¶ qui modo non videor. ¶ Christus totus, quia & sancti cum eo iudicabunt.
c ¶ Modo quid? ¶ Aug. à stabilitate mentis & iustitiæ

f † tempũs, egõ † iustitias iudicabo. Liquefãctã est

☞ ✻ Evthymivs. Liquefieri dicitur omnis virtus, quæ dissoluitur: Adueniente igitur iudicio liquefacta est terra, & habitantes eam, hoc est, liquefient; *cœlum* enim, inquit, *& terra transibunt.* Præterea etiam omnes habitantes in ea, quoniam vniuersi homines morientur.

a *Terra & omnes.* Avgvst. Prius firma, in diuersas diffluit concupiscentias. Vel, terra prius vitijs constricta, flante spiritu sancto liquefacta est, vt germina virtutum emitteret,

b *Columnas eius.* ✻ Beda. Columnas terræ vocat illos, super quos terra, in se dissoluta, ædificata est, scilicet, sanctos Apostolos, super quos ædificium illud fundatum est, de quo dictum est, *Dei ædificatio est, Dei agricultura est.* Hę columnę quodam terrę motu nutauerũt, quia in morte Domini dubitauerunt, & desperauerunt dicentes:

C *Nos putabamus quod redempturus esset Israel*: ipse verò resurgens eos confirmauit, quia mortẽ eis non esse timendã demonstrauit.

c *Iniquè agere.* Avgvst. Malum est peccare; peius est perseuerare, pernitiosius defendendo se, in Deum culpam refundere.

d *Nolite exaltare cornu.* Cassio. Maximum est vitium excusationis, quasi cornu erigit qui peccata sua per alios nititur excusare, vt per diabolorum persuasiones, vel per necessitatẽ stellarũ.

e *Loqui* Vt qui non sua culpa, sed necessitate stellarum dicunt se peccasse, vt Deo, non sibi imputetur. Vel, qui sciunt peccata sua, sed impunitatem sibi promittunt.

f *Quia neque ab.* Cassio. Cur hæc? quia iudex talis est, qui vitari non potest: quia vbique est, Deus enim est.

Avgvst. De nullo loco diuisim iudicat, qui vbique præsens est vt Deus.

Cassio: Mysticè: *Oriens*, quibus sol iustitiæ oritur, homines claritate Dei conspicui; *Occidens*, quibus occidit, id est, mali. *Deserti montes*, falsi prædicatores, superbi hæretici; qui locum montiũ vsurpant, sed à Deo deserti; quibus Deus præsens, non tamen ita vt bonis, in quibus præsẽs est per gratiã, nõ modò per cognitionem. Et hoc est,

D *neque ab Oriente, neque ab Occidente neque à desertis montibus &c.* id est, omnibus generibus hominum: quia Deus præsens & cognitor est.

g *Quia calix.* Avg. Calix, lex & omnis scriptura veter. Testa. vbi nouũ abscõditum quasi in fece corporalium figurarum. *Calix* ergo *meri*, id est, legis syncere, quãtùm ad præcepta moralia bona & iusta, scilicet *Deum vnum adorabis, Nũ occi. &c.*

E *Plenus misto*, id est, fece corporalium sacramẽtorum, quæ resident & remanent apud illos, & inde funditur omnis spiritualis intellectus, & est eliquatus in homines; sed apud Iudæos remansit, vnde omnes infidi potati: sed ego & mei seorsum, & *omnia cornua peccatorũ* quod ante, hũc *humiliat & exaltat cor.* quod antè, *et hunc exaltat.*

F Cassio. *Calix*, lex, *vinum merum*, mysterium cœleste, *plenus*, quia etsi semper bibitur, nunquam expenditur, *Misto*, quia vetus & nouum simul sunt, Iudæi non mistum bibunt, quia vetus sine nouo: Manichæi nouum sine veteri. *Ex hoc in hoc*, à Iudæis tulit conuersis, *inclinauit*, Fex, non pro sordibus, sed ima & vltima vini, subtiliora legis, ad quæ non potest perueniri hîc: quia omnibus bibentibus plenitudo non deficit. Bibent ex eo, vt de eo pleno omnes peccatores, id est, Iudæi in fine conuersi cum alijs. Vel, *calix* potestas iudicandi, *Vini meri*, iusti iudicij, *Misto*, misericordia

---

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et omnes qui habitant in ea. *quia sicut virtute ignis metalla resoluuntur & liquescunt: sic terra Iudæa, & habitantes in ea, & eorum ædificia, per incendium à Chaldæis fuerunt destructa.*

2 Ego confirmaui. *in reuersione de captiuitate. Et vocantur hic* columnæ *terræ Israel Zorobabel, Iesus filius Iosedech Esdras, Nehemias, Aggæus, & Zacharias propheta: & cateri, qui confirmauerunt corda populi ad reædificationem templi, & ciuitatis.*

3 Dixi. *Hic consequenter describitur aduersantium punitio: quia Babilonij, qui filios Israel captiuauerant, per Persas et Medos fuerunt debellati & destructi, vt habetur Daniel.5. et quantùm ad hoc dicitur in persona Dei*, Dixi, *cuius dicere est facere, secundum illud Psalm.12.b.* dixit, & facta sunt;

4 Iniquis, *id est, Babylonijs,*

5 Nolite iniquè agere, *quia abstulit eis potestatem exercendi vltra suam nequitiam.*

6 Et delinquentibus, nolite exal.cornu. *id est, potestatem regiam, quia ad Medos & Persas transtulit eam, Daniel.5.*

7 Nolite extollere in altum cornu vestrum. *repetitio est eiusdem ad maiorem confirmationem.*

8 Nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. *In hoc tangitur causa deiectionis potentiæ Babylonis, quia contra Deum blasphamias loquebantur quebantur, vt dictum est Psalm. precedenti.*

9 Quia neque ab Oriente. *id est, ex nulla parte poteris diuinum iudicium effugere, ideo subditur,*

10 Quoniam Deus iudex est, *qui est presens vbiq; per essentiam, potentiam & præsentiam, secundum quod dicitur infra Psalm.138.b.* Si ascendero in cœlũ, tu illic es: si descẽdero ad infernũ, ades. *&c.*

11 Hunc humiliat, *eum eiciens à sua potestate:*

12 Et hunc exaltat, *à statu humili & paupere: & hoc facit de quolibet pro sua voluntate; & hoc patet in rege Babylonis, quem deiecit per Cyrum, quem à statu miserabili ad monarchiam perduxit. Quando enim fuit natus de filia regis Astyagis, fuit in nemore expositus feris & auibus deuorandus: sed diuina virtute fuit saluatus. & postea ad monarchiam exaltatus, prout plenius dicitur in Scolastica historia super Daniel. Et causa efficiens dicta deiectionis superborum à sublimitate subditur, cum dicitur:* quia calix in manu Domini. *Per calicem in scriptura intelligitur pœna à Deo inflicta, vel infligenda: vnde habetur supra Psal.10.b.* Pluit super peccatores laqueos ignis, sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum.

13 Vini meri, *id est, puri sine aqua. Et in Hebræo habetur,* vini fortis.

14 Plenus misto, *id est, in calice in vino forti mista est aliqua species fortificatiua & inebriatiua, sicut solet fieri in clareto. Omnia ista dicuntur ad designandum acerbitatem vltionis diuinæ.* Et inclinauit, *scilicet calicem suum.*

☞ 1 Ex hoc

MORALITER.

2 *Ego confirmaui columnas eius.* Columnæ terræ dicuntur homines iusti, quorum meritis alij sustentantur: & ipsi à Deo in bono confirmantur.

3 *Dixi iniquis.* Hîc ponitur punitio perseuerantium in malo, cũ dicitur, *Dixi iniquis*, Isti sunt qui faciũt cõtra præcepta negatiua:

6 *Et delinquentibus*, qui faciunt contra affirmatiua.

7 *Nolite exaltare cornu*, gloriantes de vestra malitia.

Nolite extollere in altum, &c. id est, nolite loqui blasphemias contra Deum.

9 *Quia neque ab Oriente.* id est, quia ex nulla parte abest Dominus, qui præsens est vbique.

10 *Quoniam Deus iudex est*, non solum factorum, sed etiam verborum, & cogitationum.

11 *Hunc humiliat*, scilicet superbum:

12 *Et hunc exaltat*, scilicet humilem.

Quia calix in manu Domini, id est, punitio dura ad puniendum peccatores pro voluntate sua.

a ¶ Exponit, quam terram dixit: ipsa terra defuit inhabitantibus se. b ¶ Talem inueni terram, sed. Non suppliciorum exactor, sed peccatorum donator.

a ¶ Apostolos ¶ Quæ in passione nutauerunt. b ¶ Sed ¶ Aug. per columnas confirmatas. c ¶ Omnibus generaliter. d ¶ Hoc scilicet. ¶ Non perseueretis in malo. e ¶ Et si iam fecistis iniquitatem per cupiditatem. f ¶ Si sani non audistis, vel iacentes surgite.

a ¶ Peccata defendentibus. b ¶ Inde superbire apud vos. ¶ Ne deficiatis per elationem. ¶ Ad excusandum. c ¶ Et. ¶ Cas. vt qui contra Deum blasphema cogitatione demurmurat. d ¶ Contra Deum.

a ¶ Exponit in re. b ¶ Vt qui dicit, se iniuste pati cum nequiores sint prosperi, quod est iniustum facere Deum. ¶ Corde, etsi non lingua. c ¶ Quasi nesciat hæc vel non curet.

a ¶ Ideo nolite b ¶ Deus iudex deest ¶ Iudicat. q. vt inde fugias in Occidentem. vel econuerso. ¶ Quia non est localis.

a ¶ Id est, secretis locis est absens. ¶ Vt inde fugias in medium populorum. b ¶ Etiam eorum qui sunt in corde. c ¶ Superbum Iudæum, vt Pharisęum de iustitia legis tumidum mente.

a ¶ Humilem, Gentilem, vt publicanum. b ¶ Per legem, quæ est in manu mediatoris. c ¶ Dispensatio. d ¶ Potestate. e ¶ Vinum merum propter synceritatem; mistum propter fecem; vinum merum spiritualis sensus; fex, corporalia sacramenti.

† Sela supra Psal.3. f insanis, Nolite insanire & impiis

† collo pingui vel duro. 1. pertinaciter

† Quoniã

† deserto montiũ ab aquilone exaltato veniet. i qui defecerat.

† direxi, se paraui, fixi.

† Quia

† nes

† & vino rubefactus est vel rubuit vinũ

† efferti nõ loquamini

☞ cordia & iudicio: quia alijs mors per iustitiam, alijs vita per misericordiam; quod *inclinat*, & omnibus propinat: omnes enim sentient misericordiam & iudicium; & licet inclinet, fex, pœna bibentibus austera, cuius sapor non exinanietur malis; vnde, *Bibent omnes peccatores terræ*, non solum Iudæi.

A

a *Fex eius nō est exinanita.* ✻ Basilivs. Grauiorē pœnam, *fecem* vocauit. Ego (inquit) quod liquidius erat bibi, hoc est certioribus malis subiectus fui: ipsam verò fecem Babylonij bibent, id est, grauiora patiētur, quā nobis intulerunt. Ego enim post septuaginta annorum seruitutem reditu potius sum, illi verò continuæ seruituti tradentur. D

✻ Evthymivs. Per *fecem* calicis, crassitudinem, vt ita dicam, intelligit meri supplicij, hoc est, extremum omnium pœnas, quæ iis reseruantur, qui aut maximè deliquerint, aut à vitiis immutari noluerint.

† effudit B

a ¶ Quia hunc humiliat, & hunc exaltat. ¶ Legem. b ¶ A Iudæo in Gentilem. Alias hunc. c ¶ Quia carnalia desideria apud Iudæos remanserunt.

a miſto. Et † inclinâuit ex hōc in hoc, veruntamen † fex eius

a ¶ Alij vinum, alij fecem. b ¶ Iudæi superbi peccatores, Gentiles humiles peccatores.

b non eſt exinanita, bibēnt omnes peccātores terræ. Ego au-

a ¶ Vel gaudeo de promissione futura in fidem, de qua dicitur: Ne corrumpas.

tem † annuntiâbo in ſeculum, † cantabo Deo Iacob. Et

a ¶ Quæ hic eriguntur. ¶ August. Dignitates superborum. b ¶ In finem, quæ modo nolunt frangi. c ¶ In futuro, vbi superbus humiliabitur, humilis exaltabitur. Et hoc est quod supra dixit: Et hunc exaltat.

omnia cornūa peccatorum cōfringam, & exāltabuntur

a ¶ Quæ non hic sed ibi.

cōrnua iuſti.

b *Ego autem annuntiabo in ſeculum cantabo Deo Iacob.* Cassio. Omnes bibent, sed seorsum: ego, id est, Christus cum corpore, *annuntiabo in ſeculum*, quandiu seculum erit.

c *Cornua iuſti*, id est, munera Christi, quæ sunt sublimitas iusti.

† fæces eius quas expriment E

† psallam F

☞ GLOS

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Ex hoc in hoc. *ad inebriandum vnum populum post alium, puniendo peccatores ſucceſſiuè, ſecundum ordinem ſuæ iuſtitiæ: ſicut puniuit Iudæos per Babylonios; & poſtea Babylonios per Medos & Perſas; & poſtea Medos & Perſas per Græcos; & Græcos per Romanos.*

2 Veruntamen fex eius non est exinanita, *id eſt, fundus, in quo fæces reſident calicis, non eſt euacuatus: quia ſemper in Deo remanet virtus ad puniendum peccatores, ideo ſubditur*, Bibent omnes peccatores terræ.

3 Ego autem annuntiabo. *Hic vltimo ponitur gratiarum actio pro populi liberatione & aduerſariorum punitione, cum dicitur*: Ego autem annuntiabo, *ſcilicet, Dei virtutem, & laudem.*

4 In seculum. *quia Pſalm. iſte à tempore Aſaph vſque nunc decantatus eſt ad laudem Dei, & adhuc decantabitur: ideo ſubditur,*

5 Cantabo Deo Iacob. *Licet enim ſit Deus omnium per creationem: dicitur tamen Deus Iacob ſpecialiter, eò quod populus Iſrael deſcendens à Iacob ſuſceperat Dei legem, non alij populi; vnde dicitur infra Pſalm. 147. b.* Qui annuntiat verbum ſuum Iacob: iustitias & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi.

6 Et omnia cornua, *id eſt, ſuperbias, et poteſtates,*

7 Peccatorum confringam, *id eſt, confringenda denuntio per poteſtatem teſtatem diuinam. Vel aliter poteſt dici, quòd propheta hîc mutat modum loquendi: quia prius dicebat in perſona propria*, Ego autem annuntiabo, &c. *& conſequenter tranſit ſiue deſcendit ad loquendum in perſona Dei dicens*, Omnia cornua peccato. confringam: *Quia Deus fecit de peccatoribus vindictam; & tranſitus talis frequenter fit in prophetis, & in illis maximè, qui metricè ſcripſerunt, quales fuerunt illi, qui pſalmos fecerunt.*

8 Et exaltabuntur cornua iusti, *Id eſt, Chriſti, qui dicitur antonomaſticè* iustus, *eò quòd iuſtificat alios, ſecundū quòd dicitur. Eſa. 53. d.* In scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos, & iniquitates eorum ipse portabit. *In reſurrectione autem Chriſti exaltata fuerunt eius cornua, propter quod dixit tunc Matth. vlti. d.* Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. *Propter quod ſanctus Zacharias nominauit Chriſtum* cornu, *Lucæ. 1. g.* Erexit nobis cornu salutis in domo Dauid pueri sui. *Chriſtus enim deſcendit de Dauid ſecundum carnem. Rom. 1. a.* Qui factus est ex semine Dauid secundum carnem.

Moraliter poteſt exponi pſalm. iſte de quolibet verè pœnitente, qui egreſſus de captiuitate peccati confitetur Dei iuſtitiam, & eius miſericordiam, & poteſtatem dæmonum contemnit, & Deo gratias agit.

PSALM.

MORALITER.

†† *Et inclinauit.* puniendo peccatores succeſſiuè diuerſo tempore, sicut in diluuio, & postea subuersione Sodomæ: & sic de alijs.

2 *Veruntamen fex eius*, scilicet, calicis,

† *Non eſt exinanita:* quia in eo remanet poteſtas ad puniendum malos pro voluntate sua, ideo subditur, *Bibent omnes peccatores* terræ.

3 *Ego autem.* Hic ponitur gratiarum actio pro peccatorum punitione, quæ tamen non procedit ex zelo vindictæ, sed iustitiæ diuinæ Psalm. 57. b. *Lætabitur iuſtus cùm vi. vin.* & sic dicitur in persona iusti, *Ego autem annuntiabo in ſeculum*, Dei iustitiam in punitione peccatorum.

5 *Cantabo Deo Iacob.* Licet enim sit Deus omnium, tamen specialiter dicitur Deus iustorum, qui sunt supplantatores vitiorum

6 *Et omnia cornua peccatorum confringam*, Id est, confringenda dicam per Dei iustitiam.

8 *Et exaltabuntur cornua iuſti.* in ciuitate cœlesti.

† MORA-

ADDITIO I.

In Pſalm. 74. Confitebimur: *vbi dicit poſtil.* Cùm accepero tempus.

Quidam expoſitores noſtri intelligunt hæc verba, ſcilicet, Cùm accepero tempus, &c. *à filio Dei dicta ante carnis aſſumptionem, vt ſit ſenſus: Cum ego, qui ſum æternus, accepero tempus, id eſt, fuero factus homo temporaliter, tunc iuſtitiam iudicabo. iuxta illud Iohan. 5. d.* Omne iudicium dedit pater filio; *& ſic cùm dicitur*, Liquefacta est terra, &c. *intelligitur à ſoliditate virtutum, eò quod omnes ferè lapſi erant in peccato ante aduentum Chriſti: ſed dicit*, Ego confirmaui columnas eius, *id eſt, apoſtolos; & correſpondenter ad ipſum ſenſum poſſunt exponi tam præcedentia, quam ſequentia.*

ADDITIO II.

In eodem Pſalmo 74. vbi dicitur in poſtil: Quia neque ab oriente.

Attendendum eſt, quomodo intelligantur iſta verba, Neque à desertis montibus; *quia non videntur correſpondere huic, quod præmittitur*, nec ab Oriente, neque ab Occidente, *potius enim debuiſſet dicere: Nec ab Aquilone & mari, ſicut conſueuit ſcriptura loqui, cū de quatuor partibus mundi agit, vt in plurimis locis; Ad huius proprium intellectum, ſciendum ſecundū aſtronomos quod terra habitabilis ſe extendit ab Oriente in Occidentem, ſic quòd continet clxxx. gradus, qua eſt medietas totius orbis terræ: & hæc diſtantia, qua ab Oriente terræ vſque ad Occidentem, dicitur longitudo terræ, latitudo enim terræ habitabilis, que conſideratur ab Aquilone ad auſtrum, non eſt tantæ diſtantiæ, quia non occupat niſi. lxvj. gradus ferè: vnde totum reſiduum, tam ex parte aquilonari, quam auſtrali, ſunt deſerta loca, prout philoſophi & aſtronomi de hoc loquentes, tam rationibus, quàm inueſtigationibus demonſtrant. Bene igitur Pſalm. volens quatuor partes mundi notare, nominauit partem Orientalem & Occidentalem ſub propriis nominibus, eò quòd ab Oriente in Occidentem ſe extendit habitatio humana: ſed partem Aquilonarem & auſtralem nominauit* desertos montes; *ſubtracta enim parte habitabili, in latitudine terræ, ex vtraque parte remanent magna loca deſerta in quibus veriſimiliter ſunt montes.*

ADDITIO III.

In eodem Pſalm. 74. vbi dicitur in poſtil. Vini meri.

Vbi tranſlatio noſtra habet meri, *in Hebra. habetur* חמר chamar, *qua magis ſonat ſpiſſum, vel luteſum: quod quidā Hebræi ſic exponunt: quòd ſub hoc calice, ſcilicet viſionis diuinæ, eſt vinum luteſum & ſpiſſum, quod generat in fundo multas feces: ſic quod de inferiori parte, vbi ſunt feces, bibunt peccatores grauiſſimi, & de ſuperiori bibunt alij, qui non tam grauiter peccarunt: & hoc ad deſignandum, quòd ſeruatur proportio diuina iuſtitiæ circa punitionem tranſgreſſorum.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Canticum.* Quia agit de bonis Christi, scilicet quod notus, quod *habitat*, quod *illuminat*, quod *saluat*. Frangit gloriam Iudæorum.

b *Ad Assyrios.* CASSIO. Remi. Contra Iudæos, qui non dirigentes, sed errantes.

† vide psalmum 4. Vel, quod erigunt se, quia sine gratia quærunt salutem, & persequuntur ecclesiam, vt olim Assyrij Iudæos. Qui confutantur hic ablatis nominibus gloriæ: Et nihil

B posse sine gratia probantur.

PSAL. LXXV.

c Iudæus verus quis dicitur.

† sagittas. *Sela supra psal. 3.

† Illustris tu es, terribilis (ô fortis) magis quã mõtes prædæ (rapaces)

† spoliati fuerũt fortes corde Gen. 46. f. Ioan. 16. c.

C

d *Israel magnum nomen eius.* ✠ EVTHYMIVS. Nec in solo Israel; *ab Oriente* enim, inquit propheta, *vsque ad occasum glorificatum est nomen meum inter gentes*: & alibi ad Iudæos, *vos autem profanastis eum.* Per Israel igitur, Israelitarum scripturam intelligit, datam populo Israel, in qua magnum, ac gloriosum canitur Christi nomen. Maximus autem philosophus, per Iudæam eam philosophiæ partem intelligit, quæ circa actiuas actiones versatur, & per Israel eam partem quæ contemplationibus vacat. Iudas quippe interpretatur confessio, confessio autem initium quoddam præstat, ad agendi virtutes; Israel verò interpretatur mens videns Deũ, Cognoscit igitur Deũ is, qui per virtutem operatur, sciens illum iudicem iustum esse, & condigna vnicuique pro actionibus in

E iudicio redditurum: atque ideo seipsum ab omnibus maculis mundat. Cognoscit etiam Deum, qui in diuinarum contemplatione versatur, & considerans Dei magnalia condignè etiam illum magnificat.

e *In Sion.* AVGVS. Cõgruum verborum ordinem attende: Iudæa confessio; post

Malach. 1.

quam, Israel, id est, videns Deum, & sic in pacato cum Deo locus est: vnde sequitur, *In pace*, post *in Sion*, id est, in contemplatio- F ne, (cum facie ad faciem videbit Deum), erit habitatio.

f *Ibi confregit potentias.* CAS. In Iudæa, in Israel, in Salem, in Sion, vbi Deus pacis autor venit, hæc omnia (quæ & nomina gloriæ eorum) fugiunt.

g *Illuminans tu mirabiliter à montibus aternis turbati sunt. &c.* Diapsalma. Illuminat Christus, dormit Iudæus, Christus iudicat, perit ille. ☞ AVG.

a ¶ Dirigens. ¶ Christum. b ¶ Laudibus, ad quas monet. c ¶ Fidelis synagogæ.

a † In finẽm in cãrminibus, Psalmus Asãph, canticum ad Assa ¶ Id est, contra Iudæos, qui non se dirigunt, sed errant, vel erigunt contra Christum.

b syrios.

PSAL. LXXV.

a ¶ Vera. ¶ Vt confiteatur peccata. b ¶ Vero. c ¶ Non blasphematur, sicut per malos.

NOtus in Iũdæa Deus, in Isrãel mãgnum 1

a ¶ Alij, Salem, cuius ponitur hic interpretatio. 2

nomen eius. Et factus est in pãce locus 3

a ¶ Vera id est, ecclesia. ¶ Contemplatione, vel speculatione. 4

eius, & habitatio eius in Siõn. Ibi con- 5

a ¶ Scilicet. ¶ Dolos. b ¶ Vnde se superbe protegunt. 6

frẽgit † potentias, arcũm, scutum, 7 8

a ¶ Vnde pugnant. b ¶ Contra Deum, defendendo peccata. ¶ Omnimodam contradictionem.

c ¶ Per mirabilia. ¶ Id est, per montes æternos, Apostolos prophetas. ¶ Vnde.

c ¶ Confregit, & illuminas tu terribilis ex futuris venturus ad iudicium. d ¶ Non montes ipsi.

gl ãdium, & bẽllum. * † Illumināns tũ mirãbiliter à mon- 9

a ¶ Sed. ¶ Annuntiata alia vita, quæ non est hic. ¶ Parenthesis, turbati sunt. b ¶ Cas. desideria mundi quærentes.

tibus æternis, † turbatĩ sunt õmnes insipientes corde. 10

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXXV.

NOtus in Iudæa Deus. *Huic Psalmo præmittitur talis titulus in Heb.* Ad victoriam in organis Psalm. Asaph cantici, *& in translatione Hier.* victori in carminibus Psal. est Asaph cantici. *& patet sententia vtriusque tituli ex dictis suprà Psal. 4. De materia autem huius Psalm. dicit Rab. Sal. quod Asaph. præuidens in spiritu afflictionem regni Iudæ per Sennacherib tempore Ezechiæ, et eius percussionem à Deo, secundum quod habetur 4. Reg. 19. quod Angelus Domini percussit in castris Assyriorum clxxxv. milia, quod videns Sennacherib fugit confusus ad terram suam, & ibi fuit occisus à filiis suis, vt habetur ibidem, Fecit etiam de hoc Psalm. istum. Et huic dicto concordant plures doctores & expositores Catholici, propter quod intendo illud sequi. Igitur secundum hoc Psalm. iste diuiditur in tres partes quia primò describitur regni Iudæa conditio, Secundo Sennacherib deiectio,* Ibi confregit, *Tertio gratiarum actio, ibi,* Quoniam cogitatio hominis. *Circa primum sciendum, quod in regno Iudæa metropolis erat Ierusalem, in qua erat templum: propter quod vigebat ibi diuinus cultus, & scientia legis, & prophetarum, & hoc est quod dicitur,*

1 Notus in Iudæa Deus. *Non sic autem in aliis terris, vbi non vigebat verus Dei cultus, nec scientia legis & prophetarum.*

2 In Israel magnum nomen. *Hoc est nomen Domini tetragrammaton, quod est appropriatum altissimo creatori: in quo nomine sacerdotes templi benedicebant populum.*

3 Et factus est in pace, *id est, in tempore pacis,*

4 Locus eius, *id est, templum, in quo habitat Deus per specialem effectum, dando eis responsa super propitiatorium. Hoc enim templum fuit ædificatum tempore Salomonis, qui propter hoc nominatus fuit Salomon, id est, pacificus, quia maxima pax fuit in regno Iudæa temporibus eius, vt habetur 3. Reg. 5.*

5 Et habitatio eius in Sion *quia templum fuit ædificatum in illa parte ciuitatis Ierusalem vbi est mons Sion.*

6 Ibi confregit. *Hic consequenter describitur ipsius Sennacherib deiectio, eo quod volebat destruere ciuitatem Ierusalem, & templum in ea, ædificatum, cultui diuino deputatum: & hoc est quod dicitur,* Ibi confregit, *scilicet, Deus,*

7 Potentias, *id est, bellatores exercitus Sennacherib.*

8 Arcum, scutum. *Id est, omnia instrumenta bellica; quia interfectis bellatoribus arma bellica ad nihilum valebant vltra ipsi Sennacherib. propter quod fuit territus & confusus, vt prædictum est.*

9 Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. *Montes æterni hic dicuntur Angeli, qui sunt immortales, quia ministerio angelico facta est exercitus Sennacherib prostratio. Et factum est hoc mirabiliter, quia corpora eorum redacta fuerunt in cineres, vestibus eorum & armis remanentibus illesis: ita quod Ezechias et viri sui sine difficultate aliqua poterant colligere arma et spolia, & per hoc illuminati sunt in cognitione diuinæ virtutis. In Hebr. habetur,* De montibus rapinæ. *Et in trãslatione Hieronymi,* A mõtibus captiuitatis. *Et tũc referendum est ad montem Sion & montem Moriam vbi templum erat fundatum, quia Sennacherib intendebat spoliare & captiuare habitantes in eo: sed sacrificiis et orationibus ibi factis ordinatione Dei percussit Angelus castra Assyriorum, vt prædictum est, et sic accidit contrarium.* Angeli dicũtur mõtes æterni.

10 Turbati sunt oẽs insipiẽtes. *i. bellatores Sennacherib, qui erant adhuc idololatræ, et sic insipientes, de Deo veram notitiam non habentes.*

☞ 1 Dormierunt

MORALITER.

1 *Notus in Iudæa.* Psalm. istum fecit Asaph, præuidens in spiritu liberationem mirabilem populi Iudæ à Sennacherib persecutione, vt habetur 4. Reg. 19. Mysticè potest exponi de liberatione populi Christiani tempore Balduini regis Ierusalem, qui anno Domini Mcxxiiij. præuentus, à Saracenis, fuit captus ab eis: & tunc vndique venerunt Saraceni, vsque ad lx. milia, vt Christianos exterminarent totaliter de terra sancta: qui confidentes in solo Deo, in prælium exierunt, non plures æstimati inter equites & pedites quam tria milia, & signo cælitus dato (de quo dicetur infra) victoriam mirabilem habuerunt, & Deo magnificè gratias egerũt. Sic ergo dicitur, *Notus in Iudæa.* quoniam tunc à fidelibus habitatur.

In Israel

2 *In Israel magnum.* id est, in clero illius populi, qui præ cæteris habebat maiorem notitiam Dei.

3 *Et factus est, etc.* dicta victoria de Saracenis obtenta.

5 *Et habitatio eius, etc.* nam ibi habitabant deuotiores inter Christianos. 6 *Ibi confregit, etc.* scilicet Saracenorum, qui in bellis vtuntur gladiis, arcubus, & scutis.

9 *Illuminans tu mirabiliter.* nam in principio congressus quidam fulgor cælitus descendit super Saracenorum exercitum, & statim omne robur fugit ab eis, & cæsi fuerunt à Christianis vsque ad vij. milia in aquis submersi, nullo de Christianis cadente, ideo subditur.

10 *Turbati sunt omnes, etc.* scilicet Saraceni.

AVGVS. Tu *illuminas*, sed per *montes*, qui prius lumen excipiunt per prophetas, scilicet, & Apostolos Sed de illuminatione *turbati sunt omnes insipientes corde*. Præmittit inde quate in futuro terribilis dormi. &c.

✻ BASILIVS. Pro *illuminans*, Symmachus reddidit, *splendore magnificentissimus excelles, à montibus venationis*. In nostris enim montibus mortis venationi inimicos tradidisti, magnificentissimus & illustris apud omnes declaratus, miraculo magno ignorantes illuminas, teque Deũ esse doces.

a *Dormierunt*. CASSIO. A bonis æternis refrigescentes, carni acquieuerunt, profutura non videntes. *Somnum suum*, qui distat à quiete bonorum: quia iste fallax est, videntes per somnium se habere thesauros, dum euigilant nihil inueniunt, vnde dicit, *Et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum*. Definitio auarorum.

✻ EVTHYMIVS. Assirij milites quiobsidebant, dormierunt summa cum spe, verum nihil eorum inuenerunt, quæ expectabãt. Possumus & aliter dicere, quod Iudæi, qui obsessi erant, turbati sunt, dum aspicerent inimicos in circuitu, & diuinas vires ignorarent; quodque dum captiuos se paulò post futuros esse arbitrarentur, vt ipsa docet historia, somno corrupti dormierunt & manè expergefacti, ea non viderunt, quæ fieri timuerunt: quinimo neque ipsum etiam inuenerunt inimicum, cum vnica nocte ad centum, & octoginta milia hostium occisa fuerint.

b *Nihil inuenerunt*. quia nihil posuerunt in manibus Christi, qui dicit, *Esuriui, &c.* Matt. 25. c.

REMI. In pauperibus namque esuriit, qui in cœlo diues est.

c *Viri diuitiarum*. Qui solam spem suam ponunt in incerto diuitiarum. Vnde non ait, habentes diuitias: Multi enim habent qui non amant.

d *In manibus &c.* CASSIOD. quasi adhuc in manibus quærant, cum se iam nihil tenuisse cognoscant.

e *Ab increpatione, etc.* AVGVSTI. Strepitus increpationis solet excitare, sed tantum pondus est increpantis Dei, quod dormitat, id est, cor habent induratum.

f *Qui ascenderunt*. AVG. Quorum superbia creuit, humili Christo non humiliati.

g *Equos*. CASSIODORVS. Quaslibet seculares extollentias, vnde præceptum erat in lege filiis Israel, vt non multiplicarent sibi equos. Salamon quoque de Iudæa non habebat equos, sed emebat de Ægypto.

✻ EVTHYMIVS. Per equorum ascensores inimicos ipsos intelligit, qui in equorum multitudine, quibus in bello præcipuè vtebantur, nimis confidebant: ideo alibi ait: *hi in curribus, & hi in equis, nos autem nomen Dei nostri inuocabimus*. Deut. 17. d 3 Reg. 10. d.

h *De cœlo anditum*. AVG. vnde Apostolus, *In reuelatione Domini nostri Iesu de cœlo cum Angelis venient ad iudicium exercendũ*. 1. Thes. 1. c

Cum exurgeret, id est, cum potes apparebit, qui hic humilis. Vel, *cum exurgeret* hic à morte, postea venturus ad iudicium.

Tunc. AVG. quando veniens de cœlo facies auditum, id est, omnibus notum. Virtus iudicij exponitur, vnde terreni terrentur, & perdita potestate quiescunt; quieuit, cum exurgeret.

i *Mansuetos terræ*. AVG. Qui mentis pacem habent, non detractantes iugum Dei.

✻ EVTHYMIVS. Per terram, humanam intelligit naturam, ad quam alibi dictum est, *terra es et in terram reuerteris*, præcipuè tamen eos dicit, qui terrena sapiunt. *Cum exurgeret* igitur Deus in vniuersale iudicium, quieuerunt omnes homines, deletis atque extinctis in posterum quibuscunque aliis operibus. Cum exurgeret autem in iudicium, vt iustos homines saluaret: quos mites appellat, seu mansuetos: quia proprium, ac peculiare est cuiuscunque viri iusti, vt mitis sit ac mansuetus. Genes. 3.

k *Quoniam cogitatio*. CASSIOD. Diapsalma, admonet iam deuotos offerre vota. Quasi, meritò saluat mansuetos, *Quoniam cogitatio*, id est, laudabunt te cogitatione & opere, hoc est, *reliquiæ cogita. &c.*

l *Cogitatio hominis*. CASSIOD. conceptio voti. *Reliquiæ*, redditio voti, operatio, reliqua post cogitationem.

m *Confitebitur tibi*. ✻ BEDA. Hoc dupliciter potest intelligi: quando enim homo malè actam vitã suam cogitat, & dãnat, tunc Domino laudabilem confessionem facit, quando vero, quæ cogitauit ad actum perducit, scilicet quando seipsum pro præteritis peccatis punit orando, ieiunando, & similia faciendo; tunc *reliquiæ cogitationis diem festum agunt Domino*. Vel aliter, cum homo recogitat se peccatorem fuisse, & agit gratias Deo ☞ viuificatori.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dormierunt somnum suum, *dormitione mortis, secundum quod dicitur Ioan. 11. b.* Lazarus amicus noster dormit, *id est, mortuus est; vnde ibidem subditur:*

2 Et nihil inuenerunt omnes viri, *quia bellatores Sennacherib multas diuitias per bella acquisierant, quas ibidem dimiserunt: quia mortui nihil potuerunt ibi habere, et illi pauci viri, qui remanserant, ita repente fugerunt cum Sennacherib, quod nihil potuerunt de illis secum portare.*

3 Ab increpatione, &c. *id est, mortui sunt, non morte naturali, sed tua virtute, secundum ordinem iustitiæ tuæ.*

4 Qui ascenderunt equos, *id est, equites exercitus Sennacherib.*

5 Tu terribilis es, *in iudicijs tuis,*

6 Et quis resistet, tibi, *quasi dicat, nullus, cum infinita sit tua virtus.*

7 Extunc ira tua. *id est, statim, cum decreueris punitionem alicuius, procedit in effectum secundum modum tuę iustitiæ, vel sententiæ.*

8 De cœlo auditum feciſti iudicium, *quia punitionem Sennacherib, & exercitus eius Deus nuntiauit Esaiæ; & Esaias Ezechię. vt habetur. 3. Reg. 10.*

9 Terra tremuit, *id est, habitantes in terra Iuda præ timore tremuerunt ex aduentu Sennacherib contra eos.*

10 Et quieuit, *quia audientes persecutionem sui exercitus, & fugam eius, in securitate quieuerunt, ideo subditur,*

11 Cum exurgeret in iudicio Deus, *id est, ad faciendum vindictam de Sennacherib, & exercitu eius.*

12 Vt saluos faceret omnes mansuetos terræ, *id est, Ezechiam et populum eius.*

13 Quoniam cogitatio. *Hic vltimo ponitur gratiarum actio pro populi liberatione, et superborum punitione, cum dicitur,* Quoniam cogitatio hominis *Ezechię rationabiliter viuentis, & populi sui;*

14 Confitebitur tibi, *confessione laudis pro sua liberatione mirabili.*

MORALITER.

1 *Dormierunt somnum suum*, scilicet mortis.

2 *Et nihil inuenerunt*, scilicet de spoliis Christianorum, quæ prædari sperabant.

3 *Ab increpatione tua, etc.* Id est, à punitione tua modo prædicto facta.

4 *Qui ascenderunt equos*, id est, equites Saraceni.

5 *Tu terribilis es*, propter quod nullus potest resistere tibi.

6 *Et quis resistet tibi*, quasi dicat, nullus, cum infinita sit tua virtus.

7 *Extunc ira tua*, id est, statim, cum decreueris punitionem alicuius, procedit in effectum secundum modum tuę iustitiæ, vel sententiæ.

8 *De cœlo auditum, &c.* per fulgorem prædictum.

9 *Terra tremuit*, in aduentu Saracenorum:

10 *Et quieuit*, in debellatione eorum; ideo subditur,

11 *Cum exurgeret in iudicio Deus* ad puniendum Saracenos,

12 *Vt saluos faceret omnes mansuetos*, id est, Christianos.

15 *Quoniam cogitatio hominis confitebitur, &c.* Christiani namque videntes manifestum auxilium Dei, confessi sunt supermagnificè confessione laudis bonitatem misericordiæ diuinæ, & promiserunt Domino fideliter seruire: ideo subditur,

8 De cœlo

1 Et reliquiæ

† Vouete

a ¶ Et turbati. ¶ In præsentibus, quę facta sunt eis delitiosa.
b ¶ Cas. Studentes diuitijs, vel quia libero arbitrio & lege diuites se putant.

a b c d e f g h i k l m Dormierunt somnum suum, et † nihil inuenerunt omnes viri † diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua

a ¶ Dormie. sed hoc à te. b ¶ Ab ira & execratione.

a ¶ Iunioris populi. b ¶ Vt Pharao, qui increpationes Dei obstinata mẽte cõtẽpsit, ita negligũt sacta monita.
¶ Cęcitate cordis. ¶ Pharao & Ægyptus & qui per secularia vagi sunt.
c ¶ Noluerunt esse humiles. d ¶ Superbiæ

e ¶ Sed. ¶ Quod dormientes nunc non sentiunt, in fine sentient. ¶ In iudicio futurus.

Deus Iacob † dormitauerant qui ascenderunt equos. Tu

a ¶ Tunc, etsi hic aliquo modo. b ¶ Nullus, sed. c ¶ Modo dicunt, quod volunt.
¶ Erit. d ¶ Quid enim tunc? ¶ De me, dixit Asaph.

terribilis es, & quis † resistet tibi, extunc ira tua. De cœlo

a ¶ Futurum esse. b ¶ Facies, sed præteritum ponit, quasi iam factum. c ¶ Vnde. ¶ Homo.
d ¶ Melius modo timeret, & quiesceret. e ¶ A malis suis. ¶ Quando.

† auditum feciſti iudicium: terra † tremuit & quieuit. Cum

a ¶ Seuere iudicans, qui hic quietus omnia pertulit. b ¶ Iesus Christus.
c ¶ Ne putes iudicium fieri ad solam damnationem iniquorum, subdit, vt saluos faceret.
d ¶ Augustus, qui non ascendunt equos, sed in humilitate confessi sunt peccata.

exurgeret in iudicio Deus, vt saluos faceret omnes † man-

a ¶ Nondico Angelos. b ¶ Prima, qua damnat malum & incipit bona.

suetos terræ. † Quoniam † cogitatio hominis confitebitur tibi,

A B C D E F

† exercitus virtutũ, id est, fortes.
† foporatus est & currus & equus
† stabit coram te, ex eo tẽpore quo cœpetit ira tua.
† audire.
† Sela supra Psal 3.
† ira, id est, insania hominis cedet tibi in gloriam.
† timuit.
† mites corde.

viuificatori, & redemptori suo: tunc confitetur ei, quia hoc est confessio, id est, laus eius.

a *Reliquiæ cogitationis.* Avgvst. Quoniam cogitatio prima, vnde incipimus bona, id est, confiteri Domino, quæ facit reliquias cogitationes, quæ festũ agunt, prius est dãnare & displicere quod eramus: quod postea in memoria tenẽtes, scilicet quid eramus, & quid accepim⁹, gratias liberatori agamus, quod est solennia celebrare.

Cassiod. Quia solus Dominus est, cui festiuitas debetur: reddẽt vota Deo. Prima cogitatio dãnat mala.

Reliquia. quia post semper debet homo recordari præterita mala, vt lugeat: licet mũdus hic agat diem festum, quando sentit se peccato liberũ, vt post emendationem Iudæi iubentur offerre festiuum munus Deo.

b *Vouete & reddite.* Avgvst. Alia sunt communia vota de his, sine quibus, non est salus, alia propria, vt vouere castitatem, & huiusmodi.

✠ Beda. Venerab. Vouete Domino, id est, redemptori & creatori vestro, quod vouendum est, id est, vos ipsos. Vouete inquam, quæ volueritis reddite. Malum enim est vouere, & non reddere. Non tamen ideo non est vouendum, sed vouendum est & reddendum.

Ev-

✠ Evthymivs. Cùm hæc ita se habeãt, promittite Deo inquit, promittite dona pœnitentiæ, atque ea tanquam necessarium debitum illi reddite. D

Cassio. *Vouete*, Quædam sunt, quæ nec promittentes debemus soluere: vt, non occides, & huiusmodi. Alia sunt, quæ, nisi vouemus, nõ cogimur implere, vt virginitatem seruare. Ad hæc ergo vouenda inuitat *omnes qui in circuitu eius sunt* per fidem: hi monentur vouere, non hæretici, vel Pagani. Vel, vos moneo, quia qui in circumitu sunt, vt famuli offerent, vel offerant, &c. E

Avgvstin. Sunt quasi medij *in circumitu eius*, qui intelligunt communem esse omnibus veritatem, & non faciunt superbiendo suam, hi offerunt munera, quia habent humanitatem: & ideo timeat quisque superbus facere suam, sed sit humilis, communem omnibus intelligens, habens spiritum Dei, non principum, id est superbum. F

c *Munera.* Avgvs. qui altaribus offeruntur.

d *Terribili & ei qui aufert.* quem timent boni, mali vero non timent

e *Spiritum principum.* Cassio. Superbiæ vel timoris tollit, & facit renes sui, qui corpus suum moderantur.

☞ GLOS-

† residuum irarum accinges, circũligabis, id est, retinebis ne amplius noceant.

† vel timendo.

† terribilis est regibus.

a ¶ Post pœnitentiam. b ¶ Cessabunt à seruili opere, non intenti mundo, sed quieti bonis intendent operibus. c ¶ Gratias agendo. d ¶ Mente. ¶ Quodlibet bonum.

1 & † reliquiæ cogitationis † diem festum agẽt tibi. Vouete, & reddite Dominõ Deo vestro, ómnes qui in circumitu

a ¶ Necessario, post votum. ¶ Opere. b ¶ Non tantum homini. c ¶ Id est, omnes humiles, qui confitentur ei, & adorant eum. d ¶ Per fidem. ¶ Vt famuli.

2 3 eius afferẽtis munẽra † terribili, † Et ei qui aufert spiritum

a ¶ Terrenorum. b ¶ Non solum aliis est terribilis, sed etiam regibus.

4 5 6 principũm † terribili apud omnes rẽges terrę.

c ¶ Qui se regunt subiecti Deo: vnde, Cor regis in manu Domini. ¶ Qui terribiles sunt aliis.

a ¶ Vel offerent. b ¶ Vosipsos. c ¶ Quia ¶ Si non amore, vel timore facite. d ¶ Dando suum, e ¶ Vitam ¶ Audaciam superborum. ¶ Superbum.

† Succidet.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et reliquię cogitationis. &c. *Reliquię cogitationis dicuntur hic memoria de illo facto, quia Ezechias & populus suus non solum egerunt gratias Deo semel, scilicet quando liberati fuerunt, sed etiam postea, quando istud beneficium occurrebat memoriæ eorum. Propter quod in veteri testamento fuerunt aliqua festa annuatim ordinata ad beneficia diuina recolenda, sicut festum paschę pro exitu de Aegypto, & festum pentecostes pro datione legis, & sic de aliis: & similiter in nouo Testamento de natiuitate Christi, & eius resurrectione, & ascensione, & consimilibus. Translatio Hieron. habet sic:* Quia mœror hominis confitebitur tibi, reliquiis mœroris accingeris: *Quod sic potest exponi,* Quia mœror hominis, *scilicet Ezechiæ, & populi sui, qui fuerunt in mœrore positi pro verbis & literis blasphematoris contra Deum, ipsius Sennacherib & nuntiorum eius, (vt habetur. 4. Reg. 19.)* Confitebitur tibi, *quia tunc Ezechias orauit Dominum, confitens, quod pro peccatis suis & populi talia contigissent.* Reliquiis mœroris accingeris, *quia postquam Ezechias ex mœrore sciderat vestimenta sua, & indutus fuerat sacco, vt habetur ibidem, ascendit in domum Domini, & expandit illas literas blasphematorias coram altari Domini, quasi accingens illud. In Hebræo autem sic habetur,* Quoniam ira hominis confitebitur tibi, & reliquias iræ cinges, *vel* retinebis. *Quod exponit Rab. Sal. sic:* Quoniam ira hominis, *id est, Sennacherib, qui iratus contra regnum Iudæ volebat illud destruere,* Confitebitur tibi. *id est, erit occasio confitendi tibi confessione laudis: quia populus à persecutione eius liberatus habuit maiorem occasionem gratias agendi Deo, & se occupandi in diuinis laudibus.* Et reliquias iræ cinges *vel* retinebis. *Quod exponit Rab. Sal. de regibus persequentibus populum Israel, qui quando videbant liberationem eius mirabilem, retinebantur ab ira, et conuertebantur ad Dei laudem: Sicut Nabuchodonosor ex ira fecit proijci tres pueros in caminum ignis: Sed quando vidit liberationem eorum mirabilem, fuit conuersus ad mansuetudinem, Deum laudans, & dicens:* Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Misac & Abdenago. *Sed quia Sennacherib ex liberatione Ezechiæ & populi Israel mirabili non legitur conuersus ad Dei laudem, sed magis ad oppositum, quia fugiens ad terram suam, adorauit in templo Nesrach Deum suum, vt habetur 4. Reg. 19. Ideo aliter exponitur ista litera,* Et reliquias iræ cinges *vel* retinebis: *quia Sennacherib fugiens, & iram contra Iudæam retinens, cogitabat posse iterum exercitum congregare ad destructionem Iudæ: sed fuit impeditus à Deo, ex cuius ordinatione filij sui Adramelech & Sarazar occiderunt eum vt habetur ibidem. Consequenter propheta inuitat populum ad Dei laudem, dicens.*

2 Vouete & reddite Domino. *id est, vita quæ fecistis, vt liberaremini à Sẽnacherib persecutione, reddite, ex quo estis liberati, quia* displicet Deo infidelis promissio, *Ecclesiast. 5. a.*

3 Omnes qui in circumitu eius. *id est, de tota terra Iudæę, quę est in circumitu Ierusalem & templi.*

4 Affertis munera, terribili, *id est, Deo, qui terribile iudicium fecit de Sennacherib & exercitu eius. In Hebræo & in translatione Hieron. ly* terribili, *est finis huius versus, & versus sequens incipit ibi,* Et ei qui aufert spiritum principum, *vbi redditur ratio, quare Deus dicitur terribilis in fine præcedentis versus. Et est sensus continuando ad literam præcedentem,* Affertis munera terribili, & ei. Et *pro, id est.*

5 Et ei qui aufert spiritum. *Id est, vitam eorum, sicut dictum est de Sennacherib, & principibus sui exercitus.*

6 Terribili. *quia alij reges audientes punitionem Sennacherib, Deũ Israel timuerunt.*

Moraliter. *potest exponi Psal. iste de qualibet communitate fideli, seu persona singulari, quæ de afflictione magna corporali, temporali, vel spirituali à Deo magnifice liberabitur: & ex hoc ad Dei laudem deuote excitatur.*

✠ Psal-

MORALITER.

† 2 *Vouete & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circumitu. terribili terribili & ei qui aufert spiritum principum*, id est, principalium in exercitu Saracenorum.

† *MORA-*

ADDITIO

In Psalm. 75. Notus in Iudæa Deus. *vbi dicitur in postil.* In Hebræo habetur: De montibus & rapinis.

In hoc loco litera Hebraica habet vocabula diuersimode interpretabilia, sicut in multis alijs locis. Sed vnus modus intelligendi propinquior literę literę talis est, Terribilis es tu mirabiliter quam montes ferarum *id est, rapacium animalium, & est sensus, quod sicut homines consueuerunt terreri à montibus, quibus ferę habitant; sic magis fuit territus Sennacherib, & illi qui cum eo remanserunt, à Deo inferente plagam terribilem, vnde sequitur:* Turbati sunt omnes insipientes corde.

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem pro Idithum.* Aug. Congregatio loquitur transiliens, vt perueniat ad finem, qui est Christus. Docet igitur desideria & illecebras mundi calcare, nihil sibi præponere, nisi ex quo sunt omnia. Cassi. Transcendens omnia Deum quærit, & inuenit.

✠ Basilius. Et ipsi Idithũ Deo, psallentium chorus cõcreditus erat: hũc igitur Psalmũ vel Asaph vel ipse loquutus Dauidico vaticinio subseruiuit: ac simul Israelitarum, qui ad Babylonicã coacti sunt seruitutem, cum cogitationum disceptationes, tum qui ex illis orituri erãt, dolores, prædixit. Docet autem, qualem etiam Deo precationẽ offerre conueniat illis, qui à malis liberari petunt.

† vide ps. 4.

a ¶ Christum. b ¶ Et egit. ¶ Id est, de transiliente. c ¶ Attribuitur. d ¶ Fideli synagogæ.

† In finẽ prõ Idithum Psalmus Asaph.

PSALMVS. LXXVI.



a ¶ Ab ipso ipsum petit, & transit quicquid infra est. ¶ Ente.

Vocẽ mea ad Dominum clamaui, † vocẽ mea ad Deum. & † intẽdit mihi.

a ¶ Alias Vox mea ad Deum. b ¶ Erat. c ¶ Semper adest quærẽtibus. ¶ Id est, respexit me, se, non aliud ab eo quærentem.

a ¶ Quemodo hoc fit. ¶ Cas. In qua alij quærunt de ea exire, qui non transiliunt: iste necessitatũ oblitus Deũ tamũ quærit. ¶ Non solum voce, & alio tempore, sed tu die tribula. b ¶ Aug. Ex tribulatione Deum, vt in eo sit quies: non aliud ab eo quẽrit.

In die tribulationis meæ Deum exquisiui † mãnibus meis nocte contrã eum, & non sum deceptus.

a ¶ Opere non inani desiderio. b ¶ Vel coram eo. c ¶ Vt hi, qui aliud quæ runt. ¶ Inueni quod quærebam.

† plaga mea, (vel manus mea aut virtus mea) nocte defluxit, & non quieuit.

Psalmvs LXXVI.

b *Voce mea ad Dominum clamaui.* Aug. Intensione deuotionis ad dominũ, non aliud ab eo petens, quia Dominus, & quia Deus. Vel, *Vox mea ad eum.* Ad hoc est vox, propter quod editur, hoc addit, ne putetur propter aliud clamare ad Deum, quã propter ipsum, supra quem nihil est.

Cass. non dicit quid petat, quia non opus est dici ei, qui nouit quod expedit.

c *Voce mea clamaui.* ✠ Euthymius. A communi sensu sumendum est verbum *clamaui.* Sciendum vero est, quod verba illa, *voce mea,* superflua sunt: verum Hebraicum est idioma quẽadmodum & illud, quod bis eandem repetit sententiam: tametsi possint repetita verba emphasim quandam, & maiorem actus intensionem præ se ferre.

d *Intẽdit mihi.* Cassiod. *Intendere Deo* est dare totum quod petitur, & plusquam petatur.

e *In die tribulationis exquisiui.* Aug. Quomodo exquisisti? *Manibus meis,* Quãdo? *Nocte.* Vbi? *Coram eo.* Quo fructu? *Nõ sum deceptus.* Tota vita huic est tribulatio, qui desiderat cœlum orans. *Manus* sunt opera, *Nox,* hoc seculũ, in quo opus est lucernaverbi Dei: vnde Petrus, Nos certiorem habemus propheticũ sermonẽ, cui bene facitis intẽdentes, velut lucẽti in obscuro loco, donec dies elucescat, & verus, &c. *Nox,* cõparatione futuræ diei; *Dies,* cõparatione vitæ infidelium, vnde Apostolus, *Sicut in die ho. am.* Corã ipso quærit, qui non facit iustitiam corã hominibus, vt videatur.

† & vos.

† attendite.

f *Manibus meis.* ✠ Euthymius. Exquirere manibus Deum ille videtur, qui, cùm fundit preces, manus ad Deum quodam affectu extendit. *Nocte,* inquit, id facio, quando omnia silent, & quiescunt, quãdo maxima adest securitas, & omne abest impedimentũ. *Corã eo autẽ,* hoc est, in illius præsentia, qui omnes videt.

☞ *Renuit*

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs LXXVI.

Vocẽ mea. *Huic Psal. præmittitur talis titulus in Hebr.* Ad victoriam super Idithũ ipsi Asaph Psal. *& in translatione Hier.* Victori super Idithum Psal. Asaph. *& est eadem sententia in vtroque, vt patet ex supradictis in pluribus locis. Dicunt autem aliqui sequentes in hoc opinionem Augustini. dicentis, quod Dauid qui fecit omnes Psal. vt dictum fuit in principio huius libri diffusius, fecit hunc Psalm. pro persecutionibus, quas sustinuit à Saule & Absalon filio suo. Sed cõtra istud dictum est quod in titulo dicitur,* Psalm. Asaph: *propter quod isti refugiunt ad interpretationem nominis, dicentes, quod Asaph interpretatur* transiliens. *Dauid autẽ in hoc Psalmo instruit calcantes tribulationes huius vitæ per virtutem fortitudinis, & transilientes ad Deũ per confidentiam in ipso, sicut ipse in persecutione Saulis & Absalon filij sui,* Super Idithun: *quia primo fuit cantatus Psalm. iste per eum. Sed ista expositio prima facie videtur extorta: propter quod Rab. Sal. dicit, quod Asaph fecit hunc Psal. quia habuit spiritum propheticum, vt dictum est: & sic præuidit tribulationem, in qua modo sunt Iudæi per Romanos factam, de qua fecit hunc Psal, orans pro liberatione populi Israel ab ista captiuitate, à qua ipse & alij Iudæi expectant liberari per regem Messiam venturũ, & sic dicitur in hoc titulo:* Psalm. Asaph, *id est, factus ab ipso Asaph* super Idithun *dicens quod* Idithun *non est hic nomen proprium vnius cantoris, prout accipitur* 1. Paral. 20 *sed est nomen appellatiuum, & significat leges in plurali, secũdum proprietatem Chaldaici sermonis, quo vtuntur frequenter propheta, et maxime in hoc libro Psalm. Et per leges intelliguntur hic diuina sententiæ, quibus decreuit populum Israel affligi per Romanos secundum ordinem suæ institiæ: quia frequenter in sacra scriptura lex accipitur pro sententia quę per legem profertur. Expositio autem ista quantum ad aliquid est falsa, scilicet quod Christus sit venturus, & Iudæos per orbem dispersos in Ierusalem congregaturus: propter quod aliter est exponendus iste titulus, scilicet quod Asaph in spiritu præuidit captiuitatem Babylonicam futuram propter peccata malorum Iudæorum, vt patet.* 4. *Reg. in fi. & eam terminandam per orationes bonorum virorum, scilicet Danielis: vt patet Dan.* 19. *et Ezechiel, & aliorum sanctorum illius temporis, et secundum leges suę sapientię & institiæ, quæ per Idithun significantur: & sic fecit hunc Psal. de futuritione huius captiuitatis & eius terminatione. Secundum hoc igitur Psal. iste diuiditur in duas partes, quia Asaph primo proponit intentum, secundò declarat propositum, ibi,* In die tribulationis.

Circa primum dicit in persona propria & sanctorum, qui futuri erãt in captiuitate Babylonica, dicens.

1 Voce mea ad Dominum. *quia ipse Dauid pro liberatione illius captiuitatis futuræ, & similiter sancti, qui fuerunt tempore captiuitatis, scilicet Ieremias & Ezech. Dan. & cæteri, pro eodem orauerunt.*

2 Et intendit mihi. *quia Deo exauditi fuerunt. Captiuitas enim illa fuit liberata in fine septuaginta annorum secundum commune dictum: secundum Hebræos in fine quinquagintaduorum annorum.*

3 In die tribulationis. *Hic consequenter declarat propositum, & primo quantum ad prędictorum sanctorum orationem: secundo quantum ad populi liberationem, ibi,* Memor fui. *Prima in duas, quia primo ponitur oratio sanctorum deuota, secundo eorum afflictio ex fragilitate humana, ibi,* Nunquid in æternum: *Circa primum in persona sanctorum pro liberatione captiuitatis deprecantium dicitur,* In die tribulationis, &c. *id est, tempore captiuitatis Babylonicæ.*

4 Deum exquisiui. *id est, diligenter quæsiui misericordiam eius per deuotam orationem: ideo subditur,*

5 Manibus meis *id est, ad Deum extensis.*

6 Nocte. *id est, tribulationis tempore, quod per noctem designatur.*

7 Contra eum. *scilicet, versus Ierusalem, vbi dicebatur habitatio Dei, propter templum, quod fuerat ibi: propter quod Iudæi extra terram promissionis in captiuitate positi, versa facie contra Ierusalem adorabant, vt habetur* Dan. 7. *&* 4. *Reg.* 8.

8 Et non sum deceptus, *quia secutus est finaliter orationis effectus, scilicet liberatio populi per Cyrum regem Persarum, vt habetur Esdræ & 2. Paral. vlt. In translatione Hieron. habetur:* Manus mea nocte extenditur, *scilicet in oratione tribulationis tempore. Et non quiescit, quia sancti orabant pro liberatione populi quasi continue.*

☞ 1 *Renuit*

MORALITER.

† 1 *Voce mea, &c.* Sicut dictum fuit in expositione literali, Asaph in spiritu præuidens captiuitatem Babylonicam futuram propter filiorum Israel peccata, & eius terminationem propter bonorum merita, scilicet Daniel, Ezech. & aliorum sanctorũ illius tẽporis, fecit hunc Psalm. Mysticè vero potest exponi de persecutionibus ecclesiæ per imperatores Romanos, quæ cœperunt tempore Neronis, & terminatæ fuerunt in morte Iuliani apostatæ: quia tunc Iouiniano Christianissimo imperatore facto, apertæ sunt ecclesiæ, & cœpit religio Christiana gaudere, sicut dicitur in legenda sanctorum martyrum Ioannis & Pauli. Dictæ vero persecutiones terminatæ fuerunt per bonorum orationes & specialiter Beati Basilij & populi sui: ad quorum preces beata virgo misit sanctum Mercurium martyrem ad interficiendum Iulianum apostatam. Sic ergo dicitur in persona ecclesiæ, *Voce mea ad Dominum.* tempore persecutionis orando.

2 *Et intendit mihi.* me liberando.

4 *Deum exquisiui manibus, &c.* scilicet extensis ad cœlum.

8 *Et non sum deceptus, &c.* verbum est orantis plebis deuotè, sentientis effectum orationis suæ.

† *Renuit*

☞ a *Renuit consolari.* AVG. Exponit tribulationem quæ pungit, & quodammodo impingit ei necessitatem transiliendi. Tantum tẽdiũ & tristitia pro peccatoribus quidem me occupauit vt contra omnem consolationem claudat se anima. Si quis enim iustus videtur, qui solus est, cõsolatio sæpe aliter inuenitur: quod expertus iste percussus scandalis, & ideo iam timet † Negaui. in aliquo consolari & lætari, quia qui in omnibus hominibus scãdalum vel iuuenit, vel timet, in nullo secutus est.

B b *Et exercitatus sum.* AVGVST. vel, *garriui*, id est, exultaui lo- † Tenuisti vigilias oculorum meorũ (. i. tenens eos vt vigilem contritus sum ita vt nõ possim loqui. quendo vt garrulus, g qui præ lætitia nec h vellet nec posset tacere: & rursus in garriendo defecit spiritus, qui prius contabuerat tædio malorum.

c *Exercitatus.* ✠ BASILIVS. Symmachus sic tradidit, *Locutus sum mihi ipsi animóque defeci continuè, cùm mihi ipsi loquerer.*

✠ EVTHYMIVS. Sic vertit, *Et meditatus sum.* Quod (ait) hic Latinè legimus meditatus sum, in Græca lectione habetur ἀδολεσχησα, est autem ἀδολεσχία, propriè, sermo superfluus: hanc nos C nugacitatem dicere possumus, iuxta illud: *Narrauerunt mihi iniqui nugacitates: sed non vt lex tua*: est enim illic in Græco eadem dictio ἀδολεσχίαι accipitur etiam pro meditatione, & solicitudine, vt hic: & aliqui mitiori vocabulo *argutationem* interpretari sunt quod medium quoddam videtur esse inter nugacitatem & meditationem, & vtriq; significationi facillimè posset accõmodari. *Argutabar*, inquit, *& meditabar in me ipso*, & solicitus cogitabam, quoniam pacto à tanta mœstitia liberari possem.

d *Anticipauerunt vigilias.* CASSIO. Diapsalma. Inuento Deo, qui solus bonus est, deliberat an sit eum reducturus.

AVGVST. Anticipauerunt vigilias aliorum.

e *Oculi mei*, vt ille, qui ante tempus surgit ad negotium. Vel *oculi mei*, affectiones meę. *Anticipauerunt*, sedulitatem aliorum. Vel per *vigilias*, nocturnos significat, quos facimus, & vsualiter sic vocamus in laudibus Dei, & ideo: *turbatus, &c.*

✠ EVTHYMIVS. Qui exercituum curam habent, solent noctis custodias in quatuor partes diuidere. quatuor constituentes custodias, quas certo ordine alternant. *Oculi mei*, inquit, omnes noctis custodias præuenerũt, cùm enim meditarer & solicitus essem, recessi tab oculis meis somnus. Vel aliter, *oculi mei*, hoc est obseruatores, atque † memor ero. inimici mei, omnes † tumultuabo, loquar prœuenerũt custodias, suis me insidijs, vt solliciti nimirum, comprehenderent. * Sela suprà Psal. 3.

f *Turbatus.* CASS. quia consequi nõ potui quod quęro.

g *Non sum locutus.* † Supputaui (recogitaui) dies, qui fuerũt à principio

Non murmutaui cõtra Deum. Vel, *turbatus sum*, quia dum nocte secreta animi perquirit, videt humanum genus in peccata ruere? & pio dolore pro alijs cruciatur, qui iam vitia transiliuit; *Tacet*, quia nocte nõ habet solarium humani colloquij, quo tempore cautius cogitat: ideo subdit, *Cogitaui dies &c.*

Oculi mei. Alias *inimici mei anticipauerunt vi.* AVGVSTINVS. id est, vigilauerunt super me, plus me, tentando insidijs. Præoccupauerunt me spirituales inimici, de quibus Apostolus: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus carnis prin. & po. aduer. mundi rectores*; Hi verò plus vigilauerunt ad deci- F piendum, quam ego ad custodiendum: vbique ponit scandala, vbique muscipulas; timendum est ne tristitia absorbeat lætitiam, vel ne garriendo spiritus in lætitia deficiat, & dicat homo, quod inimicus teneat; vnde turbatur & non loquitur: Non tamen cessat, vult & hoc transcendere, vnde subdit,

h *Cogitaui dies antiquos &c.* Ideo turbatus: quia *cogitaui dies antiquos Adæ*, in quibus corruit homo. Sed cõtra *dies antiquos*, *annos* ponit *æternos*: ideo *turbatus*, quia hos desiderat homo, æternos negligit.

i *Dies antiquos, & annos æternos in mente habui.* CASSI. Quid contigit Adę pro inobedientia? ex illo cognoui hunc hominis defectũ esse: Et annos æternos, quos persistens haberet, in mente habui,

☞ quod

NICOLAVS DE LIRA.

1 Renuit consolari, &c. *scilicet in corporalibus delectationibus, à quibus sancti tunc se abstinebant, vt Dei misericordiam facilius impetrarent: vnde dicitur Dan. 10. a.* In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panẽ desiderabilem non comedi, &c. & Ieremi. *dixit ad Baruch. Ieremiæ. 45. b.* Ecce quos ædificaui ego destruo, *scilicet populum meum Israel, sequitur ibi*, Et tu quæris tibi gaudia: *quasi dicat: non debet quærere tempore captiuitatis populi Domini.*

2 Memor fui Dei, &c. *quia in talibus afflictionibus Deus respicit sanctos suos, visitans eos spiritualibus consolationibus.*

3 Et exercitatus sum, *in diuinis laudibus.*

4 Et defecit spiritus meus, *quia aliquando homines deuoti ex feruenti deuotione rapiuntur à sensibus: & deficit spiritus, quantum ad vsum actualem exteriorum sensuum. Litera Hieron. sic habet*, Recordans Dei conturbabar, loquebar, & deficiebat spiritus meus. *Et eadem sententia est in Hebræo, quæ sic potest exponi*, Recordatus Dei i. diuinorum beneficiorum erga populum Israel, Conturbabar *offensa eius contra Deum: ex qua merui captiuari*; Loquebar *conferendo diuinam bonitatem ad populi ingratitudinem, & econuerso*; Et deficiebat spiritus meus *præ tumia admiratione. Et loquitur propheta in persona propria præuidens ista, & in persona iustorum in captiuitate Babylonica detentorum.*

5 Anticipauerunt vigilias oculi mei, *scilicet, excitatus à somno aperui oculos meos ante vigilias, id est, antequam esset tempus surgendi ad matutinum, & ad dicendum laudes diuinas de nocte secundum modum consuetum. Sic enim faciunt homines deuotione feruentes, quia surgunt ante alios ad orandum.*

6 Turbatus sum, *de ira Dei excitata per populum.*

7 Et non sum loquutus &c. *id est, non habui audaciam aliquid petendi à Deo præ confusione. Sic enim loquebantur tres pueri in camino ignis, Dan. 3. b.* Et nunc non possumus aperire os, confusio & opprobrium facti sumus, &c.

8 Cogitaui dies, &c. *i. creationis mundi, quando homo factus est ad imaginem Dei, Dominans omnibus creaturis inferioribus, & tamen per culpam suam fuit eiectus de delicijs paradisi, sicut & nos de terra nostra.*

9 Et annos æternos in mente habui. *Repetitio est eiusdem sententiæ*

☞ *ad maiorem*

MORALITER.

† 1 *Renuit.* Hic reuertitur Psal. ad tempus præcedẽs liberationem ecclesiæ, dicẽs in eius persona, *Renuit consolari anima mea*, in blanditijs tyrannorum, qui frequenter Christianis promittebant magna, vt eos euellerent à fide Christiana.

2 *Memor fui Dei*, pro me passi,

† *Et delectatus sum*, in contumelijs pro ipso Act. 5. *Ibant Apostoli gradientes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*

3 *Et exercitatus sum*, in patientiæ virtute.

4 *Et defecit spiritus meus*, vera humiliatione; de quo defectu dicitur Matth. 5. a. *Beati pauperes spiritu*, id est, non habentes inflantem spiritum; vt exponit Augustin.

5 *Anticipauerunt vigilias oculi mei, mei, &c.* sicut legitur de beato Petro, quod surgebat de nocte in primo gallorum cãtu ad recordandum cum fletu, qualiter Christum negauerat præ timore. Christiani etiam in primitiua ecclesia vigilabant de nocte ad sepulturas martyrum ex deuotione.

6 *Turbatus sum, & non sum locutus*, quia flentes pro peccatorum recordatione, & martyrum passione, magis orabant corde, quam voce: vnde dicit Poëta,

Interdum lachrymę pondera vocis habent.

9 *Cogitaui dies antiquos*, id est, beneficium creationis.

9 *Et annos æternos in mente habui*, id est, beneficium æternæ retributionis.

A quod non stulti: *Et etiam meditatus sum nocte*, id est, in hoc defectu: *Cum corde* id est, cum ratione, si quomodo possem redire ad annos æternos. Cum ratione tacitus loquitur, qui in ea quietus exercetur.

✻ BASILIVS. Priorum tuorum beneficiorum memoriam renouaui, cogitauique quãta sint à te maiores nostri beneficia consequuti, quomodo è seruitute Ægyptiaca liberati sint, quomodo mare rubrum transierint, & quomodo terrã promissam acceperint.

†recordabor causationis meæ

B

†bonæ voluntatis sit, vel beneuolus

†seculũ misericordia eius defecit cõsumptũ est eloquiũ i. an statuit firmiterquod nunquã velit mihi placari, nec loqui mihi amplius? †Sela suprà Psal. 3.

a *Et exercitabar.* in ipsa meditatione *Scopebam spiritum meum*, purgabã mentẽ. Alij *ventilabam spiritum meum*, sic apud me tractans,

b *Nunquid in ęternum proiiciet*, genus humanum? *vt complacitior.* Quasi, qui iam placitus fuit sua gratia in veter. Testam.

C nonne addet vt plus sit in nouo per aduentum filij? hoc sentit, qui de pietate tractat.

Exercitabar et scopebam. AVG. vel, *garriebam*, non iam foris, sicut prius; sed, *Scrutabar spiritum*, vbi multa (si cum eo loquor & garrio) inuenire potero. Et quid inuenisti? Quod *non in ęternum repellet Deus*, & ideo transiliuit: Nec cessauit transilire etiam spiritum suum, donec ad finem veniret: de quo titulus, vbi hoc inuenit, quod *non in ęternum proiiciet Deus.*

b *Vt complacitior sit*, scilicet vt ipse, qui fuit iratus repellendo, mala inferendo, sit mansuetior liberando, reuocando.

c *Aut obliuiscetur misereri Deus.* AVG. In alio modo, non est misericordia nisi Deus eam donet: & ipse erit sine ea? Riuus currit, fons siccatus est?

✻ BASILIVS. Verum iterum me nonnihil refocillaui, cogitans Deum ad misericordiam procliuem; non feret, vt res nostras quasi obliuioni cuidam tradat, ac misericordiæ suæ fontes ira sua, quasi quadam maceria, cohibeat.

✻ EVTHYMIVS. Verba hæc demonstrant, quod Deus natura ipsa est misericors, quem admodum, & lux natura ipsa, splendida est, & ignis natura ardet, quodque ideo Deus nunquam id deponet, quod sibi naturale est.

d *Et dixi nunc cœpi.*

CASSIODORVS. Quid deliberando inuenerit, scilicet quod Christus mutat homines, & redimit.

CASSIODORVS. *Et dixi.* Huic meditationi respondi nunc: id est, *iam cœpi* sapere, id est, intellexi quod fuit tacitum ab æternis temporibus, scilicet, quod homo reduceretur ad annos æternos, quod est argumentum de futura consummatione. *Et dixi.* Cùm & me transiliens ad Deum veni, hic nullum periculum.

e *Cœpi.* AVGVST. Aliquid, vbi securus sum, vbi non anticipant inimici, modò cœpit me mutare excelsus.

f *Mutatio dexteræ, &c.* CASSIO. ab ira ad misericordiam, quod de seruis filij.

✻ BASILI. Mutationem dexteræ excelsi supplicium vocauit, quasi dextera Dei bona suppeditare consueuerit.

✻ EVTHYMIVS. Hæc mutatio est à libertate, & quiete, ad seruitutis angustias. Est igitur opus hoc, onus quoddam diuinæ manus punientis, & castigantis nos.

CASSIO. Huius mutationis in me factæ *memor fui*: nunquam dans obli

D

E

†Et meditabor cordemeo nocte, & scrutabitur spiritus meus (vel, excutiã spiritũ meum, aut iste scrutabitur spiritum meum †elõgabit, derelinquet me Dominus?

F

†Infirmitas, imbecillitas mea, hæ mutationes dextræ excelsi (id est, solicitus est post desperationem Deus vicissim reddere lętitiam. Alij sic legunt: Expectatio mea est mutationes dexteræ excelsi. Alij verò sic, mors mea hæc mutationes sũt dextræ excelsi)

---

a ¶ Vbi non hęc mala. b ¶ Memoria.

æternos † in mẽte habui. † Et meditatus sum nocte 1

a ¶ Vbi non est locus calumnioso. b ¶ Alias garriebam. c ¶ Alias scrutabar. ¶ Alias ventilabam in me spiri.

¶ Cas. id est, virtutem animi & huc & illuc voluendo, in quo actus deliberationis exprimitur.

a cum cõrde meo, & exercitabãr, & scõpebam spiritum 2

a ¶ Deliberat. b ¶ Hominem sq. d. absit.

meum. Nunquid in æternum †prõiiciet Deus? aut non ap- 3 4

a ¶ Id est, nonne addet. b ¶ Quia ira Dei fuit, quod patimur. ¶ Quia misericors. c ¶ Omnino à bonis sicut à malis vel in plenitudine temporis. 5

põnet, vt †complacitiõr sit adhuc? Aũt in †finem miseri- 6

a ¶ Incarnationis. ¶ Quod de virgine natus. b ¶ Quia ipse natura misericors. c ¶ A genere humano. d ¶ Prima vet. Testam. ¶ Malorum. e ¶ Vltimam noui Testamenti. ¶ Bonorum. 7

cordiam suã abscindẽt, à generatione in generãtionem? 8

a ¶ Repetit. ¶ Quia misericors. b ¶ Quid incepit. c ¶ Vt & consueuit. d ¶ Iterum repetit. ¶ Quia cœpit iam misereri. e ¶ Aug. Id est, ira vincet misericordiam? potius misericordia iram. vnde: Non in æternum vobis vindex ero, neque per omne tempus irascar vobis, Psal. 57. &c.

Aũt obliuiscẽtur miserẽri Deus, aũt cõtẽnebit in irã mise- 9

¶ Ita cogitabam apud me, & post hic dixi. a ¶ Primo. b ¶ Sapere. c ¶ Et. ¶ Est. d ¶ Per Christum. e ¶ Fauoris & propitiationis Dei. 10

ricordias suas. †Et dixi, †Nũnc cœpi, hęc mũtatio dẽxtræ 11

a ¶ Scio quod potest mutare, quia omnia creauit. 12

excelsi. Mẽmor fui operum Dñi, quia memor ero ab initio 13 14

NICOLAVS DE LIRA.

ad maiorem expressionem, et dicuntur hic anni æterni *anni primi, sicut* & montes *dicuntur* ęterni *in pluribus locis sacræ scripturę, ad designandum longitudinem durationis.*

1 Et meditatus sum nocte cum corde meo, *recolens nostram culpam, & diuinam iustitiam.*

2 Exercitabar, *in talibus meditationibus,*

3 Et scopebam spiritum meum, *diligenter inuestigando, ne, ibi lateret aliqua grauis culpa Dei offensiua.*

4 Nunquid in æternum proiiciet. *Hic consequenter describitur iustorum afflictio ex fragilitate humana. Dicitur enim Pronerb. 13. b.* Spes quæ differtur, affligit animam: *Iusti autem in captiuitate positi sperabant inde liberari, quia tamen ista liberatio differebatur, mens eorum affligebatur, & dicebant,* Nunquid in æternum proiiciet Deus, *nos à terra nostra? Modus est loquendi hominibus in afflictione longa positis: quia sic apprehenditur ab eis ex humana fragilitate, quasi semper deberet durare.*

5 Aut non apponet vt complacitior, &c. *erga populum suum, quem propter culpam suam de terra sua captiuauit, tanquam abiectum.*

6 Aut in finem, *hoc est totaliter,*

7 Misericordiam suam abscindet, *à nobis.*

8 A generatione in generationem, *Id est, in generationibus sibi succedentibus.*

9 Aut obliuiscetur misereri Deus, *nobis, cum tamen eius proprietas sit misereri et parcere.*

10 Aut continebit in ira sua misericordias suas, *ita quod nõ extẽdat eas amplius ad nos. Tales querelas et consimiles solent facere homines, etiam boni in afflictione positi ex parte sensualitatis moti, licet per rationem sentiant contrarium: sicut Christus secundum sensualitatem dicebat,* Transeat à me calix iste, *et secundum rationem dicebat,* Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu: *ideo subditur,*

11 Et dixi nunc cœpi, *In Hebræo & in translatione Hieron, habetur:* Et dixi, imbecillitas mea est.

12 Hæc mutatio dexteræ excelsi, *Et est sensus,* Et dixi, *secundum rationis iudicium,* Imbecillitas mea est hæc, *id est, talis querulatio, quam præmisi, procedit ex imbecillitate humana.* Mutatio dextræ excelsi. *Per* dexteram *intelligitur misericordia Dei, & per* sinistram *eius iustitia, est igitur sensus,* Hæc mutatio dextræ excelsi, *id est, mutatio affectus suę pietatis, qua nos in terram Israel introduxit, & nunc per sinistram suę iustitiæ inde eiecit & afflixit, processit secundum ordinem suæ sapientię et iustitię ad nostram correctionem.*

13 Memor fui operum Domini. *Hic consequenter declarat propositum, quãtum ad populi liberationem, quam declarat futuram per simile vel maius: quia populus Israel diutius & grauius fuit affectus in captiuitate Ægyptiaca, quàm in Babylonica, & tamen ab illa fuit liberatus per orationes et merita iustorum. Ex quo concludit quod multo fortius liberabitur ab ista per orationes eorum. Virtutem huius rationis ponit diffusè scilicet liberationem populi de Ægypto diuina virtute. & primo in generali: secundo magis in speciali, ibi,* Viderunt te. *Circa primum dicit,* Memor fui operum Domini, *quę fecit pro liberatione populi de Aegypto, percutiens Aegyptum multis plagis, vt habetur in Exod.*

14 Quia memor ero ab initio, &c. *Id est, mirabilium, quæ fecisti in principio huius liberationis, scilicet apparendo Moysi in rubo in*

✻ *specie*

MORALITER.

† 1 *Et meditatus sum nocte cum corde meo,* in oratione secreta.

2 *Et exercitabar,* perscrutando conscientiæ meæ secreta.

3 *Et scopebam spiritum meum,* extergens inde peccata, saltem venialia, sine quibus non pertransitur præsens vita.

4 *Nunquid in æternum, etc.* licet perfecti de ecclesia non timeant afflictiones pro personis propriis, tamen eas timent pro personis infirmis, & eos consolantur dicentes, *Nunquid in æternum proiiciet Deus.* scilicet populum suum, ipsum dimittens in afflictione, quasi dicat, non: sed ipsum respiciet in misericordia & consolatione: ideo subditur in persona ecclesiæ,

11 *Et dixi nunc cœpi.* scilicet pace gaudere, quod fuit impletum in morte Iuliani apostatę.

12 *Hęc mutatio dextræ excelsi, &c.* Id est, per eius potentiam & misericordiam facta.

13 *Memor fui operum Domini,* quibus ab initio mundi consueuit iniustè passis misereri. Ideo subditur,

† *Quis*

dans obliuioni vt meliora mererer: sed ne de se tantum lætari videretur addit. quia *memor ero mirabilium*, quæ generi humano indulsit, quod Adam ad imaginem suam fecit, quod Abel hostiã accepit, de Noe, de Abraham; tandem quod ipse venit, hæc sunt quæ sanctum mulcent.

a *In adinuentionib.* Avg. id est, in præceptis, quæ inueneris, vel quibus inueniris.

† de operibus (studiis tuis) loquar.

Cas. Vel *obseruationibus*, id est, præceptis quæ obseruanda sunt, exercebor: quia non satis est legere scripturas, sed fructũ operum demõstrare oportet: his eruditus in laudes prorumpit.

† Scire.

B

* Sela supra psal. 3. Gen. 37. f.

Avg. *In adinuentionibus* vel *affectionibus tuis*, nõ in meis, vel in terrenis est affectio: ita in operib. & meditatione Dei est interior quædam affectio, cùm inspicitur mundus, & in creaturis quæritur creator, & inuenitur nusquam displicens, sed vndique placens.

b *Deus in sancto.* Avg. Per prædicta certus sum quod veniam, & hoc duce.

Avg. *Deus in sancto*, id est, in Christo, via redeundi ad te. Et cùm hoc sit, *quis Deus magnus, &c.*

C

✠ Evthymivs. Per *sanctum*, cælum intelligit, tanquam purum ac mũdum, in quo commorari dicitur Deus. Vel, ipsum mõtem Sina, veluti Deo dicatum, & sanctificatum, & ad quem Deus descendebat. Vel, templum, veluti sacrum, ac venerandum, & in quod descendens Deus oracula reddebat & responsa. Symmachus pro *sancto*, dixit, *in sanctitate*, illud significans, quod omnis Dei actio sancta est, atque irreprehensibilis, tametsi illius correctiones graues nobis, & duræ aliquando videantur.

c *Via tua.* Avg. Colendi te & ad te veniendi, vnde potentiam Dei lætus præfert simulacris, quæ falsò colebantur.

d *Mirabilia.* Avg. Sanati sunt surdi, cæci, languidi, mortui, paralytici, Ista in corporibus facta sunt. In anima quidã sobrij sunt, qui paulò ante ebrioli, infideles, adoratores simulacrorum.

e *Populis virtutem.* Avg. *Infidelibus*, vt cognoscant Christum tantùm corpore, *fidelibus*, re & Deitate, subdit: quid præstitetis, *redemisti.*

D

✠ Evthymivs & Basil. Per *populos*, hoc in loco gentes intelligit, Ægyptios nimirum, aut alios quoscunque populos Deo olim contrarios, qui tandem à Iudæis superati sunt, & ipsa didicerunt experientia, quod Deus ille, qui Iudæis auxiliabatur, magnus ac potẽs Deus est.

f *Filios Ioseph.* Avg. † in sanctitate id est, Gentilẽ populũ. Vel per *Ioseph* intelligitur Christus: quia sicut Ioseph vẽditus in Ægyptum regnauit, ita Christus in gentibus, prius † humiliatus in martyribus.

E

† fortitudinem. † Israel.

Avg. *Ioseph* qui peruenit ad gentes, augmentũ interpretatur: & significat Dei: Vel, *Ioseph*, Christus à Iudæis venditus, & pulsus ad gentes, *filij eius*, quos ex gentibus elegit.

† doluerũt, etiam commotæ sunt. † Inundare fecerunt aquas nubes

g *Viderunt.* Cas. Diapsalma. Quæ in mundo Christus operatur, exponit.

Avgvs. Quoniam notam feciſti virtutem, vel per eum *viderunt te ô Deus pater*, vel *te ô Christe*, qui es virtus & brachium vi. te à. &c.

F

✠ Beda. Venerabilis. Ostendit quomodo reducit eos scilicet notificando se eis, & accipit per aquas eosdem, quos per *filios*, Iacob scilicet, Iudaicum populum: & est dicere: O Deus *aquæ*, id est, Iudaici populi, *viderunt te*, id est, cognouerunt te, & videntes te *timuerunt*, id est, quasi steterunt in fluxu suo. Mittit nos ad historiam, quod aquæ diuisæ sunt in mari. Sicut enim quãdo Moyses virga mare percussit, aquæ illæ quasi diuinam potentiam præsentem sentientes, diuisæ steterunt: ita aquæ istæ potentiam Dei cognoscentes steterunt, quia à fluxu vitiorum & carnalium concupiscentiarum se compescuerunt.

h *Multitudo.* Cas. Non pauci, sed *multitudo. Sonitus*, in gemitu culparum, in actione gratiarum: quasi enim mare confragosum sonant diuersa vota populorum.

☞ a *Soni*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *specie ignis rubum non comburentis. Exo.* 3. *& de versione virgæ Moysi in colubrum, et iterum in virgam, & de manu eius apparente leprosa, & iterum sana: & de conuersione aquæ fluminis in sanguinem: quę mirabilia fecit Deus in principio liberationis de Aegypto, mittens ad hoc Moysen, Exo.* 4.

1 Et meditabor in omnibus, &c. *quæ feciſti in liberatione populi de Aegypto.*

2 Et in adinuentionibus tuis exercebor. *id est, in præceptis legis, quæ specialiter adinuenisti, vt dares ea populo de Aegypto exeunti.*

3 Deus in sancto via tua, &c. *id est in Angelo sancto tuo, qui præcedebat castra filiorum Israel in columna ignis & nubis, ostendens eis viam per diem & noctem Exod.* 13. *&* 14. *et consequenter Psalm. ex talibus admirans conuertit modum loquendi, dicens:*

4 Quis Deus magnus sicut Deus noster? *quasi dicat, nullus: quia nullus alius potest facere opera virtutem totius creaturæ excedentia, ideo subditur.*

5 Tu es Deus qui fa. mirab. *non solum hominibus sed etiam angelis, quia mirabilia diuina non solum excedunt facultatem humanam, sed etiam angelicam.*

6 Notam feciſti in populis. *totius orbis terrę.*

8 Vir-

7 Virtutem tuam. *quia multipliciter percussisti Aegyptum. & hoc per scripturas legis & prophetarum, quę diffusæ sunt ad omnes populos, diuulgatę per prædicationem apostolorum, aliorumque Christi discipulorum, & etiam per Iudæos dispersos per orbem terrarum.*

8 Redemisti in brachio. *id est in fortitudine tua, quę per brachium designatur,*

9 Populum tuum, filios Iacob & Ioseph. *Dicit filios Iacob, quantum ad illos, qui cum Iacob descenderunt in Aegyptum, de quibus habetur Geneſis quadragesimo sexto. & quantũ ad posteritatem eorum dicit Aut* filios Ioseph, *quia fuerunt nati in Aegypto, & illi et isti fecerant vnum populum à Deo electum, eo quod Christus de illo populo erat nasciturus.*

10 Viderunt te aquæ. *Hic describitur liberatio populi de Aegypto, magis in speciali per diuisionem maris rubri ipsam specificando, cum dicitur.* Viderunt te aquæ Deus & timuerunt, *id est, ita diuisæ fuerunt aquæ maris rubri ad imperium tuum, acsi te viderent et timerent, quia etiam creatura insensibilis obedit creatori.*

11 Et turbatæ sunt abyssi, *inquantum contra naturam suã soldatę sunt, et erant pro muris filijs Israel à dextris et sinistris, Exod.* 14.

12 Multitudo. *quia aquæ maris rubri cum magno fremitu et fragore reuersæ sunt super Aegyptios, subuertentes currus et equites eorum, vt habetur ibidem.*

✠ Vocem

MORALITER.

† 4 *Quis Deus magnus &c.* quasi dicat nullus: quia facit mirabilia totius naturæ creatæ virtutem transcendentia, ideo subditur,

6 *Notã feciſti in populis, &c.* Iulianũ imperatorẽ orbis deiiciẽdo.

8 *Redemisti in brachio.* id est, virtute tua.

9 *Populum tuum.* Christianum de tyrannide Iuliani.

† *Filios Iacob et Ioseph.* id est, vitia supplantantes, & in virtutibus crescentes.

10 *Vi-*

10 *Viderunt te aquę.* id est, populi viderunt potentiam tuam cõtra Cæsarem.

† *Et timuerunt.* fideles tuos persequi.

11 *Et turbatæ sunt abyssi*, id est, malefici, habentes pacta cum dæmonibus, quorum arte vtebatur Iulianus, vt dicitur in historia tripertita.

12 *Multitudo.* id est, populorum, qui de morte Iuliani multipliciter loquebantur, & Christiani Deum laudabant ideo subditur:

† 1 *Vo-*

a *Sonitus aquarum.* AVGVST. Vnde isti sonitus aquarum, turbatio abyssorum? quia *vocem dederunt nubes*, de quibus, *Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem.*

b *Vox tonitrui.* CASSIO. Tonitrui vox reuoluitur, vt rugatus & sinuosus sonus sentiatur: Allegoria: *in rota* totius mundi.

c *Rota.* HIERON. AVGVST. Est quod exponit, orbis terræ, quem circumierũt nubes tonando præceptis, coruscando miraculis.

B ✠ EVTHYMIVS. *Et coniunxit* (inquit) *dominus axes curruum eorum, & duxit eos cum violentia*, Vox inquit *tonitrui*, in vnoquoque curru confracta est: per *rotam* enim, currum intelligit, veluti à parte totum: Equis igitur hac ratione perturbatis, curruum axes mutuò conplicati

† perrtransierunt. † terrarum.

† cognita sunt.

C sunt. Vel aliter: *vox* Theologiæ in nobis esse dicitur, instar *rotæ*, quę ex minima quadam sui parte terram tangit, reliquis omnibus partibus à terra subleuatis.

d *Contremuit terra.* CAS. Qui habitant in terra: Ipsa terra mare dicitur per similitudinem, quia humana vita amara, tempestatibus subdita, vbi maior piscis minorem deuorat.

Mat. 6. g. e *In mari.* AVG. ad literam, dum Christus super aquas ambulauit. Vel, in cordibus hominum, quos sibi subdit. Vel, per *terram*, Iudæi; per *mare*, gentes accipiuntur.

✠ BAS.

✠ BASILIVS Facile tibi est & marè diuidere, & in multis aquis in equitate, vt tamen nulla relinquas vestigia, incorpoream enim naturam habes. D

f *Et vestigia tua non cognoscentur*, increpatio tacita Iudęorum: Quasi dicat, licet palam venerit, & se miraculis ostenderit, non est cognitus à Iudæis infidelib. quos deduxit in manu Moysi & Aaron, id est, operatione miraculorum quæ fecerunt. *Vestigia tua, &c.* Tetigit aliquos, id est, Iudæos, qui dicunt, nondum venit Christus, non vident super mare ambulantem. E

† cœlr. † fulgura.

† cõtremebunda facta est.

g *Sicut oues.* quia non verè oues, sed hædi. F

h *Moysi & Aaron.* CASSIOD. *Moyses* intrepretatur assumptus de flumine, *Aaron*, mons fortitudinis: his nominibus virtutes, quas fecerunt, exprimuntur. Moyses inter cætera in mari viam fecit, signans per baptismum populũ liberari. Aaron ecclesiæ tenebat imaginem, quæ monti fortissimo comparatur.

✠ EVTHYMIVS. Ouibus populum comparauit, vt custodiam, & curam ostenderet, quam Deus eorum habuit: & quod vt bonus pastor, ad vberrima pascua, & ad tutissimum ouile eos deduxit: vnde & pascere etiam dicitur Deus populum Israel, iuxta illud, *qui pascis Israel intende.*

a ¶ In confessione peccatorum, in laudibus Dei. b ¶ Populorum. c ¶ In omnibus gentibus. d ¶ Prędicatores verbi Dei. e ¶ O Deus. f ¶ Verbum prędicationis, pluuia, quia rigat, sagitta, quia percutit. ¶ Voces nubium.

a sonitus aquarum, vocem dederunt † nubes. Etenim † sagit-

a ¶ Vsque ad cor. ¶ Vel, euangelistę de gente ad gentem. b ¶ Quasi non in occulto facta est, sed fuit vox tonitrui, id est, aperta. c ¶ Nubes, id est, prædicatores transierunt per illos.

b tę tuæ † transierunt, vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt

a ¶ Cæs. diuina præcepta, quæ tenebras pellerent mundi; vel miracula. b ¶ Vnde. ¶ Ad conuersionem.

c coruscationes tuæ orbi † terræ: commota est, & † contre-

a ¶ Nunc est in mari via tua: iandudum in sancto erat. In mari ambulat super aquas gentium, eas per fidem subijciendo. b ¶ Præcepta. c ¶ Populis multis, non paucis, gentium.

d muit terra. In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis,

a ¶ Tamen. b ¶ Præsentia corporalis, doctrina, miracula. c ¶ Iudæis. d ¶ A quibus non cog ab his quos deduxisti. ¶ De Ægypto. ¶ Et est increpatio & exprobatio eorum.

e et vestigia tua non † cognoscentur. Deduxisti sicut oues

a ¶ Quasi, & re non nouit. b ¶ In operatione miraculorum, quæ ipsi fecerunt.

f populum tuum, in manu Moysi & Aaron.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vocem dederunt. *quia dominus ex columna ignis & nubis fecit procedere contra Ægyptios fulgura & tonitrua, vt dictum fuit ibidem.*

2 Etenim, &c. *quia illa fulgura procedebant, quasi quædam sagitta à Deo immissa.*

3 Vox tonitrui tui in rota. *ad similitudinem rotarum. Quando enim auditur sonus rotarum curruum, videtur aliquando quòd sit tonitruum. Vel aliter,*

4 In rota, *quia sonitus tonitrui causatur in nubibus, quæ voluuntur circa terram.*

5 Illuxerunt, &c. *quia illæ coruscationes & tonitrua deuenerunt, ad notitiam omnium habitantium in terra, prædictum est, ideo subditur,*

6 Commota est & contremuit terra, *quia ex tali notitia in omnibus terrę partibus, aliqui moti sunt ad diuinam reuerentiam & timorem.*

7 In mari via tua, &c. *quia viam fecit populo suo per medium maris.*

8 Vestigia tua non cognoscentur, *quia postquam aquę reuersæ fuerunt ad locum suum, illa via ab hominibus non fuit visa.*

9 Deduxisti sicut oues populum tuum, *per desertum ad modum ouium.*

10 In manu Moysi & Aaron, *quia Moyses erat dux populi, & Aaron frater eius summus sacerdos offerens hostias & sacrificia pro salute populi Israel. Vnde Exod. 6. d. dicitur:* Iste est Aaron & Moyses, quibus præcepit dominus, vt educerent filios Israel de Ægypto.

MORALITER *potest exponi psalm. iste de quacunque congregatione fideli, seu persona singulari existenti in tribulatione temporali, seu spirituali, regante Deum deuote ab ea liberari, & quantumcunque ex infirmitate humana tedio afficiatur, tamen sperat diuinitus liberari, exemplo præcedentium sanctorum, quos Deus liberauit de manib. tyrannorum, per gloriam martyrij ad æternam beatitudinem transferendo: & aliquando etiam in præsenti vita ad tempus reseruando ad confirmationem Christianorum in fide; qui videntes aliquando martyres liberari de manibus tyrannorum miraculosè, per hoc magis confirmabantur in fide.*

MORALITER.

† 1 *Vocem dederunt, &c.* per quas significantur Christiani in virtutis culmine constituti.

2 *Etenim sagittæ.* id est, prædicatores: vnde in persona prædicatoris dicitur Esai. 29. a. *Posuit me quasi sagit. electi.* Istæ vero sagittæ mortuo Iuliano transierunt ad prædicandum Christum securè, quod ante facere non audebant.

3 *Vox tonitrui.* i. ptædicationis.

4 *In rota.* i. tunc fuit in orbe, quæ est circularis figuræ.

5 *Illuxerunt coruscationes*, id est, miracula prædicationem confirmantia.

6 *Commota.* ad credendum in Christum: quoniam ex hoc sequitur multiplicatio bonorum operum: sequitur,

7 *In mari via tua.* Per viam intelligitur obseruatio mandatorũ, per semitas autem obseruatio consiliorum, quæ sunt viæ procedendi per mare huius mundi ad patriam paradisi.

8 *Et vestigia tua*, per creaturas enim in quib. est vestigium Dei perfectè non cognoscitur eius essentia.

9 *Deduxisti populum tuum.* Christianum.

10 *In manu Moysi & Aaron.* Per moysen populi ducem, intelligitur bonus princeps, & per Aaron pontificem, bonus prælatis: per istos enim bene regitur in temporalibus & spiritualibus populus Christianus.

ADDITIO I.

In psal. 76. Voce mea. *vbi dicitur in postilla*: Super Idithun.

Idithun nec Hebraicè nec Chaldaicè significat leges in plurali, nec in singulari: יתן dat *enim significat legem in singulari*; *similiter* dãtin *vel* dathoth *significat leges in plurali*; *sed* Idithun *nihil horum significat, nisi fortè per modum etymologiæ valde remote*: *Vnde alij expositores Hebræorum dicunt, quòd* Idithun *vel est proprium nomen illius cantoris*: *de quo.* 1. Parar. 25. *vel est nomen alicuius musici instrumenti seu modulaminis, quo cantor ille frequentius vtebatur.*

ADDITIO II.

In eo. psal. vbi dicitur in postilla. Secundum hoc igitur psalmus iste diuiditur in duas partes.

Non propriè videtur applicari materia huius psalm. captiuitati Babylonicæ: *Tum quia in illa captiuitate iusti rarissimi reperiebantur, vt dictum est suprà in additione super psalmo septuagesimo tertio.* Vt quid Deus. *Tum quia quod dicit postil. de sanctis qui abstinebant à delectationibus tempore huius captiuitatis*; *nullum fundamentum habet*

habet in litera, nisi solum de Daniele in illo ieiunio trium hebdomadarũ.
A Illud enim, quod allegat de Baruch Iere. 45. manifestè deuiat à veritate literę, tã Hebraicæ quã Latinę: non enim legitur ibi, Et tu quæris tibi gaudia, prout postil. allegat: sed dicit, Tu quæris tibi grãdia, prout manifestè veritas Hebraica habet. Similiter & in libris nostris correctis habetur: Tum quia quod dicitur, Nũquid in æternum proiiciet Deus, &c. vsque ibi, Aut cõtinebit in ira sua misericordias suas, inclusiuè, nullum videtur habere locum in illa captiuitate; cum iam esset taxata à Deo duratio illius captiuitatis, scilicet 70. annorum Ierem. 29. quę quidẽ taxatio nota erat saltem sãctis, qui pro liberatione populi orabant; prout patet Dan. 9. in quorum persona psal. iste loquitur secundum postil. vnde melius videtur dicendũ, quod psalmus iste loquitur de afflictione populi Christiani sub tyrãnica potestate Romani imperij in primitiua ecclesia, de qua materia tractat psal. 73. Vt quid Deus. prout in additione ibidẽ fuit expositum. De fidelibus enim illius temporis possunt omnia contenta in hoc psal. exponi. Ipse enim propriè renuebant consolari in delectationibus mundi, & memores Dei per spem & charitatem delectabantur etiam in martyrio constituti: similiter in diuinis laudibus quotidie exercebantur anticipãdo vigilias, & huiusmodi. Isti etiam poterant dicere admiratiuè, Nunquid in æternũ, &c. quia duratio illius persecutionis nõ legebatur prętaxata in sacris scripturis, vnde ex fragilitate humana vna cũ ignorantia termini illius persecutionis admiratiuè cõquerebãtur acsi ęstimarẽt, quod illæ persecutiones essent in perpetuum duraturę; vnde ad
B consolationem omnium prædictorum dicit, Et dixi nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ excelsi.

Potẽtia diuina quomodo differenter in ve. & no testamẽtis ostensa.

Pro cuius declaratione sciendũ, quod potentia diuina, quæ manifestata fuit in veteri lege per miracula, subuertẽtia aduersarios corporaliter, & liberantia populũ Dei, vt in Ægypto et in mari rubro & huiusmodi: in noua lege potius fuit ostensa per mirabilem patiẽtiam sanctorũ in acerbissimis cruciatibus, & persecutionibus assiduis. Et hanc differentiã innuit Apostolus ad Hebr. 11. f. vbi dicitur, Sancti per fidem viceruẽt regna, &c. obturauerunt ora leonum, & extinxerũt impetum ignis, castra verterunt, & huiusmodi, quæ omnia pertinent ad statum antiquorũ, scilicet veteris testam. vbi omnia ista & similia legũtur, sed postea subdit, Alij verò distenti sunt, non inuenientes redemptionem, &c. Quod pertinet præcipuè ad statum sanctorum no. testam. quorũ quã plurimi, præsertim in primitiua ecclesia, non inuenerũt redemptionẽ, scilicet spiritualem, de quibus ibidem dicit, Lapidati sunt, secti sunt, in occi. gla. mor. sunt, &c. Qui quidẽ fuerunt maximi in testimonio fidei, vt ibidem concludit Apostolus dicens, Et hi omnes testimonio fidei probati sunt. Ex quibus patet, quod in statu primitiuæ ecclesię, de qua hic tractatur, cœpit mutatio dex. ex. Nam dextera excelsi, scilicet, potentia Dei, qua manifestabatur antiquitus per destructionem aduersatiorum corporalem, nunc, s. in statu primitiuæ ecclesię principalius manifestabatur per mortem & persecutionem fidelium illatam ab aduersariis:
C & hoc non immerito, quia isti sequebantur vestigia Christi, qui moriendo vicit hostem. Illi verò nondum tam perfecti sequebantur vestigia Moysi & aliorum patrum, qui non moriendo, sed superando vincebant: vnde bene dicitur, Et dixi, &c. hoc est in solutione prędictarum admirationum et consolatione persecutionum super quibus cogitabam annos æternos, et huiusmodi, Dixi nunc cœpi i. nunc in primitiua ecclesia incipit mutatio dex. ex. modo supradicto. Et ponitur ibi cœpi in prima persona pro cœpit, quod est tertia persona, sicut in pluribus locis habetur. & sic sancti remanent consolati de persecutionibus suis inquantum cedebãt in gloriam Dei per testimonium fidei.

Consequenter commemorat miracula antiquorum patrum dicens: Memor fui ope. do. &c. exponatur sicut in postilla, & c. mutatis mutãdis vsq; ibi, Deduxisti sicut oues populũ tuũ, &c. hoc est dicere, quod omnia miracula illa pertinebant ad illum statũ imperfectũ, qui per promissiones temporales deducebantur: in prima secũda, quæstione 99. artic. vl. in cor. qu. sicut & à patribus hominibus regebantur, scilicet à Moyse & Aaron, secus autem oportuit fieri in ouibus Christi, quorũ ipse est pastor & exemplar, quẽ sequentes non debent admirari de mundi persecutionibus in-
bus iuxta illud, Qui vult venire post me, abneget semetipsum. D

REPLICA.

In psalm. Voce mea: similis est altercatio: postil. bene applicando exponit illum psalm. de captiuitate Babylonica terminanda per orationes sanctorum illius temporis, in quorum persona psalm. iste loquitur. Burg. autem exponit de persecutione ecclesiæ primitiuæ sub tyrannide Romani imperij asserens quod expositio postillatoris sit irrationabilis: Primo ex eo, quia in illa captiuitate rarissimè inueniebantur sancti et iusti, vbi dico quod sufficiunt Daniel, tres pueri, Ezechiel, Abacuch, Aggęus, Zacharias, Nehemias, Zorobabel de quibus constat ex canone sacræ scripturæ, prater plures alios, in quorũ persona propheta hic orationẽ texuit. Quod autẽ hi delectationes corporales abiecerunt, de Daniele & tribus pueris, constat, Dan. primo dictum, de aliorum abstinẽtia nõ oportet dubitare; nec urget, quod tempus captiuitatis illius erat taxatũ, quasi ideo non habeat locum, quod hic dicitur, Nunquid in æternum proiiciet Deus, aut cõtinebit in ira sua, &c. quia prophetię non sunt semper diffinitiuę: & si diffinita foret taxatio, adhuc Deus vult rogari: vnde & Angelus Zachariæ primo capitulo non obstãte illa taxatione sibi nota, dixit, Domine Deus exercituum, prout in præcedẽti correctione allegatum est. Burg. autẽ expositio qui putat aliquid magni reperisse, maiores sustinet difficultatẽs. Primum omnium cum exponit illum possum, Nunquid in æternum proiiciet Deus, de querelis sanctorũ nou. testam. ex tranchè videtur sonare, cum sacro canone: nõ legimus querelas primitiuę ecclesię, quando apostoli gaudebãt in cõspectu cõcilij (similiter & alij) E
quoniã digni habiti sũt pro nomine Iesu contumeliã pati, Act. v. g. Et ipse Burg. dicit; eosdem sanctos renuisse cõsolationes mundi: sed memores domini per spem & charitatem, delectabantur etiam in martyrio constituti.

Nec valet prima ratio querelę sanctorum, per Burg. hic confictæ, quasi ideo querulabantur, quia terminum persecutionis ecclesię ignorabãt: nã pax ecclesię prætaxata in Apocalypsi legitur vbi clarè omnis status ecclesiæ pro tunc, & nũc futurus distinguitur. Nec secunda ratio sua multum decorat statũ ecclesię primitiuæ, quia dicit eam querelasse propter ignorantiam termini, & humanam fragilitatẽ. Illa enim ecclesia nõ catholicè dicitur fragilis fuisse, quę tantas victorias exercuit, vt etiam regna & imperiũ subiugaret. Nec etiã ignorãtia in ea locũ habuit, quia in ea fuerunt prophetæ, & doctores per spiritum sanctũ edocti de omni veritate ad illum statum pertinente: iuxta Christi promissum.

Nec minor difficultas oritur ex alio dicto Burg. quo ad mutationem dextęræ excelsi nititur distinguere ecclesiam primitiuam à synagoga per agere & pati, quasi synagoga in suis victoriis fuerat in spęra actiuorũ, F
ecclesia autem primitiua fuerit in spera passiuorum. Allegat ad hoc Apostolum Hebræ. vndecimo. vbi secundum expositionem suã de synagoga dicitur; Sancti per fi. vice. reg. & ea quæ sequuntur vsque ibi: Alij verò distẽti sunt, nõ inueniẽtes redemptionẽ lapida. sũt, secti sũt &c. quæ dicit pertinere ad ecclesiam primitiuam: Sed ficta est hęc gloss. Burg. similiter et distinctio in illa gloss. fũdata. Nam Apostolus tam actiones quam passiones allegatas de sanctis veteris legis dixit: prout omnes exponunt, et Apostolus ostẽdit ibidem in principio capit. decimi. secundo. inducit exempla virtutum Christi euidentius, & sanctorum noui Testamenti. Et quia expositio Burg. est contra rotundam literam, malè applicat dictũ Apostoli, sic male expositum, ad exponendum illud illius psal. hæc mutatio dex. ex. in nou. testam. Nec valere videtur fundamẽtum, quod assumit ex dictis sancti Thomæ, prima secũdę, quæstione nona. quod videlicet miracula per apostolum in illo loco allegata pertinebant ad illum statum imperfectum deductum per promissiones temporales: et directum per puros homines, scilicet, Moysen et Aaron; quia de illo statu dicitur consequenter, Non suscipientes redemptionem, scilicet temporalem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Et sequitur de eodem statu, quibus dignus non erat mundus. vnde patet quod illa miracula non pertinent ad promissiones temporales, sed spirituales et æternas, prout vult gloss. magistralis, & communiter omnes sic exponunt Apostolum, &c.

GLOS

GLOSSA ORDINARIA.

a *Intellectus.* Avgvst. Quia hæc narrata interius intelligenda sunt, non modo in figura. *Intellectus* igitur *Asaph* est, quod intellexit synagoga, sed fidelis: vel, quod spiritualiter debet intelligere; quæ enim mysticè tunc, i. figuraliter, eadem modo in re: sicut tũc non in omnibus illis bene placuit Deo, sic nec in istis, & ideo monendi.

† vide psal. 3.

Avg. Psal. vel, verba intelligentiæ, quæ b est data ipsi Asaph; sic c ex Græco determinatur.

B Avg. In hoc psal. dũ historia refertur, noui testa. gratia declaratur; sic Iudæos pro suis delictis expulsos, & Christianos asserit intromissos, vt vtrius que legis intentionẽ in vnũ faciat pẽdere.

† Quæ.

Avg. Per acta in veteri populo, intendit monere nouum populum, ne sint ingrati beneficiis Dei, & iram eius prouocent. Primò attentos facit, quia quæ aperta videntur, parabolæ sunt & ænigmata.

C ✠ Basil. Cum legem olim Deus filiis Israel daret, præcepit vt in illa & ipsi sedulo erudirentur, & suos docerent, ac simul etiam festorum dierum causas filiis suis ostẽderent, vt cognitis Diuinis beneficiis, grati erga largitorem illorũ essent. *Docebis* enim inquit *ea filios tuos, & filios, filiorum tuorum, et custodient mandata Domini Dei, vt bene sit ipsis.* Hoc prophetica gratia etiam per hunc præsentem psalmum fecit. Populum namque & posteros eorum de illis admonet, quę à Deo sunt facta, deque bonis ab illo præstitis, ac de ingrata mente eorum, qui illa acceperunt.

PSAL. LXXVII.

b *Tendite.* Cas. Primò ipse dominus loquitur, vt reuerentia crescat.

c *Populę meus,* qui mihi obedis. Os Dei est Asaph, qui inferius locutus est ista: *Quanta audi. ab initio* veteris testamenti: vel fidelis synagoga malis exprobrat.

d *In parabolis.* Avg. Parabolæ, rerum similitudines.

e *Propositiones.* quæ Græcè *problemata*, quæstiones aliquid soluendum habentes.

✠ Evthymivs. Hęc verba prophetiam continent. Christũ etenim in parabolis ad populum loquutũ esse prædicunt, iuxta quod legimus apud Mattheum: *hęc omnia loquutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis ad eos non loquebatur,* vt impleretur quod dictum est per prophetã: *aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.*

† ænigmata abscondita velantiqua.

✠ Basil. Quoniam patres ad vtilitatem posterorum reprehẽdit, parabolam hanc narrationem vocauit, quod ænigmatica esset, & occultam vtilitatem adferret.

f *Quanta.* Cas. Summatim dicit, quæ Iudæis Deus fecit: tamen ingratis sibi, & sic, si nõ eis, prodest tamẽ filiis, ne fiãt sicut patres.

Avg. Prius Deus in homine locutus est, iam homo ipse, *quanta au.* Illud prædictum dixit Deus ex se ne contẽnatur eius locutio.

✠ Evthym. Dictio *quanta*, non ad problemata refertur, quæ loquuturum se esse dixit, cum totus hic versiculus separatim per seadmirantis in morem legendus sit: & quanta, inquit, à maioribus nostris, atque à diuinis didicimus scripturis: Mes enim prophetæ est commemorare, quam multa, & quam grandia Deus in antiquiores Iudæos contulerit beneficia, & contra, quam valde illi Deum irritauerint, & quantas idcirco, ac quam graues pœnas dederint. Ex persona autem Christi, non incongruè dicitur, *quanta audiuimus,* cum assumpta eius humanitas cæterorum hominum more doctores audiret.

g *Patres nostri, &c.* ✠ Basilivs. Ab initio (inquit) qui, ☞ mira

---

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXXVII.

Attendite. *Huic Psal. præmittitur talis titu. in Hebræo & in trãslatione Hie.* Eruditio Asaph. *Et accipitur dupliciter. i. actiuè & passiuè, quia de his quæ in hoc psal. continentur Asaph fuit edoctus à parentibus, vt patet in textu, & per spiritum sanctum plenius. Scripsit etiã psal. istum ad eruditionem populi. De materia verò huius psalm. saluo iudicio meliori mihi videtur, quod Asaph fecit hunc psal. volens ostendere ex scripturis & historiis antiquis, quod regnum Israel pertinebat ad Dauid & posteritatem eius ex diuina electione, Inter alias autem tribus, tribus Ephraim videbatur magis aspirare ad regnum, Tum quia Ephraim filius Ioseph, qui habuit dominium super alios fratres suos in Ægypto, Tum quia Iacob patriarcha adoptauit Ephraim et Manasse in filios, vt habetur Ge. 48. Tum quia benedicens eis præposuit Ephraim, qui erat iunior, ipsi Manasse, vt ibidem habetur: vnde & in Ieroboam, qui inuasit regnum quantum ad decem tribus fuit de tribu Ephraim: propter quod Asaph licet toti populo Israel in hoc psal, loquatur, tamen specialiter contra tribuum Ephraim inuehitur. Igitur secũdum hunc sensum psal. iste in tres partes diuiditur; quia primò Asaph præmittit quandam præfationem: Et secundò subiungit suam narrationem, ibi,* Quanta audiuimus; *Tertiò concludit intentam conclusionem, ibi,* Et repulit, *Circa primum Asaph reddit auditores benuolos, dociles, & attentos, sicut solet in præfationibus fieri. Reddit autem auditores eos benuolos, in persona domini, dicens,*

1 Attendite, &c. *quasi dicerat: vos, qui estis mihi populus peculiaris & electus, debetis esse benęuoli ad audiendam legem, quam præ cęteris populis dedi vobis in monte Sinai. Secundo reddit eos dociles dicẽs.*

2 Inclinate aurem. *Modus enim est docilis discipuli aurem suam humiliter inclinare ad verba magistri sui. Tertiò reddit eos attentos ex difficultate dicendo, ad quæ debent homines attendere, dicens,*

3 Aperiam &c. *vocantur hic* parabolæ *facta & dicta veteris testamenti, quia fuerunt figurę noui. 1. Cor. 10. c.* Omnia in figura contingebant illis.

4 Loquar propositiones &c. *id est, quę solent tractari inter sapientes ab antiquo. Vnde in Hebr. & in translatione Hierony. habetur:* loquar ænigmata antiqua.

5 Quanta, &c. *Hic consequenter subditur narratio, in qua primò describitur bonitas Dei, & ingratitudo populi in quodam generali: secundò magis in speciali, ibi.* Filij Ephrem. *Circa primum ostendit beneficia Dei collata populo Iudaico fuisse sufficienter ei manifestata, vt de ingratitudine non posset per ignorantiam excusari, dicens,* Quanta audiuimus, &c. *scilicet Dei beneficia collata populo Iudaico: in egressu de Ægypto, et in progressu per desertum, & in ingressu terrę promissionis, quæ diffusè scripta sunt in libris Moysi & Iosue eius ministri.*

6 Et cognouimus ea, &c. *Et modus cognoscendi subditur, cum dicitur,*

7 Et patres nostri, &c. *quibus debemus credere tanquam solicitis de nostra salute.*

8 Non sunt, &c. *quia patres narrauerunt filiis in succedentibus sibi generationibus.*

☞ 1 Nar-

MORALITER.

1 *Attendite.* Psal. iste secundum sensum literalem loquitur de regno Dauid, qui fuit figura Christi, propter quod mysticè potest exponi de regno eius. Igitur primò excitatur auditorum attentio, cum dicitur: *Attendite populę meus,* id est, populę Christiane, qui à Christo est denominatus,

† *Legem meam,* s. euangelicam.

2 *Inclinate aurem vestram,* scilicet, corporis & cordis.

3 *Aperiam in parabolis,* Ex decursu euangelij, patet quod Christus communiter parabolicè docebat.

4 *Loquar propositiones.* s. legis datæ, cuius præcepta moralia replicauit: euangelica consilia superaddendo.

5 *Quanta,* Hic consequenter ponitur narratio, in qua declaratur multiplex bonitas Christi, & per oppositũ ingratitudo mali populi Christi, cũ dicitur, *Quan. au.* Homo Christus, à patre audiuit, & discipulis nuntiauit, sicut dicitur Ioh. 8. d. *Quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo*: & ex præcepto Christi apostoli denuntiauerunt orbi Mar. vlt. d. *Euntes in mundum docete omnes gentes, &c.* Et successores apostolorum aliis denuntiauerunt, ideo subditur,

8 *Non sunt occult. a. filiis &c.* scilicet Iesu Christi.

† *Et mi-*

---

† vide psal. 3.

a ¶ Cas. fidelis congregationis.

† Intellectus Asaph. LXXVII.

a ¶ Aug. hoc Deus, qui & dedit legem. ¶ Corde veritatem rel. ¶ Aug vos. s. qui & congregatio Christi. b ¶ O.

a Tendite populę meus legem meam

a ¶ Per humilitatem & sic bene attenditis, ¶ Aug. rumor infusa repellit. b ¶ Cordis. c ¶ Id est, ad intelligendum verba Asaph.

b inclinate aurem vestram in verba o-

a ¶ Quia. b ¶ Quæ aperte.

c ris mei. Aperiam in parabolis os

a ¶ Per Asaph. b ¶ Ænigmata.

meum, loquar † propositiones ab

a ¶ Ex quo de Ægypto exierunt. b ¶ Propter multitudinem. c ¶ In veteri testamento prædicta. d ¶ In nouo testamento impleta. e ¶ A quibus?

f initiò. † Quanta audiuimus, & cognouimus ea, et patres

a ¶ Cas. Moyses & prophetę, quod & iste præuidet. ¶ Et. ¶ Spiritualibus,

g nostri narrauerunt nobis. Non sunt occultata à filiis

miracula Dei oculis suis ipsi viderunt, filios suos ea docuerunt, & hi rursus doctrinam hanc ad filios suos transmiserunt. Hoc fecerunt Diuinę legi obedientes.

✻ EVTHYMIVS. *Patres*, non natura dicit neque enim dici potest, quod fideles, qui sunt ex gētibus, à propriis parētibus edocti fuerint, sed de patribus loquitur quos ob obsequium, quod Deo semper præstiterūt, Christiani omnes libēter sibi, vt ita dicā, adoptant in parentes. Hac etenim ratione & Moysē, & multos alios diuinos scriptores interpretesque & populi doctores, patres nostros appellamus: quorū filios Christū, secundum carnem, atque apostolos, fuisse dicimus Christi vero atque apostolorū filios populū Christianū.

a *Et suscitauit, &c.* AVG. Hoc testimonium, *initiū*, vnde supra, *loquar propo. ab initio*. Initium est vetus testamentū, finis nouū. Ibi timor, qui est initium: sed hic Christus, *finis legis ad iustitiam omni credenti*, qui dat spiritum, vnde, *charitas, quæ pellit timorem*, Huius no. Testa. testimonium dicitur vetus lex, quia habet testimonium à lege & prophetis: vnde tabernaculum testimonij dicebatur illud, quod tot mystica figurabat: *Testimonium* ergo dicitur ve. testa. inquantum probat & testatur, lex, inquantum iubet.

CAS. REM. *Suscitauit* quasi mortuum in Adam testimonium, i. legem, vel, dum describitur, suscitatur, prius ignorātia sopitum. *Testimonium in Iacob*, hoc forsan est, quod Iacob cum Angelo luctatus, tacto femore claudicauit: quod significat, Iudæos partim fide cōstare, partim à salute discedere: & ita huius rei testimoniū fuit, quod Iacob accidit. Ecce parabola.

b *Filijs suis.* Et sunt ijdem filij generatio altera, scilicet populus gratiæ.

c *Generatio altera.* Per generationes transmissa sunt mandata Dei, ne quis putet vni data.

d *Vt ponant.* Hæc est vtilitas paternæ prædicationis.

e *Exquirant.* AVG. Qui dicti sunt suprà cognouisse, modo *exquirant*, vt sperātes in Deo, adiuuentur ad implēdum ab eo.

f *Praua.* CAS. Quæ veritatem non recipit, & ideo distorta, *exasperans* super omnes acerbitates, vt in saluatorem armarētur. Vnde per Ezechielem dicit dominus, *Vade & dic domui exasperanti.*

g *Non direxit cor suum.* CASSIOD. Distorum cor habet qui prauè intellecta non corrigit, & quæ natura docet, non perficit: *non est creditus cum Deo spiritus eius*, id est, & si ratio bene suasit, non ei acquieuit.

h *Non est creditus* AVG. Quando cum spiritu Dei operante spiritus hominis cooperatur, sit quod Deus iubet: & hoc non est nisi credendo in eum, qui iustificat impium, quam fidem non habet generatio praua & amaricans.

AVG. Expressius multò dicit, vt significet gratiam, quæ non solum facit remissionem peccatorum, sed cooperari sibi spiritum hominis in operibus bonis, quam si diceret, non credidit Deo spiritus eius, *habere cum Deo spiritum creditum*, est non credere spiritum suum posse facere sine Deo iustitiam, sed cum Deo, quod est credere in Deum, quod plus est quam credere Deo.

☞ Nam

a ¶ In qua data est regeneratio. ¶ Etiam gentium, quæ aqua & spiritu regeneratur. b ¶ Laudatur dominus, vt ametur.

eorum, in genēratione † altera. Narrantes laudēs domini, 1
a ¶ Liberationes. b ¶ Quod pauit, hostes vicit. c ¶ Non modo promisit. d ¶ Quia per illud testimonium, peccatum quod latebat, apparuit & reuixit.
& † virtutēs eius, & mirābilia eius quæ fēcit. Et † suscitāuit 2 3
a ¶ Populo Iudaico. b ¶ Reperit. c ¶ Quasi iugum, ne vaga voluntate errarent. ¶ Hoc est testimonium. d ¶ Hoc est in Iacob. e ¶ In qua lege.
testimonium in Iacob, & legēm posuit in Israēl. † Quānta 4 †
a ¶ Hi sunt antiquus populus, qui accepit mandata, non tamen nouit, vel fecit. Filij sunt nouus populus no. te. qui nouit. b ¶ Ad hoc acceperunt.
mandauit pātribus nostris nota facere ea filiis suis ut co- 5 6
¶ Præualuerunt. a ¶ Quod ipsi patres non nouerunt. b ¶ De gentibus electa. c ¶ Et cognoscentes. d ¶ Christiani. ¶ Post secundo. e ¶ Qui nati sunt, & non renati non surrexerunt, id est, non sursum est cor eorum: sed in terra. ¶ Sursū habentes cor.
gnoscāt generatio altera, filij qui nascēntur, & exurgent, 7
¶ Posteris. ¶ Non suam iustitiam constituant. a ¶ Non lege, quę punit.
& narrabunt filiis suis. Vt ponant in Deo spem suam, 8
a ¶ Iactando sua opera, quæ nulla, nisi à Deo. ¶ Vt fecerunt Iudæi idola colentes. b ¶ Hæc est vera Dei recordatio.
& non obliuiscāntur operum Dei, & mandata eius † ex- 9 10
a ¶ Operando. ¶ Iudæi. ¶ Scilicet.
quirānt. Ne fiant sicut patres eorum, generatio † praua 11
a ¶ Deum. b ¶ Ideo praua & distorta. c ¶ Ad diuina, vt se corrigeret. d ¶ Etsi manum.
& † exaspērans. Generātio quæ nōn direxit cōr 12
a ¶ Cur talis est generatio. b ¶ Aug. id est, quia non habebat fidem, quæ impetrat, quæ lex imperat, sed quasi ex operibus iustitiam quęrebat.
suum, & nōn † est creditus cum Deo spiritus eius. 13

NICOLAVS DE LIRA.

1 Narrantes laudes, &c. *hoc refertur ad illud, quod præmittitur: Patres nostri narrauerunt nobis laudes domini, quibus Moyses & alij iusti laudauerunt Deum in exitu maris rubri, dicentes*, Cantemus domino, gloriosè, &c. *Exo. 15. a.*

2 Et virtutes. *quibus percussit Ægyptum decem plagis.*

3 Et mirabilia eius. *ducendo patres nostros per mare rubrum & per desertum.*

4 Et suscitauit. *quia post eductionem populi de Ægypto, dedit eis legem in monte Sinai, Exod. 20. Qua vocatur* testimonium, *eo quod decē præcepta decalogi fuerunt scripta in tabulis lapideis, vt in posterum essent in* testimonium diuinæ *locutionis cum populo. Moyses similiter scripsit Deuteronomium, & præcepit poni in latere arcæ, vt esset ibi* in testimonium *contra populum, vt habetur Deut. 31. g. Dicitur etiam* lex *à ligando, quia filij Israel eam susceperunt pro se & pro posteris suis, et sic ligabat omnes presentes & absentes futuros, secundum quod dicitur Deut. 29. c.* Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confirmo, sed eunctis præsentibus & absentibus, *propter quod dicitur.*

5 Quanta mandauit. *Ex quo enim patres legem receperant pro se, & pro sua posteritate, tenebantur eis notificare: propter quod dicitur Deut. 6. b.* Narrabis ea filiis, ac nepotibus tuis.

6 Vt cognoscat. *quia patres tenebantur notificare filiis de generatione in generationem, ideo subditur.*

7 Filij qui nascentur. *& patet litera ex dictis, & huius notificationis subditur causa finalis duplex, Vna est adeptio boni, quę notatur cum dicitur.*

8 Vt ponant in Deo spem suam. *de futura retributione.*

9 Et non obliuisc. op Dei. *Minus dicit & plus significat, i. in sua memoria teneantur firmiter opera Dei.*

10 Et mandata eius exquirant. *sanum intellectum à sapientibus inquirendo, vt sic impleant opere, non solum secundum verba legis, sed etiam secundum intentionem mandantis. Secunda causa, predicta notificationis, est euitatio mali quę notatur cum dicitur.*

11 Ne fiant sicut, patres eorum gen. praua. *id est, iram Dei prouocans. Quod enim patres de Ægypto exeuntes pro magna parte fuerūt praui, & Deum exasperantes, patet in fabricatione vituli aurei, & in multis alijs, quę tanguntur in Exodo, & in li. Nume. propter quod dixit Moyses propinquus morti suæ, Deut. 31. g.* A die qua egressus es de Ægypto semper aduersus dominum contendisti, *ideo subditur.*

12 Generatio quæ non direxit cor suum. *Ad Deum diligendum, & in preceptis eius ambulandum.*

13 Et non est creditus cum Deo spiritus eius, &c. *Quia incredduli fuerunt eius promissionibus, vt patet Numer. 14. Et loquitur hic Asaph pro malis hominibus illius populi, ratione quorum simul etiam vituperantur boni, secundum illam regulam, quam ego posui in principio Genes. de corpore domini permisto ex bonis & malis.*

☞ Filij

MORALITER.

3 *Et mirabilia*, in Ierusalem & Iudæa.

† 4 *Et suscitauit testimonium.* i. legem euangelium.

† *In Iacob*, id est, supplantatoribus vitiorum, quib. proficit euāgelium.

† *Et legem posuit in Israel.* i. contemplatoribus diuinæ veritatis.

5 *Quāta mādauit patribus nostris, &c.* i. apostolis, aliisq; discipulis.

6 *Vt nota facere ea filijs suis*, id est, credentibus, qui sunt filij Dei spirituales.

7 *Vt cognoscat generatio altera, &c.* Vsque ad finē mundi futura.

8 *Vt ponant in Deo spem suam.* & non vanitate mundana.

11 *Ne fiāt sicut patres eorū, &c.* per quos intelligūtur pseudo apostoli & hæretici, qui cœperūt docere & male à principio ecclesiæ,

12 *Generatio, quę non direx. cor.* ad secundum Christum.

13 *Et non est creditus cum Deo spiritus eius.* Errabant enim in fide & moribus.

† Filij

Gene. 31. f.

† statuit.

† Quæ, præcepit.

Ezech. 2. b.

† custodiāt

† declinās & rebellis.

Ioh. 1. g.

Differunt credere deo & credere in Deum.

† postera & infra.

† fortitudinem.

† amaricās.

† fuit fidelis.

Eccl. 1. b. Rom. 10. a. 1. Ioh. 4. d. Exod. 40.

☞ Nam credimus & homini, sed non in hominē, In Deum credere, est ei credendo adhærere, ad bene operandum, vnde Apostolus?
1. Cor. 6. *Qui adhæret Deo, vnus est spiritus cum illo.* Illa autem generatio, etsi credidit Deo, non tamen in Deum.

b *Mittentes arcum.* Avg. Figurate dicit, quia aliquid mittitur arcu Vel, *intendentes arcum & mittentes* sagittas: Græci tamen habent mittentes arcubus. Per *Ephrem* totā gentē à patre significat, & ideo quia ab his aliquid boni expectandum fuit, hanc partem elegit. Sunt enim de illo filio Ioseph, cui Iacob dexteram imposuit, & maiori præposuit. Cum autem hæc tribus hic culpetur, patet Iacob figurasse, quod nouissimi essent primi, & primi nouissimi. Sic Abel maiori prælatus est, Isaac Hismaeli, Iacob Esau, Phares Zaran illi, qui prius manum emisit: Dauid fratribus, sic populo Iudæorum populus Christianus. Vel,

†armari sagittas arcu iacientes.

Gen. 48. b.

Matt. 20. c.

a *Filij Ephrem.* Avg. *Intendentes & mittentes arcum*, id est, arcus aliquid mittentes. Vel, *Intendentes arcum*, & mittentes sagittas, i. promittentes seruare legem, aperte dicentes, *Omnia, quæcunque dixerit nobis dominus, faciemus, & audiemus. Conuersi sunt* & defecerunt *in die belli.* i. tēptationis: vnde Osee propheta ait, *Ephraim factus est quasi columba insipiens non habens cor*: quia promissionem obedientiæ non auditio, sed tentatio probat.

Exo. 24. b.

Osee. 7. a.

c *Beneficiorum.* ✠ Evthymivs. Beneficiorum, quæ contulit in populum Israel, veluti, quod duxerit eos per mare rubrū immadidos. *Mirabilium* autem dicit, quia Ægyptiorum flumina in sanguinem mutauerat. Quod vero ait, Deum eis hæc ostendisse non ideo dicit, quasi ipsi ea propriis viderint oculis, sed quia ita à suis acceperunt Maioribus.

d *Coram patribus, &c.* Cas. Incipit narrare iam, quæ ab eductione de Ægypto fecit eis: nec tamen destiterunt à murmure & à tentatione. Avg. *Coram patrib.* Qui sunt patres huius prauæ generationis à qua filios dissuasit, ne sint in patribus his similes? Si Abraham, Isaac, Iacob accipitis, non coram eis fecit mira in Ægypto, quia iam defuncti, nisi spiritu dicas præsentes, quos Christus in euangelio †operum, viuere dicit. Vel Moyses & Aaron & alij seniores, patres istorum sunt, corā quib. fecit. Ibi facta bona vel mala, mysticè fiunt & in nobis: sed bona, gratia Dei, Mala, iudicio, propter quod monuit attendere, & spem in Deo ponere, ne simus similes illis *Aegyptus* ergo mundus, *Campus Thaneos*, est planicies humilis mandati. In mundo ergo humile mandatū accipimus, vt in futuro exaltemur. Qui fecit stare aquas, & traiecit eos, cohibet cōcupiscētias, cū seculo renūtiatur, vt peccatis omnib. quasi inimicis deletis, populus fidelis trāiiciatur per baptismū. Post deducit spirituali itinere, sacramento eius manifestato in hoc seculo, quasi in die, *per nubē.* i. carnem, in iudicio, quasi in nocte, *in illuminatione* ignis, quia tunc magna tribulatio quæ tanquam ignis lucebit iustis, & ardebit iniustis. De petra etiam, quæ est Christus, (qui dicit: *Si quis sitit, veniat ad me & bi.*) deducit sitienti fidei donum, & fluenta spiritus sancti, accedente ligno crucis quasi virga Moysi.

Luc. 10. g.

☞ a *In*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ Ephraim filij quando & quomodo ingressi sunt terram promissionis secundum Hebræos.

1 Filij Ephrem. *Hic consequenter ostendit Dei bonitatem & populi ingratitudinem magis in speciali. Et primo quantum ad ipsius Ephraim tribum: secundo quantū ad totum populum, ibi,* Et obliti sunt. *Circa primum sciendum, quod aliqui Hebrei exponunt hanc literam de filijs Ephraim, qui viuente adhuc patre multiplicati sunt & fortificati, & præsumptuosiores effecti rationib. supradictis, exierunt de Aegypto, vt isti dicunt, & per viam breuiorem ingredi voluerunt terram promissionis. s. per terram Philisthijm, qua vicina est, vt habetur Exo.* 13. *Sed interfecti sunt à Philistæis, qui habitabant in Geth, & terris circumiacentib. eo quod præoccupabant tempus à Deo constitutum, qui dixit Abrahæ Gen.* 15. *semen eius futurum peregrinum in terra aliena quadringentis annis, qui nondum erant completi. Sed hoc non videtur verum, quia infrà assignatur causa huius ingratitudinis,* Coram patribus eorū fecit mirabilia in terra Ægypti: *nulla autem mirabilia leguntur facta pro populo Israel in terra Aegypti, ante tempus Moysi, qui longo tempore natus est post mortem Ephraim patriarchę. Item ante tempus Moysi, filij Israel erant in Aegypto in magna seruitute, & sic non est verisimile, quod posset ingredi pro sua voluntate, & maximè cum exercitu, Propter quod istud melius exponitur de filijs Israel, qui contra voluntatem Moysi processerunt ad prelium contra Amorrhæos & Amalechitas vt habetur Nu.*14. *Et in istis filij Ephraim fuerunt principales & alios mouentes, eo quod præ cæteris aspirabant ad dominium rationib. supradictis. & hoc est quod dicitur:* Filij Ephrem. *in Hebræo et in translatione Hier. habetur* filij Ephraim. *Sicut enim nomina Latina propria frequēter variantur à parte finis, vt Guillermus & Guillerotus, ita etiam in Hebræo: tamen eandem personam significant.*

2 Intendentes. *i. tendentes arcum & mittentes sagittas ex eo.*

3 Conuersi sunt. *Quia statim fuerunt debellati & fugerunt confusi, vt habetur Num.*14.

4 Non custodierunt. *Quia ad mandatū Dei per Moysen noluerūt procedere ad bellum contra aduersarios, sed volebant in Ægyptum diuerti vel reuerti: & postea propria capitositate moti perrexerunt contra inhibitionem Moysi factam ex parte Dei, & tamen in susceptione legis cum alijs petierant, quod mandata Dei fierent eis per Moysen, promittentes, quod humiliter obedirent, secundum quod habetur Exo.* 20. *c. dicentes Moysi:* Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis dominus ne forte moriamur, *& propter hoc dicitur hic.* Non custodierunt testamentum, &c.

5 Et obliti sunt, &c. *Hic consequenter describitur bonitas Dei, & ingratitudo populi generaliter: Et primo in comparatione populi ad beneficia Dei ingressum terræ promissionis præcedentia, secundo quantum ad sequentia, ibi,* Et induxit eos in montem sanctificationis. *Prima in duas, quia primo describuntur beneficia Dei, secundo ingratitudo populi, ibi,* Et apposuerunt. *Prima in tres, quia primo describuntur beneficia præstita populo in Aegypto, secundo in mari rubro, ibi,* Interrupit mare, *tertio in deserto, ibi,* Interrupit petram, &c. *Circa primum dicit sic,* Et obliti sunt. *s. filij Israel generaliter.*

6 Beneficiorum. *Quia flagellando Aegyptios, & pecora eorum, saluauit Hebræos & substantiam eorum.*

7 Et mirabilium. *Quia Aegyptijs existentibus in tenebris trib. diebus lux magna erat vbicunque habitabant filij Israel, vt habetur Exo. x. quod fuit valde mirabile: & similiter in alijs plagis Aegypti, à quibus filij Israel fuerunt immunes, & saluati.*

8 Coram patribus. *Videtur quod deberet dicere coram eis, quia loquitur de eis, qui exierunt de Aegypto, vt patet per literam precedentem & subsequentem. Ad quod dicendum, quod communiter filij etiam iam prouecti exierunt cum patrib. suis, sicut Naason cum Aminadab patre suo: & sic de alijs. Et licet patres & filij illa mirabilia vidissent, tamen scriptura facit memoriam de patrib. magis quam de filijs, quia erant honorabiliores & principaliores. Potest etiam aliter dici de mirabilib. factis in persona Moysi: de quo dicunt Hebrai & satis probabiliter, sicut ego posui super illud Exo.* 3. *c.* Quis fabricatus est mutum, & surdum, videntem & cæcum? *quod cum adductus fuisset coram Pharaone vt occideretur propter interfectionem Aegyptij, Exod.* 2. *cap. speculator, qui debebat eum occidere, fuit tunc percussus cęcitate, & sic Moyses euasit. Pharao etiam videns eum recedentem, factus est mutus ad horam: ita quod non potuit seruis suis præcipere vt caperetur, & serui sui ita attoniti, ac si essent surdi & caci: & sic ex talib. miraculis Moyses fugit libere. Ista autem mirabilia fuerunt facta in iuuentute Moysi, qui in egressu de Aegypto fuit.* 80. *annor. Exo.*7. *& sic ista mirabilia non fuerunt visa à iuuenibus de Aegypto exeuntibus: sed solùm à patribus eorum.*

✠ 1 *In*

MORALITER.

† 1 *Filij Ephrem, &c.* Sic ordinetur littera. Intendentes arcum & mittentes sagittas ex arcu, Per filios Ephrem, qui processerunt ad pugnandum contra domini voluntatē, significantur hæretici, qui impugnant fidei veritatem, & ipsi intendunt arcum sacræ scripturæ eam interpretantes peruersè, & mittunt sagittas contra veros doctores: sed quia non prævalent. Subditur.

3 *Conuersi sunt*, à sacris doctoribus confutati.

4 *Non custodie.* Moribus & fide deuiantes à veritate euangelij.

8 *Coram patribus.* i. coram veris apostolis, qui dicuntur hic patres hæreticorum: eo quod ex ipsis exierunt 1. Iohan. 2. *c. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis,*

† *Fecit mirabilia, etc.* i. in Iudæa, quæ dicitur Aegyptus, eo quod erroribus fuit obtenebrata.

† *In*

☞ a *In terra Aegypti.* AVGV. Vt omnem dubitationem tollat, & prouinciam dicit, & locum factorum: Sic Christus in terra positus coram patribus nouit, humile mandatum docuit, *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.*

Ioh.7.1.

b *Thaneos.* ✻ EVTHYMIVS. *Tanis* est Ægypti ciuitas, vbi regiam habebat Pharao, de qua ait Esaias: *defecerunt principes Taneos.* Et licet huius loci Moyses non meminerit, verisimile est tamen beatum Dauid id resciuisse ex eo libro, vbi scriptum: *Chebron autem aedificata est in Ægypto, ante Tanim.* Vel ex aliis libris apocryphis, aut ex Ægyptiorum historiis.

† velut aceruum, cumulum

B

†Qui dirupit in deserto petram

c *In nube.* HIERO. CAS. Hoc futurum iudicabant. *Dies*, Christus est, tamen *nube* carnis celatur perfidis; Et sicut illis *nubes* contra æstum solis; sic nobis Christus per incarnationem dat refrigerium contra æstum vitiorum.

† solitudine, & infrà Mat.11.d.

C

d *Tota nocte*, toto tempore vitæ.

e *In illuminatione ignis* Christianos in hoc seculo nominis sui claritate custodit ignis spiritussancti.

f *Petram.* CAS. *In eremo.* Prius aqua maris quasi petra, modò petra fons. *In eremo*, vbi necesse vt gratius sit munus.

g *Ad aq.* quasi pecora, non homines, quia non egerunt gratias.

h *Tanquam.* CAS. Aqua, quæ de Christo prodit, nulla immunitione deficit, sed fit fons aquæ salientis in vitam æternam.

✻ EVTHYMIVS. *Eduxit aquam* hoc est aliud miraculum factum in Choreb vt traditur in libro Numerorũ. Bis etenim in his Deus aquam eduxit ex petra, diuersisque temporibus & locis. Et locus quidem ille in Choreb, vbi data, est quia, appellatus est tentatio, & obiurgatio. Tentauerunt enim illic Deum Iudæi, probantes nimirum illius potentiam, & miraculis nondum credentes, quę in præteritum sæpius fecerat: & obiurgauerunt Moysem, quòd ex Ægypto in tam deserta eos loca deduxisset; locus verò ille in Cades, vbi aqua etiam populo data est, appellatus est aqua cõtradictionis, eoquod contradicerent Deo Hebræi, & murmurarẽt. Et Deus quidẽ eos iubebat, vt suis tãtum præceptis parerent, vt que in eo confiderent; at illi vero & parere negligebant, & nullã in eo habebant fidem.

I D

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

† Nam qui dirupit mare & traiecit

† vtres

† Qui eduxit.

† per diem

E

† petras, rupes

† exacerbauerunt

F

Ioh.4.b. Ioh.16.b.

a ¶ Tenebræ, vel tribulatio. ¶ Humile mandatum. b ¶ Quasi non liquidum.

a mirabilia in tẽrra Ægypti, in campo Thaneos. † Intẽrrupit

¶ Ad tertiam. a ¶ Clausas.

b mare, & produxit eos, & statuit aquas † quasi in † vtrẽ. † Et

a ¶ Priusquam ponat in patria.

c dẽduxit eos in nube † diei, & tota nocte in illuminatione

a ¶ Latus in cruce. b ¶ Christum. c ¶ Huius seculi.

d ignis. † Intẽrrupit † pẽtrã in erẽmo, & adaquauit eos velut

¶ Copiam notat. a ¶ Quæ sequebatur eos quocunque ibant. b ¶ Quod mirum. c ¶ Non parum. d ¶ Sed.

e f g h ĩ abyssо multa. Et eduxit aquãm de pẽtra, & ẽduxit tãquam

a ¶ Copiosè. b ¶ Hęc fecit illis Deus. ¶ Tamen. c ¶ Illi, scilicet praua generatio. ¶ Adiecerunt, vt inter tot mira non crederent. d ¶ Id est non credere

i k flumĩnã aquas. Et apposuerũt adhuc peccãre ei: in irã † exci-

a ¶ Plùs cordis, quam loci. b ¶ Vel siccitate. ¶ Quomodo. c ¶ Tentare, est dolosè postulare, vt in verbis sit simplicitas, cùm sit in corde malitia. ¶ Non credendo petierunt.

l tauerunt excẽlsũ in † inãquosa. Et † tẽtãuerunt Deũ in cordib.

i *Adhuc peccare.* CAS. I. Adiecerunt, vt inter tot beneficia non crederent: quod vt maximum intelligeretur peccatum, cum dominus dixit in euangelio; *Spiritus arguet mundum de peccato*, exponendo subiunxit; *de peccato quidem, quia non credunt in me.* Sicut ergo peccatum dicit ibi, *non credere*, & hic *peccare* dicit, non credere.

k *In iram* CAS. Non credentes Deum posse difficilia sibi facere, quod grauissimum est apud Deum: sic & nos abluti per baptismum prouocamus Deum ad iram.

l *In anaquosa.* AVG. Vel, in alia eremo ad literam, vel potius in se, quia licet pleni vtres aquæ de petra, aridæ tamen mentes fuerunt.

☞ a *Men-*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 In campo, &c. *Thanis ciuitas est Aegypti regia, propter quod tenebantur ibi regia consilia, secundum quod dicitur Esaiæ.9 b.* Stulti principes Thaneos, sapientes consiliarij Pharaonis, dederunt consilium insipiens. *Et quia propter obstinationem regis tota Aegyptus flagellabatur diuersis plagis, ciuitas regia & terra propinqua grauius percutiebatur, propter quod de illa fit hic specialis mentio. Similiter si referatur hæc litera ad mirabilia circa Moysen facta vt prædictum est, verisimile est quod hoc fuerit in Thanis, in qua rex frequentius habitabat.*

2 Interrupit. *Hic consequenter describuntur Dei beneficia in mari rubro exhibita, cùm dicitur:* Interrupit mare & perduxit eos: *quia sicco pede fecit eos transire, vt habetur Exo.14.c.*

3 Et statuit aquas quasi in vtre. *Aquæ enim detinentur in vtre ne effluant: & eodem modo aquę maris diuisę ex vtraque parte detinebantur diuina virtute, ne effluerent super filios Israel, quia (vt ibidem dicitur)* erant eis quasi pro muro à dextris & à sinistris.

4 Et deduxit eos in nube diei. *i. columna nubis & ignis, vt ibidem habetur. Et columna nubis protegebat eos ab ardore solis, & columna ignis ostendebat eis viam in tenebris noctis; in qua transierunt mare rubrum, et alys etiam temporibus, quando de nocte incedebat exercitus. Vtrum autem esset vna columna ignis & nubis vel dua, dictum fuit Exo.13.d.*

5 Interrupit. *Hic ponuntur beneficia exhibita in deserto: non omnia, sed aliqua; & specialiter fit hic mentio de beneficio aquæ, de quo habetur Exo.17.b. quando eductæ fuerunt aquæ de petra Oreb: & hoc est quod dicit,* Interrupit petram in eremo, *id est, loco sicco & deserto.*

6 Et adaquauit eos. *i. abundanter potauit.*

7 Quasi in abyss. *quia egressæ fuerunt aquæ in magna abundantia. quia in exercitu Hebræorum erant sexcenta milia absque mulieribus & parulis & pecoribus: & ideo oportuit quòd esset aqua multa, vnde tanta multitudo populi posset adaquari. Simile etiam factum legitur Nu.20. vbi dicitur, quod Moyses percussit virga bis silicem, & egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta. & propter hoc subditur:*

8 Et eduxit aquam. *Quod enim ista eductio aquę de petra fuerit alia à precedente, patet: quia illa fuit ante datione legis, ista verò post, vt patet intuenti libros Exo. & Num. Sciendum tamen, quòd illa, quę narrantur in hoc Psal. & in alys, non semper narrantur eo ordine, quo fuerunt facta: sed aliqua prius facta postea scribuntur, & econuerso, sicut patet in alys libris sacræ scripturæ, & maximè in illis, qui metricè scripti sunt, qualis est liber psalmorum.*

9 Et apposuerunt adhuc peccare ei, &c. *Hic consequenter ostenditur ingratitudo populi: & primo quantum ad ingratitudinis magnitudinem; secundo quantum ad eius multitudinem, ibi,* Quoties exacerbauerunt. *Prima in duas, quia primo ostenditur propositum in his, quę contigerunt ante missionem exploratorum; secundo post missionem eorum, ibi,* In omnibus his. *Prima adhuc in duas, quia primo describitur populi ingratitudo; secundo Dei mansuetudo, ibi,* Ideo audiuit. *Circa primum dicitur,* Et apposuerũt adhuc peccare ei, &c. *& per hoc quod dicitur,* Et oppositerunt, *apparet recidiuum eorum in peccatum, ex quo aggrauatur negotium: antequam enim transissent mare rubrum, peccauerunt contra Moysen & Deum dicent,* Quid hoc facere voluisti, vt educeretis nos de Aegypto? *& subditur:* Multò enim melius erat seruire Ægyptiis, quam mori in solitudine, *Exo.14.c.*

10 In iram excitauerunt excel &c. *id est, in deserto, in quo erat defectus aquæ: quia post trãsitum maris rubri frequenter murmurauerunt contra Deum & Moysen in deserto, vt patet in libro Exod. & Numeri.*

11 Et tentauerunt Deum. *i. ex præmeditatione & certa malitia. Tentare autem est accipere experimentum de aliquo: isti autem voluerunt experiri in sensibili signo, an Deus haberet curam de eis prouidendo eis de victualibus, ideo subditur,*

☞ 1 Vt

MORALITER.

1 *In campo Thaneos,* qui interpretatur consummatio: nam ibi saluator opus nostræ salutis consummauit, dicens in cruce, *Consummatum est.* Ioh.19.

2 *Interrupit mare.* id est, præsens seculum,

3 *Et perduxit eos.* scilicet apostolos ad prædicandum gentibus per orbem.

† *Et statuit aquas.* id est, tribulationes mundi ab eorum impedimento compescuit: nam tempore tribulationis numerus fidelium magis creuit.

8 *Et deduxit eos in nube.* i. seipso, qui est nubes ab æstu protegens, & noctem illuminas.

5 *Interrupit petram.* id est, seipsum (quipetra dicitur. 1. Cor. x. a) interrupi permisit in sua passione, clauorũ & lãceæ perforatione.

9 *Et adaquauit.* nam inde prodierunt fluenta gratiæ.

10 *Et apposuerunt,* s. hæretici & mali Christiani.

Vt pe-

a ¶ Sic & multi cum tentatione quærunt hodie sapientiam à Deo. b ¶ Spirituales vitæ suæ. ¶ Tunc. ¶ Falsa.

suis, † vt peterent escas animabus suis. Et † malè locuti sunt

a ¶ Quasi, non; hæc diffidentia Deo est iniuria.

a de Deo: dixerunt: Nunquid poterit Deus parare mensam

a ¶ Cas. exemplum dant, & de simili desperant. ¶ Quasi poterit, quia & hoc aliud potuit, Quoniam percussit, &c.

in deserto? † Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Nunquid & panem pote-

a ¶ Copiosam refectionem. b ¶ Tot hominibus. c ¶ Ne videretur non posse. d ¶ Dando rogata.

b rit dare, aut parare † mensam populo suo? † Ideo audiuit do-

¶ Pœnam. ¶ Exponit ignem.

c minus & † distulit, & ignis accensus est in Iacob, & * ita a-

¶ Cur. ¶ Posse dare.

d scendit in Israel: Quia non crediderunt in Deo, nec speraue-

¶ Christo. ¶ Audiuit. ¶ Et ideo. ¶ Prædicatoribus.

e f runt in salutari eius. Et mandauit nubibus desuper, & ia-

a ¶ Id est manna. b ¶ Non labore humano. c ¶ Nomine significati intelligitur significans.

g h nuas cæli aperuit. Et pluit illis manna † ad manducandum,

i & † panem cæli dedit eis. † Panem † angelorum mandauit

A ☞ a *Mensam.* CASS. Mysticè, refectionem sapientiæ; vel, corpus Christi.

✻ EVTHYMIVS. Per mensam, carnes præstitas intelligit. Tu illud cõsidera, quomodo beatus Dauid ante panẽ & carnes datas, fluxisse dicat aquã de petra; cũ in Exodo Moses contrariũ tradat. Ibi enim primo legimus pluisse illis Deũ

† petendo panem Manne, & coturnicum carnes, & Deinde aquam dedisse è petra. Nõ est igitur alia huius addubi-

† Ecce tationis solutio, nisi dicas de alio pane, &

B de aliis carnibus prophetam hic loqui, de

† carnes quibus in libro Numeri scriptũ est. Bis

tiratus est etenim eis Deus & coturnices pluit, & panẽ: vnde etiam per *petrã*, hoc in loco aquã eã intelligit, quę effusa est Choreb, & non eam quę in Cades.

† triticum frumẽtum C b *Ideo audiuit* CASS. Quòd dilata vindicta, dedit prius quod petebant, ne videretur non posse.

c *Distulit.* AVG. Pœnam; dans prius, quod, licet tentando, petebat, ne videretur non posse: & postquam dedit, ignis, id est, ira ascendit in Israel. Et hoc est quod prius dixit: *Ignis accensus est in Iacob:*

d *Et mandauit.* Vtrunque breuiter positum. s. quòd audiuit, quòd ira ascendit; apertè hîc incipit narrare: Et prius quomodo audiuit exequitur, postea in sequenti parte quomodo vindicauit.

e *Et ianuas cæli.* CAS. Ianuæ, ipsi prædicatores, quibus intratur in cælum; vel scripturæ.

f *Aperuit.* Quia dedit spiritum suis, vt intelligerent scripturas.

g *Manna ad manducandum.* AVG. significat panem, qui de cœlo descendit, qui est cibus angelorum; quem, vt manducaret homo, *verbũ caro factum*, qui per nubes euangelicas pluitur toti mundo, & apertis eorum cordibus, quasi cęlestibus ianuis, credẽti ecclesiæ prædicatur, non tentanti synagogę.

D Iohan 6. d. Iohan. 1. b.

† detrahẽrunt.

CASSI. *Manna, quid est hoc?* quia hîc cibus admirando requiritur: & esse corpus Christi scitur.

E

h *Panis cæli.* CAS. Non aliter, quã Christus, de quo cælestes, id est, angeli reficiuntur eius contẽplatione; & hunc panem, id est, verbum, quo grandi cibo pascuntur angeli, per carnem sectũ lac, edit homo.

† Propter hoc

* etiam

i *Panem angelorum manducauit hom. &c.*

F

✻ EVTHYMIVS. Non hoc dicit, quasi Angeli Manna vescantur; sed quia angeli illud ministrabant. Accusat namque & Christus eos, qui panem hunc cœlestem, verè panem putabant, dicens: *Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cœlo: sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum*: hoc est, de cœlo verè descendentem. Quòd autem illud Manna non esset angelorum cibus, ibidem asserit Christus dicens. *Patres vestri manducauerunt in deserto Manna, & mortui sunt*; restat vt cœlestis propriè panis non sit nec angelorum cibus.

† sad saturitatem

☞ a *Afri*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Vt peterent. *id est, ad sustentamentum vitæ ipsorum, cum deberent hoc tenere firmiter ex præcedentibus signis. Leguntur autem hoc bis petiuisse, semel ante dationem legis: vt habetur Exo. 16. a. vbi dixerunt Moysi*, Cur induxisti nos in desertum istud, vt occideres omnem multitudinem istam fame: *& alias post legem datam, vt habetur Nu. 11. b. dicentes: Quis* dabit nobis ad vescendum carnes? *etc. Et quantum ad istud secundum subditur;*

2 Et male. *& modus loquendi subditur, cum dicitur*: Dixerunt:

3 Nunquid po. D. para. mensã. *id est, refectionem splendidã carniũ: quia erant assuetiati esu manę, dicentes, Nume. 11. b.* Anima nostra arida est, nihil respiciunt oculi nostri nisi man. *& quòd Deus deberet hoc facere, arguebant per signum dationis aquę de petra dicentes,*

4 Quoniam percussit petram. *i. percuti fecit per Moysen.*

5 Et fluxerunt aquæ, *Hoc dicitur de prima eductione aquę ante dationem legis, quæ tangitur Exod. 16.*

6 Et torrentes, &c. *Quia aquę in magna abundantia exierunt, vt suprà dictum est.*

7 Nunquid, &c. *Ex modo loquendi apparet, quòd non loquebantur assertiuè, vt fideles: sed magis dubitatiuè, vt Deum tentãtes. Sciendum etiam quòd locutio hęc non intelligitur de datione manna, quę præcessit eductionem aquæ de petra immediatè prædictam; quia manna fuit prius data, vt habetur Exod. 16. & prima eductio aquę de petra postea subditur, Exo. 17. Sed per petitionem panis, hîc intelligitur petitio cibi delicati carnium, quę ponitur Num. 11. ideo subditur,*

8 Aut parare mensam populo suo. *id est, refectionem splendidam et delicatam. In Hebræo & in translatione Hiero. habetur*: Aut parare carnem populo suo.

9 Ideo audiuit. *hîc describitur domini mansuetudo, quia non statim puniuit eorum ingratitudinem, sed primò impleuit eorum petitionem, & distulit pœnam tempore debito inferendam. Et circa hoc primò ponitur Dei ordinatio; Secundò ordinationis executio, ibi,* & mandauit: *Circa primum dicitur*, Ideò audiuit, &c. *non propter meritum: sed ad suę potentię declarationem.*

10 Et distulit, *inferre eis pœnam debitam.*

11 Et ignis. *i. furor domini, qui frequenter in scriptura per ignem designatur*, accensus est *contra populum descendentem de Iacob. ideo subditur,*

12 Et ira Dei. *Et est expositio præcedentis verbi*, Et pro id est, ira Dei ascendit in Israel *ad puniendum ipsum, vt videbitur infra; & causa huius iræ subditur, cum dicitur,*

13 Quia non crediderunt. *Ex miraculis enim præcedentibus debebant credere firmiter & sperare, quod Deus non deficeret eis in necessarijs. Aliter etiam exponitur, ab aliquibus*: Et ignis accensus est in Iacob, *de igne qui deuorauit extremam partem castrorum, Nu. xj. sed prima expositio magis consonat ordini historiæ.*

14 Et mandauit. *hîc consequenter describitur diuinæ ordinationis executio: & primò quantum ad piam exauditionem; secundò quantum ad iustam petitionem, ibi*, Adhuc escæ. *Circa primum primò ponitur exauditio petitionis panis, cum dicitur*, Et mandauit nubibus desuper, *quia manna data eis pro pane, Exo 6, generabatur sursum in aere, vbi locus nubium.*

15 Et ianuas cæli. *s. aerei,*

16 Aperuit, *inquantum manna inde descendere fecit: ideo subditur,*

17 Et pluit illis manna. *descendebat enim cũ rore, vt habetur Nu. 11. Ros autem & pluuia differunt solum secundum multitudinem & paucitatem materię: ideo dicitur hîc manna descendere per modum pluuiæ.*

18 Et panem cæli. *i. formatum in cœlo aereo,*

19 Panem angelorum, *quia manna formabatur & descendebat ministerio angelico.*

☞ Ciba

MORALITER.

† 1 *Vt peterent escas.* illa petitio mali, quæ describitur hîc vsque ibi, *In omnibus his*; dupliciter potest exponi mysticè, scilicet de cibo corporali, & spirituali. Primò modo exponitur de malis religiosis & ingratis, qui non sunt cõtenti conuentualibus sibi ministratis: cum tamen frequenter talia & pauciora sufficissent eis in seculo, & propter eorum importunitatem præsidẽtes monasterij condescendunt petitioni eorum: & hoc cedit ad malum spirituale petentium, & aliquando cum hoc ad corporale malum, nam ex ingurgitatione incurrunt infirmitatem, & aliquando mortem. Alio modo exponitur de sumentibus indignè sacramentum eucharistiæ, in quo sub specie panis vera Christi caro continetur: & de talibus dicitur 1. Cor 11. g. *Qui verò manducat indi. iudi. sibi man. & bi.* propter quod in fine concluditur,

Adhuc

a ¶ Quæ sequuntur. b ¶ quæ ab auidis non poterant consumi. c ¶ quomodo? ¶ Ad terras.
¶ Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.

homo, cibária misit eis † in ábundantia. Transtúlit austrum 1
a ¶ Vt inferius flaret. b ¶ Ne sibi det Africus, quæ ex Deo habet. 2
c ¶ Feruentes & lucentes prædicatores.
a dé cœlô, & induxit in † virtute sua Africum. Et plúit super 3
a ¶ Abunde. b ¶ Carneam fidem, carneis vocibus editam.
b c ¶ Ideo mirum, quod cum essent volatilia pennata pro voluntate ea capiebant.
c d eos sicut púluerem carnes, & sicut arenam maris volátilia 4
a ¶ Duobus cubitis super terram. Vt nec difficultas capiendi esset. 5
pennata. Et † ceciderunt in medio † castrorum eorum, cir- 6
a ¶ Ventre, non mente.
f ca tabernacula eorum. Et manducauerunt & satúrati sunt 7
a ¶ Licet eis non profuerit. ¶ Conceduntur enim interdum, quæ non prosunt.
b ¶ Multum sunt vsi illis carnibus. ¶ Ne impotentia à Deo videretur.
nimis: & desiderium eorum attulit eis. Non sunt † fraúda- 8
a ¶ Ecce quid distulit? b ¶ Infidelis & praua generationis. ¶ Alias esca erat. 9
g ti à desiderio suo. Adhúc escæ eórum erat in ore ipsorum, 10
a ¶ Superbos, de quibus: Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum.
& ira Dei ascendit super eos. Et occidit pingues eorum, & 11
a ¶ Bonos. b ¶ Alias compediuit. c ¶ Sed tamen in omnibus peccauit praua illa generatio. 12
h i electos Israel † impédiuit. In ómnibus his peccauerunt ad- 13
¶ Dei. a ¶ Ideo. b ¶ Cas. quasi languida tabe. 14
k l huc, & non crediderunt in mirabilibus eius, † et defecé- 15
a ¶ Pro vanitate sua citius perierunt. b ¶ Vnde dicitur alibi: Viri impij non dimidiabunt dies suos. 16
m rúnt in vánitate dies eorum, & ánni eorum cum festinatione. 17
18

a *Africum*, quia ibi sunt coturnices.

A b *Et pluit super eos, &c.* Avgvst. Sic & paruulam fidem non tentantium & credentium pascit carne editis vocum signis, & per aerem transcurrentibus, quasi volatilibus cœli: non tamen ab Aquilone venientibus, vbi frigus & caligo, id est, ab eloquentia seculi; sed austro trãslato ad terras, vt paruuli audiendo terrestria nutriãtur ad cœlestia; vnde, *Si terrena dixi vobis, & non creditis mihi: quomodo si dixero ca. &c.*

† ad saturitatem Iohan. 5. b. † De cõsc. di 2. c. reuera & c. omnia. Dereli & vene. cap. Vinia. in Cle. r cadere fecit. † vel nubiũ fortiũ regũ B

c *Sicut pulue.* Cas. *Puluis* hic, significat intelligentiæ subtilitatem, quę ad superna conscendit. *Arena*, innumeram prudentiæ copiam salis sapore conditam.

d *Volatilia pen.* cœlestia desideria, quibus anima pasta pingueſcit: hæc intra septa ecclesię possumus accipere, vnde subdit,

e *Et ceciderunt in medio castrorum.* Avgv. Significans per hoc ꝓ sponte veniunt venti ad homines, & portãt eis verba diuinitus missa, vt in suis sedibus, & circa tebernacula audiant: quia in omnem terram exiuit sonus eorum.

Psal. 18. a.

f *Et mandu.* Conuicti sunt, qui hoc Deo impossibile putauerũt.

g *Adhuc esca eorum &c. & ira Dei* Cas. de vindictis, & simulatis reuersionibus eorum, timore pœnarum: & tamen sententia Dei per misericordiam temperata:

✻ Evthymivs. Vide quo pacto, antequam carnes consumerentur, quas in ore habebant, fide defecerint, & diuinæ virtutis obliti sint, vnde desiderio quidem suo satiati sunt, vt diuina erga eos prouidentia & virtus conspiceretur, ob eorum tamen infidelitatem delitatem & ventris ingluuiem, effectus est ille cibus tandem eis in nauseam, ob quod multi eorum periere. D

✻ Basil. Cùm multum diuinæ potentiæ cæpissent experimentum, Deum non crediderunt escam suppeditare posse: castigationem illis intulit, vt se vtraque præstare, & bona exhibere, & pœnas inferre posse ostenderet; veruntamen nihilominus in delinquendi pernicacia permanserunt.

Esca. Cassiodo. Manna, coturnices. † fortitudine.

h *Electos Israel impediuit.* Avgvstinvs. id est, impediuit, ne illis prodessent, quibus paterno affectu cõsulere cupiebãt. Vel potius, compediuit, vt cum eis molestias sustinerent electi ad exemplum, non iustitiæ tantũ, sed & patientię. E

† alienati, vel non recesserunt.

i *Impediuit.* Avgvstinvs. Murmure eorum, vt Moyses, qui dixit: *Nunquid potemus de petra aquam vobis ejicere?* Nu. 20. b.

† humiliauit, incurauit.

k *In omnibus his peccauerunt adhuc & non crediderunt in mirabilibus eius:* correcti post † Verũtamẽ consũpsit. F

hæc omnia, grauiora sunt peccata, quæ semper accrescunt.

l *Et defecerunt &c.* Avgvst. Cum possent, credendo, dies in veritate sine defectu habere.

m *In vanitate dies eorum & anni eorum.* Cassiod. A similitudine illius, qui in ortu moritur, in vanum est natus.

n *Cum festinatione.* Avgvst. Et quæ prolixior videtur, vita cito præterit.

✻ Beda. *Cum festinatione*, non ideo dicit, quod anni ad mortem festinarent; sed quia ipsi non corrigebantur, sed semper in peius detrudebantur, ideo videbãtur quasi festinare ad interitũ.

☞ Similiter

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cibaria misit. *quia quilibet colligebat quantum edere poterat, Exo. xvj. Consequenter ponitur petitionis carnium exauditio, cum dicitur,*

2 Transtu au. de cæ. *Auster est ventus meridionalis, quem tunc Deus fecit cessare à flatu suo, & fecit flare Africũ, qui est ventus occidẽtalis, lateralis tamẽ, versus meridiẽ, quia in regione opposita castris, qua erãt versus ventum illum, erat magna multitudo coturnicum, quas ventus ille transportauit vltra mare rubrum ad locum, vbi erant castra Hebræorum, vt habetur Nu. xj. g. vbi dicitur:* Ventus autem egrediens à domino arreptas trans mare coturnices detulit, & dimisit in castra, *ideo subditur.*

3 Et pluit super eos sicut puluerem, *id est, valde abundanter,*

4 Carnes, *non mortuas, sed viuas, ideo subditur,* Et *pro* id est,

5 Sicut arenam maris volatilia pennata. *Et dicit* sicut arenam maris *propter abundantiam, quia inde habuerunt satis ad comedendum vsque ad mensem, Nume. xj.*

6 Et ceciderunt in medio castrorum &c. *ita quod poterant eas capere sine aliqua difficultate.*

7 Et manducauerunt &c. *quia multi tantum comederunt, quod vertebatur in nauseam, secundum quod dicitur Nume. xj. g.* Donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam.

8 Et desiderium eorum attulit eis &c. *id est, abundantiam carnium, sicut desiderauerant.*

9 Non sunt fraudati à desiderio suo, *quia consecuti sunt effectum: tamen ad malum ipsorum, vt statim subditur,*

10 Adhuc escæ. *Hic consequenter describitur executio diuina ordinationis quantum ad eorum punitionem, cum dicitur,* Adhuc escæ eorum &c. *quia non totum adhuc comederant: & probabile est, quod ipsi vel plures eorum adhu comedebant, quando Dei punitio venit super eos, ideo subditur,*

11 Et ira Dei, *id est, ad puniendum eos potestatiue, ideo subditur,*

12 Et occidit pingues eorum, *id est, diuites repletos diuitiis.*

13 Et electos Israel. *id est fortes & nobiles, quasi dicat, sine acceptione personarum puniuit magnos & parnos morte repentina: propter quod locus ille vocatus fuit* sepulchra concupiscentiæ, *quia ibi sepelierunt populum, qui desiderauerat carnes, Numeri xj. in fine.*

14 In omni. his. *Hic consequẽter ostenditur bonitas Dei & ingratitudo populi in his, qua acciderunt post missionem exploratorum, de qua habetur Numeri xiij. d. quia exploratores de sua legatione reuertentes terruerunt populum, ita quod volebãt reuerti in Aegyptum, vt habetur Numeri iij. Caleb autem filius Iephone, & Iosue filius. Nun econtrario confortabant populum, dicentes, quod poterant hostes debellare ita faciliter, sicut poterant comedere panem: sed populus nolebat eis credere, sed magis voluit eos cum Moyse & Aaron lapidare & hoc est quod dicitur,* In omnibus his, *id est, non obstantibus predictis Dei beneficiis & punitionibus,*

15 Peccauerunt adhuc, *ex nimia ingratitudine,*

16 Et non crediderunt in mirabilibus &c. *quia propter mirabilia qua fecerat, educendo eos de Aegypto, debebant credere firmiter, quod introduceret eos in terram promissionis valde faciliter: quod fuisset nisi eorum malitiam impediuisset, ideo subditur,*

17 Et defecerunt &c. *quia propter illud peccatum omnes, qui exierunt de Aegypto à viginti annis & supra, ex diuina sententia mortui sunt in deserto, vt habetur Numero. xiiij. d. prater Caleb. filium Iephone, & Iosue filium Nun, & Leuitas qui nonfuerant numerati à viginti annis & supra, sed ab vno mense & supra vt ibidem fuit expositum.*

18 Et anni eorum cum festinatione &c. *quia mors multorum accelerata fuit in rebellione Core, Numeri decimosexto & per serpentes ignitos, Numeri vicesimoprimo, & in peccato Beelphegor pro quo occisi sunt viginti quatuor milia hominum, Numeri vicesimoquinto.*

☞ Cum

MORALITER.

10 *Adhuc escæ eo. &c.* nam indigna sumptio vel celebratio huius sacramenti magis est damnosa illis, qui sunt in statu maiori.

14 *In omnibus his,* Hic describitur ingratitudo malorum Iudæorum ex multiplici recidiuo in peccatum. Nam decies Deum tentauerunt, vt dicitur, Nume. xiiij. per quos significantur mali Christiani, qui timore pœnæ cessant à peccato, & statim reincidunt cessante periculo propter quod finaliter concluditur,

K † *Quoties*

A Similiter cum dies omnium noſtrûm ad æternitatẽ creati ſunt, ſi nos vanitati ſtudemus, ipſi certè ab æternitate deficiunt. Et cum de die in diem peccamus, & non corrigimus, tunc anni noſtri ad æternitatem creati, feſtinant quaſi ad interitum, vel ad nihilum.

a *Quærebant eum.* CASSIO. AVGVST. Non occiſi, ſed relicti: Sed ſic loquitur quia vnus populus sũt, quaſi de vno corpore.

b *Diluculò veniebant ad eum, &c.* CAS. Sedulo, vel ante lucem: Vnde, *vanum eſt vobis ante lucem ſurgere.* Pius in luce, impius ante lucem rogat.

Quærebant. reuertebantur, veniebant. AVGVST. Hæc omnia, B propter tẽporalia bona acquirenda, & vitanda mala: & ita non Deus, ſed illa colebantur.

c *Nec fideles habiti ſunt in teſtamento, &c.* CASIOD. Qui verè credit, opera facit: vnde fides dicitur, quod fiant dicta: vnde dicit, *Nec fideles in præceptis.*

d *Ipſe autem eſt miſericors & propitius fiet.* AVG. Hic mali impunitatem ſibi promittunt, ſed miſericordia C eſt etiam malis, verùm ante iudicium, quia facit ſolem oriri ſuper bonos & malos. Sic & illi genti pepercit, ne penitus eradicaret, ſed manet in ſuceſſione poſterorum, ſicut Cain ſigno accepto, ne quis eum occideret. (Mat. 15 g.)

✠ EVTHYMIVS. Propitius erit & non perdet: pro propitius fuit, & non perdidit, tempus nimirum ponens pro tẽpore. Neque eos tunc ſtatim perdidit, ſed longanimis fuit. Dixiſſe enim eum legimus ad Moyſem, *placatus ſum eis iuxta verbum tuum.*

✠ BASILI. Ipſe bonitate ſua vſus, non ſuſtinuit eos omnimode dare p perditioni.

✠ BEDA. Ipſe eſt eis miſericors, quia non penitus deſtruxit populum illum, propter prolis ſucceſſionem: quia quidam poſteri eorum credituri & perfecti futuri erant, ſicut ſancti Apoſtoli, & multi alij: & quia naſciturus erat de ſemine eorũ Chriſtus. Sciendum quod ex hoc loco, peccatores quidam impunitatem peccatorum præſumpſerũt aſſerere, dicentes quod ipſi tales eſſent, quales iſti fuerunt: tamen Deus miſereretur eorũ, quia hic dicitur, *Ipſe autem eſt miſericors, & propitius fiet peccatis eorum*; non attendentes, quia patientia Dei ad pœnitentiam nunc adducit, in futuro vero nullius mali, miſerebitur. D

a ¶ Aug. non propter æternam vitam, ſed timentes occidi, exemplo iam occiſorum. Sed boni ſine neceſsitate quærunt. b ¶ Ad eum.

a † Cum occideret eos quærẽbant eum, & reuertebantur, & 1
a ¶ Alias, ante lucem. ¶ Id eſt in nocte manentes.
b diluculo veniebant ad eum. Et rememorati ſunt, quia Deus 2
¶ In bonis. ¶ A malis.
† adiutor eſt eorum, & Deus excelſus redemptor eorum 3
a ¶ Aug. non in corde, cum tamen ei omnia ſecreta nuda ſint.
b ¶ Sic contingit his qui ſolo timore, non amore credunt.
eſt. Et † dilexerunt eum in ôre ſuo, & linguâ ſua mentiti 4 5
a ¶ quaſi Deus non cognoſceret. b ¶ Quia non Deum propter Deum quærebant.
c ¶ Terrena volebant, non hæreditatem not. cuius fides etiam tunc ſub velo erat in electis, modo vero reuelata eſt non in multis vocatis: ſed in paucis electis.
c ſunt ei. Côr autem eorum nôn erat rectum cũ eo. nec fidẽles 6 7
d † habiti ſunt in teſtamento eius. Ipſe autem eſt miſericors, 8
¶ Omnino.
e † & propitius fiet peccatis eorum & non diſperdet eos. 9 10
a ¶ Miſericordia Dei. ¶ Orante Moyſe cum diceret ei Deus: Dimitte me vt deleam eos, & faciam te creſcere in gentem magnam. Cui Moyſes: aut dimitte eis hanc noxam: aut de. me de li. &c.
b ¶ Pœnam quam ceperat.
f Et † âbundauit, vt † auerteret irâm ſuam, & non accendit 11 12
a ¶ Vt penitus extirparet. b ¶ Mouit pium iudicem fragilitas peccantium.
omnem irâm ſuam. Et recôrdatus eſt quia caro ſunt, ſpiri- 13 14
a ¶ Diffinitio mortis. b ¶ Per ſe in peccato. ¶ De hoc mundo. ¶ De corpore. c ¶ Per ſe à peccato.
¶ In hoc mundo. d ¶ quaſi multoties. ¶ Non ſolum prædictis modis.
e ¶ Licet parceret. ¶ Vt bona tolleret.
g tûs vâdens & nôn † rediens. Qûoties exâcerbauerũt eũ in de- 15 16
a ¶ Vt mala faceret. b ¶ Vt potius timere deberent. c ¶ Exponit.
¶ quia pepigerant, quæcunque præceperit nobis dominus, faciemus. ¶ A teſtamento.
h ſerto, in iram côncitauerũt eũ in inaquôſo. Et cônuerſi ſunt, 17

† Quoniã. † fortitudo creator. † blanditi, adulati sũt ei. † vel fuerunt, permanſerunt. † vel remittet iniquitatem. † multiplicauit, vel multas in eo fuit. i ſępe auertebat. † interpretem. † auertat.

e *Peccatis eorũ, &c.* populi, AVGVSTI. qui idẽ eſt in ſucceſſione filiorũ; vt & poſt *abſtulit eos de Aegypto & induxit eos in montem ſanctificationis*, cum non eos, niſi in ſucceſſione. Sic & hic cum dicitur, *propitius fiet peccatis eorũ*, intelligimus etiã impletũ eſſe, quod dicitur ab Apoſtolo, *Reliquiæ ſaluæ fi.* quæ credẽt in Chriſtũ, quod hic præuidit cũ ſubdit, *Et non diſperſit e. Et abun. vt auer. &c.* quia. (Gene. 4. g. — Rom. 9. f.) E

f *Non omnem iram accendit &c.* id eſt, nõ puniuit eos quantũ digni erãt: quia & illud remiſit, quod filium occiderunt. F

g *Spiritus vadẽs & nõ reuertens &c.* Ideo per gratiã reuocat, quia per ſe redire non poſſunt: vnde in prouerbiis in via iniquitatis dicitur, *Omnes qui ambulant in ea, non reuertẽtur.* ſ. per ſe, ſed per gratiã reuocabuntur. Hæc eſt ouis errabunda, quæ humeris pij paſtoris reducta eſt ad gregem. (Prouer. 2. d. — Luc. 15. a.)

g *Quoties.* CASSIO. Dicturus plagas Aegypti, propter eos factas, comparando mala eorum beneficiis Dei, dicit eos oblitos, & tentaſſe Deum.

AVGVSTINVS. quia caro vel ſpiritus vadens, quoties ergo? quaſi multoties exacerbauerunt eum.

h *Et conuerſi ſunt &c.* AVGVSTINVS. Repetit eorum infidelitatẽ, vt memoret quas plagas intulit Deus Aegyptiis propter eos, vndè deberent eſſe non ingrati.

✠ EVTHYMIVS. Verbum *conuerſi ſunt*, hoc in loco in malum accipitur. *Conuerſi* enim ſunt à vitio, ad aliud vitium.

De ma-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cum occideret eos, quærebant eum &c. *Non eſt intelligendum de eiſdem hominibus in numero, ſed de diuerſis, eiuſdem tamen populi: cum Deus interficeret aliquos ſubito, alij timebant, & miſericordiam à Deo petebant.*

2 Et memorati ſunt quia Deus adiutor &c. *pugnans pro eis contra exercitum Pharaonis: vnde dixerunt*, Fugiamus Iſraelem, dominus pugnat pro eis contra nos *Exodi decimo quarto f. & ſimiliter contra Amalec, ſecundum quod dicitur Exodi decimoſeptimo. c.* Cumque leuaret Moyſes vincebat. Iſrael.

3 Et Deus excelſus redemptor eorum eſt &c. *de captiuitate Aegypti, Sed iſta reuerſio ad Deum, ſaltem, quantum ad multos, non erat ex amore iuſtitiæ, ſed timore pœnæ: ideo ſubditur,*

4 Et dilexerũt eum in ore ſuo &c. *quia in exterioribus verbis prętenderunt ſigna diuinæ dilectionis:*

5 Et lingua ſua mentiti ſunt ei &c. *quia non ſic habebant in mente, prout prætendebant ore, ideo ſequitur,*

6 Cor autem eorum non erat rectum cum eo, *per veram dilectionem.*

7 Nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius, *id eſt, in præceptis legis quæ dicitur teſtamentum, per debitam impletionem in operatione.*

8 Ipſe autem eſt miſericors, *quia eius proprium eſt miſereri & parcere.*

9 Et propitius fiet peccatis eorum, *puniens eos citra condignum.*

10 Et non diſperdet eos, *totaliter delendo, ſicut meruerant.*

11 Et abundauit, vt auerteret iram ſuam &c. *id eſt effectum vindictæ ſuæ, quem auertit pro parte: ideo ſequitur,*

12 Et non accendit omnem iram ſuam &c. *id eſt, vindictam, ſed ſolum partem eius, Cuius cauſa ſubditur ex parte fragilitatis humanæ, cum dicitur,*

13 Et recordatus eſt &c. *id eſt, ad modum recordantis ſe habuit, quia obliuio in Deum non cadit.*

14 Quia caro ſunt, &c. *id eſt, fragiles, & proni ad caſum, propter fomitem ex carne procedentem: propter quod etiam peccatum hominis remediabile eſt, non autem angeli, qui carnem & oſſa non habet.*

15 Spiritus vadens & non reuertens &c. *id eſt, tendens ad mortem per ſeparationem à corpore: Non quia ſpiritus hominis moriatur, qui eſt incorruptibilis, ſed quia homo compoſitus ex corpore & ſpiritu moritur.* Et nõ rediens, *quia ſpiritus ſeparatus à corpore, ad ipſum non redit virtute naturæ.*

16 Quoties. *Poſtquam deſcripſit ingratitudinem populi quantum ad eius magnitudinem, hic conſequenter deſcribit eam quantum ad multitudinem: & primò committendo: ſecundò omittendo, ibi,* Non ſunt recordati, *Circa primum dicit,* Quoties exacerbauerunt &c. *ſua peccata multipliciter reiterantes: quaſi dicat. multoties: vnde dixit dominus, Nume. xiiij. d.* Tentauerunt me iam per decem vices: *& tamen dixit illud anno ſecundo egreſſionis de Ægypto, à cuius egreſſu vſque ad ingreſſum terræ promiſſionis fluxerunt xl. anni. Ex quo patet, quod in reſiduo tempore xxxviij. annorum multis vicibus offenderunt eum, nec omnes offenſiones ſunt ſcripta. Ideo ſubditur,*

17 Et conuerſi ſunt, *Ad mala præterita.*

Et ten-

MORALITER.

† 16 *Quoties exacerbauerunt eum in deſerto, &c.* quaſi dicat multoties valde.

a ¶ Id est, eum qui sanctificat Israel.

& tentauerunt Deum, & sanctũm Israel † exacerbauerunt. 1

¶ Et sic. ¶ Potentiæ. ¶ Id est, in die. 2

Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de 3

a ¶ Pharaonis. b ¶ Qualiter. ¶ Scilicet.

manu tribulãtis. Sicũt posuit in Aegypto signa sua, & pro- 4 5

a ¶ Hæc scilicet. ¶ Aquæ alibi in vinum conuersio, est mutatio populi in melius, hic in sanguinem, quia spiritualia carnaliter sentiunt.

digia sua in † campo Thaneos. Et cõuertit in sanguinem 6

a ¶ Alii manationes aquarum, quia foderunt Aegyptii in circumitu, & sanguinem pro aquis inuenerunt. ¶ Cisternæ vel pluuiales aquas.

flumina eorum, & † imbres eorum ne biberent. Misit in 7

a ¶ Aug. caninos mores, vt non honorarent parentes, vel prælatos. ¶ Muscam caninam.
b ¶ Garrulitatem hæreticorum, quæ est in cœnosis sensibus.

eos † cynomiam, & comedit eos, & ranam, & disperdidit 8

a ¶ Hoc non exodio. b ¶ Vel rubigini. c ¶ Qui per senas cuntur. d ¶ Sata.

eos. Et dedit † ærugini fructus eorum, & labores eorum lo- 9

¶ Bona eorum. a ¶ Nec hoc in Exodo. 10

custæ. Et occidit in grandine vineas eorum, & † moros 11

a ¶ Quæ multum distat à grandine. b ¶ Destructioni. 12

eorum in pruina. Et tradidit grandini iumenta eo- 13

a ¶ Quicquid boni erat dote naturæ. ¶ Nec hoc in Exodo. 14

¶ Ad exaggerationem decimæ plagæ hic ponit 15

rum, & possessionem eorum † igni. Misit in eos 16

a De manu tri. Cas. Tribulatio solet esse in memoria, sed non eis. Pulchrè opponit manum Dei, manui Pharaonis: dicẽs: *Manus eius & de manu tribu.* quæ multum differunt.

Avg. Cas. Mysticationes ab hoc loco.

b *Signa sua & prodigia.* cunt idem æquè significare. Aliqua verò *signa*, ea omnia esse intelligũt, per quæ Deus à naturali rerum ordine non recedens, Aegyptiorum gentem afflixit, veluti pecorum ægritudines, quæ suapte natura mortem afferunt, & locustarum lationem. Huiusmodi enim animalia naturaliter terræ fructus perdunt. Per *prodigia* verò, miracula illa dicunt significari, quæ naturali rerum cursu repugnante facta sunt: veluti aquæ mutationem in sanguinem, & quod ranę. quarum natura est vt in aquis versentur, in ficca terra habitauerint.

✻ Evthy. Signa & prodigia, nulli di-

c *Et conuertit.* vsque.

d *Misit in eos iram, &c.* Hic incipit exponere plagas propter Iudæorum liberationem in Aegypto factas, & ponit decem plagas. sicut in Exod. decem. Ponuntur aliqua tamen hic, quæ non in Exodo, quæ non interpretari, nisi figurate possumus, vbi & quæ facta fuerunt parabolæ dicuntur, sicut sæpe solet non seriem historiæ sequi: sed alia addere, vel quædã mutare pro significatione.

Aqua ergo *in sanguinem*, significat de rerum causis carnaliter sentire.

e *Cynomia* Canini mores sunt.

f *Rana.* Loquax vanitas.

Ærugo, quam alij rubiginem interpretatur, nocet occulte, quæ comparatur vitio, quod difficile apparet, vt est multum fidere de se. Aura enim noxia hoc in fructibus operatur latẽter: sic in moribus occulta superbia, cum putat se aliquid esse qui nihil est.

Locusta malitia ore lædens infideli. s. testimonio.

Grando, est iniquitas rẽs alienas auferens, vnde furta, rapinæ, prædæ. Plus autem vitio suo vastatur ipse vastator.

Pruina. vitium quo charitas proximi stultitiæ tenebris quasi nocturno frigore congelascit.

Ignis, qui non in Exodo nisi cum grandine in fulguribus, vt fructus læderet, accipitur: qui tamen non legitur possessiones incendisse, significat immanitatem iracundiæ, qua & homicidiũ fit.

Morte pecorum, pudicitiæ damnum signatur. Concupiscẽtia, qua fœtus oritur, cõmunis est nobis cum pecoribus: hanc habere domitã & ordinatam, pudicitiæ virtus est.

Mors primitiuorum amissio est iustitiæ qua quisque humano generi socialis est. Decem plagis percussi sunt Aegyptij contra decem præcepta scripta in tabulis. Et hic decem plagæ, licet nõ in eo ordine ponãtur, sed pro tribus, quæ in Exodo, id est, cynipes, vlcera, tenebræ quę non hic, Alię tres sunt hic, quæ non ibi, rubigo, pruina, & ignis. Talia enim pro congrua intelligentia frequenter variantur.

Signa. Cass. Sunt duris cordibus, quasi characteris impressi vestigia.

Prodigia, quæ signabant aliqua futura.

Thanis ciuitas, humile mandatum, quod hic nobis necessariũ, vt in futuro erigamur.

g *Et dedit æru.* Hæc in Exodo non leguntur, mystica ergo interpretatione tantum exponantur.

h *Locusta.* Avg. Se inuicem comedentes, significat detractores, qui alienos fructus inuide rodunt.

i *Moros eorum in pru.* Avg. Morus calidæ est naturæ, per quod charitas intelligitur, quæ in pruina occiditur.

k *Grandini* Avg. quæ grando non potuit lædere. i. mollia, post dicit Exodus à locustis comesta.

l *Tradi. &c.* Cas. Morte pecudum, stultorum occasus ostẽditur.

✻ Bas. Symmachus sic vertit, *Qui exposuit pesti iumenta eorum, & possessiones eorum alitibus.* Subita siquidem morte comprehensi, conuiuium carniuoris facti sunt alitibus.

m *Igni &c.* Cassiod. Ignis, cupiditas, quæ possessionem, id est, statum mentis vastat.

☞ a *Iram*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et tentauerunt Deum, &c. & *pro* id est, *Deum sanctificantem Israel.*

2 Exacerbauerunt, *Qui de sua natura dulcissimus est.*

3 Non sunt recordati. *Hic ostendit propositum ex omissione, quia tenebantur recordari beneficia eis præstita in Aegypto, quod omittebant ex sua ingratitudine: & hoc est, quod dicitur,* Non sunt recordati manus eius. *i. potestatis diuinæ,* die qua redemit eos de manu tribulantis. *i. Pharaonis, quem submersit in mari, cum suo exercitu, pro liberatione populi sui.*

4 Sicut posuit in Aegypto sua signa. *id est, decem plagas, quibus percussit Aegyptum.*

5 Et prodigia sua, &c. *Istud supra expositum.*

6 Et conuertit, &c. *vt habetur Exod. vij.*

7 Misit in eos cynomiã. *i. muscam caninam. Ista fuit plaga quarta Aegypti, de qua dicitur Exod. viij. c.* Immittam in te, & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas. omne genus muscarum: *& sic inter illas fuerunt muscæ caninæ, quæ hic singulariter exprimuntur, eo quod fuerant aliis graniores,*

8 Et ranam. *Plaga ranarum fuit secunda, de qua habetur Exod. viij. in principio: & ponitur hic singulare pro plurali. Ranã, i. ranas. & idem dicendum de cynomia.*

9 Et dedit æru. *i. vento vrenti, qui corrumpit segetes. De ista arugine non fit mentio in Exodo: quia solummodo ponuntur ibi plagæ notabiles, cum quibus fuerunt aliæ, quæ non sunt ibi scriptæ: sicut dicitur hic de ærugine, & sequenti versu de pruina.*

10 Et labores eorum, *id est, fructus per laborem eorum productos.*

11 Locustæ. *i. locustis. Ista fuit plaga octaua de qua habetur Exod. x.*

12 Et occidit, &c. *Ista fuit plaga septima de qua habetur. Exod. ix.*

13 Et moros eorum in pruina, &c. *In translatione Hieronymi habetur:* In frigore *folia mororum corrumpente.*

14 Et tradidit grandini iu. eorum, &c. *Quia animalia tunc in campis existentia magnitudine grandinis fuerunt interfecta, vt ibidem habetur.*

15 Et possessiones eorum igni, *Quia grando & ignis missa pariter ferebantur, vt ibidem habetur.*

16 Misit in eos iram iudi. suæ. *i. effectum iræ suæ & indignationis per plagas dictas, & sequentes.*

8 Et

MORALITER.

3 *Non sunt recordati manus eius die qua redemit, &c.* Hic describitur ingratitudo Iudæorum de Ægypti flagellatione & sua liberatione. Per Ægypti flagellationem, significata fuit Iudæorum flagellatio per Romanos, qui multipliciter eos percusserunt, scilicet terram eorum destruendo, & eorum bona rapiendo, & populum partim occidendo, & partim captiuando. Per liberationem vero Iudæorum signata fuit liberatio Christianorum, qui tunc erant in Iudæa: qui ante aduentum Romanorum monitu angeli transierunt in regnum Agrippæ, qui confœderatus erat Romanis, & sic fuerunt ibi saluati. Quia tamen eorum aliqui fuerunt mali, & per consequens ingrati Deo, per ingratitudinem Iudæorum exeuntium de Ægypto signata fuit eorum ingratitudo, propter quod concluditur,

Immis-

D

† circũscripserunt signauerunt. i. limitauerunt potẽtiam eius dicentes: hoc potest facere, illud nõ potest. Quidam. vertũt, rejecerunt.

E

† sycomoros eorum lapide grãdinis vel grandine.
† Carbonibus ignitis, fulguri.

F

† fluẽta, tuos.
† omne genus muscarũ, vel bestiarũ pessimarũ mistionem.
† bruncho.

A B C
a b c d e f g h i k l m

☞ a *Iram indignationis &c.* CASS. Ordo vindictæ: prius peccatis A Deus irascitur, quãdo non compunguntur, inde malitiam hominis in sua indignatione, ira, & tribulatione derelinquit, vt suis aduersitatibus affligantur, qui Deo non obediunt, vt ibi dicitur, *propterea tradidit illos in reprobum sensum*, Rom. 1. d. Indignatio hominis pertinet ad tumidam superbiam. Ira, ad nefandam audaciam: tribulatio, ad confusam desperationem: tunc per

† legatione angelorum nocẽtiũ, vel gladiũ nũtiorũ malorum, † laborum suorum.

diabolum ad immissiones illicitas præcipitantur nudati defensione Dei.

b *Per angelos mal.* AVG. Iudicio Dei hæc facta sunt in illis per d angelos malos in hoc e B seculo malo, quasi in AEgypto & campo Thaneos: vbi & humiles esse debemus, donec veniat seculũ quo g exaltemur: & malis angelis Deus vtitur bene h sicut & homo Dei creaturis malè.

† eduxit † cõfidẽter

AVGV. *Per angelos malos.* Vt homo bonus vel malus vtitur visibili materia, terra, aqua, aere, igne, pro modo suo, non solum necessarijs, sed & superfluis, & ludicris, & artificiosis operibus: sic angeli boni & mali prout cuique potestas est, quæ eis amplior, quam hominibus, & maior est bonis, quam malis, tamen secundum nutum Dei. In malos potest diabolus vt in suo pecore, nisi prohibeatur à maiori. In bonos non nisi permittatur, ad probandum, non ad perdendum; per bonos punit Deus vt Sodomam, sed iustos per eos probari non occurrit. Et obstinatio ergo in Aegyptijs per malos, C quibus amica sunt vitia, & mala morum figurata per plagas eorum, per eosdem: cum enim tradit in concupiscentiam, illi sunt ministri, vt in materia sui corporis. Possumus ergo sine dubitatione malis angelis attribuere mortem pecorum, mortes primitiuorum, & obdurationem Ægyptiorum: hanc enim Deus cum facere dicitur non instigando & inspirando, sed deserendo facit, vt illi operentur in filijs diffidentiæ: quod Deus iuste debitéque permittit. Ea vero quæ mirabiliter de creaturis facta sunt malignis angelis tribuere non audemus. Nam si ideo attribuuntur dæmonibus, quia pœnę infligebantur: consequens est, vt etiam Sodomam per angelos malos euersam esse credamus, & eosdem ab Abraham & Lot hospitio susceptos, quod absit. Per angelos ergo malos punit Deus bonos & malos homines, sed bonos tantum corporalibus pœnis, malos autẽ corporalibus & spiritualibus pœnis.

c *Ira sua.* AVG. Erat semita iræ Dei, qua occulta æquitate puniret AEgyptios; cui Deus fecit viã, vt eos quasi ex abditis produceret per angelos malos in aperta scelera, & sic aperte puniret. D

d *Primogenitum in AEgypto.* AVGV. Primogenita sunt summa mandata, vt diliges dominum Deum ex toto corde; quibus non seruatis orbamur prole rationis.

a ¶ Non ad correctionem, sed vindictam. ¶ Scilicet. ¶ Ascendendo.

a iram indignatiõnis suæ, indignationem, & iram, & tribula- 1

a ¶ Immissam. f. vel indigna. vel iram. vel tribu. b ¶ Amplitudinem. ¶ Aliter non liceret diabolo.

b tionem, † immissiõnem per angelos malos. † Viã fe- 1 2

a ¶ Occultæ æquitatis suæ. b ¶ Alias animabus.

c cit semitæ irę suæ, & non pepercit à morte † animarum 3

a ¶ Cum dominis quasi parificauit, quia similes erant illis.

eorum, & † iumenta eorum in morte cõclusit. Et percus- 4

¶ Id est, de omnibus. a ¶ Frugum. ¶ Omnia, quæ ad victum, vel solatium hominis sunt, vastata sunt. 5

sit omne primogenitum in terra AEgypti, primitiãs omnis 6

a ¶ Frumenti, & huiusmodi. b ¶ Vbi non erant Iudæi. c ¶ Hoc fecit in decima plaga.

f laboris eorum in tabernaculis Cham. Et abstulit sicut oues 7

a ¶ Huius seculi. ¶ Quod erat inter mare & AEgyptum.

populum suum, & perduxit eos tanquam gregem in deser- 8

a ¶ Aug. spe salui facti sumus, nec timere debemus. b ¶ Ita & in baptismo delentur peccata nostra.

to. Et † deduxit eos † in spe & nõ timuerũt: & inimicos eo- 9

¶ Sanctam ecclesiam. ¶ Scilicet. ¶ Sion.

rũ operuit mare. Et induxit eos in † mõte sãctificationis suæ, 10 11 12

e ✠ *Primitias* EVTH. primitias hoc in loco, pro præcipua re dixit, ac magis preciosa: per didit enim, inquit, omne primogenitũ, hoc est, *primitias omnis laboris eorum*. Per laborem autem, bonorum, ac substãtię possessionem intelligit: eoquod cum labore possideantur. Possessiõis verò nomine ipsi etiam filij continentur. *Possedi*, inquit, *filium*.

† Librauit semitam.

† vel vitam

✠ BEDA. Possessio nostra est interior homo iuxta illud, *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Hęc possessio traditur

† terminos

igni, quando mens nostra immanissime iracundiæ furore vastatur: sicut enim per patientiam conseruatur, ita per impatientiam deuastatur.

f *Et abstulit sicut oues populum suum, & perduxit eos tanquam gregem in deserto.* AVGVSTIN. Mystice. Hoc & in nobis intus fit, vbi eruditi de potestate tenebrarum mente transferimur in regnum Dei, oues in spiritualibus pascuis. E

CASS. *Et abstulit*, quod eductos de seruitute duxit in terram promissionis: & iterum offendunt. F

g *Eduxit eos in spe & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare, &c.* ✠ EVTHYMIVS. Exeuntes Iudæos prima nocte in illius promissionis spe deduxit, quæ facta fuerat à Deo Abraham, quando ei dixit, *cognoscens cognosces, quod incola erit semen tuum in terra Ægypti, & in seruitutem eos redigent, affligentque & humiliabunt eos annis quadringentis. Gentem autem illam, cui seruient iudicabo ego, & exibunt illinc cum multo apparatu.*

h *Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, &c.* AVG. Non eosdem, quos abstulit, sed eos nomine & gente; significat tamen quod multi ad ecclesiam, quam mauult intelligi, conuersi sunt; ipsa est mons quem Christus acquisiuit.

✠ EVTH. De monte Sion loquitur, veluti in vniuersa regione celeberrimo, & sanctificationis montem appellat, eo quod inter cæteros præelectus sit, vt in eo fœderis arca habitaret.

☞ a *Et*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Immissionem per angelos, &c. *Hoc dicitur ad ostendendum, quod angeli mali fuerunt executores diuinæ iustitiæ in percussionibus, Ægypti: tamen aliqui boni angeli aliquando sunt executores in talibus, sicut dictum fuit plenius Exod xij.*

2 Viam fecit se. &c. *quia puniendo Ægyptios declinabat ab Hebræis.*

3 Non pepercit. *indifferenter percutiens magnos, sicut & parvos.*

4 Et iumenta eo. *Ista fuit quinta plaga qua percussit animalia in campis pestilentia, vt habetur Exod. ix. in prin.*

5 Et percus. om. pri. *Ista fuit decima plaga, de qua habetur Exod. ij. in medio ca.*

6 Primitias om. la. e. in ta. Cham. *i. in tabernaculis Ægyptiorum descendentium à Cham: quia* Mesraim *fuit filius* Cham, *vt habetur Gene. x. Ab isto autem* Mesraim *denominata est Ægyptus, quia ibi dominatus fuit, vnde in toto veteri testamento, vbi in nostra translatione ponitur Ægyptus, in Hebræo habetur* Mesraim.

7 Et abstulit, *de Ægypto. s. populum Israel diligenter custodiendo, sicut pastor custodit oues.*

8 Et perduxit eos tanquam gre. in De. *vbi pauit eos pane cæleſti vt prædictum est.*

9 Et dedu. e. in spe, *peruenientes in terram promissam.*

10 Et non timue. *licet enim timuerint super mare, videntes exercitum Ægyptiorum appropinquantem eis: tamen Moyse eos assecurante, secuti sunt eum per mare, ita quod timor ille non fuit tantus, quod impediret eos à sequela Moysi.*

11 Et induxit, &c. *Hic consequenter ostenditur bonitas Dei, & ingratitudo populi post ingressum terræ promissionis, Et diuiditur in tres partes, quia primo describitur Dei bonitas; secũdo populi malignitas, ibi:* Et tentauerunt, *tertiò pœna acerbitas, ibi,* Audiuit Deus. &c. *Circa primum dicitur,* Et induxit eos in montem, &c. *in Ierusalem quæ est metropolis Iudæa, in qua adificatum fuit templum in monte Moria ij. Paralip. iij.*

12 Montem quem, &c. *quia fuit acquisitus magis virtute diuina quam humana.* ☞ 1 Et

MORALITER.

† 9 *Et dedu. eos in spe, &c.* Sequitur.

† *Et in. eos in mõte. san. sua.* Hic describitur ingratitudo Iudæorum de beneficijs introductionis eorum in terram promissionis, eiectis inde Chananæis, in qua per idololatriam tanquam ingrati Deum exacerbauerunt. Per hos ergo significata fuit ingratitudo malorum Christianorum, qui postquam ingressi sunt militantem ecclesiam per baptismum, qui est ianua sacramentorum, Deum offendunt multipliciter male viuendo, & hoc est quod dicitur. *Et induxit eos.* id est in ecclesiam quæ dicitur mons Esa. ij. a. *Erit in nouissimis diebus præparatus mons, &c.* quem montem sanctificauit & acquisiuit virtute passionis.

1 *Et*

a *Et eiecit à facie eorum gentes, &c.* ✠ EVTHYM. Illos septem populos, qui terrā promissionis possidebāt, Chananæum scilicet, Chethæum, Pherezeum, Enæū, Amorrhæū, Gergezæum, & Iebuseum. CASSIOD. Mysticè. Gentes sunt vitia & errores.

Mysticè.

AVG. Vel maligni spiritus. Quæ omnia Christus eiecit à facie fidelium; & *forte diuisit eis terrā*, per hoc significatur quod in nobis omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult.

Hoc primò completum fuit, quod ad Chā dixit Noe, *Tu eris seruus fratrum tuorū.* Chanaan enim, qui descēdit de Chā, terrā istam possederat, quā Deus populo suo dedit, factis seruis qui de Chanaan descenderant; populus Dei de Sem per Abraham deriuatus erat. Chā enim in persona sua propria non fuit seruus plus quam cæteri.

B

b *In tabernac.* CAS. In quibus regnabant peccata, regnare fecit virtutes.

† vt arcus dolosi. i. qui minatur sagittam nec proiicit ita hypocritæ probitatē præ se ferunt, quam tamen non proferent

† dominus

c *Quemadmodum patres eorum conuersi, &c.* AVG. Per totum loquitur quasi de eisdem: tamen nunc de his, qui in terra promissionis, quorum fuerunt patres, qui in deserto amaricauerunt.

C

d *Arcum prauum, &c.* AVG. Animi intentionem peruersam, vt contra Deum, qui dixerat, *Non erunt tibi dij alieni*, quod plenius aperit, *In iram concita.* Vel, *in arcum prauum*, qui difficile remittitur, & ipsi facile retroibant. Vel, *arcum prauum*, qui non eminus iaculatur, sed in se spicula conuertit, id est, malitia dolosorum.

Exod. 20, a

e *Ad æm.* Vel æmulati sunt, alia litera, cū honorē Dei alij tradūt.

f *Audiuit Deus.* CASS. De vltione in terra promissionis, quæ & retorta est in ipsos, per quos puniuit.

g *Et rep. tab.* AVG. Hoc, tempore Eli sacerdotis, quando victi sunt ab Allophylis, & arca domini capta est, & ipsi magna strage vastati.

vastati. Legitur enim in lib. Regum, quod tunc ceciderunt de populo triginta milia peditum. D

h *Repul. tab. Silo.* BEDA. Quod erat in Silo, permittendo illud ab Allophylis capi, & arcam, & ea quæ in ipso erant abduci. Tabernaculum suum dico, vbi ipse habitauit, non verè, (*quia non in templis manu factis habitat Deus*) sed quod per quandam figuram ibi habitauit, hoc fecit, vt esset *in hominibus*, id est, propter homines. Hoc fecit, scilicet, vt ipsi attenderent ad quid tabernaculum factum esset: & quid ea, quæ in ipso erant, spiritualiter significarēt, & tales se præpararent, qui sanctum Dei tabernaculum essent. In sanctis enim hominibus digne habitat Deus, vnde Apostolus, *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Quia autem illud non attenderunt, nec tabernaculum Deo fecerūt: ideo dominus merito repulit.

† vel portione hereditatis

† adhuc E

† iratus est: & spernit

i *Habitauit in homo.* 1. Reg. 4. b. AVG. Cum ergo non esset dignum in quo habitaret, repulit illud, F

quod non propter se sed propter illos instituit.

k CASSIOD. sic deserit corpora nostra, quæ spiritussanctus, dum bene tractantur, inhabitat.

l *Et tra.* CAS. Si enim cum peccatoribus & boni traduntur captiuitati, exercitium est, non in mente captiui sunt, Vel, hosti traditi, sed liberi & Deo coniuncti.

m *Virtutem eorum.* AVG. Arbitrij libertatem imminuit, & virtutes abstulit in malis, quod non fit in bonis, licet cum malis interdum captiuentur corporaliter.

✠ BASIL. *Virtutem & pulchritudinem eorum* arcam dicit. Cum enim hanc Ophiti & Phinees ad auxiliandum cognatas tribus in castra extulissent, præuaricationis suæ pœnas dederunt. Ar-

☞ cam

a ¶ Christus. b ¶ Expellens gentes. c ¶ A terra promissionis. d ¶ Præsentia.

a montem † quem acquisiuit dextera eius. Et eiecit à facie 1

a ¶ Fidelium. b ¶ Vitia, errores. c ¶ Mystice, quia omnia vnus atque idem spiritus operatur, diuidens singulis prout vult. 1. Cor. 12. b.

eorum gentes, & sorte diuisit eis terram in † funiculo di- 2

a ¶ Mystice: In cœlestem gloriam, vnde angeli deiecti sunt, per gratiam Christi subleuamur.

b stributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum, tri- 3

a ¶ Videntium Deum. ¶ Tamen. ¶ Prava generatio beneficiis male vtens tentauit adhuc. c ¶ In terra promissionis.

bus Israël. Et tentauerunt † & exacerbauerunt Deum excel- 4 5 6

¶ A Deo.

sum, & testimonia eius non custodierunt. Et auerterunt se, 7 8

a ¶ Quod fecerant dicentes: Omnia quæcunque præceperit dominus faciemus. Exod. xxiiii. b.

c & non seruauerūt pactum: quemadmodum patres eorum, 9 10

d conuersi sunt † in arcum prauum. In iram concitauerunt eū 11 12

a ¶ Superbis cogitationibus quando colere idola præsumunt. ¶ Vnde. ¶ Indignationem.

e in collibus suis, & in sculptilibus suis ad æmulationem eum 13

a ¶ Auertit & vindicauit. ¶ Hæc prædicta. b ¶ Israel. c ¶ Quo spernente nihil sunt, qui per eum totum fuerunt. 14

f prouocauerunt. Audiuit † Deus, & † spreuit: & ad nihilū 15

a ¶ Pro idololatria eorum. b ¶ Cur repulit. ¶ Eleganter exponit cur repulit cum ait, vbi habi. in ho. 16

g redegit valde Israel. Et repulit tabernaculum Silo: taberna- 17

h ¶ Inter homines,

culum suum, vbi habitauit in hominibus. Et tradidit in ca- 18

i k l a ¶ Aug. virtutem & pul. arcam dicit. ¶ Vnde videbantur inuicti, & sibi plaudebant honesti inter gentes.

m ptiuitatem † virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in 19

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et eiecit à facie eo. gen. *i. Chananæos, & alios ibi habitantes, vt diffusè traditur in libro Iosue.*

2 Et sorte diui. *de qua diuisione habetur Iosue xiij. vsque ad xvij. inclusiuè.* 3 Et habitare fecit in tabern. *i. in domibus & villis à Gentilibus ædificatis.* 4 Et tenta. &c. *Hic consequenter ponitur populi malignitas, exercendo peccata antiqua patrum suorum, cùm dicitur,* Et tentauerunt, &c. *diffidentes de diuina virtute.*

5 Et acerbauerunt, *prouocantes ad iram.* 6 Deum. *mitissimum.*

7 Et testimonia eius non custo. *id est, legis præcepta.*

8 Et auerterunt, se, *scienter recedentes a diuina seruitute.*

9 Et non seruauerunt pactum, &c. *id est, legem, quam pepigerant obseruare, dicentes Exo. xxiiij. b.* Omnia quæ locutus est dominus faciemus, & erimus obedientes.

10 Quemadmodum patres eorum, &c. *qui adorauerunt vitulum, & multipliciter offenderunt Deum in deserto.*

11 Conuersi sunt in arcum pra. &c. *per promptitudinem ad malè agendum, sicut arcus cum impetu emittit sagittas.*

12 In iram, &c. *Circa quod sciendum quod antequam poneretur arca domini in Silo, & post destructionem Silo, vsque ad ædificationē templi Salomonis, licitum fuit Hebræis offerre oblationes & sacrificia votiua alibi quam vbi erat arca: quia illis temporibus arca non habuit stabilem mansionem; sed quandiu fuit in Silo, & in templo Salomonis, non fuit hoc licitum, sicut, plenius fuit dictum. Deut. 12. Post ædificationem autem templi, illi immolabant in excelsis Deo, quod erat illicitum, nisi ex dispensatione speciali, sicut Elias obtulit sacrificiū in monte Carmeli. 1. Regum. 18. e.* Et non solùm immolabant in collibus Deo, sed etiam dæmonibus in idolis, *quod erat grauissimum; ideo subditur,*

13 Et in sculptilib. &c. *i. ad vindictam eum prouocauerunt.*

14 Audiuit Deus. *Hic describitur pœna acerbitatis, cum dicitur,* Audiuit Deus, *prædictam populi nequitiam.*

15 Et spreuit, *eum propter suam nequitiam, vel malitiam.*

16 Et ad nihilum. *tradens eum post mortem Iosue duræ seruituti aliorum populorum, eò quòd declinauerat ad idololatriam, vt patet ex decursu libri Iudicum. & 1. Reg.*

17 Et repulit, *quia capta arca domini, quæ fuerat in Silo, vt habetur. 1. Reg. 4. ciuitas Silo fuit destructa.*

18 Et tradidit, *quia Philisthæi sortes populi eos occiderunt & captiuauerunt.*

19 Et pulchri. eorum. *id est, arcam testamenti, quæ erat gloria populi Israel, quam ceperūt Philisthiim; propter quod vxor Phinees moriēs dixit 1. Reg. iiij. d.* Trāslata est gloria de Israel: quia capta est arca Dei.

☞ 1 *Et*

MORALITER.

✠ 1 *Et eie. à facie gen.* Terras enim gentium Christiani inhabitant, aliquas per gentium conuersionem, & aliquas per eorum debellationem, per principes Christianos.

14 *Et tenta.* scilicet, mali Christiani.

12 *In iram concita. eum in collibus* i. in pompis & superbijs.

12 *Et*

13 *Et in sculpti.* Idolum enim luxuriosi est adultera sua, vel concubina; & idolum auari pecunia, & sic de alijs.

17 *Et rep. tab. Silo* Per Silo, in qua fuit arca domini, significatur terra, de qua Christiani sunt eiecti propter sua peccata, sicut est modò Iudæa & Africa.

18 *Et trad.* Primò per Cosdroe regē Persarum, postea per Salad.

eam verò Philisthæi nacti, Dagon Deo suo velut spolium quoddam obtulerunt. Erat autem Dagon idolon, quod colebant & adorabant.

a *Et exci. est.* CAS. AVG. Mores hominum domino tribuit, propter res explanandas.

b *Tanquam dor. &c.* hoc dicitur à persona demētium, qui ita putant, quando periclitantibus nō subuenit, Vino esse crapulatum, quando non tam citò subuenit. Et reuera sic dementer putantibus dormit, & est alienus, & negligētibus & infidelib', qui nulla voce laudis vel operis eū excitant. Excitatur autem ad vindictam malis actibus, vt hic peccatis eorū, qui arcam inter simulacra posuerunt. *Tanquam potens*, quia tunc sunt homines ad iram faciles, & ad virtutes potentes, quādo post crapulam de somno surgunt.

† in hæreditatē suā iratus est
† laudatæ (i. nō fuerūt nuptui traditę.)
Suprà 41. a
† clamans, exultans præ vino

a ¶ Capta arca consequens est vt populus caderet. b ¶ In occisione animæ. c ¶ Malos. ¶ Quem inter multos elegerat.

manibus inimici. Et conclūsit in gl̄adio populum suum, & 1
a ¶ Etiam fortes. 2
† hæreditatem suam spreuit. Iuuenes eorum comedit ignis 3 4
a ¶ quia hoc non vacabat in hostili metu.
b ¶ Aug. Filij Eli, quorum vnius vxor mox in partu mortua, non potuit plangi onere funeris. 1. Reg. iiii. d. 5
et virgines eorum nō sunt † lamentatæ. Sacerdotes eorum 6
a ¶ Quæ mundo renuntiauerunt. 7
in gladio ceciderunt, et viduæ eorum non † plorabantur. Et 8
a ¶ Antropopathos. b ¶ Aug. sic videtur impiis insultantibus, quod velut ebrius diu dormiat, cum tam cito non subuenit.
a ¶ Sicut excitatur planctu familiæ, ita Deus vino passionis ebrius. b ¶ In gehenna mersus. 9
excitātus est tanquam dormiens dominus, tanquam po- b
tens † crāpulatus à vino. Et percussit inimicos suos in pō- 10
¶ quia nullus alius punitus est. a ¶ Ne inde esset rex. ¶ Aug. Melius in his verbis significatur populus Iudaicus à Deo repulsus, & nouus populus Christianorum electus. 11
e steriora, opprobrium sempiternum dedit illis. Et † rēpulit 12
a ¶ Augmentum interpretatur. ¶ Qui in augmento terrenorum militant, & sunt de fruge sæculi præsumentes.
b ¶ Iudæos. ¶ Fructificatio. 13
tabernaculum Ioseph, et tribū † Ephrem non elegit. Sed 14 15
a ¶ Christianum populum. b ¶ quasi dicat, ecclesiam. 16
f elegit tribū Iuda, montē Sion, quē dilexit. Et ædificauit sicut 17

reſpexerit, quæ debet putare vt ſtercora; qui enim ſuſcipit teſtamentum Dei, vt veteri vanitate ſe non exuat, ſimilis eſt hoſtibus qui arcam iuxta idolum Dagon poſuerunt. Illā vetera etiam illis nolentibus cadunt, quia omnis caro fœnum, & claritas hominis vt flos fœni. Eſa. Fœnū aruit, flos decidit, arca autem domini ſtat in æternum. Secretum arcæ, regnum cœlorū, vbi eſt æternum verbum Dei: ſed qui poſteriora diligūt, ex eis cruciabuntur. *Opprobrium* enim *ſempiternū dedit illis.*

1. Reg. 5. b. Eſa. 40. b.

✠ d *Percuſſit.* EVTH. Verbum *percuſſit*, apud ſcripturam, vt plurimum accipitur, pro *occidit*; aliquando tamen ſimpliciter accipitur pro verberauit.

† fleuerunt. E

e *Et repulit.* CASS. De rege Dauid, & loco regni.

AVGVSTINVS. Non dixit: repulit Ruben, qui primogenitus, & cæteros qui viderētur meritò repulſi, cum Iacob peccata eorum deteſtetur. Vel

† ſpreuit (abominatus eſt)
† Ephraim

C AVG. *Et excitatus eſt.* Chriſtus vino paſſionis ebrius, dormiens in ſepulchro excitatus eſt à morte, tanquam potens in reſurrectione.

AVGVSTIN. *Tanquam dormiēs.* Viſus eſt dormire, quando populum ſuum dedit in manus eorum, quos odit, vbi eis dicitur, *Vbi eſt Deus tuus?*

✠ EVTHYMIVS. Deus excitatus eſt, hoc eſt, non minori cum rebore ac vehementia, atque excitari ſolet homo quiſpiam ſummis præditus viribus.

✠ BASILIVS. Patientia, veluti ſomno quodam, reiecta, Philiſthæis plagam intulit, propter quam coram omnibus facti ſunt ignominioſiſſimi.

c *Et percuſſit ini.* AVG. Hac pœna cruciabitur, qui in poſteriora reſpexe-

Beniamin, ex quo Saul vicino tempore reprobatus fuerat, ſed eos F potius nominauit, qui clarioribus meritis videbantur excellere, Ioſeph, qui impiè venditus, pro iuſtitia ſublimatus, pauit patrem & fratres; de quo Ephrem, qui maiori benedictione aui prælatus. Per hæc ergo præclari meriti nomina totum illum vetuſtum po- Gen. 37. pulum repulſum à Deo intelligimus; electam tribum Iudæ, non pro meritis Iudæ, quo longè melior fuit Ioſeph, ſed quia de ea Chriſtus: nouum populum Chriſti, prælatum veteri populo ſcriptura teſtatur; vnde & montem Sion, eccleſiam accipimus, quæ futura ſpeculatur, non terrena; ſic ab initio electionis Hebrææ gentis vſque ad Chriſtum procedit.

f *Sicut.* AVG. vnicorni ſunt quorum firma ſpes in vnum illud

☞ erigitur,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et conclu. in gladio, *ſcilicet, Philiſthinorum.*

2 Et hæreditatem ſuam. *ſcilicet, terram Iſrael.*

3 Spreuit. *In tantum enim erant ſpreti ſub ſeruitute Philiſthinorum, quod faber ferrarius non inueniebatur in Iſrael, ne Hebræi ibi facerent gladium aut lanceam. i. Reg. xiij.*

4 Iuuenes eorum comedit ignis, *accenſus per Philiſthæos.*

5 Et virgines eorum non ſunt, *quia quilibet quærebat locum fugiendi dimittendo occiſos inſepultos & illamentatos.*

6 Sacerdotes eorum in gladio cecid. *ſcilicet, Ophni & Phinees. j. Regum. iiij.*

7 Et viduæ eorum non plorab. *Eadem ratione, qua dictum fuit de virginibus.*

8 Et excitatus eſt. *Hic conſequenter ponitur diuina conſolatio, cùm dicitur:* Et excitatus eſt tanquam dormiens dominus, *quandiu dimiſit ſic populum affligi, videbatur quaſi dormiens.*

9 Tanquam potens. *Sic debet ſcribi; quia in Hebræo & in tranſlatione Hier. habetur:* Quaſi fortis crapulatus à vino: *Ille enim qui fortis eſt robore, quando ſopitus eſt à vino, non poteſt vti ſua fortitudine: & ſic videbatur multis de populo Iſrael de ipſo Deo, quandiu fuerunt in tanta afflictione; ſed tunc viſus fuit eis quaſi excitatus, quando cœpit eos iuuare, & aduerſarios percutere: ideo ſubditur,*

10 Et percuſſit inimi. ſu. in po. *quia percuſſit Philiſthæos in ſecretiore parte natium. j. Reg. v. b. & computreſcebant prominentes extales eorum, vt ibidem habetur.*

11 Opprobrium ſempiternum dedit. *quia coacti fuerunt remittere arcam ad terram Iſrael, vt eorum plaga turpis & vituperabilis ab omnibus cognoſceretur: quia cum arca remiſerunt annos aureos, recognoſcentes plagam ſuam vilem; quia etiam hoc factum redactum eſt in ſacra ſcriptura, quæ vſque hodie vbique diuulgatur.*

12 Et repulit. *Hic ponitur intenta concluſio in hoc Pſalmo, ſcilicet, quod dignitas regia pertineat ad Dauid, & eius poſteritatem ex diuina electione, & non ad tribum Ephraim: Et hoc eſt quod dicitur,* Et repulit tabernaculum Ioſeph, *id eſt, ciuitatem Silo, in quo poſita fuit arca in tabernaculo. Ioſue. xviij. Et dicitur tabernaculum Ioſeph, eo quod Silo erat in ſorte Ephraim filij Ioſeph.*

13 Et tribum Ephrem non eleg. *ſcilicet, ad regiam dignitatem. Ieroboam enim, qui fuit de tribu Ephraim, qui regnauit ſuper decem tribus, non regnauit ex diuina electione, ſed vſurpatiue ex populi rebellione contra filium Salomonis, vt habetur. iij. Regum. xij.*

14 Sed ele. tri. Iu. *pro dignitate regia.*

15 Montem Sion quem dilexit, *id eſt, elegit ad ſuum cultum, quia altare de mandato eius fuit ibi ædificatum per Dauid. ij. Reg. xxij. & poſtea ibidem fuit ædificatum templum per Salomonem. ij. Paralip. iij.*

16 Et ædificauit. *id eſt, ædificari fecit.*

17 Sicut vnicornis ſanctificium ſuum, *id eſt, ſanctū ædificium ſuo nomini*

MORALITER.

✠ 1 *Et concluſit in gla. populum, &c.* quia multi de Chriſtianis fuerunt occiſi, aliqui ferro, aliqui igne. Veruntamen quia pagani fecerunt hoc iniqua voluntate, ideo puniti ſunt à Deo pœna gehennæ: propter quod ſequitur,

10 *Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora, &c.* id eſt, in morte deijciens eos ad inferna.

11 *Opprobrium ſempiternum dedit illis,* nam illa pœna eſt æterna.

12 *Et repulit tabernaculum Iacob.* Hic ponitur intenta concluſio, ſcilicet, quod regnum debeatur Chriſto, ideo dicitur, *Et repulit tabernaculum Ioſeph.* i. cultum veteris legis.

13 *Et tribum Ephrem, &c.* per quæ ſignificantur hæreticorum conuenticula.

14 *Sed elegit tribū Iuda,* de qua deſcēdit Chriſtus ſecundū carnē.

15 *Montem Sion quem dilexit.* i. eccleſiam militantem.

16 *Et ædificauit ſicut vni.* i. eccleſiam triumphantem.

† 1 *Interra*

erigit: de quo dicitur, *Vnam petij à domino, hanc requiram.*

✠ EVTHYMIVS. Quod ait, *quasi vnicornis*, defectiuus est sermo, & subintelligi debet dictio, *cornu*: quod vt clarius dignosci possit, aduertendū est, quod dictio *vnicornis*, est secūdi casus, quod ex Græca lectione aperte dignoscitur, *ὡς μονοκερότος*. Sēsus autem est, quod hoc tēplum à Salomone cōstruendū, ædificabitur quasi cornu quoddam vnicornis. Nam quemadmodū illud vnicum est, & maximum, pulcherrimumq; pariter, ac fortissimum: sic & vnicum Deo templum & maximum, pulcherrimumque structura pariter, ac fortissimum in tota Iudæa constructum est, veluti vnicum atque vni Deo dicatum.

✠ BEDA. Ædificauit templum suum, ita mundum, sicut est habitaculum vnicornium? vnicornis enim est animal castissimum: Vnde etiam non capitur nisi per veras virgines quia ad eas venit & caput in gremium earum ponit & obdormit: & dicitur habere, mundissimum habitaculum.

a *Sancti.* Est plebs sancta, regale sacerdotium.

b *Dauid seruum.* AVGVST. Qui de Iuda, qui Christum significat in hoc loco. *Seruum*, non dicit filium, quia forma serui ex Dauid. Dauid, ad literam, ex pastorali officio pecorum, ad regnum hominum trāslatus est, vnde, *De post fœtantes accepit eum.* Christus ab hominibus ad homines, id est, à Iudæis ad gentes: Tamen secūdum parabolam, ab ouibus ad oues. Non enim modò sunt ecclesiæ clesiæ Iudææ, quæ olim fuerunt. Omnes gemellis fœtibus erant, vnde in canticis, *Dentes tui sicut grex tonsarum ascendens de lauacro*, quæ omnes geminos creant, & *sterilis non est in eis. Dentes* ecclesiæ sunt illi, per quos loquitur, vel per quos in corpus suum velut manducando cæteros traijcit. D Can 4. a.

a ¶ Christus. ¶ Vel nium. ¶ Vel niorum. b ¶ In ecclesia præsenti vel cælesti.
c ¶ Et si ecclesia præsens mortaliter transit, tamen in æternum est fundata.

✝ palatia excelsa, sanctuarium suum, sicut terra quam ✝ æternum ✝ septus, (eunte post septas)

a ✝ vnicornis sanctificium suum, in [b]terra, quam fundauit in
¶ Per quem?
b ✝ secula. Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de
a ¶ De loco vbi erat: post fœtantes. ¶ Primitiuam ecclesiam. i. de illis qui erant post primitiuos.
b ¶ Cœlesti pane.
✝ gregibus ouium: De [a]post fœtantes accepit eum, ✝ pascere
a ¶ Non qui filii carnis, sed filii promissionis æstimantur in semine. b ¶ Contemplatione Dei.
c ¶ Ita fecit.
[b]Iacob seruum suum, & Isra[a]el hæreditatem suam. Et pauit
¶ Alijs, sine malitia. a ¶ Quia sine peccato: & hoc docuit eos, quod ipse egit. b ¶ Id est, in operibus intellectualiter factis. ¶ quos facit in eis. c ¶ Actualem sanctitatem significat. ¶ Ad vitam.
eos in ✝ innocentia cordis sui, & in ✝ intellectibus [b]manuum
c suarum deduxit eos.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Grex tonsarum dicitur, quia onera seculi velut vellera deposuit, & ad pedes apostolorum rerum suarum venditarum pretia apposuit; *ascendens de lauacro* Baptismi, geminos creat, opera, scilicet, geminæ charitatis: vnde *sterilis non erat in eis*; ab his translatus est Christus, sed pascit greges in gentibus qui sunt Iacob, & Israel. E ✝ vt pasceret Iacob populum,

c *Iacob. Israel hæreditatem suam.* AVG. Repetit: Nisi dicatur, nunc secundum hunc statum Iacob *seruus*: Quando videbit facie ad faciem *hæreditas*, vnde & nomen accepit, Israel enim dicitur ex contemplatione Dei. Transtulit eum ad hoc, vt pasceret, & ita fecit. F

d *Et pauit eos in.* AVG. Videtur fortè alicui conguentius posse dici, Innocētia manuum, & intellectus cordis. sed sic maluit, quia sunt qui non faciunt mala pro timore, hi videtur innocentes manibus, sed non corde; ideo dixit, *Pauit eos in innocentia cordis sui.* s. *hominum.* i. faciens eos innocentes etiā in cogitationibus cordis.

e *Ded. eos.* ad vitam, *intellectibus manuum suarū.* s. Christi. Intellectus manuum eius est, quem facit quasi manibus in credentibus, quod nō potuit ille Dauid figura huius. Et hoc docuit quod egit.

☞ PSAL.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *nomini deputatum. Et dicit*, Sicut vnicornis, *quia sicut vnicornis non permittit aliud animal ad suum latibulum accedere: sic Deus prohibuit omnem alienigenam a sacerdotibus sibi consecratis intra templum ministrare, secundum quod scribitur Numer. iij. b.* Externus, qui accesserit ad ministrandum, morte moriatur: vnde *& Ozias rex, qui voluit thurificare ibi, statim fuit lepra percussus, sicut habetur. ij. Paral. xxvj.*

1 In terra quam. *id est, in Iudæa, quam fundauit pro cultu suo, & regali solio stabiliter, quantum fuit ex parte sua: & ita fuisset, nisi peccata populi Israel impedituissent.*

2 Et elegit Dauid seruum. *in tribu Iuda, & inter filios Isai, quamuis esset iunior.*

3 Et sustulit, &c. *Pascebat enim actualiter gregem, quando fuit vocatus, vt Samuel vngeret eum in regem. i. Regum. xvi.*

4 De post fœtantes. *id est, post oues fœtas: vnde translatio Hier. habet*, Sequentem fœtas adduxit eum. *i. oues habentes fœtus.*

5 Pascere Iacob. *populum Israel descendentem de Iacob: & sic de pastore ouium factus est pastor fidelium.*

6 Et Israel hæred. suam. *Vocatur autem populus Israel hæreditas domini, eo quòd fuit specialiter à Deo electus: & per talem modum loquitur Moyses. Deu. xxxij. a.* Pars autem domini populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.

7 Et pauit eos, *id est, gubernauit.* 8 In

8 In inno. cor sui. *id est, in puritate conscientia.*

9 Et in intel. ma. su. *id est, prudenter se habens in operibus suis, secundū quod dicitur. i. Reg. xviij. d.* In omnibus quoque vijs suis prudenter agebat Dauid.

10 Deduxit eos. *vnde. ij. Regum. v. a. dixerunt ei filij Israel*, cū esset Saul rex super nos, tu eras educens & reducens Israel.

Mystice exponitur psal. iste de regno Christi, cuius figura fuit regnū Dauid: propter quod in hoc psal. primo excitat attentionem Iudæorum, tanquam ad mysterium excellentissimum; secundo ostendit bonitatem Christi, & ingratitudinem Iudæorum, ab illo loco, Quāta audiuimus, *vsque ibi*, Et repulit tabernaculum Ioseph: *omnia enim beneficia ibi narrata contulit Christus inquantum Deus ipsis Iudæis, vnde dicitur. Heb. xiij. b.* Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. *Et licet in hoc psalm. arguatur ingratitudo Iudæorum generaliter, tamen ingratitudo sacerdotum specialiter, qui per Ephraim designātur. quia sicut Ephraim in benedictione Iacob, fuit præpositus Manasse, sic sacerdotes præcellebant populum ex sua consecratione: & isti fuerunt magis ingrati Christo Deo, quia mortem eius procurauerunt; & regnum Iudæ, quod quodam speciali modo dicebatur regnum Christi, voluerunt vsurpare, rebellantes Romanis, vt dicit Iosephus lib. de Iudaico bello. Vltimo Asaph ab illo loco*, Et repulit taber. Io. &c. *vsque ad finem Psal. describit dilatationem regni Christi, & ecclesiæ profectum, sicut impletum videmus per orbem terrarum.*

☞ PSAL.

MORALITER.

✠ 1 *In terra quam fun. in secula.* i. in terra viuentium vita æterna.

2 *Et elegit Dauid seruum.* i. hominem Christum.

3 *Et sustu. &c.* i. de societate credentium in sua ascensione.

5 *Pascere Iacob se. suum.* i. populum Christianū adhuc viatorem, quem pascit sacramento eucharistiæ, in quo totus Christus continetur, sub specie tamen aliena.

6 *Et Israel. hare.* i. populum comprehensorem, quem eodem pascit pabulo sub specie propria.

7 *Et pauit eos in innocentia.* Est enim agnus sine macula.

9 *Et in intel. ma.* i. per ea, quæ fecit intellectu diuino & humano.

10 *Deduxit eos.* ad regna cœlestia.

† MORA.

ADDITIO I.

In psalm lxxvij. Attēdite, *vbi dicitur in postilla.* De materia verò huius psalmi. *Non solum voluit Asaph ostendere in hoc psal. quod regnum Israel pertineret ad Dauid & posteritatem eius, sed etiam quod cultus diuinus debebat esse in monte Sion ex diuina electione: nō autem in Silo vel alibi; vnde in fine dicit cōcludens*, Et repulit tabernaculum Ioseph & tribum Ephraim non elegit, sed elegit tribū Iuda montem Sion quem dilexit: *vnde simul de vtraque repulsione. s. Ioseph. & Silo, & de vtraque electione. scilicet, Iudæ & Sion agit.*

ADDITIO II.

In eo. psal. vbi dicitur in post. Propter quod melius exponitur de filijs. *Hæc expositio nō videtur valere (Israel, &c.) Tū quia in illa historia Nu. xiij. nulla fit tribuum distinctio, nec aliqua mentio specialis de Ephraim, vel Iuda, & huiusmodi. Imo nō est verisimile, quod Ephraim fuisset ibi principalis motor, cum Iosue, qui erat de tribu Ephraim assignatus in exploratorem, contradicebat aliis exploratoribus, sicut & Caleb de tribu Iuda, vt in eadem historia patet. Tum quia illa historia non pertinet ad propositum, nam hic Psal. vult improbare decem tribus*

Israel, qui (vt dicit) se separauerunt à regno Dauid in deserto, & nulla talis separatio legitur, nec postea, vsque ad tempus Roboam. Vnde melius videtur dicendū ad propositum, quòd hic loquitur Psalmista prophetice de illo futuro bello, quod fuit initū inter Abiam regē Iudæ, & Ieroboam regē Israel, qui erat de tribu Ephraim, vt habetur. ij. Par. xiij. quod quidem bellum fuit initū specialiter super diuisione regni: vnde Abias ibidem monuit Ieroboam & alios eum sequentes, dicens: Non ignoratis, quòd Deus Israel dederit regnum Dauid in sempiternum, &c. & surrexit Ieroboam seruus Salomonis & rebellauit. *Similiter ibidē Abias redarguit Ieroboam & alios de electione sacerdotū, & de semine Aaron, quod pertinet ad reprobationem diuini cultus pernicioſe factam per Ieroboam & Israelitas: & post multa concludit,* Filij Israel, nolite pugnare cōtra dominum Deum vestrum; *in quo bello exercitus Ieroboam cum Israelitis excedebat exercitū Abia cum Iuda in duplum, & tamen clamantibus viris Iuda, & sacerdotibus canentibus cū tubis, perterruit Deus Ieroboam, & percussit eos Abias & populus eius plaga magna, & persecutus est Abias Ieroboam fugientem, et cepit aliquas ciuitates eius, &c. prout ibidem latius continetur. De hoc igitur bello prophetando psal. sumit exordium sui propositi valde proprie, eo quod Deus ibidem ostendit quasi miraculoſe, quod Ieroboam rex, qui erat de tribu Ephraim, & alia tribus eum sequentes, iniustè separauerunt se à regno Dauid: & ideo conuersi sunt scilicet, in fugam, in die belli supradicti; & loquitur de futuro per modum præteriti ex certitudine prophetiæ, prout sæpe consueuerunt loqui prophetæ; & sequitur,* non custodierunt testamentum Dei. *s. de electione Dauid & posteritatis eius,* Et in lege eius noluerunt ambulare, *separādo se à cultu Dei quod erat in Ierusalem, & fabricādo sibi vitulos;* & obliti sunt beneficiorum eius, &c. *& qua sint illa beneficia vniuersaliter subiungit di.* Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti in campo Thaneos, *concludens hic in vniuersali omnia illa, quæ fuerunt facta in Ægyto contra Pharaonem & Ægyptios, de quibus propriè dicitur,* Coram patribus eorum, *quia illi, qui fuerunt tempore belli prædicti, nihil viderunt ex istis, sed ex narratione patrū hoc habuerūt. Et sequitur narratio particularis miraculorum & beneficiorum Dei vsque ad electionem Dauid & Sion, de quibus principaliter intendebat. Et exponatur totus processus psalm. in narratione huiusmodi beneficiorum & miraculorum & electionis Dauid & Sion, sicut in postil.*

ADDITIO III.

In eodem psal. vbi dicitur in postil. Et sic ista mirabilia, &c. *Ista mirabilia nullum habent fundamentum in sacra scriptura, vnde secundum veram expositionem illius versus,* filij Ephraim intēdentes, &c. *quam suprà posui, non indigemus istis fabulationibus.*

ADDITIO IV.

In eod. psal. lxxvij. vbi dicitur in post. Mysticè exponitur psal. iste. *Magister Raimundus Martini. in. ij. parte pugionis. c. j. ponit multas similitudines figuratiuas inter diuisionem Iudæorū tempore Ieroboam, & Israelitas, qui sub Ephraim sæpe nominantur, & inter Iudæos qui cōmuniter nominantur tribus Iuda; & inter diuisionem ipsorum Iudæorū in Iudæos, & Christianos post passionē Christi. s. in hebdomada. lxx. Daniel. Nam sicut in prima diuisione maior Hebræorū numerus. s. decem tribus recesserūt à regno Dauid, qui fuit verus rex à Deo electus, & adhæserūt Ieroboā seruo eius, & minor pars eorum. s. tribus Iuda, & alia tribus stetit in veritate Deum colendo, & domū Dauid sequendo: sic in secunda diuisione maior pars Iudæorū recessit à regno Christi dicens,* Nō habemus regē, nisi Cæsarem, *Ioha. xix. Et minor pars. s. apostoli & lxx. discipuli, & quidām alij pauci respectu persequētium, secuti sunt dominum Christum verū Messiam. Similiter sicut in prima diuisione pars illa, quę à Dauid recessit, turpiter incidit in errorē, quia duos vitulos coluerunt tanquā Deum, vt Exod. xxxij. b. sic in secunda diuisione Iudei à Christo recedentes duos Messias falsos sibi statuerūt, vnum post alium, scilicet vnum in Ierusalem nomine Barcozba, & alterū postea in ciuitate quæ dicitur Byter nomine Bencozbam, prout in historijs Talmudicis & in historia Iosephi ista latius traduntur. Hæc & alia notabiliter ponit magister prædictus vbi suprà. ex quibus ostenditur, quod non solū de regno Dauid dici debet, quod fuit figura regni Christi in vniuersali, sed etiam diuisio vel separatio Israelitarum seu Ephraitarū à regno Dauid & à cultu diuino in Ierusalem, fuit propria figura separationis Iudæorum pro maiori parte à regno Christi & eius ecclesia, quod facit ad maiorem attentionem contentorum in hoc psal. ad quam attētionem Psal. inuitat in princ. huius psal. di.* Attendite populus meus. *In quo psal. conclusio finalis est condemnare Ephraim & Silo, qui figurant magnam partem Iudæorum recedentium à verò Christo, & synagogam reprobatā eorum. Similiter & condemnatio Iuda, qua figurat paucos de genere Hebræorum confitentes Christum. Similiter & condemnatio Sion, qua significat ecclesiam Christi, sicut Sion erat ciuitas Dauid.*

REPLICA. *In psal.* Attendite. *postil. exponit satis continuando materiam psal. de electione Dei, quia Dauid & sua domus electa fuit ad regnum, cōtra quam electionem nulla tribus, quàm Ephraim præsumpsit: ideo cum generali reprehensione ingratitudinis Iudæorum specialiter reprobatur præsumptio, & ingratitudo illius tribus specialiter & quasi incidentaliter. Bur. aliter assumit. sed valde discōtinuat materiam huius psal. Nam cum à principio dicat de beneficijs Dei erga populum Iudaicum in exitu de Ægypto, & de plagis contra Ægyptum. Et ita generaliter prosequatur quanis aliquando specialia de distinctione tribuū Iuda & Ephraim interserat. Non est autem rationabile nec verisimile vt de actis in Ægypto, in mari rubro, & in deserto subitò vadat ad historiam Abia & Ieroboam, prout hic Burg. vult. & post modicum reuertatur ad Ægyptum & desertum sine causa meliori, quàm hic Burg. allegat: dicit psalm. prophetice loqui, cum tamen totus psal. sit historicus, vt patet eius materiam discurrenti. Melius igitur postil. continuat materiam huius psal quia sic non vagatur vt Burg. nec motiuum. Burg. fundatum super auctoritate negatiua videtur valere. Nam non sequitur Numer. xiij. vbi tractatur de infausto bello Iudæorū, non fit specialis mentio de tribu Ephraim, nisi quòd Iosue de illa tribu restitit, ne bellarent, igitur tribus Ephraim non fuit motrix ad illud bellum, per quod postil. litera & materiam huius psal. continuat. Sufficit enim verisimi studo sumpta ex rationibus postil. quas vide in postil. Nec legitur de tali bello ab exitu de Ægypto vsque ad tempus psal. quo materia huius psal. potest cōtinuari. Bellum autem inter Abiam regem Iuda & Ieroboam regē Israel, quod Burg. hic prædicto modo vagando introducit, habet contra se idem argumentum quod Burg. facit contra postil. nā in illo bello & eius historia nulla fit mentio de arcu filiorum Ephrem, igitur non est ad propositum Burg. expositio. Tale enim argumentum est apud Burg. communiter Achilles, quamuis apud doctos, modicum cōcludat: quia est ab authoritate negatiua, quod grandipendunt etiam hæretici Wickleff, & Hus. Sed & hoc falsum videtur, quòd Burg. ad probationem sui propositi adducit, videlicet quod Psalmista vult reprobare decem tribus Israel, quæ se à regno Dauid separauerunt, cum tamen psalm. iste loquitur generaliter de beneficijs Dei toti populo exhibitis, & generaliter de totius populi ingratitudine ab exitu de Ægypto vsque ad tempora psal. qui in spiritu vidit exaltationem Ephraim in persona Ieroboam reliquis partibus huius psal. historialiter intellectis: ideo illa tribus per incidentia in hoc psalmo pranosticè abijcitur de alijs tribubus faciendo mentionem. Est igitur distinctio tribuum Iuda, & Ephraim nō principale in psalmo, sed incidentale. Sed quod addit Burg. Ieroboam & tribus eum sequentes iniustè se à regno Dauid separasse, nō videtur verum: nam de illa separatione dixit dominus. iij. Regum. xij. f.* A me factum est hoc verbum, *de qua materia vide correctionem quintam, Gene. xlix.*

GLOS. ORD.

CASSIOD. Psalmus secundus de lamentatione; Genti pro duritia sua, grauiter affligendæ precatur Christum subuenire. Monemur bonis proximorū lætari, calamitatibus affligi.

✠ BASIL. & EVTH. De Antiochi, cognomento illustris, contrà populum Iudæorū furore, propheticus hic sermo vaticinatur, efferri autē dicitur ex eorum persona, qui in Iudæorū populo magis pij erant, & magis religiosi. ✠ BEDA. In persona Machabæorum

¶ Attribuitur. ¶ Fideli synagogæ.

Psalm. Asaph. LXXVIII.

DEVS, VENERVNT GENTES

PSAL. LXXVIII.

Deus venerunt gentes. CASSIODORVS. Prima est conquestio, & enumerantur quanta tulerit Ierusalem temporibus ☞ Antiochi, *lus in Hebræo,* Psalmus Asaph: *& in translatione Hieronym.* Canticum Asaph: *in hoc author apparet huius psalmi, de materia verò eius dicunt aliqui expositores nostri, quod loquitur de persecutione Iudæorum,* ✠ bęorum canitur (hic Psalm.) qui sub Antiocho Epiphane patrias leges Mœniaque patre Mathatia auctore, vltimis coacti malis defendere aggressi sunt. Aliter, vox Apostolorū in passione Christi. Aliter, anima pœnitens contra pessimos vicinos, id est, dæmones Deo supplicat.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS. LXXIII.

✠ DEus venerunt gentes, &c. *Huic psalm. præmittitur talis titulus in*

MORALITER.

✠ *Deus, &c.* Psal. loquitur de destructione ciuitatis & templi per Nabuc. & de reparatione per Cyrum.

Moraliter autem potest exponi, vt sit oratio ecclesiæ contra † infideles

☞ Antiochi, vbi non destructa fuit, propter quæ signatur Ecclesiæ A persecutio.

Avgvst. *Venerunt*, non dicit quasi nescienti, à quo scit quicquid scit; sed loquitur cum eo pietatis affectu, transfigurans in se eos, qui futuri erant, quando hæc fierẽt. Est autem deploratio eorum, quæ fecit Deus vindicans, & adiungitur precatio, quasi, vtinam iam parcat.

† coinquinauerunt. † aceruos lapidũ (vel solitudine)

Avgvst. *Venerunt.* a Nondũ erat templum, & narrat quasi prætẽrita, quæ in spiritu videt futura: iam verò euidẽter sunt impleta.

a *In hæreditatẽ tuam.* b

B Avgvstinvs. De populo Israel; hæreditas Dei, sunt electi; sed d nõ excæcati; ergo possunt hæc dici de tẽporibus post ascẽsionem Christi; sed antequam e Christus veniſſet, & tunc enim hæreditas, vbi prophetæ, & sancti conducti in Babylone; vel sub Antiocho maximè. f g

Cas. Quòd si quis C accipit hoc post resurrectionem factam, de his quæ idololatræ martyribus intulerunt, accipiatur: quia Asaph, etsi propriè de Iudæis, tamen & Ecclesia *congregatio* dicitur, quæ *hæreditas*, & *templum* quod *pollnitur* in deficientibus. Est & *Ierusalem libera mater nostra*, de qua suauibus Esa.54.a.1. pomis ad Deum translatis, ipsa videtur deserta, de qua Esa. *Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe, & clama, quæ non parturis: Quoniam multi filij deserta magis, quàm eius quæ habet virum*: cuius circumitus per totum orbem, vbi & persecutio fit.

b *Morticina.* Cas. Cadauera, quasi non modo in viuẽtes sæuiũt. Sepelire pietatis est, abijcere crudelitatis.

c *Seruorum tuorum.* ✠ Evthymivs. Per sanctos ac seruos Dei, intelligit, qui ex Iudæorum gente occisi fuerant. Sanctos enim appellat Iudæos, eo quod gens *illa*, præ cæteris omnibus, Deo dicata ac sanctificata erat: & quanquam sanctificatis operibus diu abstinerent, sanctificationis tamen denominationẽ retinebant. D

d *Effuderunt.* Cas. Exaggerat, vt iudicem moueat.

✠ Basilivs. *Effuderunt*; animũ ad homicidia propensum habẽtes, ista sunt ausi.

✠ Evthymivs. Tantum sanguinis effuderunt, vt instar aquę, & riuuli, seu potius fluminis in modum dilaberetur. *Effuderunt* autem illum E *in circuitu Hierusalem*, pro vbique, per totã Hierusalem *& non erat qui sepeliret*, alijs nimirum fugiẽtibus, & alijs in captiuitatẽ actis.

e *Facti.* Cas. Gloria Hierusalem toto orbe mirabilis versa est in *opprobrium vicinis*, quodgrauius est, † seculum quàm si remotis, quia hi sunt assidui. Vel, vi- F cini, affectiones, propinquis iam volentibus credere, vt martyres hoc dicant,

f *Vsquequo Domine.* Cas. Deprecatio pro parte sua contra inimicos & insultantes vicinos; quasi, illi ita sæuiunt: Sed ô Domine vsquequo?

e Avgvst. Rogat ne vsque in finem irascatur, id est, ne illa vastatio perseueret, sed temperet correctionem. Nomine *iræ*, vindicta iniquitatis accipitur, nomine *zeli*, exactio castitatis, ne anima à Deo fornicetur. Nota, hoc pro peccatis euenire hominibus, licet iustis, sicut tres pueri, & prophetæ in captiuitate testantur.

g *Velut ignis.* Avgvst. Vre tandiu, donec aurum virtutum perfectè purgetur, ligna. i. vitia cinerentur.

☞ *Zelus tuus*

NICOLAVS DE LIRA.

Dæorum sub Antiocho regè, qui polluit templum ponendo ibi abominandum idolum, & populum Israel occidit, qui nolebat transire ad Gentilem vitam, vt habetur diffusè primò & secundo Machabæo. Sed huic expositioni non consonat, quod dicitur in principio Psalmi, Posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam, loco cuius in Hebræo ponitur, Posuerunt Ierusalem in acerum. *Et in translatione Hier.* In aceruis lapidum; *Per quod manifestè exprimitur destructio ciuitatis, & templi, quod non fecit Antiochus, sed polluit templum ponendo ibi idolum, vt prædictum est. Propter quod melius dicitur, quòd Psal. iste loquitur de destructione ciuitatis & templi facta per Nabuc. regem Babylonis, vt habetur 4. Reg. vl. Et de reparatione per Cyrum regem Persarum, qui dedit licentiam reædificandi templum. i. Esdr. 1. Igitur secundum hunc sensum. Psal. iste diuiditur in tres partes; quia primò ponitur Psal. lamentatio pro dicta destructione; secundo eius deprecatio pro reparatione, ibi*, Effunde iram; *Tertio ipsius consolatio pro exauditione, ibi*, Nos autem. *Circa primum dicitur lamentando*, Deus venerunt gentes. *i. Babylonij, qui erant gentiles.*

1 In hæreditatem tuam, *i. in Iudæam, quę dicebatur Dei hæreditas, eò quod eam filijs Israel dedit: & quia in ea fides & cultus Dei viguit, sicut dictum est suprà Psal. 75.* Notus in Iudęa Deus.

2 Polluerunt. t. *Ipsum destruendo, & vasa diuini cultus asportando humanis vsibus applicando, Dan. 10.*

3 Posuerunt &c. *Custodes enim pomorum faciunt magnum acerum lapidum, vt desuper ascendentes videant per totum pomerium; & sic ista translatio redit in idem cum translatione Hieronymi, & litera Hebraica, vt patet per prædicta.*

4 Posuerunt morticina. *i. corpora mortificata, vnde translatio Hiero. habet*, Dederunt cadauera seruorum tuorum, *Quia indifferenter cum alijs occidebant Leuitas, & sacerdotes diuinis ministeriis inseruiẽtes.*

5 Escas volatilibus cœli. *Quia super terram remanserunt insepulta.*

6 Carnes sanctorum tu. *Quia indifferenter occidebant iustos & peccatores, exceptis paucis à Deo reseruatis.*

7 Effuderunt sanguinem ipso. *Ex dictis patet sententia.*

8 Facti sumus oppro. vi. *Quia Philisthæi, & alij in circumitu Iudæa habitantes, faciebant Iudæis suas derisiones; subsannatio est modus derisionis dictus à rugatione nasi.*

9 Vsquequo domine iraſceris in finem, *Tenendo, populum tuum in afflictione & captiuitate tam continuè & prolixè.*

10 Accendetur velut ig. zelus tu. *Ita quod non extinguatur nec mitigetur, & loquitur Psal. in persona populi in captiuitatem ducti, sicut prænidebat.*

✠ Effunde

MORALITER.

✠ infideles sancta loca destruentes & prophanantes, quod factum fuit tempore Cosdroe, & iterum tempore Saladini. Et primo ponitur lamentatio pro tali destructione, cum dicitur,

Deus venerunt. g. in hæredit. &c. In quo operatus es salutem.

2 *Polluerunt templum*, s. Ecclesias prophanando, & ibidem turpia faciendo.

3 *Posuerunt Ierusalem in po.cu.* Id est posuerunt rectores in Ierusalem personas viles, sicut persona vilis ponitur ad custodiam.

4 *Posuerunt &c.* Quia tunc multi Christiani fuerunt occisi, & sine sepultura dimissi.

8 *Facti sumus oppro. vici. no.* Id est, seruilis conditionis, & despicabilis.

9 *Vsquequo domi.* Hic ponitur secundo deprecatio pro reparatione, cùm dicitur: *Vsquequo Do.* dimittendo Christianos in hac miseria.

✠ *Effunde*

a *Zelus tuus.* ✠ BASILIVS. Cùm legem daret Dominus, præcepit, ne quem alium Deum adorarent: *Quoniam*, inquit, *ego Dominus Deus tuus zelotes ſum.*

✠ EVTHYMIVS. Ductus eſt hic loquendi modus metaphoricè ab ijs, qui vxoribus ſuis iraſcuntur, quotiens in adulterij eas ſuſpicione deprehendunt. Eandem etenim analogiam, hoc eſt, eandem proportionẽ, ſeu rationem retinebat olim Deus cũ Synagoga, quam habet maritus cum vxore, veluti quí præ cæteris gentibus eam diligebat & viciſſim ab ea ſola diligebatur.

† 3. 22. q. 5. c. ſi. ver. Effude iram tuam.

B b *Comed.* AVGV. Ferarum dentibus tradendo.

Deſolauerunt, euerſione ciuitatis, quæ ciuibus ſuis nudata eſt, vel, quia occiderunt ſubſtitutos loco ciuiũ occiſorum; Iacob pro homine, homo. ſ. pro gente, quæ offendit. Gratus patriarcha, vt eius memoria peccata populi mitiget.

† gentes

c *Iacob.* AVGVST.

C Hæc eſt ſuprà dicta hæreditas.

d *Locus.* CAS. Ciuitas, vbi templum, quò congregabantur ad feſta.

e *Iniquitatum noſtrarum.* BEDA VENERAB. Id eſt, quas à patribus contraximus, quibus ſcilicet iam non debetur correctio, ſed damnatio, niſi adſit gratiæ tuæ miſeratio. Scriptum eſt enim, *anima quæ peccauerit ipſa morietur.* Et, *viſitabo peccata patrum in filios, vſque in tertiam & quartam generationem.*

Exech. 18.

✠ BASILIVS. Pij erant qui hanc orationem offerebant. Eſt enim celebris Machabæorum virtus, qui orant ne priorum peccatorũ pœnas de populo exigat.

f *Antiquarum.* CAS. Non dicit de præteritis tantum, cùm & hoc tempore quidam Iudæi idola ſequerentur, ſed ſimilium antiquis, quibus innumeris annis peccauerunt.

g *Anticipent.* CAS. Ante iudicium quod timet omnis homo, quia niſi indulgentia præueniat in iudicio, non abſoluitur reus. D

h *Nimis.* Ne quis de actibus præſumat.

i *Adiuua.* CAS. In bello defenſionis legum, quia non in ſuis ſed in virtutibus Dei confidunt.

k *Propter gloriam.* Non propter meritũ, vt erepti, tuo nomini honorem reddamus.

l *Propter gloriam no.* Pietati ſancti nominis tribuatur, non nobis, quod actibus noſtris non poteſt haberi.

Adiuua nos Deus. † priorum

Per hoc nec ingratus eſt gratiæ, nec tollit liberum arbitrium. Qui enim adiuuatur, etiam per ſeipſum aliquid agit. E

† attenuati ſumus valde.

m *Libera nos.* AVGV. Liberat, id eſt, eruit à malis, cùm & adiuuat ad faciendam iuſtitiã, & propitius eſt peccatis, ſine quibus hic non viuitur.

† Cur dicẽt

n *Ne forte.* AVGV. Illud vſitatum à perfidis vbi eſt? Vel non eſt, vel non poteſt; inſultatio non ferenda. F

o *Dicant gentibus.* ✠ BASILIVS. Alij interpretes, quaſi hoc iam tum factum ſit, dixerunt. *Quare dicunt gentes, vbi eſt Deus eorum?* Hoc eſt quod me cruciat, quod gentes blaſphemiam contra te ſpargere & ſubſannando dicere audent, vbi eſt Deus veſter? quẽ Ægyptum flagellaſſe, & reliqua omnia vulgata illa & decantata perpetraſſe dicitis?

p *Innoteſcat.* Vel hic in conuerſis perimitur iniquitas, quod ante optauerat, vel, in fine pereunt, quod hic dicit non optando, ſed prophetizando.

AVGVSTINVS. Quia iuſtus non delectatur de pœna inimici, quia non eum odit, ſed de diuina iuſtitia, quia Deum diligit; è cõtra iniuſtus facit.

☞ *Competitorum*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Effunde. *Hic conſequenter ponitur Pſal. deprecatio, & primo implorat diuinam iuſtitiam contra hoſtes, ſecundo eius miſericordiam erga ciues, ibi,* Ne memineris, *Circa primum dicit,* Effunde iram tuam, *i. effectum iuſtitiæ tuæ per vindictam,*

2 In gentes quæ te non nouerunt: *Quia non habebant fidem vnius veri Dei, ſed erant idololatræ peſſimi, colentes idolum Belis, & etiam draconem Dan. 14.*

3 Et in regna. *Quia ſub rege Babylonis multa regna erant ſubiecta.*

4 Quæ nomen tuum. *Quia non habebat eius fidem, propter quod dicit Apoſtolus, Ro. 10.* Quomodo inuocabunt eum in quem non crediderunt?

5 Quia comederunt Iacob. *Id eſt, populum deſcendentem de Iacob, quem dicuntur* comediſſe, *eò quòd bona eius diripuerunt, & populum in magna parte occiderunt & captiuauerunt, ſicut tyrannus dicitur comedere ſubditos ſuos.*

6 Et locũ eius. *Quia ciuitates Iudæ depopulauerũt & deſtruxerunt.*

7 Ne memineris. *Hic conſequenter implorat Dei miſericordiam erga ciues, dicens,* Ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarum, *i. ab antiquo à patribus noſtris inceptarũ, vt patet in proceſſu lꝭ. Iudicũ.*

8 Cito anticipent &c. *Cuius anticipationis cauſam ſubdit:*

9 Quia pauperes facti. & c. *i. ſpoliati & afflicti: & ideo anticipent nos miſericordiæ tuæ: ne ex nimia triſtitia abſorbeamur per impatientiã ſeu deſperationem; & loquitur Aſaph in perſona populi infirmi, cuius captiuitatem futuram præuidebat.*

10 Adiuua. nos. *i. qui ſaluaſti nos de Ægypto, & in alijs periculis præteritis, & in hoc allegatur diuina magnificentia, quia modus eſt magnifici libenter audire bona, quę contulit vt habetur in 4. Eth.*

11 Et propter gloriam. *q. d. quia tu nominaris Deus noſter, & nos populus tuus, & ideo noſtra liberatio pertinet ad gloriam nominis tui.*

12 Et propitius eſto. &c. *i. propter tuam bonitatem, non propter noſtrã iuſtitiam.*

13 Ne forte dicant gentibus. *i. inter Gentiles.*

14 Vbi Deus eorum. *q. d. nullius momenti & virtutis eſt, ex quo non ſaluauit populum ſuum, Sic enim loquebantur Babylonij, & alij Gentiles de Deo Iudæorum.*

15 Vt inno. in natio. coram ocu. noſtris vltio. ſan. ſeruorũ tuorũ qui effuſus eſt &c. *Hic terminatur verſus in Hebræo, & in tranſlatione Hiero. & eſt ſenſus,* Vltio. ſan. ſer. tu. &c. Qui effuſus eſt, *à Babylonijs,* Innoteſcat in nationibus, *ita quòd omnes nationes ſciant,* Coràm oculis noſtris, *ita. ſ. quod nos etiam videamus ad laudem tua iuſtitia; ſicut factum fuit de Aman, & filijs eius, qui totam gentem Iudæorum machinabatur exterminare, & videntibus Iudæis fuit ſuſpenſus cum filijs ſuis in patibulo, Eſther. 7. d.*

✠ Introeat

MORALITER.

✠ 1 *Effunde iram tuam.* i. punitionem, ſuper Saracenos.

5 *Quia comederunt Iacob &c.* Id eſt, populum Chriſtianum, ad quem nomen Iacob & Iſrael eſt translatum. Ro. 2. d. *Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neque quæ in manifeſto in carne circumciſio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circumciſio cordis in ſpiritu, non litera.*

7 *Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum.* i. contractarũ à patribus noſtris, & à nobis in noſtra iuuentute.

8 *Cito anticipent nos miſericordia &c.* Et ſubditur cauſa,

9 *Quia pauperes facti ſumus ni. &c.* Id eſt, impotentes ad ſatisfaciendum tibi de peccatis.

10 *Adiuua nos Deus ſalutaris &c.* Per tuam potentiam.

11 *Et propter gloriam nominis tui Do. &c.* Non propter noſtram iuſtitiam.

13 *Ne forte di. in gen. &c.* Reputãtes ꝑſis impotẽs ad nos ſaluãdũ.

15 *Vt innoteſcat in natio.* i. infidelibus tua potentia ex ſuæ percuſſionis experientia, propter eorũ blaſphemiã, & etiam crudelitatem in occiſione Chriſtianorum & carceratione.

✠ *Redde*

Quia

nibus coram oculis nostris. † Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est, † introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. Secundum magnitudinem brachij tui † posside filios † mortificatorum. Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, improperium ipsorū quod exprobrauerunt tibi Domine. Nos autem populus tuus et oues pascuæ tuæ confitebimur tibi † in seculum. In generatione et generationem, annunciabimus laudem tuam.

¶ quasi cito fiat. ¶ Temporalis, vt æternam euadant.
a ¶ Autem, quasi malis ita fiat.
¶ Vel vindictorum. ¶ Hæc petebat gemitus illorum. ¶ Potentiæ.
a ¶ Vel recipe. ¶ In adoptionem. b ¶ Id est posteros. c ¶ Aug non optat, sed vera prophetat.
d ¶ De quibus suprà dixit. ¶ Inter quos est Ecclesia vsque ad separationem futuram.
a ¶ In occultis, nunc in hac vita. ¶ Vnde suprà dixit, vt post innotescat in natione c.o.n.
b ¶ In seruis putantes nomen tuum delere de terra.
a ¶ quos putabant se perdere. ¶ Illis ita. ¶ Fide. ¶ Doctrina tua pasti.
a ¶ Laudabimus te in nobis. b ¶ Quia vsque in finem seculi non delebitur Ecclesia, vt putabant.
c ¶ Augustinus id est in omnem generationem, idem quod in sæculum.
¶ Aliis. a ¶ Aug. quæ vt taceretur nos finire conati sunt.

2 *Compeditorum.* AVGV. corruptibilitate carnis, quæ aggrauat animam, per quam prævalet aliquando persecutor: has compedes non sentiunt nisi illi, qui ingemiscunt grauati; ab his cupiebat dissolui Apostolus, & esse cum Christo. Vel, compedes sunt præcepta Dei, quibus colligantur sancti, quæ patienter sustentata

Philip. 1. c. in ornamēta vertūtur,

Vnde, *Iniyce pedem tuū in compedes eius.*

Ecclē. 6. c. CAS. *Compeditorum*, ad literam de his dicit, quos Gentiles vinxerūt: qui cum gemitu orant, vt Ecclesia in fratribus nō deficiat, & sic eos pœna consumit.

† Vindica sanguinem † intret,

B b *Secundum magnit.* AVGVST. Res enim tam magna in Christianis secuta est, quam nunquam crederent inimici. *Filios*, quia accensi sunt exemplo, non territi.

† morte punitorum

c *Posside filios mor.* AVGVST. Hoc semper orauerunt sancti martyres, ne infructuosus esset posteris sanguis eorum, vt inde crescēret seges, vnde putabatur peritura.

C CAS. Pia precatio, nē filios eorum proiiciat, qui pro eo puniti sunt; *Posside*, ne quo errore maculentur.

d *Et redde.* CAS. Etsi corporaliter reddit, salus est tamen animæ eorum. *Septuplum*, perfectionem doni cœlestis significat, quando spiritūsancto replemur.

† æternum. e *In sinu.* In secreto animorum, vbi fit conuersio. *Improperium*, pro iniurijs reddant laudes; gloriosa vindicatio, quando inimicorum ore laudatur Deus. Vel *septuplum*, Septuplā retributione perfectionem pœnæ significat, sicut & de bonis, cum dicitur septuplum accipiet in hoc seculo: quod positū est pro omnibus bonis, quasi nihil habentes, & omnia possidentes; quia in hoc numero plenitudo significatur. Vel *septuplum*, pro infinito.

D

Septuplum. ✠ BEDA. i. in corpore & anima septenarius enim numerus cōstat ex ternario & quaternario, & ternarius quidem pertinet ad animam propter tres

1 principales virtutes
2 ipsius animæ, scilicet
3 irascibilitatem, cōcupiscibilitatem, & rationabilitatem. Quaternarius pertinet ad
4 corpus, propter quatuor elementa ex quibus
5 constat.

E

† relinque (dimitte filio mortis) i fac. vt aduersarij relinquant & absoluant eos, quos ad morte adiudicarunt.

6 f *Improperiū.* AVG.
7 Hoc redde. i. pro isto
8 opprobrio da eos in
9 reprobū sensum. Ho-
10 mo namque, cum da-
11 tur in reprobum sensum. i. in interiori sensu, accipit supplicio-

F

rum meritum futurorum.

g *Nos autem.* CAS. Conclusio exultatiua, non victorum, sed patientium. Et suauis conclusio lamentationis.

AVG. *Nos autem.* Hæ sunt reliquiæ à Mathatia congregatæ. Vel, generaliter, de omni genere piorum ac verorum Christianorum accipiendum est, vt etiam Christianus populus ibi sit mistus; hic est grex pro quo orauit, ne diutius irascēretur.

AVGVST. Vel, *in generatione*, id est in futuro seculo annunciabimus: non pro aliorum instructione, sed pro debito honore.

☞ GLOSSA

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Introeat in conspectu tuo gem. comp. *Vt à vinculis & carceribus absoluantur.*

2 Secundum magnitudinem brachij tui. *i. fortitudinis tuæ, quæ per brachium designatur.*

3 Posside filios mortificatorum. *i. morti propinquorum ex nimia afflictione, vnde translatio Hiero. habet*, Filios interitus. *Filij autem interitus dicuntur illi, qui sunt dispositi ad interitum; sicut filij mortis, qui sunt digni morte secundum modum loquendi scripturæ.*

4 Et redde vicinis nostris. *s. Philistheis, & alijs nationibus in circuitu Iudææ positis.*

5 Septuplum in sinu. *Id est vindictam perfectam, quæ septenario designatur. Cuius causa subditur,*

6 Improperium ipsorum, *Captiuitatem enim Iudæorum attribuebant impotentiæ diuinæ: & sic iustum erat quod talis blasphemia puniretur.*

7 Nos autem. *Hic vltimo ponitur gratiarum actio pro deprecationis exauditione deprecationis sperata, cùm dicitur: Nos autem &c.* In te per baptismum regeneratus.

8 *Oues pascuæ tuæ.* Id est sacramenti Eucharistiæ ad quod non admittuntur nisi regenerati per baptismum.

9 *Confitebimur tibi, &c.* Confessione laudis.

✠ *Qui*

MORALITER.

✠ 4 *Redde vicinis nostris septuplū, &c.* i. punitionem perfectam. Septem enim diebus omne tempus comprehenditur, ideo per septenarium, perfectio designatur.

7 *Nos autem.* Hic vltimo promittitur gratiarum actio pro exauditione

---

ADDITIO.

In *Psal.* 68. Deus venerunt gentes, *Vbi dicitur in postil.* De materia verò eius.

Materia huius Psal. non potest applicari ad destructionem ciuitatis & templi per Nabuchodonosor, vt postil. vult: primo quia nullo modo consonat huic quod dicitur, Posuerunt morticina ser. &c. & carnes sanctorum tuorum. *Constat enim quòd tota ferè multitudo Iudæorū, qui fuerunt captiuati, vel occisi in tempore Nabuch. nec erant serui Dei, vt in multis locis habetur à prophetis, vnde & Ezechiel qui in medio illius captiuitatis Babylonicæ prophetauit, dicit in persona Dei*, Fili hominis mitto te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, &c. *Ezech. 1. b. Licet enim inter eos fuissent aliqui paucissimi iusti. s. Ieremias, Daniel, Ezechiel. Esdras & huiusmodi: illi tamen non fuerunt occisi, nec eorum sanguis effusus, &c. Nec ab eis nominare licet totam illam multitudinem seruos Dei & sanctos, quinimo sacra scriptura vniuersaliter loquendo eos nominat apostatas, vt patet in prædicta autoritate Ezech. & Esa. simpliciter eos nominat* gentem peccatricem *di.* Vatic. pec. *&c. Esa. 1. a. & sic in multis alijs locis diuersimode appellabantur à prophetis transgressores diuinorum præceptorum, non autem serui Dei nec sancti. Itē non consonat huic expositioni quod dicitur*, Polluerūt templū sanctū tuū, *quia Chaldæi cōbusserunt tēplum & ipsum penitus destruxerunt, quod est alterius rationis à pollutione. Item non consonat huic expositioni quod dicitur*, Ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū. *Ipsi n. de præsenti habebāt quāplurimas iniquitates, pro quibus potius debebant deprecari Deum, quàm pro iniquitatibus antiquis seu antiquorum, vnde melius & proprius exponitur per doctores nostros*

ille

iste Ps. s. de persecutione Iudæorum tempore Antiochi, in quo tempore maiores eorum, s. sacerdotes, & eorum sequaces, à quibus multitudo debet denominari, fuerunt veri serui Dei, & multi eorum sacro martyrio coronati, eò quod propter honorem Dei, & ne idola colerent, disponebat se morti, vt patet in libris Macha. Antiochus etiam non combussit nec destruxit templum, sed potius pollust, idolum abominabile ibidem constituendo. Similiter & isti propriè dicebant, Ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum, cum essent rectè viuentes, & ideo rectè credebatur, quòd illa tribulationes eis aduenissent ex peccatis antiquorum: vnde Hebraica litera in hoc loco habet, Ne memineris iniquitates antiquorum. Quod autem obijcitur à postil. ex hoc quòd dicitur: Posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam, Non valet contra prædicta: Intelligitur enim secundum quosdam, quòd fecerunt Ierusalem vilem & abiectam, sicut custodiam pomorum, quæ pomis collectis in modicum reputatur, licet non sit destructa; Secundum verò quorundam Hebræorum expositionem, quam in hoc loco credo esse veram, dictio quæ hìc ponitur, vbi translatio nostra habet, In pomorum custodiam, proprie significat loca infima seu subterranea, vnde dicunt quòd Græci in persecutione Antiochi fodiebant Ierusalem in multis locis ad quærendos thesauros, prout sæpe faciunt debellatores ciuitatum famosarum: & sic intelligunt illud. Posuerunt Ierusalem in scueas seu fossas infirmas seu subterraneas ratione prædicta.

Viteatur tamen caput vltimum 2. Paralip. & Burgensis inuenietur verus.

REPLICA.

In Psal. Deus venerunt gentes &c. *Postil. dicit materiam eius esse destructionem ciuitatis & templi per Nabuchodonosor: Et bene applicat. Sed Bur. dicit illam applicationem non valere. Primo ex eo, quia omnes in illa captiuitate erant apostatæ & idololatræ, ideo de eis non potest exponi,* Posuerunt morticina seruorum tuorum &c. Et carnes sanctorum &c. *Ad illud dico, iudicio meliori saluo, quòd falsa est sententia Bur. in hac parte. Quod sic patet, quia captiuitatem & miserias hic descriptas Deus comminabatur populo in diuino cultu benè reformato per Iosiam optimum regem, cuius comminationis causa assignatur prauitas Manasse regis, vt patet per litteram planam. 4. Reg. 23. & 24. Et quia post Iosiam non fuit rex ita prauus & potens, qui populum conuersum per Iosiam ita generaliter auerteret à Deo, vt impiè sentit Burg. Nam Ioacim post Iosiam regnauit tribus mensibus, & vinctus à Pharaone rege Ægypti ductus est in Reblata, vt patet. 3. Regum. 24. post quem regnauit Eliacim, alias dictus Ioacim. Huius temporibus ista miseria inceperunt, per regem Babylonis, latrunculos Chaldæorum & Syriæ Moab & Amon, & totum propter Manasse peccatum, vt dicitur eodem ca. Nec Burg. falsam sententiam suam probat per Ezechielem, quia ille fuit missus ad residuum populi iam captiuati, ad eius potentes qui erant desperati ex vehementia tribulationis, & ratione illius desperationis domus exasperans dicebantur: quibus non obstantibus sanguis multus sanctorum innocentium in circuitu Ierusalem fuit effusus ante consummatam captiuitatem, iuxta mentem huius Psal. Vnde nullatenus dicere possumus, omnes sacerdotes, Leuitas, & innocentes apostatasse, & non multos in populo bonos remansisse, de quorum occisione hic dicitur. Cum & ipse Burg. Leuitas in plerisque locis sic laudat, quod nec in adoratione vituli, nec morte Christi consenserunt, nec vnquam idololatriam commiserunt, vt probat infrà in 2. additione, Ioh. 11. Non erant igitur omnes impij & apostatæ tempore captiuitatis Babylonicæ, prout vult Burg. contradicendo sibiipsi: Modi autem loquendi prophetarum per Burg. allegati de peruersis exponentur. Quod autẽ secundo obijcit Burg. quòd destructio templi non dicitur pollutio, vocalis est difficultas. Quod tertio obijcit de oratione sic tribulatorum,* Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum &c. *Prout Burg. allegat, est ad propositum postil. quia non propter peccata sua, sed prædecessorum suorum, Achaz & potissimè Manasse, passi sunt, vt habet litera plana suprà allegata. Ad secundum etiam quod Burg. facit pro veritate sua expositionis, faciliter potest deduci pro expositione postil. Cum enim dicit, quòd temporibus Antiochi à bonis sacerdotibus, & eorum sequacibus, debeat denominari tota multitudo: sic etiam in materia postil. Quando erant plures prophetæ sacerdotes & iusti, prout dictum est, quam tempore Antiochiana clades.*

GLOSSA ORD.

a ¶ Alias in finem. ¶ In melius, vt iam sint generatio dirigẽs se in Christum.

a †Intellectus† pro his qui commutabuntur

a ¶ Qui dirigentes interpretantur. b ¶ Illuminati.

b psalmus pro Assyrijs testimonium Asaph.

PSALMVS LXXIX.

¶ Desideratur & inuocatur vt veniat. ¶ O Deus pater ¶ Videntes te.

c VI † REGIS ISRAEL.

A a *Intellectus pro his &c. Commutabuntur,* AVGV. In melius, vt iam non sint *generatio, quę non direxerit cor suum,* sed dirigens, vel, sicut agit de commutandis, ita & de Iudæis, qui se dirigunt B per libertũ arbitrium, & per carnales obseruantias. Vel, *pro his qui commutabuntur,* & *pro Assyrijs,* i. pro conuertendis, & superbis. Et his. s. conuertendis, est testimonium rectæ fidei his. i. superbis, est testimonium perfidiæ.

b *Asaph.* Illuminatus agit de aduentu Christi & de vinea eius, bonum testimonium de capite ipso & corpore eius, rege & plebe, C pastore grege.

PSAL. LXXIX.

c Q *Vi reg. &c.* AVG. Hic loquitur Asaph illuminatus de aduentu Christi, qui conuertit hominem, & vineã de Ægypto eductam solidat: hoc est testimonium pro his qui immutantur.

CASSIO. Suprà trepidus, qui D pro peccatis synagogæ orabat: iam præsumit; commutatis in melius testimonium dat. Hic psalmus synagogæ est testimonium de capite ipso, & corpore eius. E

CAS. Deprecatio primi aduentus, per quem fit reparatio generis humani.

CAS. Peractus diffinit. O Deus, fili. *Qui regis,* spiritualiter, *Israel,* videntes te, *Intende,* id est, lumen pietatis super nos infunde, vt à te simus clari, qui per nos sumus tenebrosi:

✠ EVTHYMIVS. Per Israelem, vel ipsum Iacob patriarcham intelligit, cui Deus pollicitus est, se ei semper adfuturum, & seruaturum se cum in periculis, vel ipsum populum, qui ab eo originem traxit, duxit enim Deus hunc populum quasi gregem in deserto. F

☞ Ioseph

NICOLAVS DE LIRA.

PSAL. LXXIX.

1 Q VI Reg. Israel. *Huic Psal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriam super Sosanim testimonium Asaph. Psal. *Circa quod sciendum, quòd* Sosanim *secundum Hebræos modernos significat rosas in plurali: secundum verò Hier. significat lilia: & dicit melius vt credo, secundum quod dixi plenius suprà in titulo Psal. 44. tamen per hoc non mutatur sententia, quia idem hic intelligitur per rosas, & lilia, eodem modo, quo dictum fuit Psal. 44. Dicit igitur Ra. Sa. quòd per lilia intelliguntur filij Israel, ad hoc inducens illud Canti. 2. 6.* Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, *quod exponit de synagoga, seu de populo Israel. Lilia igitur ista post tempus Asaph fuerunt in tribus notabilibus persecutionibus designatis per spinas, s. per Babylonios, & per Antiochum illustrem, & per Romanos, in qua sunt modo: A prima autem persecutione fuerunt liberati per Cyrum, qui dedit eis libertatem redeundi ad terram suam, Deo hoc illi inspirante. 1. Esdr. 1. A secunda per Machabæos; Et à tertia expectant Iudæi liberari per Messiam Messiam futurum, & propter hoc in hoc Psalter dicitur:* Conuerte nos s. *De luctu ad consolationem, prout ipse Rab. Sa. dicit. s. quarto versu & octauo & vltimo. Et ad hunc sensum adaptat literam huius Psal. prout potest. Sed hæc expositio est erronea quantùm ad hoc, quòd dicit, Christum venturum: quia loquitur de primo eius aduentu, qui iã trãsiuit in præteritum, prout diffusè declarauí in quadam quæstione de quolibet per scripturas veteris test. Item in aliquibus valde extorsè exponit litteram, quę habetur infrà,* Fiat manus tua super virũ dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi, *Quem exponit de Esau, per quem intelligit imperium Roma. vel potius populum Catholicum Romanæ Ecclesiæ subiectum, dicens sic,* Fiat manus tua. *i. vindicta tua, super virum dexteræ tuę. i. super Esau, qui est vir stans. s. vt signum ad sagittam, vt faciat vindictam dexteræ tuæ de ipso, patet quod ista expositio est extorta: quia* vir dexteræ Dei *& confirmatus sibi non accipitur in scriptura nisi in bono.*

CASSIOD. *autem & aliqui alij doctores Catholici exponunt hunc Psal. ad litteram de Christo, & bene vt credo: Tum quia littera valde*

☞ conso-

MORALITER.

✠ 1 *Qui Reg. Israel.* Sicut præcedens Psalmus expositus est mysticè, vt sit oratio Ecclesiæ contra hostes visibiles: sic iste potest exponi, vt sit oratio Ecclesiæ contra hostes inuisibiles, de quibus dicit Apostolus Ephe. 6. b. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ.* Sic ergo dicitur orando: Qui *Regis Israel* i. populum Christianum, ad quem nomẽ Israel est translatum, vt dictum est suprà,

✠ *Intẽ-*

☞ a *Ioseph.* CAS. Fidelem populum ducis in caulas Dei, vt oues ad pascua, de quibus, *Alias oues habeo quæ non sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere. vt fiat vnum ouile & vnus pastor.* Propria singulis verba: *regitur* Israel, *ducitur* Ioseph. i. deuotus populus.

Ioan. 10.

b *Manifestare.* CAS. Rogat, vt qui in secreto maiestatis erat per incarnationem, appareat coram Iudæis vt promissum erat, faciés in eis has virtutes, quę his nominibus signã-

B tur, Ephraim, Beniamin, & Ma-

† cũ splẽdore appare. † qui es ante (Nam hę tribus in tabernaculis erant, post propitiatoriũ. Nu. 2.) † reduc nos & illustra.

nasse. Excita potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos.

AVGV. *Manifestare coram.* Angelis notus, innotesce hominibus.

c *Coram Ephraim.* AVGV. Id est gente Iudæorum, vbi hæ tribus. s. coram fru-

C ctificatione, & filio dexteræ, vt & nos simus plenitudo scientiæ per charitatem, quæ Deus est; Et coram Manasse. i. oblito, vt iam illi venias in mentem, iuxta illud, *Reminiscentur, & conuertentur vniuersi fines terræ.*

d *Excita.* AVGVST. Repetit quod orauerat. Ordo talis. *Veni* tu ipse in carnem, *Et excita potentiam tuam,* in resurrectione, quia visus es infirmus in passione, dum dicitur, *Si filius Dei es, descende de cruce.* Quod præsignatum est, cum Iacob præualuit angelo, ipso quidem volente, & tamen victus benedixit victorem, sed & claudum fecit eundẽ, Claudicat qui est de populo Iudæorũ, sed & ibi est benedictũ genus Apostolorum. *Excita* ergo. i. crucifixus ex infirmitate, resurge ex virtute.

CASSIO.

CASIO. *Excita potentiam* miraculorum olim factorum, quæ sopita est donec reseorum & veritas appareat, *Veni vt saluos facias nos.* Ecce quantam vtilitatem nouit incarnationis: & ideo tã studiosè precatur, quæ enim vota hic sufficiunt petere Deũ virtutum, quem nouit miracula in se facturum, Qui solus ab infidelibus liberat; *conuerte* distortos, & conuersis *ostende faciem tuam,* quia conuersos solet respicere. *Quousque* hoc Asaph illo tẽpore dicebat, quo venire petebat, quod adhuc differebatur cõsilio Dei. Iratũ dicit, quia tardat. Ecce quę pietas & desiderium petentis: & ideo clamat, quia sciebat differri. Enumerat quæ interim mala. *Cibabis, Panis lachrymarum* est vita doloribus plena: sed & hic cibus dum non sic extinguimur, sed erudimur. Addit quod & *potus,* quia hæc duo sunt quibus viuit omnis homo. Nam quod tempus à lachrymis vacuum? Quas tamen lachrymas das *in mensura* distributo modo; Vnde: *Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari supra id quod potestis,* &c.

c *Faciem tuam.* AVGVSTINVS. Hæc facies velata fuit Asaph tempore infirmitatis Christi, & tunc ægrotauit Asaph, non valens intueri velatum nube: de qua dicitur, *Ascendit Deus super nubem leuem,* & intrabit, vel ingredietur Ægyptum, id est, carnem immunem à peccato; illuminauit, verò eam cum surrexit & ascendit, & ita saluamur.

☞ *Quousque*

NICOLAVS DE LIRA.

consonat, vt videbitur exponendo: Tum quia hoc dictum consonat dictis Hebræorum antiquorum. Dicit enim Ra. Moyses exponens illud Gene. 40.*b.* Videbam coram me vitem &c. Vna expositio est, Hic est Israel de Ægypto transplantatus in terram promissionis, Alia expositio est: Hic est Messias, sicut scriptum est, Psal. 79. Et perfice eam quam plantauit dextera. Et est plantatio à superiori ad inferius. *Et hoc dictum Ra. Moy. valde consonat personæ Christi: In quo est duplex natura s. diuina natura & humana, diuina à superius, humana ab inferius. Et patet quod ipse allegat hanc scripturam de Messia dictam, per quam intelligit Christum. Igitur secundum hunc intellectum sensus prædicti tit. cum dicitur,* Ad victoriam super lilia testimonium Asaph *Psal. talis est: Psalmus iste est testimonium Asaph super lilia vel pro liliis, vt habet tit. Hier. Id est, super Christum & Ecclesiam suam, vel corpus mysticum, quæ per lilia designantur, vt plenius fuit dictum supra Psal.* 44. *Quod autem in titulo præmittitur,* ad victoriam, *significat conatum Leuitarum in cantando hunc Psal. sicut frequenter supra dictum est:* Qui regis Israel, &c. *Ad intellectum huius Psal. sciendum, quod vna est Ecclesia veteris ac noui testamenti, quæ frequenter in vet. & no. test. dicitur vinea Dei, vnde dicit Gregor. homil.* 7. *super Euangelium:* Quis vero patrisfamilias similitudinem rectius tenet, quam conditor noster, qui regit quos condidit, & electos suos in hoc mundo possidet quasi subiectos Dominus in domo, qui habet vineam suam, s. Ecclesiam quæ ab Abel iusto vsque ad vltimum electum qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit quasi tot palmites misit. *Asaph igitur processum huius vineæ in spiritu sancto præuidens, scripsit hunc Psalmum in quo primo describit statum huius vineę ante Christi aduentum, & secundo post eius aduentum, ibi,* Deus virtutum conuer. *Prima in duas, quia primo præmittitur oratio Psalmistæ: secundo processus huius vineæ, ibi,* Vineam de Ægypto. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur Asaph oratio: secundo orandi ratio ibi,* Excita. *Circa primum dicit,* Qui regis Israel, &c.

1 Qui deducis, &c. *Aliqui exponunt hoc dicentes, quod filij Israel de Ægypto exeuntes propter inundationem Nili, non poterant inuenire sepulchrum Ioseph, cuius ossa tenebantur secum asportare, sicut fuit eis impositum, Gen.* 50. *& quędam ouis ductu angelico natauit vsque ad locum sepulchri Ioseph, ad ostendendum locum vbi debebant ossa eius accipere: & propter hoc fuit vocata* ouis Ioseph, *monstrans ossa, quæ accipiens Moyses secum portauit, vt habetur Exod.* 13. *d. & secundum hoc est sensus huius litera:* Qui dedu. *s. populum Israel per angelum præcedentem castra eorum. vt habetur Exod.* 14. *f.*

2 Velut ouem Ioseph, *Quæ similiter ducta fuit ad sepulchrum per angelum modo prædicto. Sed quia hoc dictum de oue Ioseph improbauit Exod.* 13. *b. Aliter exponenda est hæc litera sic,* Qui deducis Ioseph. i. *populum Israel denominatum à Ioseph, eo quod ipsum saluauit, tempore famis in Ægypto,* Velut ouem. *i. diligenter custodiens eum sicut pastor gregem suum.*

3 Qui sedes super Cherubim. *Quia propitiatorium, quod dicebatur sedes Dei, erat super Cherubin, sicut plenius fuit expositum Exo.* 25.

4 Manifestare coram &c. *Istæ tres tribus figebant tentoria ad occidentalem plagam tabernaculi, vt habetur Nu.* 2. *c. In occidentali vero parte tabernaculi erat sanctum sanctorum, vbi erat propitiatorium, in quo dabantur diuina responsa, & propter hoc dicit,* Manifestare corã Ephraim, *Dando nobis propitiatę responsa.*

5 Excita. *Hic consequenter ponitur dicta orationis ratio: quia Asaph præuidebat populum Domini multipliciter affligendum à diuersis populis, & ideo pro eius liberatione precabatur, di.* Excita potentiã tuam, *cui nullus potest resistere.*

6 Et veni. *Per effectum tuæ potentiæ.*

7 Vt saluos facias nos. *Ab affligẽtibus nos, & connumerat se Asaph populo futuris temporibus affligendo ratione prædicta Psal. præcedenti.*

8 Deus virtutum. *i. angelorum.*

9 Conuerte nos. *A culpa ad gratiam, & à luctu ad lætitiam.*

10 Et ostende faciem. *Loquitur de Deo ad modum hominis, qui quamdiu tenet iram contra aliquem, auertit ab eo faciem: sed quando placatus est, ostendit sibi faciem hilarem: & in hoc petit Asaph diuinam placationem.*

11 Et salui erimus. *Quia sine tua gratia non potest nobis esse salus* ✠ Domine,

---

MORALITER.

✠ *Intende.* Id est, orationi meæ.

1 *Qui deducis &c.* Quia accrescens interpretatur, ideo significat hominem in bono virtutis crescentem, quem deducit Deus de virtute in virtutem vsque ad Deum deorum in Sion.

3 *Qui sedes super cherubim* id est angelis præsides.

4 *Manifestare,* Per tuum auxilium.

5 *Coram Ephraim Ben.* Per Ephraim, qui frugifer interpretatur, actiui significantur: per Manasse, verò, qui obliuio interpretatur comtemplatiui, qui terrenorum obliuiscuntur in Deum eleuati, per Beniamin, qui interpretatur filius dexteræ, prælati, quia debẽt esse perfectiores cæteris, sicut pars dextera fortior est sinistra. Ex istis verò tribus statibus constituitur Ecclesiæ corpus, pro cuius defensione subditur.

5 *Excita potentiam tuam &c.* s. ad reprimendum malignorum spirituum nequitiam.

8 *Deus conuer.* De turbatione tentationum ad pacem internam.

9 *Ostende faciem & sal. erimus.* Per manifestam auxiliationem.

† *Domine*

---

a ¶ Filium mitte. b ¶ Aug. ipsum, qui interpretatur augmentum: & mortuo grano auctus est multum populus Dei, & iunctus in angulo duobus parietibus. c ¶ Intende ita. d ¶ Super illas potestates cælorum in plenitudine scientiæ, quæ est charitas.

a ¶ Vt & nos simus plenitudo scientiæ, quod potest esse per charitatem quæ est Deus, qui scit, quid nescit. ¶ Tuipse. ¶ quasi. sic erimus salui.

a ¶ Aliter non conuertimur, nisi tu facias. b ¶ Auersos à te. c ¶ Fac scire. ¶ Nube carnis opertam. d ¶ Filium qui est imago tua.

a *Quousque irasce.* AVGVSTINVS. Transit ira à seruo, vt non flagellet vt pater, sed ne damnet: & conuersis enim durat ira, sed corrigens, *Flagellat enim omnem filium quem recipit.*

Esa.9.a. Heb.12.b.

b *Cibabis.* AVGVST. Exponit hic passiones, quas sancti tempore aduentus passuri sunt. Q. Etsi optem Christi aduentum, tamen eo tempore multa passuri sumus, quia *ciba.* &c.

✠ exercituũ ✠ BASILIVS. Alij interpretes, *cibasti nos pane lachrymarum*, dixerunt, & *potasti nos lachrymis in mensura.* Dicit autem, & cibũ & potum nostrum lachrymis miscuisti. Plorantes enim, necessarium cibum sumpsimus. Posuit autẽ, pro, supplicium peccatis nostris admensuraſti. Ita & Dominus. *Qua mensura*, inquit, *mensi fueritis, mensura abitur & vobis.*

✠ cibasti nos ✠ propinasti eis lachrymas in maxima mensura

B

✠ exercitũ reduc & infra

c *In mensura*, &c. AVGVSTINVS. Pro viribus tuis vt erudiaris, non opprimaris; vnde, *Fidelis Deus qui non patitur vos tentari supra &c.* Vel, pro modo culparum.

✠ radicare fecisti (exredisti 1.Cor.10.c

C d *Posuisti no.incon.* CAS. Dum vicini, qui de nobis, sunt contra nos. Irrident inimici, à quibus omnibus, vt salui simus, *Deus virtutum &c.*

e *Deus virtutum.* AVGV. Desiderantis mos est frequenter repetere, quæ tantis precibus orat.

f *Vineam.* CAS. De vinea quomodo incepta, & perfecta.

AVGVSTINVS. CAS. *Vineam de Ægypto*, quasi, nos salui erimus, sed, Iudæos, quibus tot fecisti, destrues: quod non pro leui culpa, sed quia aduentum Christi non nouerunt. Vel, salui erimus quia ita præsignasti, *Veniam de Ægypto.* Sed quare, destrues? hoc de infidelibus.

✠ BASILIVS. & THEOD. Tu Domine iniustam Aegyptiorum potentiam euertisti, tu Chananæorum gentes ad interitum vsque consumpsisti: cumque tuum populum, veluti vineam, ex Aegypto transtulisses, omnemque comeatus facilitatem per iter largitus esses, in Chananæorum terram ipsum conseuisti. D

g *De Aegypto.* Vt illos de Ægypto, ita Ecclesiam de tenebris eiecit vitiorum: gentes *plantat* in virtutibus, & *ducit* per hoc desertum seculi.

Radices, martyres & alios firmos facit, & implet orbem.

a ¶ Cœlestium. ¶ Quibus nos socij futuri. b ¶ Vt iam non facias promissa.
c ¶ Conuersis restat ira, sed & hæc finem habebit per Christum in secundo aduentu.
¶ Etsi olim iratcebaris super orationem inimici, ne iraſcaris super orationem serui tui.

a Domine Deus ✠ virtutum, quousque ✠ irásceris super ora- 1
a ¶ Iam. b ¶ Tandiu. 2
c ¶ quæ tamen erunt ad perfectionem & ad correctionem, non ad peremptionem.
b tionem serui tui? ✠ Cibábis nos pane lachrymarum, & 3
¶ Alia similitudine. a ¶ Exponit lachrymas.
✠ potũ dabis nobis in lachrymis in mensura. Posuisti nos in 4
a ¶ De Asaph erecti sunt, qui prædicarent in gentibus Christum, quibus contradicebatur: & inde cibati lachrymis. 5
contrádictionem vicinis nostris, & inimici nostri ✠ subsan- 6
a ¶ Non modo contradixerunt. b ¶ Quasi colentes mortuum.
c ¶ Sed licet tanta simus passuri, non tamen ideo minus optamus eum.
c náuerunt nos, Deus ✠ virtutum conuerte nos, & ✠ ostende 7
a ¶ Præsentiam Christi. b ¶ In terram promissionis.
f faciẽ tuam & salui erimus. Vineam de Ægypto tránstuli- 8
g a ¶ De terra promissionis. b ¶ Amorrhæos, Iebusæos & alios. ¶ Post. c ¶ Vt agricola. 9
d ¶ Vineam. e ¶ Vt vinea orbem comprehenderet.
¶ Vel dux itineris in columna nubis & ignis.
h sti, eiecisti gentes, & plántasti eam. ✠ Dux itineris fui- 10
a ¶ Apparens eis visibili carne assumpta. b ¶ Principes eorum. 11
¶ Propheras, Apostolos & martyres. 12
i sti in cónspectu eius. & ✠ plantasti radices eius, & 13
14

CAS. *Vineam de Ægypto*, per mysticas figurationes, quæ gesta sunt dicit. *Vinea*, gens Iudæorum in typo Ecclesiæ, quæ inter turbas vmbratiles peccantium fruge sanctorum ornatur, quasi vinea inter folia fructu, & fossa & putata in tribulationibus plus crescit, quæ ita per orbem dilatata est.

✠ fumabis in oratione

E

✠ deriserũt

✠ illustra & infra

Dux, dum eam ducit spirituali itinere. *Radices*, propheras, Apostolos, martyres & alios, de quibus *palmites* tendens mũdum occupat & operit.

✠ Euacuasti (Præparasti. sub. semitam vel locum

h *Dux itineris.* AVGVSTINVS. Vel alia litera, *Viam fecisti in com. eius.* i. Christum visibilem ei misisti, qui dicit, *Ego sum via, veritas & vita*, & sic impleuit modo vinea terram, quod fit vsque in finem, dum quotidie aliqui conuertuntur: Hoc de perfectione dictum est. Sed prima gens Iudæa fuit vinea ista, quæ regnauit *vsque ad mare*, quod ibi vicinum, & *vsque ad flumen* Iordanis. Trans Iordanem enim aliqui Iudæorum, sed infra tota gens. Hoc ergo initium est vineæ, cui perfectio, est, quam prædixerat ibi, *implenit terram*, per viam Christum. Et hoc est, quod alibi dicitur, *Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ*, quod non gentes Iudæorum. Et non est altera, sed eadem vinea: inde Christus, inde Apostoli, inde & alij iusti, etsi aliqui rami fracti.

F

i *Et plantasti radices eius.* ✠ EVTHYMIVS. Hæc verba etiam magis declarant præstitam populo stabilitatem. Per *radices* autem, tribuum principes intellige, vel, in vniuersum, ipsum regnum Iudæorum.

☞ Operuit

NICOLAVS DE LIRA.

1 Domine Deus virtutum quousque iraſceris. *i. quamdiu.*

2 Super orationem serui tui. *i. super illud, de quo rego, scilicet de liberatione populi. q.d. Ista dilatio, est signum iræ tuæ in populo.*

3 Cibabis nos. *Resumatur ly* quousque, *vt sit sensus: Quamdiu* Cibabis nos pane lachrymarum. *i. permittes nos in captiuitate & afflictione, quia homines in tali statu viuunt in lachrymis & luctu.*

4 In mens. *i. secundũ mensurã peccatorũ nostrorũ. q.d. nos meruimus hanc afflictionẽ propter peccata nostra, sed tu nos libera ex tua gratia.*

5 Posuisti nos in cõtradictionem. *Quia Samaritani, quos rex Assyriorum fecit habitare in ciuitatibus Israel, vt habetur. 4. Reg. 17, odiebant Iudæos, & ecommerso: & ideo impediebant quantum poterant reditum Iudæorum in terram suam: & post quam redierant de licentia Cyri, fuerant eis multũ molesti, vt patet. 1. Esdræ. & Nehemiæ, quasi per totũ.*

6 Et inimici &c. *Sicut dicitur Nehemiæ. 4.* Factum est autem cum audisset Samaballath, quod ædificaremus murum, iratus est valde, & motus nimis subsannauit Iudæos &c.

7 Deus virtutum. *Exponatur sicut prius, quia repetitio est eiusdem, sicut frequenter sit in orationibus.*

8 Vineam. *Hic consequenter describitur processus Ecclesiæ ante Christi, Christi aduentum, quæ proprio nomine dicitur* synagoga: *& primo describitur processus in prosperitate, secundo in aduersitate ibi,* Vt quid destruxisti: *Circa primũ dicit,* Vineam *i. populum Israel, Dei cultorem, Esa. 5. b.* Vinea Domini exercituum domus Israel est.

9 De Ægypto &c. *Educendo populum illum mirabiliter de Ægypto, Quæ erat terra idololatriæ dedita: sicut agricola transplantat vineam de terra mala in bonam.*

10 Eiecisti gentes, *De terra promissionis, vt habetur in libro Iosue, cuius victoriæ contra reges Chanaam fuerunt magis virtute diuina, quam humana.*

11 Et plantasti eam, *Dando populo Israel in terra promissionis quietem, secundum quod dicitur Iosue. 11. c.* Cœpit ergo Iosue omnem terram, sicut locutus est Dominus ad Moysen, & tradidit eam in possessionem filiis Israel secundum partes & tribus suas, quieuitque terra à præliis.

12 Dux itineris fuisti, *In columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem: vt dux esses itineris vtroque tempore, Exo. 13. d.*

13 Et plantasti radices, *Id est, sanctos patres, vt Iosue & consimiles, qui in cultu & fide Dei erant radicati.*

14 Et imple.ter. *Per multiplicationem prolis.*

✠ Operuit

MORALITER.

1 *Domine Deus virtutum*, Id est, angelorum.

2 *Quousque iraſceris super ora.* Id est, quamdiu ostendes te iratum, auxilium differendo postulatum.

3 *Cibabis nos pane &c.* Quia non possumus consolari, donec sentiamus beneficium auxilij tui.

5 *Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris*, Id est, spiritibus malignis, qui dicuntur *nostri vicini*, eò quòd habitant nobiscum in hoc aere caliginoso. Dicuntur tamen inimici *nostri*, quia semper machinantur ad malum nostrum.

6 *Deus virtutum conuertere &c.* s. de luctu ad gaudiũ per depulsionem inimicorum nostrorum.

8 *Vineam. &c.* Hic ponitur ratio ad prædicta; quilibet enim diligit & defendit opera sua, propter quod proponitur quòd Ecclesia sit opus Dei, cum dicitur, *Vineam de Ægypto* i. Ecclesiam tuam de infidelitate gentium ad fidem. Ideo subditur,

10 *Eiecisti gentes.* s. de sua infidelitate, cum dicitur Prouerb. 12. a. *Verte impios & non erunt, scilicet*, impij sicut ante.

11 *Et plantasti eam*, Per Apostolorum prædicationem.

12 *Dux itineris fuisti.* Sicut dicitur Mar. vlt. d. *Illi autem prædicauerunt vbique Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.*

✠ Operuit

a ¶ Sed prius vineæ, quæ non impleuit terram, Operuit mon. vm. b ¶ Crescendo illa vinea operuit.

a †impleuit terram. Operuit montes vmbra eius, b et arbusta
a ¶ Omnes sanctos prophetas & patriarchas. ¶ Et. b ¶ Ab Ierusalem. c ¶ A simili.
d ¶ Filios. e ¶ Quod prope Iudæos, typice omnium gentium.

eius† cedros Dei.† Extendit palmites suos vsque ad mare,
a ¶ Iordanis. b ¶ Ergo. ¶ Inde quid accidit ei? euersa est gens illa. Et hoc est destruxisti.

& vsque ad flumen propagines eius. Vt quid destruxisti
a ¶ Cas. munitionem, quæ de solis lapidibus fit circa vineas. b ¶ Spoliant, diripiunt.
c ¶ Gentes quæ idola colunt.

maceriam eius, & vindemiant eam omnes † qui præter-
a ¶ Cas. vel iam transeuntes sunt temporaliter dominantes. ¶ Legem vel Christum.
b ¶ Extra terminos patriæ eiecit. c ¶ Venient. d ¶ Gentibus. ¶ Ipse est aper qui vastauit.

grediuntur viam, † Exterminauit eam aper de sylua, &
a ¶ Sed quo fructu hoc passi sumus? vt sic sanemur, & conuertamur. Et hoc dicit orando. b ¶ Ab ira.

†singularis ferus depastus est eam. Deus † virtutum conuer-
a ¶ Misericordia. b ¶ Cælorum. c ¶ Faciam cognoscere te, vel peccata sua. d ¶ Infirmam sana.

tere*, respice de cælo: & vide, & visita vineam istam. Et perfice
a ¶ Inchoauit. b ¶ Propitiatio tua. c ¶ Sed vbi perficit? ¶ Perfice. d ¶ Qui solus est fundamentum.

eam quam plantauit dextera tua, & super † filium

† repleta est terra † cedros ex cellis (vel vt cedri Dei, i. altissima + Misisti. Extendisti summitates, surculos eius

B † Deuastauit † fera agri [nomē Hebraicū est generale bestiarum syluestriū * obsecro

a *Operuit.* Cas. Altitudo & latitudo vineæ hic exponitur. Superna est vinea, quę & montes sublimiores, vita & doctrina obūbrat, & magnis crescere facit. Vites, quæ arbores ascendunt, *arbusta* nominantur, per quæ minores in ecclesia accipiuntur.

Cedri, non superbi, sed qui sunt Dei, martyres sunt, qui in ecclesia alti sunt, hos etiam ecclesia in gremio suo protegit.

Propagines, filios regenerationis, qui à flumine Iordane manauerunt, quia ibi cæpit regula baptismi.

b *Montes.* Avg. Prophetæ, quos operit vmbra, quia obscure locuti sunt in figuris: sed post vmbram venit res. *Vmbra* est circuncisio, sabbathum & huiusmodi, quæ & prophetæ locuti sunt: *Vmbra*. i. cura, & solicitudo; de eis operis maiores, Et *arbusta*, id est eorum excrementa similiter *operiunt cedros Dei* id est, doctores.

c *Cedros Dei.* Avg. Quia sunt cedri euertendæ, superbi. sc. qui sunt cedri seculi, sed non Dei.

C ✻ Beda *Arbusta* vocat minores prophetas: cedros vero sublimes & potentes in seculo; & est dicere, quia nō solum maiores prophetæ præfuerunt huic vineæ, sed etiam arbusta, id est minores prophetæ *operuerunt cedros*, id est, in tantum supercreuerunt vmbris cedri, id est, sublimibus mundi *vt operirent*, id est, humiliarent & inuoluerent illas cedros, & facerent cedros mundi cedros Dei; sicut & in Paulo, & Dionysio factum est. Præterea hæc eadē vinea *extendit palmites suos vsque ad mare*, Palmites vocat illos quibus ipse dominus dixit, *Ego sum vitis, vos autem palmites*, hoc est, sanctos Apostolos, qui principaliter ab ipsa vite processerunt, quia à domino electi fuerunt, Hi *palmites extensi sunt vsque ad mare*, id est, vsque ad gentilium amaritudinem, quia in *omnem terram exiuit sonus eorum.*

d *Vt quid.* Miratur cur huic tali subtracta est domini defensio. D

Avg. *Vt quid.* Quia superba fuit aduersus plantatorem, & seruos occidit ad se missos, & tandem filium hæredem, destructa est macetia, & inuenerunt eam gentes destructam, & deleuerūt. Hoc primo plangit Asaph, sed non sine spe: de dirigentibus enim cor iam loquitur.

e *Aper.* Avg. Cas. Vespasianus fortis & sæuus, & contrariis Iudæis, qui hoc animal inter cætera habent immundum.

Vastauit eam sus de sylua. ✻ Evthym. Babylonius nimirum Nabuchodonosor, *sus* ideo dictus, quod in voluptatum lutovolutaretur, & quia omnifariam spurcitiæ genere fœdus atque immūdus erat. E † transeuntes

f *Singularis ferus.* Titus, qui reliquias terribili depastione consūpsit, qui dicitur *singularis* id est, superbus. Vel pro eodem accipitur aper, & *ferus* scilicet Romanus exercitus. Et vide quibus peccatis laboret & pereat homo. † exercituū

Singularis. Avgvstin. Dicit omnis superbus, *Ego sum, ego sum, & nemo alius.* F

Aper Cas. diabolus fortis & ferox, *de sylua*, quia cogitationes eius agrestes & auiæ sunt. *Sed tu domine Deus virtutum.* Vel ita cōtinua, Ita vastata est vinea, sed vt reliquiæ saluæ sint, *O Deus virtutum con.* in finem seculi sup. serenus *aspice*, commutatis in melius hoc remedium precatur. † fedē cortum & plātulam † vitem vocat filium phrasi Hebraica, vt Isai 5. filio olei loco pingui.

g *Et perfice eam, quam plantauit dextera tua.* Avgvst. Non aliam instituę, sed hanc perfice. In hac enim est semen Abrahæ: ibi est radix quę portat oleastrum. Perfice, *quia cæcitas ex parte contigit in Israel, vt plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.* Rom. 11. c.

h *Super filium.* Cas. Super te fundatam & super filium hominis. Mat. 17. a.

☞ Hic

NICOLAVS DE LIRA.

1 Operui montes, &c. *per adeptionem honoris & dignitatis: quod maxime fuit tempore Dauid, & Salomonis, & aliorum regum bonorum.*

2 Extendit palmites suos vsque ad mare &c. *s. mediterraneum.*

3 Et vsque ad flumen, *Eufratem,*

4 Propagines eius. *Et in hoc denotatur dilatatio possessionis, quia tota terra intermedia subiecta fuit regno Israel tempore Salomonis, vt frequenter suprà dictum est.*

5 Vt quid. *Hic consequenter describitur processus in aduersitate, cum dicitur,* Vt quid destruxisti maceriam eius. *i. angelorum custodiam, eo quòd populus erat conuersus ad idololatriam, vt patet. iij & iiij. Reg. in multis locis. Vel, per maceriam intelligitur clausura Ierusalem, quam destruxerunt Chaldæi.*

6 Et vindemiant eam omnes, &c. *quia reges Syriæ, & multi alij ante destructionem ciuitatis per Nabuchodonosor & post, fuerunt eis molesti, bona earum rapientes, & populum occidentes, vt patet. iij. & iiij. Reg. & in lib. Esdræ & Nehemiæ, & j. & ij. Machab.*

7 Exterminauit eam aper. *Nabuchodonosor, qui sic nominatur, eò quod diu habitauit inter feras, Dan. iiij.*

8 Et singularis, &c *Isle fuit Antiochus rex, qui fuit valde singularis in superbia, quasi haberet* terram ad nauigandum & mare ad ambulandum, *propter elationem ij. Mach. v. Fuit etiam valde ferus per tormenta in humana & exquisita inducens populum Israel ad transgressionem legis. ij. Machabæorum. vij.* In *Hebræo habetur* Et commotio agri depasta est eam, *per commotionem intelliguntur omnes bestiæ, quæ communiter mouentur per agrum ad depascendum ipsum: propter quod Hiero. transtulit:* Et omnes bestiæ agri depastæ sunt eā, *per quod potest intelligi multitudo diuersarum gentium, quæ erant in exercitu Antiochi, & aliorum regum Iudæam deuastantium.*

9 Deus virtutum. *Hic consequenter describitur status ecclesiæ perfectus post aduentum Christi, quam perfectionem petit Asaph deuotè,* Deus virtutum conuerte, *Per condescensionem bonitatis tuæ:*

10 Respice de cælo & vide, *Oculo tuæ clementiæ.*

11 Et visita, *In propria persona,*

12 Vineam istam, *Quod factum est in sua benedicta incarnatione, in qua* visitauit nos oriens ex alto, *Luc. j. a.*

13 Et perfice eam. *Status enim vetus fuit imperfectus, secundum quod habetur ad Heb. vij. c.* Nihil ad perfectum adduxit lex; *Sed hæc perfectio reseruabatur Christo, propter quod dicit Mat. v. b.* Non veni soluere legem, sed adimplere, *quia moralia præcepta adimpleuit, consilia super addendo, iudicialia verò adimpleuit rigorem temperando, vt homines cauerent à malis, & studerent bonis, magis ducti amore boni, quod est proprium perfectorum, quàm timore mali pœnæ. quod est imperfectorum: vnde dicit Poeta,* Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Oderunt peccare boni virtutis amore, *Cæremonialia verò, quæ tantum figura erant, adimpleuit in sua incarnatione & passione, cuius erant figuræ, & sacramenta efficaciora instituit, quæ conferunt gratiam, & introducunt ad gloriam, quod non poterant facere sacramenta legis, propter quod dicuntur* egena & infirma, *Gal. iiij.*

14 Et super filium. *Resumatur ly* respice. *s. super Christum hominem,* ✻ qui in

MORALITER.

1 *Operuit montes. &c.* conuertendo mundi principes.

✠ † *Et arbusta eius cedros Dei.* conuertendo maximos sapientes, s. Dionysium, Ambrosium, Augustinum & alios plures. Sed quoniā ex credentibus multi declinauerunt à fide & moribus, subditur,

5 *Vt quid destruxisti,* id est destrui permisisti,

† *Maceriam eius.* i. clausuram virtutum.

6 *Vindemiant eam omnes, &c.* id est maligni spiritus, qui discurrunt ad destruendum fructus ecclesiæ.

7 *Exterminauit eam aper de sylua.* id est, porcus syluestris, qui est animal immundum: propter quod signat dæmonem tentātem de luxuria.

8 *Et singularis, &c.* id est dæmon tentans de superbia, propter quod petitur diuinum auxilium, cum dicitur,

9 *Deus virtutum conuertere* Ecclesiam tuam defendendo, & eam in bonis perficiendo.

14 *Et super filium hominis.* id est, Christi vicarium, qui caput est ecclesiæ,

✠ *Quem*

☞ Hic aperte Chriſtus oſtenditur, qui de Matia natus. *Confirmaſti*, cum dixit, *Hic eſt filius meus dilectus, in quo bene mihi complacui, ipſum audite:* in quo confirmatus eſt Chriſtus apud homines. *Incenſa*, mala quæ igne cupiditatis fiunt: *Suffoſſa*, occulta, dum aliis paratur inſidioſè fouea. *Peribant*, dum dicetur, *ite in ignem æternum.*

Matt. 17. a.

Vt hæc omnia impleantur, *Fiat manus tua*, id eſt, operatio ad effectū promiſſa ducat. *Incenſa*, i. peccata. Sed incēſa ſunt, quę facit amēs cupiditas: *Suffoſſa*, quæ timor malè iacens: Et hæc ſunt omnia peccata, quia omnia fiūt propter cupiditatē, vel timorem: quæ nō capit cupiditas, vincit timor. Sic ecōtra amor Dei, & timor eiūs ducit ad omne bonum, amas vt bene tibi ſit: times ne malè tibi ſit. hoc age in Deo, non in ſeculo. Vterq; amor incēdit, vterque timor humiliat: De bono dicitur, *fodiā circa illā, & mittā ſtercora, Foſſa*, ſignificat piam humilitatem timentis: *Stercora*, vtiles ſordes pœnitentis. De igne autem boni amoris dicitur, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt ardeat?*

† roboraſti & infra

B

† vel, ire tuæ

a

b

* &

o

C

Luc. 12. f.

✻ Basil. & Throd. Hic præcipuè patet pſalmum in Babylonium, & minimè in Antiochum (vt quibuſdam viſum eſt) vaticinari. Nā Babylonius templum combuſſit, plurimamque vrbis partem igni tradidit; ſic & hic dicit, non modo fructibus vindemiatis eum abiiſſe, verum etiam illam recidiſſe, & radicitus auulſiſſe & igni conſumpſiſſe.

D

a *Fiat manus.* Cas. Grande ſacramentum, & munus Deo, quia tandiu ſalus Iſrael dubitari potuit, donec Chriſtus venit: ſed tunc

E

completa eſt promiſſio, nec vltra diſcedit ab eo eccleſia ſponſo † ſuccisa. coniuncta. Dicit ergo: *Fiat manus*, operationem ſanctæ incarnationis precatur.

F

b *Nō diſcedimus.* Cas. Vltra, cum filium hominis, *Viuificabis*: hæc eſt vtilitas ab eo.

Et non diſcedimus à te. ✻ Evthymivs. Hebræi quidem ducti à Zorobabel, nos autem à Chriſto. Ex noſtra enim perſona verſiculum hunc Propheta conſcripſit.

c *Domine Deus virtutum conuerte nos, oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.* Cassiodorvs. Magna ſuauitas huius verſiculi, in quo regulam totius religionis exponit. Primo enim Deus nos *conuertit*, & tunc nos *ante faciem* oſtendit, id eſt, lumine pietatis nos inſpicit: Poſt quod nos tandem *ſaluat*. Hunc ergo propheta iterat, quia per ipſum quiſque breuiter quod expedit, implorat.

☞ GLOS.

---

a ¶ Et ſic erit quia. ¶ Incendit amor vterque, bonus ſcilicet & malus.

hominis quem † confirmaſti tibi. Incēnſa igni & † ſuffoſſa,

a ¶ Facies, quæ delet peccata. ¶ Filij tui. b ¶ Iam ante. c ¶ Operatio tua ad effectum promiſſa perducat. ¶ Quaſi quandiu mali erimus? Oſtendat ſe miſericordia tua, fac bene cum vinea tua demonſtrata facie tua, id eſt verbo tuo, vi. dex. t. id eſt filium virginis.

ab increpatione † vultus tui peribunt. Fiat mānus tua ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis quem confir-

a ¶ Aug. Quaſi quandiu increpas & accuſas tuos. Fiat manus. hoc fac. Et non diſ. b ¶ Vt te, non terrena amemus, in quo prius mortui.

maſti tibi. Et nōn diſcedimus à te: viuificābis nos, & nomen

a ¶ Id eſt, te diligemus, tu eris nobis totum. b ¶ Quod vt ſit. c ¶ In quo cœpi in eo finiam.

tuum inuocābimus. Dōmine Deūs virtutum conuerte nos. ✻ oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *qui in euangelio vocatur filius hominis, id eſt, virginis: quia hoc nomen* homo, *eſt generis communis, alij autem ſunt filij hominum, ſcilicet viri & mulieris.*

1 Quem confirmaſti tibi, *id eſt, immobiliter aſſumpſiſti: quia quod ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit, vt dicit Damaſ. vnde & in triduo mortis Chriſti, anima exiſtens in limbo, & corpus in ſepulchro fuerunt coniuncta verbo.*

2 Incenſa igni & ſuffoſſa. *Per hoc intelliguntur ſacerdotes Iudæorum, qui in vltionem mortis Chriſti à Romanis fuerunt obſeſſi, & tandem in incendio templi aliqui eorum fuerunt mortui, & alij fugerunt ad ſubterranea loca vbi fuerunt capti & interfecti: ideo ſubditur,*

3 Ab increpatione vultus. *Quia ex rigore diuinæ iuſtitiæ, quæ hic* increpatio *dicitur, in vltionem mortis Chriſti perierunt.*

4 Fiat manus tua. *Vir iſte eſt Chriſtus homo, ad dexteram Dei patris aſſumptus, Marci vlti. d.* Et dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. *Super virum iſtum poſt eius aſcenſionem facta eſt ſpecialiter manus diuinæ virtutis, declarando eius gloriam & deitatem per miracula facta ab apoſtolis aliiſque diſcipulis in nomine Chriſti.*

5 Et ſuper filium hominis. *Et accipitur hic &, pro,* id eſt, *vt illud quod ſubditur,* ſuper filium hominis *ſit expoſitiuū illius, quod præmittitur,* ſuper virum dexteræ tuæ, *vt per hoc homo Chriſtus intelligatur de quo ſupra dixerat,* Super filium hominis, *&c.*

6 Et non diſcedimus à te, *Per auerſionem à fide: vnde dicit Apoſtolus Rom. viij. g.* Quis nos ſeparabit à charitate quæ eſt in Chriſto Ieſu? tribulatio? fames? nuditas? aut gladius, &c. *quaſi diceret, nou, ſicut litera ſequens oſtendit,*

7 Viuificabis nos, *Vita gratia in præſenti, & gloria in futuro.*

8 Et nomen tuum inuocabimus, *temporaliter in præſenti, & æternaliter in futuro, ſecundum illud Pſalm. lxxxiij. a.* Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.

9 Domine Deus virtutum conuerte nos, *ad te perfecte diligendum.*

10 Oſtende faciem tuam, *Per apertam viſionem,*

11 Et ſalui erimus, *Quia in clara viſione, & perfecta fruitione conſiſtit æterna ſalus.*

☞ PSAL.

MORALITER.

† 1 *Quem confirmaſti tibi*, Id eſt, loco tui poſuiſti.

2 *Incenſa igni & ſuffoſſa*, id eſt, dæmones ignem ſuū portantes, & inferni foſſæ deputati.

3 *Ab increpatione tua peribunt*, id eſt, ab impugnatione eccleſiæ ceſſabunt.

4 *Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ.* i. tua protectio ſuper caput eccleſiæ.

6 *Et non diſcedimus à te.* Et quia bonitas prælati multum facit ad bonitatem populi, ideo ſubditur,

7 *Viuificabis nos*, Vita gratiæ. Reſiduum patet ex dictis.

† MORA.

ADDITIO I

In Pſal. lxxix. Qui regis Iſrael, *vbi dicitur in poſtil.* Manifeſtare coram Ephraim & Beniamin.

Quidam expoſitores Hebræorum aliter aſſignant cauſam nominationis harum tribuum, ſcilicet Ephraim Beniamin & Manaſſe, dicētes, quod quando Iacob benedicebat filiis ſuis, Gen. xlix. in benedictione Ioſeph dixit iſta verba, Inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. *Ex quibus verbis dicunt, quod ſumitur exordium huius pſalmi. cum dicit:* Qui regis Iſrael, *quod in Hebræo in hoc loco proprie ſonat, Quis eſt, paſtor ſeu rector Iſrael, & ideo ſubiungit pſalm.* Qui deducis velut ouem Ioſeph, *ſcilicet filium illum, in cuius benedictione Deus fuit nominatus paſtor ſeu rector Iſrael. Et quia Pſal. nominauerat in hoc loco Ioſeph ratione predicta, vlterius nominat duos filios Ioſeph ſcilicet Ephraim & Manaſſe. Nominauit etiam Beniamin cum iſtis duobus duplici de cauſa: Prima eo quod dixerat,* Qui ſedes ſuper cherubin manifeſtare, *Arca enim teſtamenti, vbi erant cherubin, primo fuit in ſorte Ioſeph, quia in Silo, ſecundo in ſorte Beniamin ſcilicet in Ieruſalem, & ideo nominauit Beniamin cum aliis. Item quia Ioſeph & Beniamin ambo erant filij Rachel, quæ quidem fuit vxor Iacob prima intentione, licet ſecūda in executione, vt patet Gen. xxix. & ideo ſimul nominat omnes tribus ab ea deſcendentes, &c.*

ADDITIO II.

In eodem pſal. vbi dicitur in poſtil. Deus virtutum.

Secundum Aug. iſte verſus ſcilicet, Deus virtutum conuerte nos, ſummā totius cōtinet religionis, vnde trina repetitione commēdatur: *Hæc ille. Sed attendendum eſt, quod trina repetitio huius non debet à myſterio vacare: pro quo dici poteſt, quod* facies Dei *qua eſt Chriſtus, vt j. Cor. xiij, triplicater nobis oſtenditur ad ſalutem: Primo in ſtatu viæ per fidem, qua eſt offenſio ænigmatica: ſecundo in patria per apertam & claram viſionem. qua dicitur eſſe facie ad faciem, vnde. j. Co. xiij. d.* Videmus nunc per ſpeculum & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, *Tertio in ſtatu reſurrectionis glorioſæ, in quo nobis oſtendetur Chriſtus, non ſolum quo ad mentem, ſed etiam quo ad corpora, cum oculi corporales glorioſi Chriſtum in gloria reſpicient, de quo poteſt intelligi illud Eſa. lij. c.* Oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit dominus Sion. *In quibus oſtenſionibus triplici modo conuertimur ad Deum, in primo per fidem iuſtificantem, in ſecundo per viſionem beatificantem, in tertio per gloriam conſummantem, vnde merito ter repetit pſal.* Domine Deus cōuerte nos, & oſtende faciem tuā, & ſalui erimus.

ADDI.

ADDITIO.

In eodem psal. vbi dicitur in postilla. In Hebræo habetur: Et commotio agri de pasta est eam.

In Hebræo non habetur in hoc loco dictio significans commotionẽ, sed est ibi dictio זִיז *quæ secundũ quosdã est nomen speciei cuiusdã auis nobis ignotę, et similis dictio ponitur suprà in psalm. xlix. vbi translatio nostra habet,* Et pulchritudo agri mecum est. *Quæ quidem auis dicitur esse inter volatilia, sicut Leuiathan inter pisces.*

ADDITIO IV.

In eodem Psal. lxxix. vbi dicitur in postil. Ceremonialia, quæ tantum figuralia erant.

Ceremonialia vete. testa. non erant tantũ figuralia: habebãt enim duplicem rationem, scilicet, literalem, quæ ad cultũ Dei pro illo tẽpore ordinabatur; & figuralem, quæ ordinabatur ad figurandum Christum, & eius mysteria, prout largius habetur prima secundę. q. ciij. ar. ij. arguendo in oppositum: nihilominus tamen veniente Christo cessabãt ceremonialia, et omnes rationes eorum: vt habetur in eadem parte. q. ciij. arti. iij. in cor. q.

REPLICA.

In psal. lxxxix. Qui regis Israel intende, &c. *Burg. notat postil. quia dixit, Ceremonialia tantum fore figuralia, volens Bu. secundum intentionem san. Tho. quod etiam sint literalia. Ad hæc concordãdum dico, quod postil. loquitur secundũ principalẽ intentionem instituentis, qualis non est literalis. Ratio enim legalium, specialiter ceremonialium duplex est, opus, et exercitium, scilicet, opus operãs, & opus operatum. Primum respicit principalem intentionem instituentis, quia ad hoc primo respicit, ideo* respexit Deus ad Abel, & *consequenter* ad munera eius *Ge. 4. a. Ad secundum autem, scilicet, opus operatum, sola occasione Deus respexit, imo secundum se, & propriam rationem literalem despexit, quia huiusmodi facta sunt ei molesta, imò odita, vide ca. j. Esa. hæc est cętetia hea. Aug. j. & ij. retractationũ, & magistri in principio. iiij. & cõmuniter omnium catholicorum doctorum: vnde de solo opere operante habẽte respectum ad instituentẽ dixit postillat. ad occasionalem, quod respiciẽs literam occidentẽ, & ad opus operatum direxit Burgen. suum respectũ*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Pro torcularibus.* AVG. In quibus tria, pressura, & de ea duo, oleum, & amurca, quorum vnum reconditur, aliud proijcitur. Similiter, vinum, & acinum; sic in ecclesia. Si ergo sunt pressuræ, quas queruntur blasphemi abundare temporibus Christi, ne turberis: esto oleum, non amurca, quæ proijcitur. Hic namque discernitur, quod simul illic pendebat in arbore. Pressura ergo discernente, renatis ex aqua cantatur psalmus Asaph, id est, dominicæ congregationi.

b *Qu. sa.* Quo die Deꝰ animalia, pisces, & aues creauit ex aquis. Loquitur ergo psa. baptizatis, ex quibus alij oleum, vinum, aues. i. spirituales: alij amurca, acinum, pisces.

c *Asaph, &c* CASSIOD. Quia secundum historiam Iudæis, spiritualiter Christianis loquitur. AVG. Primò dicit quid agendum electis, qui sunt, oleum, vinum, aues.

a ¶ Dirigens. ᵇ ¶ Christum. b ¶ Id est, ecclesiis, quibus est pressura tribulationum. c ¶ Habitus! ¶ Loquens de baptizatis aqua baptismi, quod figuratum est per opus quintæ sabbathi.

†In finẽm † prò torcularibus quinta sabbãthi psalmus Asaph LXXX.

a ¶ O aues, vinum, oleum, id est, o congregatio Dei, cui fit hic psalmus.
b ¶ Alij exultant deceptori suo mundo. c ¶ Gaudio, quod non potestis explicare.

PSALMVS LXXX.

d *Exulta. Deo.* Asaph proposita sibi imagine cuiusdam solennitatis, electos ad celebritatem incitat, dicens,

e *Deo Ia.* Fictius Deus, delusor est.

Exultate Deo adiutori nostro. ✠ EVTHYMIVS. Videntur prima facie hæc verba prolata esse ex Iudæorum persona, qui è Babylonica redierunt captiuitate, veluti exultantium de suo in patriam reditu. Atque hoc pacto exponitur hic psalmus à Iudæis; Verum si sequentia omnia consideres, vbi multa mœrore referta sunt, conuincemus hunc eorum sensum rectum non esse. Torcularia illa igitur mutuo sese exhortantur, ad exultandũ in Christo, qui est eis auxiliaturus.

f *Sumite psal.* AVGVSTI. Verba Dei, & humani actus conueniant in vnam societatem: hæc enim est pax Ierusalem, hæc est ratio dati & accepti, vnde Apostolus, *Si spiritualia seminauimus vobis, magnum est si carnalia vestra metamus.* 1. Cor. 9. b.

✠ BEDA. q. d. Et vt verè exulteris & iubiletis Deo, *sumite psalmum & date tympanum.* Apostolꝰ, quasi reprehendens, & dolens, dicit in quodam loco: quod *nemo communicauerit ei in ratione dati & accepti.*

1 Exultate, *deuotione mentis,*
2 Deo adiutori nostro, *in omnibus periculis et negotijs.*
3 Iubilate, *ore vocis, secundum illud psal. lxxxiij. a.* Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.
4 Deo Iacob, &c. *Dicitur autem* Deus Iacob, *eò quod votum fecit de cultu speciali, Genes. xxviij. d.* Si Deus fuerit mecum & cæt. *Sequitur,* erit mihi dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, &c.
5 Sumite psalmum, *ad decantandum non solum vocibus, sed etiam instrumentis musicalibus, ideo subditur,*
6 Et date tympanum, &c. *Non exprimit hic instrumentum* gittith quam-

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXXX.

Exultat. Deo. *Huic psal. prœmittitur talis titulus in Heb.* Ad victoriam super הַגִּתִּית haggittith Asaph. *ad cuius intellectum sciendum, quod prima syllaba huius dictionis* haggittith *non est de substantia vocabuli, sed est articulare accusatiui casus, sicut cum dicitur in Latino, ô magister,* li ô, *non est de substantia dictionis, sed est articulare vocatiui casus,* Gittith *autem in Heb. habet duplicẽ significationem, quia significat instrumẽtum musicum sic nominatum, eo quod repertum fuit in ciuitatem Geth, vt dicit Ra. Sa. Significat etiam torcular, et hoc modo trãstulit Hiero. qui ponit talem ti.* Vict. in torc. Asaph: *ita quod secundum eum ibi accipitur singulare pro plurali. s. torcular pro torcularibus, sicut frequẽter fit in scriptura et econuerso. Potest autem conuenienter dici, quod* gittith, *hic accipitur in vtraque significatione. Ad cuius intellectum sciendum, quod Psal. iste specialiter erat decantandus in festo tubarum, (vt magis videbitur prosequendo) quod incipiebat prima die Septembris, qua apud Hebræos est in nouilunio propinquiori æquinoctio autumnali, siue sit ante æquinoctiũ, siue post siue in ipso æquinoctio: illo autem tempore communiter cõpletę sunt vindemia in terra promissionis, quæ calida est, & ideo de vino tunc expresso de torcularibus fiebãt libamina sacrificiorũ ie tẽplo, propter quod psa. iste intitulatur à torcularibus, seu torculari. Item quia Leuitę cantabant psa. non solùm vocibus humanis, sed etiam musicis instrumentis, vt frequenter dictũ est; & cantus*

cãtus huius, magis propriè cãtabatur instrumento musico, quod Hebraicè vocatur gittith, *propter hoc etiam iste ps. intitulatur* hagattith *prout est nomen instrumenti musici, & sic accipitur in hoc titu. in significatione duplici. His prœmissi sciendum, quod vna de causis, quib. psa. iste cantabatur in festo tubarum, erat pro gratiarum actione de fructibus anni collectis: quorum collectio tunc erat completa, vt dictum est. Et ideo psalm. iste diuiditur in duas partes, quia primo inducitur populus ad gratitudinem erga Deum, secundo ostenditur eius ingratitudo per oppositũ, vt opposita iuxta se posita magis eluceſcant. secunda ibi,* In tribulatione. *Prima in duas, quia primò populus ad Dei laudem incitatur, secundò ad hoc ratio adducitur, ibi:* Quia præceptum. *Circa primum dicitur,*

1 Exultate, *deuotione mentis,*
2 Deo adiutori nostro, *in omnibus periculis et negotijs.*
3 Iubilate, *ore vocis, secundum illud psal. lxxxiij. a.* Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.
4 Deo Iacob, &c. *Dicitur autem* Deus Iacob, *eò quod votum fecit de cultu speciali, Genes. xxviij. d.* Si Deus fuerit mecum & cæt. *Sequitur,* erit mihi dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, &c.
5 Sumite psalmum, *ad decantandum non solum vocibus, sed etiam instrumentis musicalibus, ideo subditur,*
6 Et date tympanum, &c. *Non exprimit hic instrumentum* gittith quam-

MORALITER.

Exultate Deo. Hunc psal. fecit Asaph ad decantandum per Leuitas in principio mẽsis septimi, cui apud nos correspondet September pro gratiarum actione ex fructuum collatione. Punctus autem bonorum operum est beatitudo, Sap. iij. c. *Bonorum laborum gloriosius est fructus,* Qui fructus colligitur post hanc vitam in re, sed in præsenti quodammodo colligitur in spe: quoniam ex degustatione bonorum cælestium sentitur aliqua dulcedo cælestis patrię & talibus dicitur.

1 *Exultate,* mentis deuotione.
2 *Adiutori no.* in omni boni promotione.
3 *Iubilate Deo Ia.* licet enim sit Deus omnium per creationẽ, tamen Deus est supplantantium vitia, per cultum specialem.
5 *Sumite psal. &c. date tym. etc.* per hæc instrumenta musicalia

☞ Hic aperte Christus ostenditur, qui de Maria natus. *Confirmasti*, cum dixit, *Hic est filius meus dilectus, in quo bene mihi complacui, ipsum audite*: in quo confirmatus est Christus apud homines. *Incensa*, mala quæ igne cupiditatis fiunt: *Suffossa*, occulta, dum aliis paratur insidiosè fouea. *Peribunt*, dum dicetur, *ite in ignem æternum.*

Matt. 17. a.

Vt hæc omnia impleantur, *Fiat manus tua.* id est, operatio ad effectū promissa ducat. *Incensa*, i. peccata. Sed incēsa sunt, quę facit amēs cupiditas: *Suffossa*, quæ timor malè iacens: Et hæc sunt omnia peccata, quia omnia fiūt propter cupiditatē, vel timorem: quæ nō capit cupiditas, vincit timor. Sic ecōtra amor Dei, & timor eiūs ducit ad omne bonum, amas vt bene tibi sit: times ne malè tibi sit. hoc age in Deo, non in seculo. Vterq; amor incēdit, vterque timor humiliat: De bono dicitur, *fodiā circa illā, & mittā stercora, Fossa*, significat piam humilitatem timentis: *Stercora*, vtiles sordes pœnitentis. De igne autem boni amoris dicitur, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat?*

† roborasti & infra

B

† vel, irę tuæ

Luc. 12. f.

* & C

a ¶ Et sic erit quia. ¶ Incendit amor vterque, bonus scilicet & malus.

hominis quem † confirmasti tibi. Incēnsa igni & † suffossa,

a ¶ Facies, quæ delet peccata. ¶ Filij tui. b ¶ Iam ante. c ¶ Operatio tua ad effectum promissa perducat. ¶ Quasi quandiu mali erimus? Ostendat se misericordia tua, fac bene cum vinea tua demonstrata facie tua, id est verbo tuo. vi. dex. t. id est, filium virginis.

a ab increpatione † vultus tui peribunt. Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confir-

a ¶ Aug. Quasi quandiu increpas & accusas tuos. Fiat manus. hoc fac. Et non dis. b ¶ Vt te, non terrena amemus, in quo prius mortui.

b masti tibi. Et nōn discedimus à te: viuificābis nos, & nomen

a ¶ Id est, te diligemus, tu eris nobis totum. b ¶ Quod vt sit. c ¶ In quo cœpi in eo finiam.

c tuum inuocābimus. Dōmine Deus virtutum conuerte nos. * ostende faciem tuam, & salui erimus.

✻ Basil. & Theod. Hic præcipuè patet psalmum in Babylonium, & minimè in Antiochum (vt quibusdam visum est) vaticinari. Nā Babylonius templum combussit, plurimamque vrbis partem igni tradidit; sic & hic dicit, non modo fructibus vindemiatis eum abiisse, verum etiam illam recidisse, & radicitus aulsisse & igni consumpsisse.

D

a *Fiat manus.* Cas. Grande sacramentum, & munus Deo, quia tandiu salus Israel dubitari potuit, donec Christus venit: sed tunc completa est promissio, nec vltra discedit ab eo ecclesia sponso † succisa coniuncta. Dicit ergo: *Fiat manus*, operationem sanctæ incarnationis precatur.

1 2 E

b *Nō discedimus.* Cas. Vltra, cum filium hominis, *Viuificabis*: hæc est vtilitas ab eo.

3 4 5 6 7 8 9 10 11

Et non discedimus à te. ✻ Euthymius. Hebræi quidem ducti à Zorobabel, nos autem à Christo. Ex nostra enim persona versiculum hunc Propheta conscripsit. F

c *Domine Deus virtutum conuerte nos, ostende faciem tuam, & salui erimus.* Cassiodorus. Magna suauitas huius versiculi, in quo regulam totius religionis exponit. Primo enim Deus nos *conuertit*, & tunc nos *ante faciem* ostendit, id est, lumine pietatis nos inspicit: Post quod nos tandem *salvat*. Hunc ergo propheta iterat, quia per ipsum quisque breuiter quod expedit, implorat.

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *qui in euangelio vocatur filius hominis, id est, virginis: quia hoc nomen* homo, *est generis communis, alij autem sunt filij hominum, scilicet viri & mulieris.*

1 Quem confirmasti tibi, *id est, immobiliter assumpsisti: quia quod semel assumpsit, nunquam dimisit, vt dicit Damas. vnde & in triduo mortis Christi, anima existens in limbo, & corpus in sepulchro fuerunt coniuncta verbo.*

2 Incensa igni & suffossa. *Per hoc intelliguntur sacerdotes Iudæorum, qui in vltionem mortis Christi à Romanis fuerunt obsessi, & tandem in incendio templi aliqui eorum fuerunt martui, & alij fugerunt ad subterranea loca vbi fuerunt capti & interfecti: ideo subditur,*

3 Ab increpatione vultus. *Quia ex rigore diuinæ iustitiæ, quæ hic* increpatio *dicitur, in vltionem mortis Christi perierunt.*

4 Fiat manus tua. *Vir iste est Christus homo, ad dexteram Dei patris assumptus, Marci vlti. d.* Et dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. *Super virum istum post eius ascensionem facta est specialiter manus diuina virtutis, declarando eius gloriam & deitatem per miracula facta ab apostolis aliisque discipulis in nomine Christi.*

5 Et super filium hominis. *Et accipitur hic &, pro,* id est, *vt illud quod subditur,* super filium hominis *sit expositiuū illius, quod præmittitur,* super virum dexteræ tuæ, *vt per hoc homo Christus intelligatur de quo supra dixerat,* Super filium hominis, *&c.*

6 Et non discedimus à te, *Per auersionem à fide: vnde dicit Apostolus Rom. viij. g.* Quis nos separabit à charitate quæ est in Christo Iesu? tribulatio? fames? nuditas? aut gladius, &c. *quasi diceret, non, sicut litera sequens ostendit,*

7 Viuificabis nos, *Vita gratiæ in præsenti, & gloria in futuro.*

8 Et nomen tuum inuocabimus, *temporaliter in præsenti, & æternaliter in futuro, secundum illud Psalm. lxxxiij. a.* Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te.

9 Domine Deus virtutum conuerte nos, *ad te perfectè diligendum.*

10 Ostende faciem tuam, *Per apertam visionem,*

11 Et salui erimus, *Quia in clara visione, & perfecta fruitione consistit æterna salus.*

✻ PSAL.

MORALITER.

† 1 *Quem confirmasti tibi,* Id est, loco tui posuisti.

2 *Incensa igni & suffossa,* id est, dæmones ignem suū portantes, & inferni fossæ deputati.

3 *Ab increpatione tua peribunt,* id est, ab impugnatione ecclesiæ cessabunt.

4 *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ.* i. tua protectio super caput ecclesiæ.

6 *Et non discedimus à te.* Et quia bonitas prælati multum facit ad bonitatem populi, ideo subditur,

7 *Viuificabis nos,* Vita gratiæ. Residuum patet ex dictis.

† MORA.

ADDITIO I

In Psal. lxxix. Qui regis Israel, *vbi dicitur in postil.* Manifestare coram Ephraim & Beniamin.

Quidam expositores Hebræorum aliter assignant causam nominationis harum tribuum, scilicet Ephraim Beniamin & Manasse, dicētes: quod quando Iacob benedicebat filiis suis, Gen. xlix. in benedictione Ioseph dixit ista verba, Inde pastor egressus est lapis Israel. *Ex quibus verbis dicunt, quod sumitur exordium huius psalmi. cum dicit:* Qui regis Israel, *quod in Hebræo in hoc loco proprie sonat, Quis est, pastor seu rector Israel, & ideo subiungit psalm.* Qui deducis velut ouem Ioseph, *scilicet filium illum, in cuius benedictione Deus fuit nominatus pastor seu rector Israel. Et quia Psal. nominauerat in hoc loco Ioseph ratione predicta, vlterius nominat duos filios Ioseph scilicet Ephraim & Manasse. Nominauit etiam Beniamin cum istis duobus duplici de causa: Prima eo quod dixerat,* Qui sedes super cherubin manifestare, *Arca enim testamenti, vbi erant cherubin, primo fuit in sorte Ioseph, quia in Silo, secundo in sorte Beniamin scilicet in Ierusalem, & ideo nominauit Beniamin cum aliis. Item quia Ioseph & Beniamin ambo erant filij Rachel, quæ quidem fuit vxor Iacob prima intentione, licet secūda in executione, vt patet Gen. xxix. & ideo simul nominat omnes tribus ab ea descendentes, &c.*

ADDITIO II.

In eodem psal. vbi dicitur in postil. Deus virtutum.

Secundum Aug. iste versus scilicet, Deus virtutum conuerte nos, summā totius cōtinet religionis, vnde trina repetitione commēdatur: *Hæc ille. Sed attendendum est, quod trina repetitio huius non debet à mysterio vacare: pro quo dici potest, quod* facies Dei *quæ est Christus, vt j. Cor. xiij, triplicater nobis ostenditur ad salutem: Primo in statu viæ per fidem, qua est offensio ænigmatica: secundo in patria per apertam & claram visionem. qua dicitur esse facie ad faciem, vnde j. Co. xiij. d.* Videmus nunc per speculum & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, *Tertio in statu resurrectionis gloriosæ, in quo nobis ostendetur Christus, non solum quo ad mentem, sed etiam quo ad corpora, cum oculi corporales glorioſi Christum in gloria respicient, de quo potest intelligi illud Esa. lij. c.* Oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit dominus Sion. *In quibus ostensionibus triplici modo conuertimur ad Deum, in primo per fidem iustificantem, in secundo per visionem beatificantem, in tertio per gloriam consummantem, vnde merito ter repetit psal.* Domine Deus cōuerte nos, & ostende faciem tuā, & salui erimus.

ADDI.

ADDITIO.

In eodem psal. vbi dicitur in postilla. In Hebræo habetur: Et commotio agri de pasta est eam.

In Hebræo non habetur in hoc loco dictio significans commotionẽ, sed est ibi dictio זִיז *quæ secundũ quosdã est nomen speciei cuiusdã auis nobis ignotę, et similis dictio ponitur supra in psalm. xlix. vbi translatio nostra habet,* Et pulchritudo agri mecum est. *Quæ quidem auis dicitur esse inter volatilia, sicut Leuiathan inter pisces.*

ADDITIO IV.

In eodem Psal. lxxix. vbi dicitur in postil. Ceremonialia, quæ tantum figuralia erant.

Ceremonialia vete. testa. non erant tantũ figuralia: habebãt enim duplicem rationem, scilicet, literalem, quæ ad cultũ Dei pro illo tẽpore ordinabatur; & figuralem, quæ ordinabatur ad figurandum Christum, & eius mysteria, prout largius habetur prima secundæ. q. ciij. ar. ij. arguendo in oppositum: nihilominus tamen veniente Christo cessabãt ceremonialia, et omnes rationes eorum: vt habetur in eadem parte. q. ciij. arti. iij. in cor. q.

REPLICA.

In psal. lxxxix. Qui regis Israel intende, &c. *Burg. notat posti. quia dixit, Ceremonialia tantum fore figuralia, volens Bu. secundum intentionem san. Tho. quod etiam sint literalia. Ad hæc concordãdum dico, quod postil. loquitur secundũ principalẽ intentionem instituentis, qualis non est literalis. Ratio enim legalium, specialiter ceremonialium duplex est, opus, et exercitium, scilicet, opus operãs, & opus operatum. Primum respicit principalem intentionem instituentis, quia ad hoc primo respicit, ideo* respexit Deus ad Abel, & *consequenter* ad munera eius *Ge. 4. a. Ad secundum autem, scilicet, opus operatum, sola occasione Deus respexit, imo secundum se, & propriam rationem literalem despexit, quia huiusmodi facta sunt ei molesta, imo odita, vide ca. j. Esa. hæc est ẽẽtia hea. Aug. j. & ij. retractationũ, & magistri in principio. iiij. & cõmuniter omnium catholicorum doctorum: vnde de solo opere operante habẽte respectum ad instituentẽ dixit postillat. ad occasionalem, quod respiciẽt literam occidentẽ, & ad opus operatum direxit Burgen. suum respectũ*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Pro torcularibus.* AVG. In quibus tria, pressura, & de ea duo, oleum, & amurca, quorum vnum reconditur, aliud proijcitur. Similiter, vinum, & acinum; sic in ecclesia. Si ergo sunt pressuræ, quas queruntur blasphemi abundare temporibus Christi, ne turberis: esto oleum, non amurca, quæ proijcitur. Hic namque discernitur, quod simul illic pendebat in arbore. Pressura ergo discernente, renatis ex aqua cantatur psalmus Asaph, id est, dominicæ congregationi.

b *Qu. sa.* Quo die Deꝰ animalia, pisces, & aues creauit ex aquis. Loquitur ergo psa. baptizatis, ex quibus alij oleum, vinum, aues. i. spirituales: alij amurca, acinum, pisces.

c *Asaph, &c* CASSIOD. Quia secundum historiam Iudæis, spiritualiter Christianis loquitur. AVG. Primò dicit quid agendum electis, qui sunt, oleum, vinum, aues.

PSALMVS LXXX.

d *Exulta. Deo.* Asaph proposita sibi imagine cuiusdam solennitatis, electos ad celebritatem incitat, dicens,

e *Deo Ia.* Fictius Deus, delusor est.

Exultate Deo adiutori nostro. ✠ EVTHYMIVS. Videntur prima facie hæc verba prolata esse ex Iudæorum persona, qui è Babylonica redierunt captiuitate, veluti exultantium de suo in patriam reditu. Atque hoc pacto exponitur hic psalmus à Iudæis; Verum si sequentia omnia consideres, vbi multa mœrore referta sunt, conuincemus hunc eorum sensum rectum non esse. Torcularia illa igitur mutuo sese exhortantur, ad exultandũ in Christo, qui est eis auxiliaturus.

f *Sumite psal.* AVGVSTI. Verba Dei, & humani actus conueniant in vnam societatem: hæc enim est pax Ierusalem, hæc est ratio dati & accepti, vnde Apostolus, *Si spiritualia seminauimus vobis, magnum est si carnalia vestra metamus.* 1. Cor. 9. b.

✠ BEDA. q. d. Et vt verè exulteris & iubiletis Deo, *sumite psalmum & date tympanum.* Apostol⁹, quasi reprehendens, & dolens, dicit in quodam loco: quod *nemo communicauerit ei in ratione dati & accepti.*

Quid autem sit communicare in ratione dati & accepti, alibi apertè exponit dicens: *Si nos vobis spiritualia seminauimus, nunquid magnum est si vestra carnalia metamus.* Vtique nõ; similiter, & hic dicitur, *Sumite psalmum, & tympanum,* hoc est, accipite spiritualia, & date carnalia. Psalmus enim, quia de superioribus est, pertinet ad spiritualia: tympanum verò, quia de sicco corio fit, significat carnalia. Et est dicere, Si auidi estis in spiritualibus suscipiendis, deuoti sitis in carnalibus erogandis. Quasi dicat, Accipite vocem nostram, exhortationem nostram, suscipite doctrinam nostram sanctam: & date manus vestras. hoc est, facite bona opera. Quod ideo facere debetis, quia psalterium P, sonat de superiori, cythara verò de inferiori. Et doctrina verbi Dei desuper est, quia cœlestis est. Quare tale est, ac si dicat, Si expectatis à nobis talia nõ sitis pigri ad faciẽdũ nostra carnalia, hoc est, operibus vestris verbo Dei respõdete. Quia psalterium iunctum cum cythara, est iocundum, id est, suaue melos reddit Deo.

☞ *Buccinate*

---

a ¶ Dirigens. ᵇ ¶ Christum. b ¶ Id est, ecclesiis, quibus est pressura tribulationum. c ¶ Habitus! ¶ Loquens de baptizatis aqua baptismi, quod figuratum est per opus quintæ sabbathi.

✠ In finẽm ✠ prò torcularibus quinta sabbãthi psalmus Asaph LXXX.

a ¶ O aues, vinum, oleum, id est, o congregatio Dei, cui sit hic psalmus.

b ¶ Alij exultant deceptori suo mundo. c ¶ Gaudio, quod non potestis explicare.

✠ XVLTATE Deo ✠ adiutori nostro, iubilãte Deo Iacob: ✠ Sumitẽ psalmũm, & date tympanum, psalterium iucundum cum cythara.

a ¶ Quia vos vere estis Iacob, minor, scilicet, populus, cui seruit maior.

b ¶ Spiritualia accipite: carnalia date. c ¶ Donum cœleste, quod a Deo.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXXX.

☞ EXultat. Deo. *Huic psal. prẽmittitur talis titulus in Heb.* Ad victoriam super חַגִּתִּית haggittith Asaph. *ad cuius intellectum sciendum, quod prima syllaba huius dictionis* haggittith *non est de substantia vocabuli, sed est articulare accusatiui casus, sicut cum dicitur in Latino, ô magister,* li ô, *non est de substantia dictionis, sed est articulare vocatiui casus,* Gittith *autem in Heb. habet duplicẽ significationem, quia significat instrumẽtum musicum sic nominatum, eo quod repertum fuit in ciuitatem Geth, vt dicit Ra. Sa. Significat etiam torcular, et hoc modo trãstulit Hiero. qui ponit talem ti.* Vict. in torc. Asaph: *ita quod secundum eum ibi accipitur singulare pro plurali. s. torcular pro torcularibus, sicut frequẽter fit in scriptura et econuerso. Potest autem conuenienter dici, quod* gittith, *hic accipitur in vtraque significatione. Ad cuius intellectum sciendum, quod Psal. iste specialiter erat decantandus in festo tubarum, (vt magis videbitur prosequendo) quod incipiebat prima die Septembris, quæ apud Hebræos est in nouilunio propinquiori æquinoctio autumnali, siue sit ante æquinoctiũ, siue post siue in ipso æquinoctio: illo autem tempore communiter cõpletę sunt vindemia in terra promissionis, quæ calida est, & ideo de vino tunc expresso de torcularibus fiebãt libamina sacrificiorũ in tẽplo, propter quod psa. iste intitulatur à torcularibus, seu torcularі. Item quia Leuitę cantabant psa. non solùm vocibus humanis, sed etiam musicis instrumentis, vt frequenter dictũ est; & cantus hui⁹, magis propriè cãtabatur instrumento musico, quod Hebraicè vocatur* gittith, *propter hoc etiam iste ps. intitulatur* hagattith *prout est nomen instrumenti musici, & sic accipitur in hoc titu. in significatione duplici. His prẽmissi sciendum, quod vna de causis, quib. psa. iste cantabatur in festo tubarum, erat pro gratiarum actione de fructibus anni collectis: quorum collectio tunc erat completa, vt dictum est. Et ideo psalm. iste diuiditur in duas partes, quia primò inducitur populus ad gratitudinem erga Deum, secundo ostenditur eius ingratitudo per oppositũ, vt oppositа iuxta se posita magis elucescant, secunda ibi,* In tribulatione. *Prima in duas, quia primò populus ad Dei laudem incitatur, secundò ad hoc ratio adducitur, ibi:* Quia præceptum. *Circa primum dicitur,*

1 Exultate, *deuotione mentis,*

2 Deo adiutori nostro, *in omnibus periculis et negotijs.*

3 Iubilate, *ore vocis, secundum illud psal. lxxxiij. a.* Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

4 Deo Iacob, &c. *Dicitur autem* Deus Iacob, *eò quod votum fecit de cultu speciali, Genes. xxviij. d.* Si Deus fuerit mecum &cæt. *Sequitur,* erit mihi dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, &c.

5 Sumite psalmum, *ad decantandum non solum vocibus, sed etiam instrumentis musicalibus, ideo subditur,*

6 Et date tympanum, &c. *Non exprimit hic instrumentum* gittith

☞ *quam-*

MORALITER.

† *Exultate Deo.* Hunc psal. fecit Asaph ad decantandum per Leuitas in principio mẽsis septimi, cui apud nos correspondet September pro gratiarum actione ex fructuum collatione. Punctus autem bonorum operum est beatitudo, Sap. iij. c. *Bonorum laborum gloriosus est fructus,* Qui fructus colligitur post hanc vitam in re, sed in præsenti quodammodo colligitur in spe: quoniam ex degustatione bonorum cælestium sentitur aliqua dulcedo cælestis patriæ & talibus dicitur.

1 *Exultate,* mentis deuotione.

2 *Adiutori no.* in omni boni promotione.

3 *Iubilate Deo Ia.* licet enim sit Deus omnium per creationẽ, tamen Deus est supplantantium vitia, per cultum specialem.

5 *Sumite psal. &c. date tym. etc.* per hæc instrumenta musicalia

a *Buccina.* AVGVST I. Hucusque ad partitionem, vel ad literam, simpliciter de Iudæis accipienda sunt, vel allegoricè de Christianis.

AVGV. Buccinate, & annuntiate alijs innouationem vestri. *In neomenia:* vel, in initio mensis; à prima die septimi mensis iussum erat, vt septẽ diebus tuba canerent: quia septiformis gratia spiritussancti, per quam innouamur, erat prædicanda tuba apertè per opera, vel altis clamoribus; vnde Esaias, *Clama ne cesses, vt tuba exaltet vocem tuam, etc.*

Num. 9. c.

b *In neomenia tuba.* CAS. In initio mensis iussi sunt Iudæi tuba canere, id est, in initio nouæ lunæ, quod & festum tubarum dicitur, quod celebrabant in memoriã istius rei, quod dominus ostendit Abrahæ arietem inter vepres hærentem, quem pro Isaac immolauit.

c *Quia præceptum in Israel est, & iudicium, &c.* CASSIOD. Ideo tuba canendum, quia lex data est Iudæis per Moysen: & quia iudex futurus est.

d *In Ioseph.* AVG. Gẽtes, sunt Ioseph, quia *multi filij deserte magis quam eius, quę habet virum. Cum exiret*, Ecce quinta sabbathi de quo in titulo. Cum populus multiplicatus exit de terra Ægypti, de tenebris ignorãtię, per baptismum: audit & percipit mysteria, quæ non nouerat, vbi debebat habere cor.

Esa. 54. a.

e *Linguam quam non nouerat audiuit, &c.* ✻ EVTHYMIVS. Populus, nimirum. Per *linguam* autem, vocem illam Dei intelligit, qua decalogum eum mandantem audiuerunt, quãdo omnis populus timore affectus procul secessit. Moysi dicẽs, *tu loquere ad nos, & non loquatur nobis Deus, ne moriamur.* Vocem autem dicit, *quam non nouerant*, pro, nouam, & eorum auribus non cõsuetam.

† super terram

f *Ab oneribus.* AVG. Quibus oneribus, manus in cophino, id est, seruili opere. Peccata, seruilia opera sunt, iuxta illud, *Qui facit peccatum seruus est peccati.*

Ioh. 8. d.

g *In cophino seruierunt.* AVG. In immunditijs peccatorum, in terrenis operibus & lutosis.

☞ ✻ EVTH.

B † Tuba canite in initio mensis tubæ. † tempore in. †nostræ Esa 58 a. † vel mos (consuetudinis) Dei † ipsi.

C †noueram, audiui. † Amoui. †id est, ab olla (vel à furno (transierũt. i. recesserunt Gen. 22. c.

a ¶ Carnale, quod à vobis, id est, in vestris sæculis habetis.
b ¶ Qui expectat cęlestia, non sit piger ad operanda terrena, prędicationi verbi Dei corporalibus rebus respondeamus operibus. ¶ Quod hic proponitur pro psalmo. c ¶ Pro tympano.
d ¶ Ne terreamini, sed clarius & fidentius prędicate nouam vitam.

a pănũm, † psaltẽrium iucundum cum cithăra, † Buccinate in
a ¶ Exponendo quasi subdit. b ¶ Scilicet. ¶ Vbi est veritatis cognitio, & à malis seruatio.
c ¶ Hocideo.
neomenia tubâ, in † insigni diẽ solennitatis † vestræ. Quia
a ¶ A Deo. ¶ Aug. Vbi præceptum, ibi iudicium, quia, qui in lege pecca. per legem iudicabuntur.
b ¶ Iudæis. c ¶ Quia etiam iudex futurus est, qui hoc præcipit.
† præcẽptum † in Isrăel est, & iudiciũm Deo Iacob. Testi-
a ¶ Futuræ rei. b ¶ Augmentatis gentibus. ¶ Gentibus etiam præcepit.
c ¶ Præceptum vel absque illud. d ¶ Quando. e ¶ De tenebris ignorantiæ.
d mŏnium in Iŏseph posuit illũd, cũm exiret † de terra Aẽ-
a ¶ Præcepta euangelij, quę prius non nouerunt.
¶ Vel, hic significat, quod apostoli variis linguis locuti sunt.
b ¶ Et dominus Quid ex hoc auditu sibi? Vel, Fuit ne exeundum? Fuit vtique, quia diuertit.
e gypti: linguâm quam non † nouerat, audiuit. † Diuẽr-
a ¶ Sarcina peccatorũ, quæ & in persequentes Ægyptios notata sunt: vnde, Venite ad me omnes qui onerati estis, &c. b ¶ Rationem. c ¶ Quo terram portabat lateres faciens.
f tit ab onẽribus dŏrsum eius, manus eius † in cŏphino
g

NICOLAVS DE LIRA.

quamuis sit magis proprium cãtui huius psal. quam alia: quia principalem mutationem fecerat de ipso in tit. Psa. secundum enim Heb. tituli fuerunt appositi in principiis Psalmorum ab autoribus ipsorum.

1 Buccinate in neomeni. tu. *id est, nouilunio, & dicitur à νέος Græcè, quod est nouũ Latine. In omnibus enim nouilunijs faciebãt festũ propter beneficium diuinæ gubernationis, eò quod in nouilunio cõmuniter magis apparet transmutatio temporis. Sed in nouilunio mensis septimi, cum hoc concurrebat festum tubarum, quod erat valdè solenne apud Iudæos, vt habetur Lenit. xxiij. et Num xxix. ideo subditur,*

2 In insigni die solennitatis vestræ, *id est, tubarum. In Hebræo habetur* In termino diei festi vestri, *& est eadem sententia, quia terminus diei festi, quantum ad eius inchoationẽ, erat prima dies mensis septimi. In translatione verò Hierony. sic habetur*, In medio mense, die solennitatis vestræ, *Et ad idem potest referri, quia prima dies mensis septimi est in medio anni, secundum quod incipit annus à principio. Martij: alio tamen modo incipit à principio Septembris, prout dictum fuit plenius Gen. vij. et Exo. xij. Si autem referatur hoc ad mediũ mensis septimi, sic dies solennitatis refertur ad quintamdecimam diem eiusdem mensis, in qua incipiebat solennitas tabernaculorum. Lenit. xxiij. & Nume. xxix.*

3 Quia præceptum. *Hic consequenter ponitur dicta inductionis ratio, cum dicitur*, Quia præceptum in Israel. *q. d. bene debetis Deum laudare in dicta solẽnitate, quia dominus præcepit hoc Israel in lege Leui. xxiij. & Nu. xxix. vt prædictum est.*

4 Et iudicium Deo Ia. *id est, faciet vindictam de præcepti omissione. Ratio verò quare dominus præcepit illã solemnitatem tubarũ. fuit propter memoriã liberationis Isaac ab immolatione, vel potius propter memoriã obedientię Abrahę, qui paratus fuit filiũ immolare; & ipsius Isaac qui paratus fuit ex eadẽ obedientia ad Deum immolationem sustinere, sicut plenius fuit declaratum Gen. xxij. Vnde & in festo prædicto Iudęi clangebant in cornibus arietum memoriam arietis oblati pro Isaac.*

5 Testimon. in Ioseph. *Dicit Rab. Sab. quod eadem die post reuolutionẽ annorum Ioseph eductus fuit de carcere, & sic ille dies fuit solẽnis, etiam pro Ioseph liberatione.*

6 Cum exiret de ter. Æg. *In Hebræo habetur super terram Ægypti, quando secundum istã expositionem fuit, quando Ioseph factus fuit præpositus super Ægyptum: & tunc iuit ad vidẽdum terram Ægypti, & ad prouidendum de conseruatione frumenti, secundum quod dicitur Gen. xlj. f.* Egressus est itaque ad terram Ægypti, &c.

7 Linguam quam non nouerat audiuit. *Dicit Ra. Sa. quod hic accipitur lingua pro idiomate, sicut frequenter accipitur in scriptura, & etiam in modo communi loquendi. Dicit ergo quod Gabriel docuit Ioseph lxx. idiomata, quę antè non nouerat sed tantum Hebraicum.*

8 Diuertit ab oneri. dor. *Quia liberatus fuit à seruitute principis militiæ qui ipsum emerat in seruum, Gen. xxxix.*

9 Manus eius in cophino seruierunt. *Sicut modus est ministrantium in domibus principum. Quod autem dictũ est in hac expositione, Gabrielem omnia idiomata Ioseph docuisse, falsum est: quia ad hoc se non extendit virtus angeli vt instanti vel tempore tam breui hoc faciat; sed solum ad virtutem spiritussancti, qui donum linguarum dedit apostolis, Act. ij. Præterea, sancti, & doctores catholici dicunt communiter, quod hoc donum primo datum fuit apostolis, vt possent prædicare fidem catholicam in omni lingua, quę ratio non habuit locum in Ioseph: et ideo aliter exponitur hac scriptura ab illo loco*, Testimoniũ in Ioseph, &c. *id est, in populo Israel nominato nomine Ioseph, quia populum illum saluauit in Ægypto tẽpore famis, vt dictũ est in psal. precedenti. Cum exiret de terra Ægypti, quia citò post exitum de Ægypto dedit dominus præceptum de festo tubarum Moysi in deserto: sed, sicut dictum est, in Hebræo habetur*, Super terram Ægypti: *& tunc supplẽdũ est*, liberè: *quia ante retinebatur populus Israel in aliquibus ciuitatibus sub seruitute, vnde nõ poterat exire: sed primogenitis interfectis habuerunt licentiam exeundi ad aliam terram Ægypti, & eundi per quam partẽ vellent.* Linguam quam non nouerat audiuit, *quia populus audiuit Deum loquẽtẽ dãdo. x. legis præcepta, Exo. xx.* Diuertit ab onerib. dorsũ eiꝰ, *quia populus de seruitute Ægyptiaca fuit diuinitus liberatus. In trãsla. Hier. habetur*, Amoui ab onere humerũ eius: *& est eadem sententia, nisi quod mutatur modus loquendi de Deo*

☞ ✻

MORALITER.

gnificantut varij motus animi per deuotionem in Deum.

† 1 *Buccinate in neomen. etc.* id est, laudatè Deum in renouatione mentis per gratiam: neomenia namque dicitur à νέος neos, quod est nouum.

2 *In insi. &c.* id est, quando per probabilem coniecturam percipitis in vobis gratiæ renouationem.

3 *Quia prœce. etc.* id est, in populo Christiano, vt de tali beneficio reddantur gratiæ Deo.

4 *Et iudicium Deo Ia.* Iudicium, scilicet, approbationis: nã Deus approbat talem gratitudinem hominis.

5 *Testimonium in Ioseph.* Per Ioseph, qui crescens interpretatur, augmentum in bonis operibus significatur, & hoc est quoddam testimonium diuinæ gratiæ crescentis in mente.

6 *Dum exiret de terra Ægy.* id est, de tenebris ignorantiæ ad illuminationem sapientiæ diuinæ.

7 *Linguam quam non nouerat audiuit.* Quia tunc diuinas consolationes percipit, Osee. ij. c. *Loquar ad cor eius, &c.*

8 *Diuertit ab on. dorsum.* Quia talis absoluitur à iugo mundi, carnis & diaboli.

† In tri-

☞ A

✠ EVTHYMIVS. Subintelligenda est dictio, *enim* vt sit sensus, *manus enim eius &c. Cophinus* canistri genus est, in quo lutum & lateres ferebant. Cùm enim Pharaoni ciuitates ædificarent, lutum ac lateres oportebat eos proprijs humeris deferre.

a *In tribulatione, &c.*

CAS. Sic prophe-

† erui

ta; Diuertit dominus, dicens, *In tribulatione*, imputantur

† vel tonitrui i. cum obrueretis

eis beneficia Dei, vt grauior æstimetur offensa.

tẽpestate Rom. 10 b

b *Exaudiui te in ab.*

B

AVGV. Vt corde credas ad iustitiam. *Probaui*, vt ore fiat confessio ad salutem.

Num 10. b

c *Tempestatis, &c.*

AVGVS. Non in tẽpestate maris, sed cordis: vbi exauditus debet probari, in aqua contradictionis: iam enim gradiens viam Dei, habet multis modis obsistẽtes.

Hæc est aqua contradictionis, quam senserunt antiqui, sed iam penè siccata est: tunc enim aquę populorum turbabantur, & acriter resistebant. Tunc Samsoni forti viro, id est Christo,

Iudi. 14 b

C

ducere eunti vxorem de alienigenis, id est ecclesiam de gentibus, occurrit léo fremens, id est populus gentium, sed dissipauit eum, vt hædum caprarum: & quia populus iste fremens nihil erat, nisi languidus peccator. Occisa autem in eo illa feritate, iam non sic fremit, imò iam in ipso inuenimus leges pro ecclesia, quasi fauum in ore leonis.

Luc. 2. c.

d *Aqua contradictionis.* AVGVS. Christus fuit etiam in seipso, vt de eo nato dictum est: *Erit hic in ruinam, & resurrectionem multorum in signum cui contradicetur*, vt Iudæi contradixerunt titulo crucis.

e *Audi populus meus.* CASSIO. Diapsalma. Hactenus de oleo torcularium, iam de amurca, quod dicitur ad cauendum, hic arguuntur reprobi.

f *Contestabor te.* CASSIO. Ipse dominus iudicij testem se facit veritatis, tam hic quam in futuro, vt nullus dubitet. Deinde quid dicturi sunt, *Errauimus à via veritatis; & sol iustitiæ non illuxit nobis.* Et alibi, *Sol iustitiæ est, & sanitas in pennis eius.* Vulpes sunt insidiosi, maximè hæretici, latentes in tortuosis cauernis, decipientes, odore putentes: qui etsi dissentire ab inuicem videntur, in malum tamen, id est in posterioribus consentiunt, simili vanitate tenentur, & incendunt messes non nostrorum, quia nouit Deus qui sunt eius; sed alienigenarum, quæ sunt vasa contumeliæ.

h *Qui eduxi te.* Factis propriis indicatur Deus.

i *Dilata os tuum, &c.* ✠ BASIL. & THEODO. Obtemperantem, inquit, per obedientiam teipsum præbe, & accipies bonorum affluentiam. Hinc in reprehensionem sermonem conuertit.

2. Tim. 2. e

✠ BEDA. Quasi dicat, Angustias patitur cor tuum propter falsum Deum, sed quia ego dominus tuus & Deus sum; dilatá ergo os tuum, credendo amando, prædicando, confitendo: & ego adimplebo illud. Interiùs os quidem adimplebo fide & dilectione, exteriùs verò confessione & prædicatione.

☞ a *Et*

a ¶ Sed. ¶ Quę erat presso peccatis

a seruierunt. In tribulatione inuocasti me, & † liberaui te, &

a ¶ Abscondito tem. ad literam, quando nec apertè audebant gemere metu Ægyptiorum, cum affligerentur operibus luti. ¶ Typice, vbi bellum suggestionis pateris.

b ¶ Ita probat nos Deus contradictionibus hæreticorum.

b exaudiui te in absconditô † tempestatis: probaui te † apud

a ¶ Populum contradicentem. b ¶ Quiâ tot feci. ¶ Intelligite

c ¶ Et hic enim suus est pertinens ad torcular. d ¶ Vel testificabor. ¶ Et testimonio scripturarum probabo.

c aquam contradictionis.* Audi populus meus, & contestabor

a ¶ In te non ad te quasi foris, sed in corde vbi imago phantasmatis tui. b ¶ Etsi homo recens, tamen Deus æternus est Christus.

¶ Aug. Si non cogitas falsum Deum, nec adorabis fabricatum: Nec debes, quia Ego sum qui sum.

d te: Israel si me audieris, non erit in tẽ Deus † recens, neque

a ¶ Non alienus. b ¶ Etsi homo.

e adorabis Deum alienum. Egô autem sum dominus Deus

a ¶ Qui tibi hoc temporaliter præstiti. b ¶ Scilicet. c ¶ Per hęc non recens.

¶ Per baptismum d ¶ Historialiter: vel, Allegoricè de tenebris ignorantię. e ¶ Desiderio.

¶ Confitendo, amando frange idolum cordis, quod te angustat.

¶ Quia apud me fons vitæ & intellectus.

f tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, & imple-

g h

a ¶ Sic monui: Et non au. b ¶ Cui legem dedi & magna feci, vt cresceret.

g bo illud. Et † nôn audiuit populus meus vocem meam,

NICOLAVS DE LIRA.

Deo, de tertia persona ad primam, qua mutatio frequẽs est in prophetis. Manus eius in cophino seruie. *i. instrumento facto ad exportandum feces de ciuitatibus, ad quod cõpellebantur filij Israel in Ægypto, prout dictum fuit Exo. j. In Heb. & in transla. Hiero. habetur*, Manus eius à cophino transierunt, *vel* recesserunt: *& sic refertur ad tempus, in quo fuerant in seruitute liberati, translatio autem ista refertur ad tempus, quo fuerant in seruitute occupati.*

1 In tribu. *Hic consequenter describitur ingratitudo populi: & primò quantum ad culpam, secundo quantum ad pœnam, ibi*, & dimisi eos. *Circa primum, dicitur in persona Dei, primo recolẽtis sua beneficia præstita.* In tribulati. *Quia fuisti oppressus in Ægypto dura seruitute.*

2 Inuocasti me, *Vt te liberarem,*

3 Et liberaui te, *In signis & prodigijs te educendo.*

4 Et exaudiui te. *i. quando tempestas veniebat super Ægyptios, exaudiui te saluando quasi in abscondito, & loco tuto.*

5 Probaui te apud. *Declarando tuam ingratitudinem & rebellionem, nem, Num. xx.*

6 Audi populus meus. *cui specialem legem dedi in monte Sinai.*

7 Et contestabor. *i. ero contra te testis, sicut ex iudex, si legem meam transgressus fueris, ideo subditur:*

8 Si audieris me, *obediendo ei, quod dixit tibi in datione legis, Exo. xx. a.* Non habebis Deos alienos coram me.

9 Non erit in te Deus. *i. nulla creatura naturaliter, vel artificialiter facta, erit apud te, à te pro Deo reputata. Omnis enim creatura in tempore est facta, & per consequens est recens respectu æternitatis.*

10 Neque adora. &c. *vnde Exo. xx. subditur*, Non adorabis ea neque coles. Ego enim sum dominus Deus, &c. *Et non alius sicut falsò dixisti de vitulo, Exod. xxxij. a.* Isti sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de Ægypto.

11 Dilata os tuum, *petendo tibi vtilia:*

12 Et implebo illud, *dando petitionem tuam, si tamen me solum recognoueris.*

13 Et non audiuit populus meus, *mihi obediendo.*

☞ 1 Et

MORALITER.

1 *In tribulatione.* Homo sic à Deo illuminatus, & consolatus,

† aliquando fortiter impugnatur à dæmone: propterquod debet fortius semper orare, & feruentius, & sic Deus eum exaudit; ideo dicit, *In tribu. &c. exaudiui te, &c.* id est, in forti impugnatione dæmonum inuisibilium.

5 *Probaui te apud.* Non solum enim dæmones per seipsos iustos homines molestant, sed etiam per homines malos, vt eos ab incœpto bono retrahant: & hoc vocatur aqua contradictionis. Nam iustus probatur, quando per hoc à bono non impeditur, sed magis per constantiam in hoc firmatur: & talibus dicit Deus.

6 *Audi popu. meus*, Et quid dicat subditur:

8 *Si audie. me.* in mandatis meis perseuerando.

9 *Non*

9 *Non erit in. Deus recens* dicitur creatura, quæ malè amatur: sicut pecunia est Deus auari, & ribalda luxuriosa, & sic de aliis.

† *Ego enim sum domi.* Latria colendus.

† *Qui eduxi te de terra Aegy.* id est, de tenebris peccati.

11 *Dilata os tuum.* i. desiderium tuum ad bonum.

12 *Et implebo illud*, quia solus Deus appetitum hominis potest satiare.

13 *Et non audiuit.* Ecclesia militans est sicut sagena ad litus mundi tracta, propter quod habet malos homines cum bonis admistos, & pro illis subditur, *Et non audi. populus meus vocem. Et dimisi eos secundum desideria cor. eorum ibunt*, quia propter suam malitiam diuina gratia subtrahitur, & sic sensualitatem sequũtur, de malo in malum rũendo.

a *Et dimisi.* Et si impleui ora prophetarum, non tamen ab amurca auditi sunt, vnde digna vltio: quia *et dimisi*, &c.

b *Pro nihilo forsit.* CASSIO. Si Deo resistemus, ipse non contradicit inimicis nostris, nec manum defensionis super eos ponit.

c *Inimici domin. &c.*

AVGV. Hæc item propheta.

d *Mentiti.* non per agētes promissa: hoc non pagani: quia nihil promiterunt.

✠ EVTHYMIVS. Inimici crucis Christi, teste Paulo, Iudæi sunt: mentiti autem sunt Christo Iudæi, dum sermonibus ei blandiebantur, appellantes eum Rabbi, vt diximus in Psalmo 54. quæ omnia tamen simulātes dicebant. Vel aliter: volens B. Dauid docere quòd Iudæorū infidelitas de progenitorum radice descendebat, eos dicit domino mentitos esse. Nam cùm olim Deus legem eis statueret, polliciti sunt per progenitores suos, obseruaturos se esse omnia quæ mandauerat, dicentes: Omnia quæ dixit dominus Deus faciemus & audiemus, & tamen sæpenumero mentiti sunt & illius contempserunt sermones. Possumus & illud dicere, quod cū Iudæi cognati Christi essent, inimici ei facti sunt, & illius cognationem mentiti.

e *Tempus eorum in secula, &c.* Pœnæ etsi hic floreant, vel variatio eorum per pœnas.

f *Ex adipe frumenti, etc.*

AVGVSTINVS. ad literam, vel manna, vel corpore Christi, vel spirituali intellectu.

☞ CAP.

† obtēperauit mihi (consensit mihi, voluit me) † eū in duritia, vel obstinatione.

B †plebs mea

† Quasi moditum, penè. i. breui tēpore. † vertisse, vel reduxisse.

C † eum.

D

E †consiliis. † Vtinam populus.

F †Odio habentes dominū frustrarentur eo in no succederet eis secūdū cōsiliū eorū & esset tēpus eorū æternitas. †satiaui te

a ¶ Ecce: quis. cuius vocem. b ¶ Ingratus de tot beneficiis, nec intendere voluit.
c ¶ Ecce currit amurca apertis foraminibus torcularis. ¶ Vnde tradidit eos Deus in concupiscentias cordis eorum.

& Israēl nō † intendit mihi. Et dimisi † eos secundum de- 1 2

a ¶ Dedi eos sibi b ¶ Et ipsi. ¶ Quia propter traditiones suas, irrita fecerunt mandata Dei. ¶ Quibuslibet. ¶ Sed. 3

sideria cordis eorum, ibunt in † adinuentionibus suis. † Si 4

a ¶ Credendo. b ¶ Scilicet. ¶ Hic est populus. c ¶ Hoc est enim audire me. 5

† populus meus audisset me, Israēl si in viis meis ambulasset: 6

a ¶ Computandis vel gratis. ¶ Alias in nihilum omnes. ¶ Redigendo. 7

b ¶ Omni generis. ¶ De quibus conqueritur quod per eos peccet. 8

† prō nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & super b 9

a ¶ Pressissem potentia. ¶ Vindictam. b ¶ Queruntur de inimicis. ¶ Sed ipsi facti sunt inimici. 10

c tribulantes eos † misissem manum meam. † Inimici domini 11

a ¶ Resumendo quibus renuntiauerunt, & sunt nouissima peiora prioribus. b ¶ Ideo.
¶ Quid inde eis? etsi hic tolerati, non erunt impuniti, non saluantur solis sacramentis. c ¶ Penæ.
d ¶ Qui sunt isti? ¶ Vel tales sunt, & tamen. e ¶ Sacramentis suis miscuit eos, & inde buccellam dedit. ¶ Ecce.

d mentiti sunt ei, et erit tempus eorum in secula. Et cibauit † 12

e a ¶ Vnde ingrati. b ¶ Non solum adipe frumenti, sed. 13

c ¶ i. sapientia Christi. vt delectentur verbo Dei cognitione sacramentorum, solutione parabolarum. ¶ Et tamen ingrati. 14

f † eos ex adipe frumenti, et de petra melle † saturauit eos.

NICOLAVS DE LIRA.

☞

1 Et Israel non intendit, *mandata mea parui pendendo, in quo apparet maxima ingratitudo.*

2 Et dimisi eos. *Hic consequenter ponitur huius ingratitudinis sequens pœna quæ est multiplex: Prima est priuatio gratiæ Spiritualis, quæ notatur cùm dicitur,* Et dimisi eos, *subtrahendo ab eis meam gratiam à peccatis conseruantem; ideo subditur,*

Ingratitudinis pœna triplex.

3 Secundum desideria. *i. secundum inclinationem fomitis ad malum.*

4 Ibunt in adinuentionib. *i. in peccatis enormibus ab ipsis inuentis. Secunda pœna, est subtractio subsidij temporalis, quæ notatur, cùm dicitur,*

5 Si populus meus. *i. populus Israel, quem redemi de Aegypto.*

6 Audisset me, *Mihi obediendo.*

7 Si in viis meis. *præcepta mea obseruando, quæ sunt viæ perueniendæ ad beatitudinem, Mat. 19. b.* Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

8 Pro nihilo, *id est, gratis.*

9 Forsitan ini. *eos ad nihilum deducendo. Et dicit forsitan, non propter mutabilitatem diuinæ voluntatis, quæ est immutabilis, sed propter vertibilitatem hominis de bono ad malum; propter quod frequenter impeditur diuina promissionis effectus, qui est sub conditione, scilicet si homo perseueret in bono.*

10 Et super tri. *eos interficiendo, sicut feci Pharaoni in mari rubro: quæ subsidia eis non feci propter eorum ingratitudinē de præteritis beneficijs. Tertia pœna est inflictio supplicij gehēnalis, quæ notatur, cū dicitur,*

11 Inimi. domini. *Isti sunt peruersi Iudæi, qui promiserant obseruare legem Dei, Exod. 24. dicentes,* Omnia quę mandauerit nobis dominus faciemus, & erimus obedientes: *& tamen scienter & ex proposito cito transgressi fuerunt enormiter, vitulum conflatilem adorantes, Exod. 23.*

12 Et erit tempus. *i. tempus punitionis huius peccati: quia licet tunc in parte fuerit punitum, vt ibidem habetur, quia ceciderunt in illa die quasi. 23. milia: tamen adhuc reseruatur punitio in futurum, secundum quod dixit dominus Moysi post illam mortalitatem,* Ego autem in die vltionis visitabo hoc peccatum eorum.

13 Et cibauit eos ex adipe fru. *i. de pane facto de simila tritici, quia non obstante dicta transgressione introduxit populum ad terram promissam tritico abundantem.*

14 Et de petra melle. *quia apes mellificant in rupibus terra promissionis, vbi abundanter mel colligitur: vnde & terra illa dicitur manans melle, Exod. 33. Moraliter potest exponi Psal. iste, vt sit gratiarum actio ecclesiæ pro aliquo, seu pro aliquibus beneficijs a Deo exhibitis populo Christiano: verumtamen quia secundum dictum saluatoris Matt. 13. ecclesia est sicut sagena nondum tracta ad littus, & sic habet bonos cum malis permistos, ideo gratitudinem bonorum considerans erga Deum, primo in hoc Psal. in Deum per exultationem & iubilum eluatur: secundo ingratitudinem malorum considerans eos in persona domini detestatur, & patent partes secundum prædicta.*

☞ CAP.

MORALITER.

† 5 *Si populus meus,* mihi obediendo.

8 *Pro nihilo.* i. pro modico seruitio mihi facto dæmones & malos homines eis subiecissem.

11 *Inimici verò dom.* i. mali Christiani.

† *Mentiti sunt ei.* recedentes à promisso, quod ei fecerant in baptismo.

12 *Et erit tempus.* i. eorum punitio erit æterna.

13 *Et cibauit eos.* i. sacramento Eucharistiæ.

14 *Et de petra melle.* id est, de Christo de quo dicitur. 1. Cor. 10. b. *Petra autem erat Christus.* Qui mel consolationis administrat suis fidelibus, sed quando fiunt ingrati de tantis beneficiis, permittuntur à Deo in fecibus suis, & aliquando vsque ad mortem, & sic incurrunt pœnam æternam.

ADDITIO.

In Psal. 70. Exultate Deo, *vbi dicitur in postilla:* Et ideo Psalm. iste diuiditur in duas partes.

Psalmus iste non videtur verè exponi in postil. eò quod præsupponitur falsum, tam circa causam celebrationis festi tubarum, quàm etiam circa tempus completa collectionis fructuum in terra promissionis. Quod patet sic, nam festum tubarum non celebrabatur pro gratiarum actione de fructibus collectis ipsius anni sicut neque collectio fructuum, tunc erat completa, prout postil. supponit in hoc loco, cuius contrarium ipsemet fatetur infrà psal. 83. vbi dicit quòd xxij. mensis Septembris erat tēpus ad hoc assignatum. Falsitas autem præsuppositi prædicti patet; Legitur enim Deut. xvj. c. Solennitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies, quando collegeris de area, & de torculari fruges tuas: *Ex quo patet manifestè, quod in festo tabernaculorum de hoc agebatur, & quod pro tunc erant fructus collecti: non autem in festo tubarum. Idem patet Leui. 23. vbi sic dicitur,* Quintadecima ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ celebrabitis ferias domini vij. diebus. *Vnde ad veriorem intellectum huius Psal. præmittenda sunt duo.*

Primum est, quod inter festa vet. testa. de quibus agitur Leuitici prædicto capitulo, & in alijs locis quædam erant celebranda cum gaudio & lætitia in memoriam præteritorum beneficiorum, sicut festum paschæ in memoriam redemptionis Aegyptiacę, et factum Pēthecostes in memoriā dationis legis, & festum tabernaculorū quod celebrabatur. 15. die mēsis septimi, in memoriam beneficiorum Dei in deserto exhibitorum: de quo festo dicit in prædicto capitulo, Habitabitis in vmbraculis septē diebus, *et infrà. Vt discant posteri, vestri, quod in tabernaculis fecerim habitare filios Israel. In quo quidem festo. s. tabernaculorum, reddebantur gratiarum actiones cum magna lętitia de fructibus collectis de eodem anno, vnde in ca. prędallegato cum dixisset:* Quando congregaueritis omnes fructus terrę vestræ, celebrabitis ferias domini septē diebus; *postea subiungit:* Sumetisque vobis in die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmorū, *& sequitur,* Et lætabimini coram domino Deo vestro septem diebus. *Quędam verò alia festa celebrabantur ad hoc: vt in illis temporibus ad Deum conuerterentur: & ideo talia festa licet celeberrima, non tamen cum gaudio saltem corporali celebrabantur: Quæ quidem festa duo erant; primum.*

scilicet prima die mensis septimi, in qua excitabantur ad contritionem, vt ad Deum conuerterentur, & ideo illa dies vocabatur dies clangoris, Nume. 29. a. Dies clangoris est & turbarum. Similiter vocabatur, & festum memoriale Leui. xxiij. Quod quidem memoriale potest intelligi dupliciter: Uno modo respectu celebrantium, qui habebant reducere ad memoriam flagitia praterita, vt conuerteretur, Alio modo respectu Dei, qui memor iustitiæ patrum, & promissionum quas eis fecerat, & specialiter Abrahę, filios eorum reduceret ad statum pœnitentię, & auerteret ab eis iram suam, vt patet, Exod. 2. vbi agitur de propitiatione peccati vituli, & in alijs locis quàm plurimis, vbi memoria patrum, pro venia posteritatis eorum allegabatur. Secundum vero festum, erat decima die huius mensis septimi, quod vocabatur dies expiationis celeberrimus et sanctus, propter expiationem peccatorum, quam in illa die à Deo spectabant: vide Leuit. 16. In quo quidem festo cessabant gaudia quæcumque temporalia, imo tenebantur affligere animas, dicitur enim Leuit. 23. e. Omnis anima, quæ non fuerit afflicta, die hoc, peribit à populis suis. Ratio autem quare dies prima & dies decima mensis septimi erat assignata ad huiusmodi pœnitentiam & propitiationem, Nume. prædicto ca. est videnda.

Secundò præmittendum est, quod tuba in veteri lege dupliciter accipiuntur: Uno modo pro tubis ductilibus, quæ de metallo fiunt, quę quidem tubæ vocantur in Heb. hacosroth, et istis vtebantur in solemnibus lętitijs, et in bellis, & in alijs congregationibus, similiter et in festis primo modo dictis, & in neomenijs communibus, vnde Num. x. c. Si quando habebitis epulum, & dies festos, & calendas, canetis tubis super holocaustis, &c. quę quidem tubę erant argentea, vt ibidem dicitur, & vocabantur hocosroth, vt dictum est. Alio modo accipitur tuba procornea, quæ quandoque dicitur buccina & talis tuba semper vocatur in Heb. non hacosrot, sed sophar. & talibus tubis vtebantur specialiter, quando Deus vel eius ministri populum inteudebant excitare ad attentionem alicuius magni, sicut in datione legis legitur: Clangorq; buccinæ vehementius perstrepebat, vbi loco buccina habetur in Heb. sophar. Exod. 19. c. Similiter quando prophetę exhortabantur populum ad pœnitentiam, talis exhortatio assimilabatur in scriptura voci tubæ corneę, vt Esa 58. a. Quasi tuba exalta vo. tuam: & Ezech. 33. a. Si audiens autem quis sonitum buccinæ, non se obseruauerit, &c. sanguis ipsius super caput eius erit. Vnde in quolibet istorum locorum, & similium, habetur in Hebręo sophar, non hacosrot, licet translatio nostra indifferenter videatur ista accipere vt in pluribus. In hoc igitur festo. s. clangoris seu turbarum, non tuba ductilis, sed cornea ad pronocationem pœnitentiæ clangebatur ratione prædicta. His præmissis psal. iste fuit proprie ordinatus pro festo tubarum, sicut etiam hodie Hebręi eundem psal. cantant in eodem festo, sed non ordinatur ad gratiarum actiones, de fructibus collectis, vt in postil. sed potius, vt præpararentur per timorem Dei ad expiationem seu indulgẽtiam in proximo futuram. s. in decima huius mensis, vt dictũ est. Vnde Psal. circa hoc octo facit.

Primum præponit, quod communiter s. in alijs temporibus, præsertim festiuis, exultandum est Deo, & iubilandum tanquam vero adiutori & gubernatori: & hoc non solum mente & ore, sed etiam cum musicis instrumentis, & de hoc intelligũtur duo versiu primi. s. Exultate Deo: & Date tympanum.

Consequenter secundò dicit, quod in festo tubarum aliter est agendũ, s. quod non in musicis instrumentis iucundis, sed potius in tuba cornea est clangendum seu buccinandum, eo quod hoc festum non ordinatur ad gratiarum actionem de præteritis, sed potius ad cõtritionem de commissis, et ad disponendum populum ad suscipiendam expiationem: vnde dicit, Buccinate in neomenia tuba. s. cornea. vnde in Hebr. in hoc loco dicitur sophar. quod nullo modo significat, nisi tubam corneã, quod facit ad excitationem peccatorum ad pœnitentiam, prouocando eos non ad lætitiam, sed ad timorem. Et quia neomeniæ sunt. xij. in quolibet anno, sicut & xij. lunationes: idcirco declarat quę sit ista neomenia, de qua in hoc psal. loquitur dicens, In insigni die solẽnitatis vestrę. Cętera autem neomenia non erant solemnes, quod patet ex hoc, quod non connumerabantur inter alias ferias domini sanctas. Leuit. xxij. vnde et in eis poterant opera seruilia facere, sicut & in alijs diebus prophanis. Sed hęc neomenia. s. septimi mensis, erat solennis & sancta, in qua non licebat aliquid operari, vt in prædicto ca. habetur. Et hoc notatur, cùm dicit, In insigni die solennitatis vestræ. id est, in illa neomenia tantum debet buccinari tuba cornea modo prędicto, & non in alijs. In cęteris autem neomenijs tubę ductiles clangebantur, vt Nume. x. vbi suprà. Cuius rationem reddit. d. Quia præceptum in Israel est, &c. exponatur vt in postil.

Consequenter tertio, quia homines sępe retrahuntur à diuino timore: igitur Psalmista ducit contra tales testimonium dicens, Testimonium in Ioseph posuit illud. Cuius sensus est, quod in historia Ioseph habetur manifestum testimoniũ, quod homo debet præponere diuinum timorem timori humano. Ioseph enim cùm ab vxore domini sui agitaretur vt cõmitteret adulterium, diuinum timorem allegauit dicens, Quomodo possum facere malum hoc, & peccare in Deum meum? Gen. 39. b. qui quidem Ioseph, licet ob hanc causam fuit acriter incarceratus, de eo enim legitur in psalm. ciiij. b. Humiliauerunt in compedibus pedes eius, &c.) postea tamen de carcere eductus prepositus fuit super totam terrã Aegypti, vt habetur, Gen. 41. b. Et hoc est quod dicitur, Testimonium in Ioseph posuit illud, &c. hoc est dicere, manifestè videmus, quod Ioseph fuit ab oneribus & seruitutibus in quibus fuerat positus, diuinitus liberatus, eo quod timuit Deum plus quam homines. Et non solum hoc, sed etiam super terram Ægypti, quasi dominus exiuit. Gen. 41. e. cuius regionis linguã non nouerat, quod est magis mirabile, quam habere dominiũ in propria patria. Et ex his patet propria expositio horum versuum vsque ibi exclusiuè. In tribulatione.

Consequenter quarto inducit aliud testimoniũ de populo Israelitico. d. In tribulatione inuocasti me, &c. Ad quod sciendum, quod testimonium de Ioseph prędictum non omnino sufficisset ad inducendũ peccatores ad pœnitentiam, cum ipse Ioseph esset iustus: de quo nullus defectus peccati in scriptura legitur, quod nõ inuenitur in communi statu hominũ, de quibus. j. Ioh. 1. c. Si dixerimus quod peccatum non habemus, &c. Misericordia igitur diuina circa Ioseph facta forte non esset trahenda ad consequentiam, quantũ ad manifestos peccatores, ideo psal. sufficiens inductiuum allegat quo ad peccatores, vt timore peccatorum commissorum à contritione non desistant: vnde dicit, In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, vbi loquitur populo Israelitico, quẽ Deus liberauit à tribulatione Aegyptiaca, de qua (vt in glos.) metus Ægyptiorũ non audebant gemere, cũ affligerentur, vnde Exod. ij. d. Post multũ vero temporis mortuus est rex Ægypti, & ingemiscẽtes filij Israel propter seruitiũ, quod erat durũ, &c. Ex quo apparet, quod in temporibus longis retroactis gemere non audebant: & ideo dicit, Exaudiui te in abscondito tempestatis, quia tribulationes illę, quasi in cordibus abscondebatur. Sed quod hęc liberatio non fieret eis tanquam bonis & iustis, sicut facta fuit Ioseph, ostendit cum sequitur, Probaui te apud aquam contradictionis, de qua legitur Nume. 20. b. contradictione, de qua potentia diuina, & eius bonitate detraxerunt dicentes, vt in psal. 78. c. Nunquid poterit Deus mensam parare in deserto? Ex quibus concluditur, quod non solum bonis Deus prouidet de sua misericordia, sed etiam peccatoribus: quod introducit Psal. ad excitandum populum vt conuerteretur ad Deum.

Consequenter quinto, quia homines frequenter retrahuntur à timore diuino propter falsas suggestiones dęmonum, qui vt plurimum in idolis coluntur: idcirco Psal. dicit, Audi populę meus, &c. quæ verba plane intelligũtur contra idololatriam quam dupliciter prohibet. Primo. s. in corde, cum dicit, Non erit in te. i. intra te, Deus meus, quia secundũ gl. cum imago recentis Dei. s. non aterni, in mente portatur, tunc imago veri Dei, in ipsa creatione animæ impressa, remanet vetusta. Secundo idololatriam prohibet in exteriori cultu, & hoc cum dicit, Nec adorabis Deũ alienũ: & quia ad ista erant obligati per præcepta diuinæ legis, in prima tabula cõtenta, quę incipiebat à cognitione Dei, Exod. xx. Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te, &c. Idcirco Psalm. hic commemorat illud verbũ. s. primum in decalogo, cui immediatè sequũtur prædicta præcepta, vnde proprie præmisit, Audi populę meus, & contestabor te. i. testimoniis scripturarum probabo, quod dicam tibi: Non erit in te Deus recens.

Consequenter sexto, quia multi retrahuntur à diuino timore seu cultu timentes ne deficiant in temporalibus, quę credebant habere à dęmonibus, quos in idolis colebant, iuxta illud Osee. ij. a. Vadã post amatores meos, qui dant panes mihi, &c. Idcirco Psal. contra hoc dicit, Dilata os tuum, & implebo illud, quod potest dupliciter intelligi: Primo respectu bonorum temporalium, quia Deus nũquam deficit in necessarijs, iuxta illud psal. xxxiij. b. Requirentes autem dominum, non minuentur omni bono, Secundo respectu bonorum spiritualiũ, quæ in bonum infinitum ordinantur, circa quod notanter dicit, Dilata os tuum: quia desideria temporalium, licet multa & varia, angusta tamen sunt, & modici valoris, eo quod sunt finita, Sed desiderium caleſtiũ bonorum, quæ sunt infinita, requirit magnam dilatationẽ, seu capacitatem in recipiente, ideo dicit, Dilata os tuum. g. d. non desideres breuia & finita, sed infinita & aterna: Et implebo illud, quia solus Deus potest tale desiderium satiare.

Consequenter septimò, quia secundum Philosophum plures sunt, quos sensus certificat, quam quos ratio persuadet: idcirco Psal. ad certificationem prędictorum inducit testimonium experimentale de ipso populo Israel, qui quandiu recesserunt à Deo, & adhęserunt idolis, fuerunt deserti à diuina protectione, vt patet in multis historijs sacris, specialiter in libro Iudi. quasi per totum: & hoc est quod dicit, Et non audiuit populus vocem meam, &c. Et dimisi eos. i. permisi eos ambulare secundum desidera cordis eorum. & exponatur prout in postil. & sequitur, Ibunt in adinuentionibus suis, iuxta illud Osee ix. c. Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt: & loquitur de idololatris.

Consequenter octauò idem intendit inducere ab oppositò, quia scilicet quando populus ille obediebat mandatis Dei communiter, proficiebat in duobus, Primò scilicet, quia à Deo protegebatur specialiter ab hostibus: Secundò quia prouidebatur ei à Deo non solũ circa necessaria vitę, sed etiam circa quadam delectabilia, quę conferunt ad vitæ conseruationem

Primum ostendit, cum dicit, Si populus meus audisset me. *Et nota, quod in Hebræo nulla dictio ponitur hic, quæ sonat* forsan, *vel* forsitan, *quę est dictio dubitandi, sed habetur sic,* Israel si in viis meis ambulasset, quasi pro modico inimicos eius humiliasse. *q. d. sine vlla difficultate: quia quod modicū est, quasi pro nullo reputatur, secundū Philosophū ij. Physic. & hoc est manifestū, quia voluntati diuinæ nō est qui resistat. Et quia quandocunque populus Dei in viis eius ambulat, tribulantes eos, sunt inimici Dei, eo quod persequūtur populū suum, & turbant eius cultum; idcirco cùm Psalmista dixisset,* Super tribulantes eos misissem manum meam, *subdit,* Inimici vero domini mentiti sunt ei. *q. d. tribulantes populum Dei inimici domini sunt, eo modo quo dicitur Exod. xxiij. c. in simili materia,* Inimicus ero inimicis tuis. *Similiter & tales inimici Deo mentiuntur, inquantum denegant eius dominium generale, secundum quod tenentur seruos suos seruare, & non turbare cultū eius, & sequitur,* Et erit tempus eorū in secula, *exponatur prout in postilla. Quo ad secundum dicit:* Cibauit eos ex adipe frumenti, *ad ostendendum quod Deus prouideb at populo suo de pertinentibus ad conseruationem vitę, quę in nomine panis includūtur. Similiter prouidebat eis de aliis delectabilibus ad conseruationem vitæ cōferentibus. Et circa hoc dicit,* Et de petra melle saturauit eos, *quia terra promissionis his omnibus abundabat. Ex quibus Psal. intendit inducere populum ad diuinum timorem, per clangorem tubæ corneæ in prima parte signatum, ostendendo eis exempla de bonis temporalibus, quibus populus ille ad actus virtutum inducebatur.*

REPLICA.

In Psal. Exultate Deo. *Postil. & Burgen. satis concordant in conclusione, quia quod Burgen. exponit de timore Dei, Postil. de laude Dei, quia timor filialis non est sine laude, nec laus sine timore. In quibus vero dissonant, pertinent ad cultum Iudæorum, quem puto secundum vsum modernorum Burgen. fuisse magis notum, Postil. tamen secundum vsum antiquum in scriptura satis ostendit fundamentum: Nec multum pertinet ad intellectum sensus literalis ille vel iste vsus cultus, certum non esse omnino eundem, &c.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Psalmus Asaph.* Cas. Psalmus de duabus naturis in Christo, quo Christus, vel propheta loquens, exprobrat ipsi Asaph, id est, synagogæ, quæ dominum corporaliter vidit, & tamen eum non cognouit.

Cas. Primo nuntiat Deum stetisse, & arguit contrarios, Stat homo, discernit Deus.

a ¶ Fit. b ¶ Synagogæ, quę hic redarguitur, vt saltem nunc intelligat, quod non ante.

Psalmus Asaph. LXXXI.

a ¶ Factus homo. b ¶ Populis Iudæorum.

PSAL. LXXXI.

† stat in cōgregatione Deorū (iudicum.)

b *Deus ste.* Cas. Cuius nō est stare, qui cęlū & terram complet, qui est intra omnia, non inclusus, extra omnia, nō exclusus, sed breuiter Deum hominē indicat.

† Deorum.

B c *Stetit.* Avg. Filius, qui missus ad oues domus Israel, spiritualis autem præsentia deitatis, quæ vbique non propriè ad synagogam pertinet, nec tempore variatur. Cur ibi stetit, *Ecce deos diiudicat,* id est, secundum quod Deus, id est, non meritis, sed gratia discernit vasa, alia

C in honorē, alia in contumeliam. Hoc autem facit stans in medio: vnde, *Medius vestrū stetit, quem vos nescitis,* vnde & hic, *Nescierūt neque intel.* sed *amicus sponsi stat & au. & gaudio gaudet.*

Roma. 9. c. Iohan. 1. d. Iohan. 3. d. Esa. 1. a.

d *Deorum.* Avg. Quos post *filios excelsi* dicit, ibi, *Ego dixi dij estis, et filij excel. omnes.* Vnde etiam, *filios enutriui & exaltaui, ipsi autem sprenerunt me.* Filij dicuntur non solum gratia noui testa. sed gratia veteris, quæ eos de Ægypto liberauit.

e *In medio autem deos diiudicabit.* ✠ Evthymivs. Stans *in medio* eorum diiudicabit, hoc est, redarguet, principes scilicet & iudices populi, vt iam dictum est, vel, *in medio,* dixit pro coram multis.

a ¶ Aug. Non meritis, sed gratia discernit vasa, alia in ho. alia in cōt.

a ¶ Maiores. b ¶ Iniquè. ¶ Similitudines.

a ¶ Minores. b ¶ Quasi, Nolite iudicare iniquitatem, vel consentire iudicantibus, sed potius. ¶ Hoc maioribus dicitur.

† impiorū suscipitis.

† afflictum.

a ¶ Ad honorem eius, qui voluit esse sine patre propter vos.
b ¶ Christum factum. c ¶ Propter vos, non illos propter se superbos.
d ¶ Iustum prædicate. e ¶ Hoc modo minoribus dicitur.

a ¶ Sed. ¶ Hoc omnibus conuenit prælatis & subditis. Si cognouissent, nec illi do. gloriæ cruci. nec isti Barrabam eligerent. b ¶ Neque curant scire, quasi nescire voluerint. c ¶ Quia. ¶ i. excæcati sunt.

† & non.

f *Vsquequo.* Avg. Hæc est vox discernentis, Misit legem & prophetas, & restitistis, sed quousque? Num vsque ad aduentum missi prophetas, & iniuriis affecistis, vel interfecistis, vel hoc agentibus consensistis? Sed cum hæc agentibus nec loqui dignū sit, vos qui tacuistis, & imitari eos voluistis, *vsquequo iudicatis iniquita. & facies pecca. sumitis?* Num & hæres occidendus est, qui pro vobis venit, qui pro vobis sine patre esse voluit vt pupillus? qui propter vos esuriuit & sitiuit, vt egenus, qui propter vos pauper factus est, cum esset diues.

D E F

* Sesa. sup. psal. 5. Matt. 15. c. † Eruite. † auferte in opem, & pauperem.

g *Iudicate egeno & pupillo, pauperem et humilem iustificate.* Cassiodorvs. Dlapsalma, monet intelligeret Christum esse Deum, & si egenus & pauper fuit, quod eos non fecisse dicit.

Matt. 21. d. Matt. 25. c. 2. Cor. 8. b.

h *Eripite paupe.* Avgvstinvs. Ostendit, nec illos immunes qui permiserunt principibus Christum, cum præ multitudine timerentur, & possent illos à facto, & se à consensu liberare.

Cassio. Qui enim desinit obuiare cùm potest, consentit.

☞ *Mo-*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXXXI.

✠ Deus stetit in sy. *Hunc psa. præmittitur talis titulus in Hebræ. & in translatione Hieron.* Psal. Asaph. *ex quo apparet autor. De materia vero huius ps. dicunt expositores Heb. & catholici, quod Asaph fecit hāc psal. cōtra peruersos iudices, arguens eorū nequitiā, & petēs super hoc diuinā iustitiā ad lineā æquitatis talia reducentē: Dicit igitur,*

1 Deus stetit in synag. *id est, in congregatione. Et dicitur à syn. quod con, & agoge aggregatio.*

2 Deorum. *id est, iudicum, secundum quod dicitur, Exo. xxij. b.* Ad Deos vtriusque causa peruenit: *id est, ad iudices, Et dicitur* Deus stare in congregatione iudicum, *quia clarè videt, & attentè, facta & dicta eorum, ideo subditur.*

3 In medio autem de. di. *id est, discernit vtrum iustè vel iniustè iudicent: et ideo subdit Asaph contra iudices peruersos.*

4 Vsque-

4 Vsquequo. *id est, quandiu.*

5 Iudicatis iniqui. &c. *iustificando partem iniquam propter munera vel fauorem.*

6 Et facies peccatorum su. &c. *id est, personas malorum propter eorum potentiam, vel aliam causam malam, acceptatis.*

7 Iudicate egeno. *eius iustitiam declarando,*

8 Humi. & pau. iu. *id est, suam iustitiam conseruate.*

9 Eri. pauperem. *de manu diuitis iniqui.*

10 Et ege. de m. p. li. *qui eum calumniantur iniustè.*

11 Nes. neque in. *scilicet, talia facere, non propter ignorantiam legis, sed propter errorem electionis, quam ignorat omnis malus, vt habetur. 3. Ethi. Quia etiam ille, qui peccat ex certa scientia, ignorat, scilicet, quod tale malū sit dimittendum, ne priuetur aliquo bono apparenti, quod tunc elegit ex peruersa affectione ipsum ad hoc inclinante, & ideo sequitur.*

12 In tenebr. *quia peruersitas affectus inducit tenebram in intellectu.*

✠ *Mo-*

MORALITER.

† 1 *Deus stetit.* Asaph videns iustitiam subuerti per iudices malos, fecit psal. istum contra eos. Mystice. vero potest exponi cōtra sacerdotes & scribas Iudæorum, qui Christum & eius discipulos innocentes condemnauerunt ad mortem: & sic dicitur: *Deus stetit in synagoga Deorum.* id est, iudicum, vnde dicitur, Exo. xxij. b. *Vtriusque causa ad Deos veniet.* Deus enim præsentialiter videt hominum iudicia, discernens, si sint iusta. ideo subditur.

3 *In medio autem Deos diiudicat.* Et contra malos dicit.

4 *Vsquequo iudi. iniquitatem.* iniqua iudicia proferendo.

6 *Et facies peccatorum sumitis.* eos iniquos iustificando.

7 *Iudicate egeno.* id est, pro eo, eius iustitiam conseruando. Tales fuerunt Christus, & eius discipuli, qui tamen fuerunt à scribis & sacerdotibus condemnati, ideo subditur.

8 *Nes. neq; in etc.* ideſt, scire, & intelligitur noluerūt eorū sāctitatē.

12 *In tenebris.* ignorātiæ affectate quæ magis aggrauat quāexcusat.

3 *In*

† *Mo-*

a ¶ Tamen. b ¶ Super quos ædificantur, vt boni super apostolos. c ¶ Per adoptionem gratiæ. d ¶ Vos boni.

a b † mouebuntur omnia fundamenta terræ. † Ego dixi, dij estis, 1 2
a ¶ Heredes. b ¶ Dei. c ¶ Cuiuscunque conditionis. d ¶ Mali.
e ¶ Peccatores, qui non redempti. ¶ Primi Adam & Eua, qui suasione diaboli peccauerunt. ¶ Per infirmitatem carnis.

c & filij † excelsi omnes *. † Vos autem sicut homines morie- 3 4
a ¶ Per elationem animi, vt diabolus. b ¶ Non extollemini. ¶ Per superbiam. c ¶ A mortuis. d ¶ Vos cadetis, sed tu.

d e mini, & sicut vnus de principibus cadetis. Surge Deus, iudica 5 6 7 8
a ¶ Quæ vomuit, te crucifigens.
b ¶ Alias dispersa, terram ipsam, vel conterendo eos penitus & ab hereditate exterminando, vel affectum terræ credentibus absumendo, secundum quē intellectū dicitur: Tu hereditabis ter. in o.g.

terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. 9

† vel mutat † altissimi * vos † Certè sicut Adam. vel, Verumtamē sicut homo.

A a *Mouebuntur.* CAS. Hinc patet de quo dixerat: hoc signum in crucifixione contigit. Vel, spiritualiter, terreni moti sunt illo tempore, viso tanto miraculo; vt Centurio, qui dixit, *Verè filius Dei erat iste.*

AVG. *Mouebuntur omnia fundamenta.* q.d. per hanc Israel cęcitatem, *Mouebuntur*, ad fidem, *Omnia fundamenta terrę*, id est, plenitudo gentium intrabit. Vel, in morte, & passione domini mota est terra. Vel, fundamenta, id est, felices copia terrenorū mouebuntur. Vel, admirando coli pauperem mortuum. Vel eum contemptis terrenis sectando. Addit, *Omnia*, quia nullus est, qui non miretur, vel conuertatur. Terrenæ autem felicitatis regnum est superbia, contra quam venit humilis Christus, exprobrans eis, quos vult facere altos per humilitatem, his verbis,

B *Ego dixi dij estis*, vos boni: *Vos autem* mali, *sicut homines moriemini.* Vel, omnibus dicit, *dij estis*, id est, omnibus promisi cælestia; *vos autem sicut ho.* primi, qui suasione peccauerunt, & vos maiores sicut diabolus, qui superbia peccauit. D

b *Ego dixi.* CASSIOD. Quid eis propositum? sed perierunt.
CAS. *Ego dixi Nescierunt neque intelle:* tamen *Ego dixi.* Has promissiones omnes accipiunt, si mandata custodiunt, vt sint filij, & Dei: hoc ad iustos. *Vos autem*: hoc ad malos.

c *Sicut homines.* AVGVST. Quasi: Cum citò, sicut homines, sitis morituri: non inde corrigimini; sed vt diabolus, qui carne non moritur, extollimini, vt cadatis: quia per superbiam diabolicam inuiderunt gloriæ Christi, & viluit eis humilitas crucis. Sed vt hoc vitiū sanetur ex persona prophetæ subditur: *Surge Deus, etc.* †17. dist. c. 1.

d *Sicut vnus.* AVGVST. Turba, quę cecidit, dicitur vnus, quia in superbia similis: Vos cadetis, sed,

e *Surge Deus.* AVG. id est, damna istos, quia his repulsis, tu hæreditabis. Vel iudica mundum, quia tuus est, & hoc est, tu hæreditabis. E

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mouebuntur omnia fundamenta terræ, *in finali iudicio in quo ista peruersa ad debitum ordinem iustitiæ reducentur.*

2 Ego dixi dij estis, *scilicet participatiuè, eò quod iudices ex officio sunt executores diuinę iustitiæ.*

3 Et filij excelsi omnes, *inquantum ad eius imaginem sunt facti:*

4 Vos autem sicut homines moriemini, *quia potestas vestra non præseruabit vos à morte.*

5 Et sicut vnus de principibus, *Id est, de angelis superbientibus,*

6 Cadetis, *In foueam gehennę, per æquitatem diuinæ sententiæ: ideo subditur,*

7 Surge Deus iudica terram, *Id est, surges ad iudicandum habitantes terram generaliter.*

8 Quoniam tu hæreditabis, *quia finali iudicio peracto, omnes electi erunt subiecti ordini suę misericordiæ immobiliter, & reprobi ordini suę iustitiæ.*

9 *Mystice potest exponi psal. iste, contra sacerdotes et scribas Iudæorum, qui Christū humilem, & pauperem condemnauerunt ad mortē, propter quod per diuinum iudicium à Romanis fuerūt temporaliter occisi et captiuati, & in iudicio extremo erunt æternaliter condemnati.*

MORALITER.

† 1 *Mouebuntur omnia fundamenta terrę.* id est, Iudææ, quæ destructa fuit per Romanos in vindictam mortis Christi, & discipulorum eius.

2 *Ego dixi.* Hic ponitur beneficium à Deo iudicibus datum, vt ex hoc grauius appareat eorum peccatum, cum dicitur: *Ego dixi dij estis*, scilicet participatiuè, inquantum habebant potestatem

C iudicandi à domino:

3 *Et filij excelsi*, per susceptionem legis in monte Sinai.

4 *Vos autē sicut homines moriemini.* morte culpæ, accipitur hic *homines*, sicut. j. Cor. iij. a. *cum inter vos sit Zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?*

5 *Et sicut vnus de principibus cadetis*, id est, sicut vnus de angelis cadentibus in pœnam gehennæ.

7 *Surge Deus iudica terram*, id est, surges ad iudicandum orbem in fine mundi; licet enim descendat ad iudicium, dicitur tamen tunc surgere, quia tunc apparebit in maxima potestate, qui in aduentu primo apparuit in maxima humilitate.

8 *Quoniam tu hæreditabis.* hæreditabit enim tunc in bonis per F dulcorem misericordiæ, & in malis per rigorem iustitiæ.

a ¶ De iucunditate mentis. b ¶ Monentis ad bonas actiones.
c ¶ Est. ¶ Id est, populi Dei.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Canticum psal.* CAS. quia in rebus actualibus, habenda est diuina contemplatio. Deterret autem iniquos à persecutione populi Dei, bonos vero monet ad patientiam.

CAS. Psalmus de aduentu Christi ad iudicium, vbi boni, qui hic patiuntur, coronabuntur: Mali vero, qui eos persequuntur, torquebuntur.

BASIL. ET THEOD. Post reditum à Babylone, cum finitimi perspexissent nouam ædificationem diuini templi, Iudæorumque amplitudinem, eodem tempore coguntur; cúmque alias gentes barbaras collegissent, in Iudæos bellum susceperunt. Et hæc vaticinantur diuini Ioel & Ezechiel & Michæas & Zacharias vates admirabiles. Vicerūt tamen omnes, duce quidem Zorobabel, è cœlo vero Deo ferente opem, hostiumque audaciam euertente: hæc præsens psalmus præcinit. Cæterum vaticinatio in deprecationem formatur, diuino lumine illustrante eos, qui tunc bello petiti erant, quomodo Deum placare oporteat.

Canticum Psal. Asaph.

PSAL. LXXXII.

¶ In forma serui.

DEVS † quis similis erit tibi? 1

† ne taceas tibi. i. in causa tua. Aut non silentium meum ad te. i. non dissimulo angorem meum tibi. Vel, ne cōtineas te; aut, ne sit silentium tibi,

PSALMVS LXXXII.

b *Deus quis similis.* CAS. Propositio timore futuri iudicis, describit malitiam inimicorum.

AVGV. *Deus quis similis.* Et si homo, vt alij; etsi iudicatus, cum iniquis deputaris: quis similis, cum in claritate iudicabis? ideo tunc ne taceas, qui primo tacuisti, & potestatem compescuisti, vt posses teneri & perimi.

AVG.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. LXXXII.

DEus quis. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo, et in trāsla. Hier.* Canticum psal. Asaph, *ex quo apparet auter psal. De materia verò ipsius dicunt communiter expositores Hebræi & Latini, quod Asaph fecit hunc psal. contra hostes inuadentes terrā, et populum Iudæorū, et litera cōcordat: sed cōtra quos hostes, vel quo tēpore nō dicūt sed literā exponūt partim de hostib. quos habuerūt à principio exitus de Ægypto vsque ad tēpus Asaph, et partim de hostibus, qui fuerūt postea. Sed cōtra hoc videtur, quod de illis petit Asaph,* Fac illis sicut Madian & Sisaræ, &c. *& postea subdit,* Deus meus pone illos vt ro. &c. *ex quib. videtur, quod loquitur de hostibus Israel futuris post tēpus suū. Nō enim fit petitio de præteritis, Propter quod, saluo meliori iudicio, videtur mihi, quod Asaph fecit hūc psal. cōtra Sēnacherib, & eius exercitū, sicut de psal. lxxv supra dictū est. Psalmistę enim de eadē re plures aliquādo psal. fecerūt, sicut supra pluries dictū est de Dauid: & eodē modo dicitur hic de Asaph. Verūtamē psal. iste differt à lxxv. quia ille psal. loquitur principaliter cōtra Sēnacherib, nō exprimens populos, in odiū Iudęorū sibi adiūctos. In hoc autē fit ecōuerso, quia exprimūtur principaliter populi in circūitu Iudeæ habitātes, qui incitauerunt Sēnacherib ad veniēdū cōtra terrā Iudatēpore Ezechiæ, duplici ratione: Una, quia inuidebant Iudais, & eos odiebāt, Alia, quia illi populi tā Sēnacherib subditi erant, qui Deos eorū exterminauerat, secūdū quod dicitur. iiij. Reg. xix. d.* Verè domine dissipauerūt reges Assy. &c. *Solatiū autem est misero habere socium: & ideo incitauerunt Sennacherib, vt veniret in Iudeam ad subijciendum sibi gentem & destruendum inde diuinū cultum. Igitur secundum hoc psal. iste diuiditur in duas partes, quia Asaph primo deprecando narrat hostium nequitiam, secundò contra eos implorat diuinam iustitiam, ibi,* Facilis. *Circa primum dicit,*

1 Deus quis similis. *translatio Hieron. habet: Deus ne taceas tibi.*

MORALITER.

1 *Deus quis.* Psalmum istū exposui literaliter de mirabili liberatione populi Israel ab exercitu Sennacherib, vt habetur. iiij. Reg. xix. Mysticè vero potest exponi de liberatione mirabili Chri-

☞ A Avg. *Deus quis similis.* Non ad diuinitatem hoc refertur, cui nullum hominem comparandum cogitauit. Ideo non ait, *quis similis est tibi?* quod vtique ad diuinitatem referretur: Sed dicit, *quis similis erit tibi*, hoc ad formam serui referens, qua tunc cæteris dissimilis hominibus erit, quando iudex in gloria apparebit; vel potest hoc referri ad diuinitatem secundum quod

† quiescas. dicit, O *Deus quis similis tibi*, in potentia deitatis: Christum

† infremuit. enim, quem mali viderunt extrà, iste videt intrà, scilicet omnipotentem.

† calidè insecuti sunt.

B a *Quoniam ecce.* Avg. Nouissima tempora Antichristi designat, quando quæ modò premuntur metu, in

† consiliati sunt corde pariter. † fœdus pepigerunt. liberâ vocem erumpèt: quę vox quia irrationabilis erat, magis sonitus, quàm locutio dicitur.

b *Qui oderunt.* Cas. Plures, sed vnum caput Antichristus: quod elatum est, vt Deus dicatur.

c *Super populum tuum.* Caput suum extulerunt, sed non populum tuum depresserunt.

C Avg. *Super populum tuum.* Irridenter hoc dicit: non enim possunt nocere populo Dei, pro quo est Deus: vnde Apostolus, *Si*

Roma. 8. f. *Deus pro nobis, quis contra nos?*

Super populum tuum malignauerunt consilio. ✣ Evthym. Consilio, hoc est, concordi ac communi omnium sententia, quædam exemplaria habent, consilium, in quarto casu, & tunc sensus esse videtur, quod commune consilium maligno ac peruerso animo inierunt. Sciendum est autem quod Græca dictio γνώμη, quæ hic in Græco habetur, & pro qua interpres consilium reddidit, aliquando admonitionem significat, iuxta illud Apostoli, *De virginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do*, aliquando consilium, vt hoc in loco, *Super populum tuum malignauerunt consilium*, aliquando autem sententiam, vt illud Danielis, *Quam ob causam exiuit tam impudens sententia?* aliquando etiam opinionem de fide, aut de quopiam dogmate, quale illud est apud Theologum dicentem, Sed suam ex aduerso opinionem adducere, viri pij est & sapientis. In omnibus enim his locis in Græco habetur, vt diximus, dictio γνώμη. D

a ¶ A pœna. b ¶ Vel miteſcas. ¶ Ab incepto.
c ¶ Ne taceas, quia ſonuerunt: Ne compeſcaris, quia extulerunt caput.

a ne taceas, neque † compescaris Deus. Quoniam ecce ini- 1
a ¶ Membra Antichriſti. b ¶ Contradicendo. c ¶ Iamdiu, non nouiter. 2
d ¶ Tunc leuabunt caput, non capita; ſed illud, quod extollitur ſupra omne quod colitur, aut nominatur Deus, id eſt Antichriſtum. 3
b mici tui † sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput. 4
a ¶ Alias, in plebem tuam aſſute cogitauerunt. b ¶ Ad decipiendum. 5
c Super populum tuum † malignauerunt consilium, & 6
a ¶ Non ſolum contra mediocres, ſed etiam contra cæleſtes viros. 7
b ¶ Quærentes in hoc ſibi ſocios.
d † cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixerunt, venite & 8
a ¶ Aug. Ne ſint gentes, id eſt, tollamus eos de mundo. ¶ Alias gentibus. 9
e disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen
a ¶ Eorum, qui ſe dicunt Iſrael. ¶ Vert. b ¶ Exponit malignantes, qui vel quo ſtudio malignauerunt.
c ¶ Cum ſtudio. d ¶ Omnes. ¶ Et quaſi poſſent eſſe fortiores.
Israel vltrà. Quoniam † cogitauerunt vnanimiter, si- 10
a ¶ Vt contra eos mouearis, 11
b ¶ Pactum inter ſe, placitum ſcilicet, quod inter viuos valet. c ¶ Congregationes.
¶ Aug. Incipit inimicos Chriſti memorare ſub nominibus quibuſdam gentium, quę myſtice eis congruunt.
f mul aduersus te † testamentum disposuerunt tabernacula 12
g a ¶ Ab Edom, qui & Eſau. b ¶ Ab Iſmahel filio Abrahæ, & Agar. 13
h c ¶ Gentes exleges, quæ recedentes à Deo patre, ſunt ex patre diabolo. 14
i d ¶ Alieni: qui & aduenæ, falſi fratres, qui nominetenus ſunt in eccleſia.
k Idumæorum & Ismahelitæ, Moab, & Agareni. 15 16

d *Dixerunt venite.* Avgvst. Ecce consilium, quo *meditati sunt inania.* Iste est ille sonus, qui non est sermo, sed inanitor strepit.

e *Degente.* Cassi. Singulariter, quia omnes Christiani vna gens, cum ex vno fonte baptismatis nati; vel omnes boni, quos ille Antichristus vocat vnam gentem: ecce persecutio Antichristi, qui nomen Christianũ, quasi malum, intendit tollere funditus. E † consiliati super absconditos tuos (id est, qui in fine mũdo absconditi, viuunt, & pro impiis habentur)

f *Testamentũ dispoſuerũt.* Avg. Testamẽtũ quippe in scripturis nõ illud solùm dicitur, quod non valet, nisi testatore mortuo, sed etiam omne pactum, & placitum quod inter viuos valet, testamentum vocatur, sicut Laban & Iacob testamentum fecerunt. Ita & mali inter se quasi pactum fecerunt, quod vnanimiter bonos persequerentur. F Gene. 31. g.

g *Tabernacula Idumæorum.* Expositio quo studio malignauerunt: ostendit deinde iam qui sint malignantes, dicens, *Tabernacula Idumęorum, &c.*

h *Idumęorum, & Ismahelitæ.* Cas. Per hæc nomina, Christi inimicos declarat, qui temporibus Antichristi tot malis similantur: quia sicut isti contra Israel, ita illi contra Christianos tunc bellabunt.

i *Moab.* Avgvst. Hier. vnde Moabitæ, quem Lot ebrius de maiore filia sua genuit.

k *Agareni.* Avgvs. Hieron. ab Agar, qui & proselyti interpretantur. Gene. 19. g

☞ *Gebal*

NICOLAVS DE LIRA.

Et ratio huius diuersitatis est, quia dictio Hebraica, quæ ponitur ibi דמי *domi, equinoca est ad significandũ similitudinem, & taciturnitatem: credo tamen quod ista translatio melior est in hoc, quia statim subditur,* Ne taceas, *et ideo in translatione Hier est quædam apparens nugatio. Exponatur igitur ista translatio:* Deus quis similis erit tibi? *quasi dicat, dij gentium, quos destruxit Sennacherib, non erant similes tibi, secundum quod dicitur. iiij. Reg. xix. d.* Non enim erant dij, sed opera manuum hominum: *ideo subditur,*

1 Ne taceas, *id est, ne dissimules iniuriam hostium nostrorum, qui reputantte deijciendum per Sennacherib, sicut Deos suos.*

2 Neque compesca. Deus. *id est, ne retineris amplius ab illatione vindictæ: Cuius causa subditur,*

3 Quoniam ecce inimici tui. *Qui volunt destruere locum cultus tui.*

4 Sonuerunt. *Id est, ad hoc cum fremitu armorum, et sonitu tubarum venerunt.*

5 Extulerunt caput, *Contra te superbientes, vnde dixi Sennacherib scribens Ezechiæ,* Non seducat te Deus tuus. *iiij. Reg. xix. b. Credebat enim, quod non posset saluare Ezechiam, & populum eius de manu sua, dicens:* Num igitur solus poteris liberari? Nunquid liberauerunt dij gentium singulos, &c.

6 Super populum tuum malignauerunt consilium: *Vt scilicet excitarent Sennacherib cõtra populum Dei, & templum, vt dictum est.*

7 Et cogitauerunt aduersus sanctos tuos, *id est, sacerdotes et Leuitas tuo cultui deputatos, sicut etiam res inanimatę dicuntur sanctę eò quod sunt diuino cultui deputatæ, vt vasa, vestes, et huiusmodi.*

8 Dixerunt, *Adinuicem mutuo se exhortantes:*

9 Venite & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel. *id est, sic deleamus eos, quod non remaneat huius gentis memoria.*

10 Quoniam cogitauerunt vnanimiter, *id est, concorditer in malo.*

11 Simul, *id est, pactum firmum ad destruendum terram, & templum cultus tui.*

12 Disposuerunt, *id est, firmiter statuerunt. Et qui fuerint isti populi explicat, dicens,*

13 Tabernacula Idumæorum, *id est, habitantes in tabernaculis Idumęorum. Isti autem descenderunt ab Esau, qui altero nomine vocatus est Edom: & sicut iste odiebat Iacob fratrem suum, quærens occidere eum, vt habetur Gene. xxvij. sic Idumæi descendentes ab eo, odiebãt filios Israel descendentes à Iacob.*

14 Et Ismaheli æ. *Isti descenderunt ab Ismahel filio Abrahæ. Gen. xvj. & odiebant filios Israel, qui descenderat de Isaac: sicut & Ismahel persequebatur Isaac, secundum quod dicitur, Gal. iiij.*

15 Moab. *Iste fuit filius Lot, & similiter Ammon, qui postea ponitur, vt habetur Gen. xix. Et ab istis denominati sũt duo populi, scilicet Moabitę & Ammonitę: & isti odiebant populos Israel, imponentes eis (licet falsò) quod tulissent partem terrę ipsorum, quando ascenderunt de Ægypto, vt habetur Iudicum xj.*

16 Et Agareni. *Isti fuerunt filij Cethurę, quę alio nomine dicta est Agar, vt dictum fuit Genesis xxv. a. et isti odiebant filios Israel, sicut, & Ismahelitę fratres sui.*

Gebal,

MORALITER.

† Stianorum de Saracenis tempore Balduini regis Ierusalem, sicut & psal. qui incipit, *Notus in Iudæa.* dicendo. *Deus quis similis erit tibi*, scilicet in virtute: quasi dicat, nullus.

1 *Ne taceas neque compescaris Deus*, id est, ne dissimules, ne retarderis amplius à punitione malorum.

3 *Quoniam ecce inimici tui.* id est, contra te inmembris tuis cum magno fremitu venerunt. Cætera patent vsque ibi: Psal. 75. g

9 *Venite et disperdamus, etc.* Hoc enim credebant de Christianis facere, sicut dictum fuit psalmo suprà posito: *Notus in Iudæa, etc.*

10 *Et non me. nomen Israel vltrà.* Sequitur:

13 *Tabernacula Idumęorum et Ismahelitę etc.* Probabile est, quod de omnibus gentibus istis fuerunt aliqui in exercitu illo contra Christianos.

† *Facti*

a ¶ Hypocritæ. b ¶ Furiosi, vel turbidi. c ¶ Cupidi, auari, amantes terrena.
d ¶ Ebrij luxuria seculari. e ¶ Possidentibus terrena, circa quæ angustiantur.

Gebal,& ammō,& Amalec,† alienigenæ cū habitatib. Tyrū. Et-
a ¶ Cur isti sunt inimici populi Dei? ¶ Quia. b ¶ Diabolus, qui operatur in his.
c ¶ Hi homines operante in se diabolo, adiuuant inuisibiles hostes, qui per istos oppugnant populum Dei. d ¶ Et tu domine.

enim Assur† venit cū illis, facti sūt in† adiutoriū filiis Lot*. Fac
¶ Non maledicit, sed prædicit illis futura mala sub figura quorundam nominum.
a ¶ Hos omnes populus Dei, id est, Israel, debellauit & vicit.
b ¶ Dedisti carnali generationi, vt stercus, de quibus nihil propagatur, nisi terrena fœcunditas.

illis sicut Mādiā,& Sisaræ, sicut Iabin in torrēte Cison. Disper-
a ¶ Dum cadauera putrescerent.

ierūt in Endor, facti sunt vt stercus terræ. Pone principes eo-
a ¶ Vtpote siccos à gratia Dei. ¶ Et rapaces. b ¶ Quia iam sunt victima lupi.
c ¶ Diaboli, & instabiles omni prauę suggestioni cedentes. d ¶ Quid per singulas
e ¶ Consiliorum autores. Eece inanis sonitus, quo sonuerunt inimici tui.

rū sicut Orēb,& Zeb, & Zebēe, & Salmāna. Omnes principes
a ¶ Vt cedant nobis subditi. b ¶ De quo: Templum Dei sanctum est, quod estis vos.

eorum qui dixerunt: Hæreditate possideamus † sanctuarium
a ¶ Animo cadunt terrenis illati.
¶ Non sint stabiles in eo, quod cogitant: vel, ex his quę tetra sunt, id est, terrenis, extollantur, de eo vero quod vere est, & ante, cadant, id est, ab æternis.
b ¶ Cedant omnibus motibus prauę suggestionis.

Dei. Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante
a ¶ Præsentiam tentationis, qua leuis & inania corda puniuntur. Leuitatem vero peccantium sequitur malus & grauis cruciatus: Sicut ignis. b ¶ In futuro autem. c ¶ Quia illi steriles à iustitia.
¶ Malos. d ¶ Ignis flammeus, puniens Deus.

faciem venti. Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma

1 g *Pone principes eorum sicut.* Hæc omnibus communiter. Sed specialiter, *pone principes eorum*: hoc optat militib⁹ Antichristi, qui non sunt conuertendi. † Philisthæi
2 3 4 5 6 † brachiū. * Sela supra psal. 3.
7 8 9 10 h *Omnes principes, etc.*
✠ Beda. Ita dico, vt deponas principes illorum, vt & omnes & sicut rotam eos ponas, hoc est quod dicit, *Omnes principes illorum*, scilicet, superiorum, qui dixerunt, hoc est, qui hoc dicere præsumpserūt, *Possideamus sanctuarium Dei*, id est, populum Dei, qui se sanctum facit pro hæreditate, hoc ipsum deuocemus & nobis consociemus, & doctrinis nostris tanquam eum excolamus: illos, inquam, omnes, *Deus meus pone vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.* Rota à posterioribus surgit, & in anteriora deprimitur, sic & hic dicitur, *Pone illos in rotam*, id est, ita crescant in terrenis, quæ posteriora dicuntur, vt ipsum incrementum sit eis ad deiectionem, & ad defectum in anterioribus, id est, in æternis: prosperitas enim stultorum perdet eos. *Stipula* quoque, quæ leuis est & arida, facile tollitur à vento, sic & hic dicitur, non optando, sed prophetando, vt illi *sicut stipula ante faciem venti*, id est, facile omni vento doctrinæ circumferantur, & ad omnes tentationes sint inconstantes. 11 12 † habitacula.
i *Hæreditate possideamus sanctuarium Dei.* Aug. Dei, inuadunt vt suam.
k *Vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.* Cas. Per hanc similitudinem, multas prædicit eorum calamitates.
l *Venti.* Cas. Leuitas peccantium vento comparatur, quia huc, & illuc volitat.
m *Ignis & flamma combur. montes.* Augustinus. Congrue in iudicio

a *Gebal.* Aug. Hier. vallis vana. *Ge* enim vallis, *Bal.* vana.
b *Ammon.* Aug. Hier. vnde Ammonitæ, genuit Lot ebrius de filia sua minore.
c *Amalech.* Aug. Hier. Filius Eliphaz primogeniti Esau, à quo Amalecitæ.
d *Assur.* Aug. Hier. ad literam Nabuchodonosor, qui fuit rex Assyriorum.
Idumęi. Augvs. Hiero. terreni, vel sanguinei.
Ismael. obedientes sibi, non Deo, quia prauas cogitationes suas sequūtur.
Moab, ex patre, quod in malo. Bonus quidem pater, quo filia illicite vsa est, sicut & lex bona est, si quis ea legitime vtatur, non inceste.
Agareni. proselyti, i. aduenæ, qui non ciues, sed alieno animo subintrant, & inuenta occasione nocendi se ostendunt.
Gebal. vallis vana, i. fallaciter humilis.
Ammon. populus turbidus, vel mœroris.
Amalech. populus lingens terram.
Alienigenæ. Licet Latino nomine se indicent alienos, & ob hoc inimicos, tamen Hebraice dicuntur *Philisthiim*, id est, cadentes potione, vt eb rij luxuria seculari, *Tyrus.* Hebraice *sor*, tribulatio vel angustia, secundum illud: *Tribulatio vel angustia in omnem animam hominis operantis malum.* *Assur.* deprimens, vel elatus.
Lot. declinans, angeli apostatę, filij declinationis, quia à veritate declinando in satellitiū diaboli discesserunt, vnde in Apo. Draco cecidit, & traxit secum tertiam partem stellarum, de quibus Apostolus, *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates.*
Madian declinans iudicium. *Sisara*, exclusio gaudij. *Iabin*, sapiens, de quo, *Vbi sapiens? vbi scriba? Cison*, vbi victi fuerunt, duritia interpretatur. *Endor*, vbi perierunt, fons generationis. Et intelligitur generatio carnalis, non aqua baptismi regenerati. *Oreb.* siccitas, *Zeb*, lupus. *Zebee*, victima lupi, non Dei. *Salmana*, vmbra commotionis. Hæc omnia congruunt malis, quos in bono vicit populus Dei.
e *Fac illis sicut Madian, & Sisarę, sicut Iabin in torrente.* Cassi. De vindicta iniquorum. Sicut omnes illi victi sunt in figura à populo Dei: sic istos precatur in veritate superari.
f *Sicus Madian.* Aug. Vtpote illi, qui declinant iudicium, se iudicandos non putantes: & qui excludunt futurum iudicium, & hi omnes in Cison, & in fonte Endor perierunt.

† copulatus est, cōsociatus est. 1. Tim. 1. b.
Rom. 2. b.
Apoc. 12. a. Ephes. 6. b. 1. Cor. 2. c.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Gebal, & Ammon. *De isto non habetur clare origo, nisi forte fuerit Sobal filius Seir Horrei, Gen. 26. Nomina enim Hebręa aliquando sic variantur à parte principij. sicut & Latina. Nicolaus enim, & Colinus sunt idem nomen, variatum tamē à parte principij. Isti igitur descendentes de Gebal fuerunt molesti filiis Israel, sicut & Idumæi habitatores montis Seir.*
2 Et Amalec. *Populus iste odiebat filios Israel, & primo inuasit eos in deserto, cum descenderent de Ægypto. Exod. 17.*
3 Alieni. *In Hebręo habetur Philisthæi, qui fuerunt multum infesti Iudæis. vt patet 1. Reg. 10.*
4 Cum ha. *Licet enim habitatores Tyri fuerint confœderati Iudæis tempore Salomonis & Hiram regis Tyri, vt habetur 3. Reg. 5. tamen postea fuerunt eis inimici. Et omnes isti populi fuerūt habitantes in circuitu terrę filiorum Israel, & incitauerunt Sennacherib regem Assyriorum ad veniendum contra regnum Iudęę tempore Ezechię, rationibus prędictis: ideo subditur.*
5 Etenim As. *Hoc non dicitur, eo quod filij Lot essent principales in exercitu, sed Sennacherib rex Assyriorū, vt dictum est: sed hoc dicitur de filiis Lot, eo quod ipsi vendicabant ius in aliqua parte terrę, vt prędictū est, & sic ille exercitus faciebat quodammodo ad eorum adiutorium.*
6 Fac illis. *Hic consequenter Asaph implorat contra prædictos hostes vindictam diuinam, dicens:* Fac illis sicut Madian & Sisa. *Quos miraculosè debellauit Deus per Barach. Iud. 4.*
7 In torrente Cison. *Bellū illud fuit prope torrentem illum, & multi fuerunt ibi submersi: vnde dicitur Iud. 5. cap.* Torrens Cison traxit cadauera eorum.
8 Disperierunt in Endor. *Nomen est loci, vnde fuit illa mulier Pythonissa, quam consuluit Saul 1. Reg. 28. Et bellum illud fuit prope.*
9 Fa. sunt vt ster. *quia cadauera eorum remanserunt super terram insepulta.*
10 Po. principes eorum. *Istos debellauit dominus miraculosè per Gedeonem, & trecentos viros cum eo. Iud. 7.*
11 Omnes principes eorum. *id est, populorum supra memoratorū.*
12 Qui dixerūt, hæ. pos. sanctuar. *id est, Ierusalē, in qua erat templū Dei, et per consequens terram Iudæa, cuius metropolis erat Ierusalem.*
13 Deus meus po. *id est, fac illos instabiles. Dicit autē Ra. Sa. quod per rotā intelligitur hic quędā species tribuli seu herbę, quę in summitate facit quandā sphæram albam lanugini similem, quæ ad modicū flatū venti dispergitur & disparet, & similiter stipula, flatui venti resistere non potest: & ita factū fuit de exercitu Sennacherib, quia angelus domini vna nocte interfecit ibi centū octoginta quinque milia, vt habetur 4. Reg. 19.*
14 Sicut ign. qui comb. syl. *ex magna potentia.*
15 Et sicut flam. con. mon. *ex ardoris vehementia.*

Ita

MORALITER.

7 *Facti sunt in adiu. fil. Lot.* id est, Moabitis, & Amonitis existentibus in illo exercitu.
8 *Fac illis sicut Madian & Sisarę.* Omnes isti debellati fuerunt miraculosè per Barach & Gedeonem, vt habetur Iudicum 4. & septimo.

8 *Fac*

† 2 *Implē*

iudicio esse dicuntur, quando & densæ syluæ peccatorum, & mõtes superbiæ cremabuntur.

a *Imple facies.* CASSIO. Pœnis contumacium prophetatis, orat pro credituris, qui non habent scelerum laudatores, sed culpatores, quos sæpe opprobrium corrigit.

AVG. Melius est ruere, vt pœniteat, quam sub spe religionis superbire: vnde propheta ait, *Et tu filia Sion vsque ad Babylonem venies, ibi que liberaberis.*

Mich. 4. c.

AVGV. *Imple facies.* Hoc bonum & optabile eis non prophetaretur, nisi inter eos inimicos essent tales, quibus hoc ante iudicium præstabitur: quia & nunc idem corpus sonat, & lauat caput, sed particulatim, non vniuersaliter vt in fine: & tamen inde aliqui conuertentur, pro quibus hic orat.

b *Erubescant & conturb. &c.* AVGVST. Hic de malis, qui non conuertentur. *Erubescant,* in futuro de malis, quæ fecerunt. *Et conturbentur,* de pœnis, quas patientur. Et hoc *in secul. sec.* id est, in æternum.

c *Et conturbentur.* AVGVST. Rursus redit ad eos, qui in præsenti

a ¶ Quia pleni sunt.

¶ Dicit ques & syluam.

b ¶ In iudicio, quod improuisum & graue.

comburens montes. Ita persequeris illos in tempestate tua, 1

a ¶ Iustitia vindictæ vltimæ. b ¶ Fac eos sibi & aliis ignominiosos videri.

& in † ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia, & 2

a ¶ Quærent nomen tuum, quod si non fecerint. Qui quærent nomen domini, etsi modo pro peccatis erubescant & conturbentur, non tamen in æternum confundentur.

quærent nomen tuum domine. Erubescant & conturbentur 3 4

in seculum seculi, & confundantur & pereant. Et cogno- 5

a ¶ Quicunque alij: non vero, nec suo nomine domini nuncupantur, quoniam seruiliter dominantur.

b ¶ Et quia. c ¶ Etiam in cœlo & super omne cælum, sed hoc elegit, quo prematur humana superbia. desinit enim terra superbire, id est, homo (de quo, Terra es, & in terram ibis) cum scit Deum altum super omnem terram, id est, nullũ valere contra eos, de quibus dicitur. Si Deus pro nobis, quis contra nos.

scant, quia † nomen tibi dominus, tũ solus altissimus in omni 6 7

terra.

† nomen tuum dominus solum tibi, & altissimum.

† turbine tuo.

E

F

C

Iudæorum redarguitur. Vnde congruè vndecim sunt: vndenarius enim numerus transgressionis est, quia & denarium transit, & ad duodenarium non peruenit, vnde vndecim etiam erant vela capillacea in tabernaculo domini, & in vndenatio fuerunt apostoli, reiecto infœliciſsimo Iuda tempore passionis, quando à fide defecerunt, vnde *Posuisti tenebras, et facta est nox.* Psal. 103. c.

Vndenarius transgressionis est numerus.

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ita perseq. il. *quia corpora mortuorum in exercitu Sennacherib fuerunt redacta in cineres, ita quod Ezechias & viri eius poterant colligere spolia absque aliqua difficultate.*

2 Imple fa. eo. ignomi. *quod tunc fuit impletum, quia Sennacherib mane surgens, & videns illam pestilentiam sui exercitus, fugit cũ paucis ad terram suam confusus.*

3 Et quærent no. tuum. *Hoc non dicitur pro ipso Sennacherib, qui videns illam plagam diuinitus inflictam, non quæsiuit Deũ per pœnitentiam, sed magis tanquam idololatra pessimus adorauit in templo Nesrach Deum suum, vt habetur ibidem. Sed hoc dicitur pro aliquibus cũ eo fugientibus, qui considerantes Dei Israel potentiam, exhibuerunt sibi reuerentiam: vnde & plurimi, quorum amici fuerant in illa pestilentia mortui, imputantes hoc superbiæ Sennacherib, eo quod blasphemauerat Deũ Israel, diffidebant eum interficere, propter quod conuertit se ad adorãdum Deũ suum, promittens quod immolaret ei duos filios Adramelech, & Sarasar, si posset illud periculum euadere, quod illi intelligẽtes, interfecerunt eum, vt dictum fuit plenius 4. Reg. 19.*

Sennacherib quaplaga à Deo percussus.

4 Erubescant & conturbentur in seculum seculi, & confundantur, & pereant, &c. *Hoc dicitur de Sennacherib, & alijs cum eo in malo obstinatis. Frequenter enim scriptura sub eodem contextu de malis transit ad bonos, & econuerso, sicut dictum fuit in principio Genes. secundum regulam illam de corpore domini bipertito: & habitum est exemplũ supra psal. 77. d. vbi dicitur,* Cùm occideret eos, quærebant eum. *Quod non potest intelligi de eisdem numero, sed quia aliquibus occisis propter suam malitiam, alij hoc videntes conuertebantur ad Deum per pœnitentiam, saltem ad horam, vt ibi dictum fuit.*

5 Et cognoscant. *per experientiam pœna sibi infligẽ.*

6 Quia no. ti. Deus. *& nulli alteri est diuinitas attribuenda: hoc enim dæmones et damnati cognoscunt.*

7 Tu solus altissimus in omni terra. *Quia nulli alteri potest competere potentia infinita.*

MORALITER *potest exponi Psalmus iste vt sit oratio ecclesiæ contra hostes fidelium, referens humiliter coram Deo eorum nequitiam, & super hoc petẽs deuote diuinam vindictam, exemplo malorum antiquorum à Deo iuste punitorum.*

MORALITER.

† 2 *Imple facies eorum ignomi. & quærent no.* Non ad benedicendũ, sed blasphemandum, sicut dicit Saluator Ioan. 6. *Quæritis me, & in peccato vestro moriemini:* ideo subditur.

4 *Et confundantur & pereant, & cognoscant, &c.* Per experientiã inflictæ sibi pœnæ. *Quia no. ti. dominus.*

† MORAL.

ADDITIO.

In Psal. lxxxij. Deus quis similis erit tibi. *vbi dicitur in postilla:* Propter quod saluo meliori iudicio videtur mihi.

Hæc expositio nullum habet fundamentum in scripturis sacris. Nusquam enim legitur in sacra scriptura, nec in gl. authẽticis, quod gentes in hoc psal. expressæ, vel aliqui eorum, incitassent Sennacherib ad veniendũ contra Ierusalem, seu contra Iudæos: sed potius ex plano textu historiæ sacræ habetur causa potissima, qua Sennacherib ascendit contra Iudæã & eius regem. s. Ezechiã. Legitur enim 4. Reg. 16. quod Achaz rex Iuda tribulatus à rege Syriæ, & à rege Israel, qui contra eum conspirexerunt, habuit refugium ad regem Assyriorum, & recepit eum in dominum, vt eum liberaret à prædictis aduersarijs, vnde litera ibidẽ sic dicit, Misit autem Achaz nuntios ad regem Assyriorum, dicens: Seruus tuus & filius tuus ego sum, ascende, & saluum me fac de manu regis Syriæ, &c. *Et postea cùm Ezechias filius prædicti regis Achaz regnasset, rebellauit contra regem Assyriorũ, prout legitur 4. Reg. 18. vbi loquẽs de exordio regis Ezechiæ dicit sic,* Rebellauit quoque contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei: *nulla enim requiritur alia incitatio Idumeorum, vel Ismaelitarũ, et huiusmodi, prout posti. ait, ad hoc, quod Sennacherib insurgeret contra Ezechiam & regnũ eius: quia prædicta rebellio fuit sufficiens causa ad hoc, vt ex dictis patet, præsertim cùm Sennacherib manifestè anhelabat ad monarchiã, volens sibi omnes gentes subijcere, vnde legitur scripsisse Ezechiæ regi. 4. Reg. 19. sic:* Tu enim ipse audisti quæ fecerunt reges Assyriorum vniuersis terris, quomodo vastauerunt eas, &c. *Ex quo patet, quod non indigebat incitatoribus ad hoc, vt Iudæam subiugaret, quia potentissimè intendebat sibi subiugare nationes: vnde psal. iste non videtur appropriandus Sẽnacherib, nec etiam alicui de persecutoribus gentis Iudaicæ in singulari. Sed Psalmista in hoc psal. intendit generaliter loqui contra aduersarios & impugnatores populi Israelitici, qui fuerunt tempore regni ipsius Dauid, & successorum eius, & specialiter eorum, qui erant iusti, sicut Ezechias, Iosias, & huiusmodi.*

Pro quo sciendum, quod tempore Iudicum, quandiu populus Israeliticus recedebat à Deo, & adhærebat idolis, tradebat eos Deus in manibus inimicorũ circumstantium, vt habetur Iudic. 3. Similiter & quãdo surgebant aliqui prouidentia diuina, saluabantur ab hostibus, vt in eodem cap. habetur in generali: & consequenter quasi per totum librum in speciali. Regnante autem Dauid, cuius regnum fuit à Deo in perpetuũ stabilitum, prout quamplurimæ auctoritates sonant, fuit eis prophetice dictũ à Deo per Nathã prophetã, quod de cetero populus Dei non turbaretur sic per aduersarios. vnde 2. Reg. 7. sic legitur: Ponã locũ populo meo Israel, & non turbabitur amplius, nec addent filij iniquitatis vt affligant eum sicut prius, ex die qua constitui iudices super populũ meũ Israel. *Sed quia in principio regni ipsius Dauid super Israel statim ascenderunt Philisthæi contra eum. 2. Reg. 5. & postea in processu temporis habuit arguere bella cum diuersis nationibus in circuitu, & specialiter cum Syria, Moab, & Amon, & Philisthiim, & Amalech, et Idumæo, prout potest haberi secundi Regũ 8. idcirco Dauid prouidẽs in*

spiritu

spiritu istã bella futura tempore suo, et etiam alia tempore successorum, composuit istum psal. petens à Deo vindictã de suis aduersarijs, eo modo saltem quo consueuerunt facere tempore Iudicũ, quando iudex erat Deo gratus, & ideo dicit, Fac illis sicut Madian & Sisaræ. *Vnde notandũ, quod sicut illi, quos hic nominat, de quibus fuerat facta vindicta à Deo tẽpore Iudicũ, scilicet, Madiã, Oreb, & Zebee, & huiusmodi, nõ cõcurrerũt simul, sed successiuè in diuersis temporibus: Sic intelligẽdum est de inimicis, de quibus in hoc psal. vindictam petit Psalmista. s. tabernacula Idumæorum, & Ismaelitarũ, & huiusmodi. Nec obstat quod dicit,* Cogitauerunt vnanimiter simul, *& huiusmodi, quia inquantum in hoc omnes conueniebant, vt disperderent Israelem de gẽte, in hoc vnanimes dici possunt, sicut vna dicitur fides, vel opinio diuersorum, quando cõueniunt in eodem credibili seu opinabili, licet non sint in eodem tẽpore nec loco. Et notanter dicit Psal.* Ecce inimici tui sonuerunt, *similiter & aduersum te testamentum deposuerunt, quasi diceret, per amplius debes vindictam exercere in istis, quàm in aliis aduersarijs, qui fuerunt tempore Iudicum: quia tũc Israelitæ erant idololatræ, & per consequẽs, qui aduersabantur eis non aduersabantur Deo; sed tempore Dauid & similium, qui verum Deum colebant, eorum aduersarij inimici Dei debent dici, et contra eum testamentum disponere, vnde potius erant puniendi. Ex quibus bene considerati satis patet propria applicatio literæ huius psal. ad hanc expositionem, &c.*

REPLICA.

☞ *In Psal.* Deus quis similis. *postil. applicat historiam persecutionis, & punitionis Sennacherib ad materiam huius psal. sed propter gentes Iudæis vicinas in hoc psal. commemoratas addit postil. quod ideo sit illarum gentium commemoratio, quia illæ incitabant Sennacherib ad inuadendum et destruendum Iudæos. Et puto ad hoc bonam fore verisimilitudinem, quia illæ gentes valde oderant Iudæos, et sæpe eos infestabant: ita quod Achaz contra eos inuocaret auxilium Sennacherib, vt patet. iiij. Regum. xvj. & sic auxilio ipsius recepto in Iudæos non poterant desæuire. Audientes autem Ezechiam rebellare, & à tributo Sẽnacherib recessisse, ganisæ, proculdubio ad ipsum inuadendum Iudæos cõcitabant, auxilia promittentes, vt est commune in populis. Burg. attendens rationabilem applicationem materiæ huius psal. ad Sennacherib, tam quò ad inuasionem, quam sui exercitus deiectione, solum obicit cõtra id quod post illa. addidit de concitationẽ, & facit argumentum satis debile, quod fundat super falsa imaginatione, videlicet quod eiusdem effectus non possunt esse plures causæ partiales occasionales, vel sine quibus non, Arguit enim sic primò: Non legitur de illa concitatione, sed non sequitur, igitur non est verisimilis, quia suprà verisimilitudo ostensa est. Et secundò arguit: Rebellatio Ezechiæ fuit causa mouens Sennacherib, igitur non gentium concitatio. Sed constat non sequi, quia commune est in effectibus plures causas partiales cõcurrere. Nec expositio Burg. de bellis Dauid contra hostes Iudæorũ valet, quia Philisthæi fuerũt primi & acerbiores impugnatores Dauid, vt patet. ij. Reg. v. qui tamen hic inter hostes non nominantur. Et sic valet argumentum consuetum: Valet & meum in simili forma. Non legitur Assur vnquam contra Dauid pugnasse: tamen in hoc psal. dicitur,* Etenim Assur venit cum illis facti sunt in adiutorium filiis Loth, *& sic de multis aliis, quæ contra Burg. obiici possent, &c.*

GLOSSA ORDINARIA.

☞ a *Insi.* Avg. Nihil hic dicitur de torcularibus visibilibus, vnde constat spiritualia esse. Vua in vite, oliua in arbore pendens libero fruuntur aëre, nec illa est vinum, nec ista oleum ante pressuram: Sic quos præsciuit Deus ante secula fieri conformes imaginis filij, antequam accedant ad seruitutem Dei, fruuntur in seculo deliciosa libertate. Sed cum accedũt ad seruitutẽ Dei, dicitur eis, *Fili accedens ad seruitutẽ Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* Ecce torcular, conteruntur, exuuntur in tegumentis carnalium desideriorum, quasi vinaciis exuuntur veteri homine, & in apothecam Dei defluunt: ideo torcularia dicuntur ecclesiæ præsentis temporis. Sed qui in his filij Core. i. calui. s. Christi? Caluus namque Eliseus irrisus à pueris figura fuit Christi, qui in Caluaria crucifixus. Ideo hic premitur Christianus, vt quærat quietem, quæ non est hic: & sit ei Deus refugium. Qui enim incumbit terrenis, incumbit in baculum arundinis.

b *Protor.* Avg. In torculari fructus vuæ vel oliuæ emanat: sic in pressuris merita sanctorum patent, quæ in pace latebant.

Cas. Pal. secundus de charitate. D

Cassio. Primo de inæstimabili desiderio æternæ domus.

PSALMVS LXXXIII.

c *Quam di.* Ecce quanta militia. *Etenim passer,* quam secura. *Beati qui habitant,* ad quam beatitudinem ducit *Beatus vir* cuius.

✠ Basilivs & Theodo. Hæc & ij, qui Babylone degebant, docti sunt dicere, vt reditum sitirent, & cultum secũdum legẽ affectarent; atque etiam nos instruimur eadem dicere, qui salutem consecuti sumus, quique ex diuinis altaribus vtilitatem percipimus. Cæterùm potissimum nobis vaticinatio conuenit, multa enim tabernacula fore præcinit, & multa torcularia nuncupat, & de multis aris similiter mentionem facit. Iudæi autem vnum habebant templum, & vnum similiter altare. Vnumquodque verbum eorum, quæ à Propheta dicta sunt, in amorem diuinum mentem accendit. *Dilecta* enim quidem dicit, amoréque digna *Dei tabernacula* esse: non simpliciter autem ipsa desiderare asserit, sed etiam *deficere* in atria domini, consonantia verò his sunt ea quæ sequuntur.

a ¶ Christum. b ¶ Habitus. ¶ Id est agens de ecclesiis, in quibus pressuræ tribulationum.
c ¶ Proponitur. d ¶ Id est, Christi in Caluaria crucifixi.

† In finẽm † prõ torcularibũs, filiis Cõre

a ¶ Dirigens.

PSALMÛS LXXXIII.

a ¶ Cassio. Quasi, non potest dici quantum.
¶ Augustinus. De æternis dicit, in quibus nulla est pressura, vel de militia, quę in terra.
b ¶ Cassio. In futuro miram potentiam Dei sentit. Vel, hic, virtutes Deus mittit in auxilium.

c Vàm dilẽcta tabernacula tua domine † virtũtum: 1

a ¶ A statu suo inde tendens in atri. domi.
¶ Ex tristitia, quia non habet quod desiderat.

concupiscit &† dẽficit anima mea in atrio domini. 3

NICOLAVS DE LIRA. PSAL. LXXXIII.

1 Quam dile. *Huic psal. premittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriam super hagittith filiorum Core psal. *In quo secundum Hie. & doctores Hebræos apparet autor psal. vel autores: s. filij Core, non tamẽ dicunt vtrũ fuerit factus ab vno eorum, vel à pluribus. De materia verò huius psalmi dicũt doctores Hebræi, quod psalmus iste exprimit desiderium filiorum Israel existentium in captiuitate ad templi reædificationem. Sed saluo meliori iudicio videtur mihi, quod magis exprimat desiderium sanctorum adhuc in hac valle miseriæ degentium, deueniẽdi ad gaudium supernorum ciuium, de quorum numero erãt filij Core. spiritum propheticũ habentes. Et secundum hoc ista dictio* hagittith *in duplici significatione deseruit: quia signat instrumẽtum musicũ, cui appropriatur cantus huius psalmi, et quia signat* torcular, *vt suprà dictum est plenius psalm. lxxx. eo quod iste psalmus propriè cãtabatur in mense Septembri collectis vindemiis, et in torcularibus expressis, scilicet in festo cœtus, vel collectę, quod fiebat xxij. die huius mensis, vt habetur Leuitici xxiij. & Numeri xxix. In memoriam. vel potius figuram collectionis sanctorum in regno cælorum: propter quod illud festum dicitur celeberrimum, atque sanctissimum ibidem. Igitur secundum hoc psalmus iste diuiditur in duas partes: quia primò ostenditur, quod felicitas superna debet super omnia concupisci, secundò subditur qualiter homo valeat ipsam adipisci, ibi,* Beatus vir. *Circa primum dicitur,* Quàm dilecta. *id est, valde dilecta.*

2 Tabernacula tua domine virtutum, *id est, angelorum. Et dicit tabernacula tua in plurali, propter diuersos beatorum status, secundum varia eorum merita: propter quod dicit Saluator Ioan. xiiij. a.* In domo patris mei mansiones multæ sunt.

3 Concupiscit & deficit anima mea in atrio domini: *quia omnis intellectus & affectus hominis existentis in via deficit à perfecta cognitione, et dilectione beatitudinis superna, secundum illud. j. Corinth. b.* Oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.

MORALITER.

† 1 *Quam dile.* Psal. iste secundum sensum literalem exprimit desiderium perfectorum, reputantium vitam istam miseriam, & de ipsa exire desiderantium, cum Paulo dicentium, Phili. j. d. *Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo.* & sic patet quod sensus literalis est etiam moralis: ideo non est hic alia moralitas requirenda.

a *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* ✠ EVTHYMIVS. Non hoc tantum, inquit, accidit animæ meæ, sed & corpus meum in Christo lætatum est. *Viuum* autem, seu, vt in Græco habetur, viuentem Deum appellauit, propter idola, quæ mortua esse dicuntur; vel, quia à mortuis Christus resurrexit. Primò autem cor ipsum lætitia afficitur, & deinde gaudium in vniuersum corpus diffunditur.

b *Etenim passer, &c.* AVGV. Duobus duo reddit: *Cor* vt *passer*; *Caro* vt *turtur*, cui dat & *pullos*: corde cogitamus Deum, quasi volet passer ad domũ; carne agimus opera.

CASS. Sicut passer deserit syluas, & inuenta domo lætatur, vbi non timet insidias: sic anima lætatur, dum scit sibi domum paratam in cælo. Spiritus, qui est quasi passer volans in altum, tendens ad ipsum Deum.

c *Nidum, etc.* AVG. *Nidus* ad tempus, *domus* vero in æternum. Nidum ergo dicit fidem, & conformitatem sacramentorum ecclesiæ, quem nidum quærit turtur, vt reponat pullos suos. Non enim abiicit vbicunque, sed in nido ecclesiæ facit opera bona salubriter, pro quibus saluatur: per quod differt ab aliis qui opera faciunt, sed non in nido fidei. Nam & pagani faciunt opera, vestiunt nudos, &c. & hæretici multa faciunt: sed non in nido ecclesiæ, & ideo conculcantur, non seruantur. Hæc caro est mulier, per quam seducitur passer, sed saluabitur per generationem operum, si in nido, id est, si perseuerauerit in fide. Præbet autem Deus vnde fiat nidus, induit enim se fœno carnis vt ad te veniret.

d *Altaria tua domine.* CASSIOD. Vbi animæ cælesti conuiuio epulantur, vbi anima quasi in domo gaudeat.

AVGVST. I. Et caro reponit opera sua, vnde beati qui, &c. vbi ostendit ad quam beatitudinem militia ducit.

e *Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te.* AVGVSTINVS. Hoc boni iam habent, scilicet, quod habitant in domo tua. Sequitur, *In secula seculorum laudabunt te.* Hoc totum negotium est ibi sanctorum: Non est ibi necessitas, quæ mater est omnium humanarum actionum, quia cui faciunt ibi quippiam, vbi nulli indigent; habent ergo & agunt vnde beati sunt. Omnis autem beatus habendo vel agendo dicitur beatus.

f *Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit.* CASSIOD. Quo auxilio ad domum veniatur.

✠ EVTHYM. Talis, inquam, homo, ex cogitauit intra se gradus atque ascensus quosdam, à sensibilibus ad intellectualia, à peioribus ad meliora: sunt autem istæ ascẽsiones, bonæ quædam cogitationes, per quas, veluti per scalam, gradatim ad alta & diuina dona conscendimus. Beatus itaque, inquit, ille est, qui auxilio tuo se potest iuuare: illi autem auxilium tuum præsto fuerit, qui ascensiones istas in suo corde disposuerit.

g *In valle lachrymarum.* CASSIOD. Vallis lachrymarum est pœnitentis humilitas. Vel (HIERO.) deiectio huius seculi, quẽ posuit, vel disposuit.

AVGV. Vnde autem ploratio, quia lege nos afflixit, per quam cognouimus peccatum repugnare spiritui, & gemimus, quomodo scilicet, veniamus ad locum quem posuit, ope eius & auxilio vtique.

HIERON. Vel valle lachrymarum, id est, in hac deiectione seculi, in loco quem posuit Deus homini, vt ibi peccata fleret, vel homo cum peccauit:

h *In loco quem posuit. Etenim benedictionem dabit.* AVGV. Qui non potest exponi, quem oculus non vidit, nec auris audiuit, id est, futurum regnum quod disposuit, & ordinauit Deus vt ad id per gradus veniatur.

✠ BEDA. Ostendit quomodo ille, cuius est auxilium à domino, disponere potuerit, *ascensiones*, scilicet, quia adiutus est

☞ à sub

---

a ¶ Sed nunquid sine gaudio? imo est & gaudium in spe: & ideo tolerat torcular. b ¶ Domita.
c ¶ Etsi grauentur. ¶ Hinc in illud æternum d ¶ Qui dat viuere.

a Cor meum & caro mea † exultauerunt in Deum viuum. † Et- 1
a ¶ Quia. ¶ Vnde exultauerunt? Duobus prædictis duo reddit. Cor est, vt passer, modo exercet pennas in virtutibus huius temporis spe, fide, & charitate, vt volet in domum in qua permaneat. 2
¶ Nam &c. b ¶ Scilicet non manufactam. c ¶ Casta caro. d ¶ Ad tẽpus. e ¶ Non abiicit eos vbicũque.

b enim passer inuenit sibi domum, & † turtur nidum *, vbi rẽ-
a ¶ Quem nidum? ¶ Ecclesiastica sacramenta. ¶ Cælestem. b ¶ Qui regis.

c ponat pullos suos. Altaria tua domine virtutum, rex meus & 3
a ¶ Qui creasti. b ¶ Sed nidus est in peregrinatione, in pressura, vbi positus suspirat in superna promissa dicens.
c ¶ Cœlesti, vbi non est timor.

d Deus meus. † Beati qui habitant in domo tua domine, in secu- 4
a ¶ Hoc agunt. b ¶ Beati in futuro, qui habita. &c. ¶ Etiam modo est. 5
¶ Aug. Sed quomodo veniemus, cum corpus grauet volantem? c ¶ Contra labores seculi.

e la seculorũ laudabũt te. * Beatus vir cuius est † auxiliũ abs te: 6
a ¶ Quid enim ei prodest? Multum, quia. ¶ Gradus, quibus ascendit, quia semper proficit. 7
b ¶ Aug. quanto plus amaueris, tãto plus ascendes. c ¶ Vbi disposuit. ¶ Hic enim ploratur, vbi seminatur.
¶ Ecce torcular.

f † ascẽsiones in cõrde † suo disposuit, in vãlle lachrymarũ, in 8
¶ Vt quo ascendatur. a ¶ Deus vel homo. b ¶ Post legem veniet gratia. 9
c ¶ Ecce Christus dator vtriusque testa. & autor,

g † loco quem posuit. † Etenim benedictionem dãbit legis- 10
a ¶ Quid præstat benedictio gratiæ. Ecce per eam. 11
b ¶ Quia per gratiam multæ virtutes dantur quibus venitur in Christum Dei virtutem: vt videatur illis finitis in Sion, id est, in plenitudine contemplationis.
c ¶ Sicut est Deus apud Deum, verbum apud patrem qui est Deus deorum, id est, Christianorum.

lator, ibũnt de † virtute in virtutem: videbitur Deus deorum 12 13

† vel laudabunt.
† hirundo.
† fortitudo.
† eius.
† Etiam piscinas replebit pluuia, vel benedictionibus inducetur. doctor Chald. interp benedictionibus operiet illos qui conuersi fuerint ad doctrinam legis eius. Extra eccle siam non est salus.
† Etiam.
* sibi.
† 24. q. 1. c. omnibus.
* Sela supra psal. 3.
† viæ in corde eorum. Transeũtes per vallem fletus, fonte ponẽt eã † locum.
† exercitu in exercitum, fortitudine, in fortitudinẽ
† De pœnit. distin. 2. ca. dum sanctam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cor meum, &c. *Fortes enim motus animę redundant ad corpus, sicut ex magno timore homines infrigidantur, & palleſcunt, & ex maxima ira caleſiunt, & erubeſcunt, & ideo cum anima fortiter exultat in Deo, sit quædam redundantia in ſenſu corporeo. Conſequenter oſtendit, quod beatitudo ſuperna quietat hominis appetitum dicens,*

2 Etenim paſ. in. sibi do. *id eſt, locum ad quieſcendum. q. d. multò magis rationalis creatura habet locum, in quo quietatur, & hac eſt beatitudo cęleſtis, propter quod ſubditur:*

3 Altaria tua domine virtutum rex meus & Deus meus, *id eſt, angelorum, ſupple ſunt illa, in quibus quietatur appetitus humanus. Et vocat hic altaria electorum diuerſa conſortia, ſecundum varia eorum merita, quia in illis iugiter offeruntur ſacrificia diuinæ laudis: propter quod ſubditur,*

4 Beati qui habitant in domo tua domine, *id eſt, in caleſti beatitudine.*

5 In ſecula ſeculorum laudabunt te, *In Hebræo habetur*, Selah, *vbi nos habemus in ſecula ſeculorum: et ſecũdum doctores Hebræos illa dictio ſignat perpetuitatem à parte poſt: et propter hoc Hiero. tranſtulit* ſemper. *Talis autem laudatio perpetua non poteſt verificari ad literam de laude celebrata in templo poſt captiuitatem Babyloniçam readificato: Tum quia illud templũ duravit tantum cccxx. annis ſecũdum Hebræos: Tum quia medio tempore laus diuina fuit interrupta, ſcilicet, tempore Antiochi illuſtris, qui poſuit ibi abominandum idolum, & fecit ibi immolari carnes ſuillas, & animalia immunda ſecundum cultum idolorum, 1. Mashab. 1.*

6 Beatus vir. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter homo beatitudinem ſupernam valeat adipiſci, & primò oſtenditur, quod hoc non poteſt fieri ſine ſpeciali Dei adiutorio, ſecundo ad hoc porrigitur deprecatio, ibi* Domine Deus virtutum. *Circa primum dicitur*, Beatus vir, *ſcilicet, in ſpe, quæ eſt certa expectatio futuræ beatitudinis.*

7 Cuius eſt auxilium abs te, *Id eſt, à te. Iſta enim duæ præpoſitiones, abs, et à, idem ſignant. q. d ad beatitudinem ſupernam nullus poteſt attingere, niſi per tuum auxiliũ ſpeciale: quia excedit facultatem creaturæ, ſed ille, qui ad hoc per te dirigitur, poteſt attingere. Et modus ſubditur, cum dicitur,*

8 Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, *id eſt, gradus virtutum, per quos aſcenditur ad cęlum, quos homo gratia Dei illuminatus in ſe diſpoſuit, quia vſus liberi arbitrij cum Dei gratia ad meritum concurrit.*

9 In valle lachrymarum, *hoc eſt, in ſtatu preſentis miſeriæ, in quo eſt meritum & demeritum.*

10 In lo. quem poſuit, *id eſt, conſtituit ipſe Deus ad merendum vitam beatam, & per lachrymationem, & fletum, ſecundum quod dicit Saluator Matthęi quinto a.* Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.

11 Etenim benedictionem dabit legiſla. *Hic eſt Chriſtus legiſlator euangelij, qui dat benedictionem gratię ſuæ lugẽtibus pro remiſſione culpæ commiſſę, & pro dilatione cęleſtis gloriæ, & de talibus ſubditur:*

12 Ibunt de virtute in virtutem, *ſemper proficiendo in augmento gratiæ, donec perueniant ad terminum viſionis beatæ, ideo ſubditur,*

13 Videbitur Deus deorum, *id eſt, ſanctorum, et angelorum, & electorum, qui dicuntur dij participatiuè.*

☞ In

☞ à subleuante gratia. Namque lator legis dabit benedictionem: A hoc est, dominus, qui dedit legem deprimentem, dabit & gratiam subleuantem. Lex ideo dicitur deprimens, quia non potuit saluare, sed peccata tantùm ostendere. Vnde ait apostolus, *Si enim data esset lex, quę posset viuificare, vere ex lege esset iustitia.* Potuit etiam lex peccatum demonstrare, sed non potuit auferre, quod idem apostolus ostendit dicens, *Occasione enim accepta, peccatum per mandatum, operatum est in me omnem concupiscentiã*, & reliqua. Et ita lex quidem producebat B infirmos, sed non sanabat eos, &c.

a *Domine Deus virtutũ*, Cassiod. Orat & humiliat se pro impetratione huius auxilij.

b *Deus Iacob.* Avg. Quę feciſti Israel apparens ei, sic fac & me Israel.

c *Respice in faciẽ, &c.* Avgvst. Ipse enim loquitur in nobis, vnde apostolus: *An experimentum eius quęritis, qui in me loquitur Christus?* Et in nobis recipitur, sicut ait, *Qui vos recipit, me recipit.* C

Avgvst. *Respice*, Christum pater semper respicit.

Cassiod. Sed fac præsentia incarnationis eum gentibus respici: Vel, i.a per faciem innotescimus aliis.

Avgvst. *Respice* ergo *in faciem*, id est, innotescere fac omnibus Christum, vt possimus ire de virtute in virtutem.

d *Dies vna.* Immutabilis, scilicet, sine ortu & occasu, cui non cedit dies hesternus, quem non vrget crastinus. *Super milia*, super infinitos dies præsentes, qui habent finem. Propter quod *elegi*, etsi possem regnare, *abiectus* opinione hominum, *in domo* in ecclesia, *Ecce quàm dulce, fasce torcularis premi.*

e *Elegi abiectus esse in domo, etc.* ✠ Basil. & Theodor. Sic autem diuina domus mihi amabilis est, vt elegerim prope hanc in solo proiectus esse, & ante huius ianuas volutari, quàm in eximiis illustribúsque peccatorum sedibus commorari, eodem D hæc etiam & his, qui Babylone captiui erant, conducibilia sunt & nobis accommodata. Etenim illos Spiritus Sancti gratia, ne diuinæ domus destitutionem despiciant, edocuit: & nos instruimur domus Deo consecratas semper concupiscere.

f *Quia misericordiã* Cassiodo. Ideo in domo Dei malo esse quàm alibi, quia in ea dat misericordiam, qua iustificat, post veritatẽ promissi præmij. Sed quibus? his qui ambulant innocentia. † Quoniã E

g *Dominus nõ priuabit bonis eos, qui ambulat, &c.* ✠ Evthym. Quidam per figuram hyperbatõ construũt hunc versiculum, videlicet, *dominus dabit gratiam & gloriam iis, qui ambulant in innocentia*: deinde dominus priuabit eos cælestibus bonis, & quia Græca lectio indifferentem continet constructionem, (habetur in Græco κύριος δὲ οὐ στερήσει τὰ ἀγαθὰ τοῖς πορευομένοις ἐν ἀκακίᾳ, quod adliteram dicere possumus, *Dominus non priuabit bona iis, qui ambulant in innocentia.*) dic quòd dictio, priuabit, sic posita, accipitur pro prohibebit; quidam verò dicunt casus in constructione fuisse immutatos, & positum, non priuabit bona iis, qui ambulant in innocentia, pro, non priuabit eos bonis; *innocentiam* autem hoc in loco pro abstinentia vitiorum posuit: considera etiam ne fortassis verbum στερῶ, hoc est, verbum priuo, eodem modo construatur, quo verbum aufero, quod aliquando cum datiuo iungitur & accusatiuo, veluti, aufero tibi eam rem, sicuti reperimus apud Aristidem, abstulit ei ægritudinem; item apud Philostratum, cùm fortuna ei magnum præmium abstulisset. F

h *Domine virtutum, beatus homo qui sperat, &c.* Qui tanta facis, quæ dici non possunt.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In Sion. *cælesti, de qua dicitur, Hebræ.12.f.* Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cęlestem, & multorum milium angelorum frequentiam.

2 Domine Deus. *Hic consequenter ponitur deprecatio pro auxilio diuino impetrando ad hanc beatitudinem consequendam: primò Psalmista deprecationem istam prosequitur; secundo ad commendationem supernæ beatitudinis reuertitur, ibi,* Quia melior est. *Circa primum dicit Psalmista in persona fidelium,* Domi. Deus. *id est angelorum, vt frequenter dictum est.*

3 Exaudi orationem meam, *Perducendo ad beatitudinem:*

4 Auribus percipe, *Ostendendo per effectum.*

5 Deus Iacob, *Quod dicitur eo, quia fecit Deo speciale votum, vt dictum est supra 80.*

6 Protector noster, *Contra insultus dæmonum.*

7 Aspice Deus, *Preces nostras acceptando, sicut dicitur Genes.4.a.* Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius.

8 Et respice, &c. *Illi qui exponunt psalmum istum de desiderio existentiũ in captiuitate Babylonica, ad templum reędificandum, exponunt hoc de Zorobabel, et aliqui aliy de Nehemia sacerdote: sed vtrunque infringitur, Tũ quia Zorobabel non fuit rex nec per consequens inunctus, vnde posset dici Christus; Similiter Nehemias nõ fuit sacerdos summus, qui solus consecrabatur per inunctionem propriè dictam, sicut declaratum fuit Leui.4. Tum quia, secundum Hebræos, Indæi non habuerunt aliquam vnctionem regum, vel pontificũ post captiuitatem Babylonicã: propter quod etiã Rg.Sa. exponit hoc de Dauid, vt sit sensus, quod oratio populi reuersi de captiuitate sit exaudibilis per merita eius, sicut Moyses in sua oratione allegabat merita patrũ Abrahæ, Isaac, & Iacob Exo.32. Sed quia sicut dictum est psal. iste non potest conuenienter exponi ad literam de statu populi Israel inter captiuitatem Babylonicam & aduentũ Christi, ideo melius exponitur de Iesu Nazareno, qui est verè Christus antonomasticè dictus, quia per eius meritũ omnes orationes ecclesię habent effectum, propter quod in omnibus orationibus ecclesiæ ponitur in fine,* Per dominum nostrum Iesum Christum, *etc. vel aliquid simile.*

9 Quia melior est. *Hic reuertitur Psal. ad ostendendum excellentiam supernæ beatitudinis: propter quod est summè desiderabilis, dicens,* Quia me. est dies vna in a.tuis. *id est, in cælestibus consortijs, vt prædictum est suprà.*

10 Super milia, *scilicet, bonorum dierum, quæ possent haberi in præsenti vita; ideo,*

11 Elegi abiectus esse, *id est, in humilitate viuere, sine qua ad illam beatitudinem non potest peruenire, secundum dictum saluatoris, Luc.18.d.* Quicunque non receperit regnum Dei, vt puer, non introibit in illud, *id est, per humilitatem, vt puer parunlus.*

12 In do. Dei mei. *id est, in ecclesia militante, quæ est domus Dei inferior, sicut ecclesia triumphans est domus Dei superior.*

13 Magis quàm habi. in taber. pec. &c. *in excellentijs superborum, quia superbia includitur in omni peccato mortali, per quod homo subtrahit se à debita obedientia Dei.*

14 Quia misericordiam & veritatem, *Id est, iustitiam,*

15 Diligit Deus, *Propter quod se concomitantur in operibus diuinis.*

16 Gratiam, *In præsenti:* 17 Et gloriam, *In futuro,*

18 Dabit dominus, *Verè humilibus, propter quod dicitur. Pro.29.d.* Humilem spiritu suscipiet gloria, *& Iac.4. dicitur:* Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

19 Non priuabit bonis, *scilicet, gratię & glorię,*

20 Eos qui am. in innocentia: *Licet frequenter priuentur in præsenti bonis temporalibus; propter hoc concluditur in fine,*

21 Beatus ho. qui sperat in te, *Per spem formatam charitate; & non in bonis transitorijs & caducis,*

ADDI.

---

a ¶ Cognitione horum gaudiorum redit ad suspiria; videns vbi adhuc sit & dicit. ¶ Videbitur Deus in Sion. Et vt videam. O domine Deus dator illarum virtutum, quibus ascenditur ad te: vel, Deus cęlestium virtutum, id est, angelorum, quibus me sociari cupio. b ¶ Vt illis me socies.

a in Sion. Domine Deus virtutum exaudi † orationem meam,

a ¶ Vt in lucta me iuues, sicut iuuisti Iacob. b ¶ Vmbra alarum tuarum. c ¶ Genus humanum protege, & hoc per Christum.

auribus percipe Deus Iacob * . † Protector noster, aspice

a ¶ Si non propter nos, saltem, quia sumus conformes imaginis filij tui. b ¶ Ideo oro. c ¶ Sine ortu vel occasu.

Deus, respice in faciem Christi tui. † Quia melior est dies

a ¶ Hæc sunt ad quæ suspirat. b ¶ Dierum quæ desiderant homines. c ¶ Humilis, ¶ In valle lachrymarum inuenit humilitatem, qua ascendit. d ¶ Non est ita, vel mea vel in infimo loco, vnde vocetur superius.

e vna in atriis tuis super milia. Elegi † abiectus esse in domo

a ¶ Quam esse potens inter peccatores. b ¶ Gloria seculi.

Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis † peccatorum.

a ¶ Qua prius subuenit & indulget. b ¶ Qua postea coronat. c ¶ Vt credenti det, quæ promisit. ¶ Hic. ¶ Vnde Gratia Dei sum id quod sum. d ¶ Et.

f Quia † misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam &

a ¶ Ibi. ¶ Vnde Supereſt corona iustitiæ. b ¶ Sed quibus dabit? his, qui ambulant in innocentia. Et hoc est. c ¶ Cur ergo pro nobis terrenis deseritur innocentia? quid lucratur, qui damnificatur? habet lucrum auri perdit innocentiam.

g gloriam dabit dominus. Non † priuabit bonis † eos, qui am-

a ¶ Ergo. ¶ Quid ergo restat nobis in tempore pressuræ, vt illic perueniamus? Sperare in domino. b ¶ Qui spem ponit in æternis non occiduis; paucis verba omnia concludit

h bulant in † innocentia, domine * virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

† sol & scutum dominus

† auertat bonum eis

† perfectione.

* Sela suprà psal. 3. † Clypeus

† Quoniã

† esse in limine

† impietatis

† ambulantes

* Deus

ADDITIO I.

☞ *In psal.* 83. Quam dilecta, *vbi dicitur in postil.* Concupiscit, & deficit anima mea.

Quidā exponunt hæc verba, scilicet, concupiscit et deficit anima mea, aliter sic, scilicet, vt anima ex vehementia concupiscentiæ seu desiderij tendendi in Deum perfectè (quod quidem desiderium in hac vita nō cōpletur. (Defecit. 1. *affligitur eo modo quo dicitur,* Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes, Quando consolaberis me; *cuius ratio est, quia* spes, quæ differtur, affligit animam, *Prouer. 13. b. Et hæc sententia videtur magis consona litera, in qua nulla fit mentio de cognitione, sed solum de affectu & defectu, qui propriè intelligantur, cum dicitur,* Concupiscit & deficit modo prædicto, *neque contra hoc est, quod sequitur,* Cor meum & caro mea exultauerunt, &c. *quia cum gaudio charitatis fiat languor dilationis, iuxta illud Cantico. 2. b.* Amore langueo, &c.

ADDITIO II.

In eodem psal. vbi dicitur in postil. Consequenter ostendit, quòd beatitudo superna quietat hominis appetitum.

Hæc ratio, quam postil. assignat ad ostendendum, quòd beatitudo superna quietat hominis appetitū, sumpta ex hoc, quod passer et bruta animalia inueniunt locum ad quiescendum; non videtur habere efficaciam, quia multi etiam philosophorum posuerūt finem vltimum in corporalibus delectationibus, secundum quos etiam rationalis creatura in talibus quietatur, vt in 1. Ethicor. Vnde propter planū intellectū huius versus, scilicet, Et enim passer, *etc. quidam exponunt totum illud, quod legitur à principio psal. scilicet:* Quam dilecta tabernacula tua, *vsque ibi,* Beati qui habitant, *exclusiue; de tabernaculis manufactis, scilicet, materialibus, in quibus Deus colebatur, & vbi arca testamenti residebat, ad quæ tabernacula deuoti in remotis agentes, maximè per desiderium, tendebāt: vnde & Dauid eum ab arca domini et eius tabernaculo habuisset separari, dixit,* Si inuenero gratiam in oculis domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum. 2. *Reg.* 15. *f. vnde in persona cuiuslibet taliū Psal. dicebat,* Quam dilecta tabernacula tua, &c. *similiter &,* Concupiscit & deficit anima mea, &c. *Maximè enim desiderabant iusti iuxta talia tabernacula collocari, vt ad Dei cultum manciparētur: Secundum quam sensum intelligendum est, quod dicitur,* Et enim, passer inuenit sibi domū, *etc. eo modo quo saluator dicit Luc. 9. g.* Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autē hominis nō habet vbi caput suum reponat, &c. *q. d. Psalmista. Passeres quandoque nidificāt in templo Dei, & vbi sunt eius altaria, vbi ego collocari, seu habitare desidero; Et secundum hanc expositionē congruentius cōtinuatur litera, qua dicit,* Et turtur nidū, vbi reponat pullos suos *cum hoc quod sequitur immediate,* Altaria tua domine virtutū: *quàm secundū expositionē posti. est enim sensus talis,* Etenim passer inuenit sibi domū: & turtur nidū iuxta altaria tua, domine virtutū: *vbi ego desidero cohabitare. Et nota, quòd vbi translatio nostra habet* turtur, *Hebraica veritas habet* hirūdo: *quod magis cōsonat huic expositioni, cū hirūdo cōmuniter in magnis ędificijs cōsueuit nidificare. Quod autē sequitur,* Beati qui habitant in domo tua: *intelligitur de domo cælesti, prout postil. exponit, vnde conuenienter Psal. fecit mentionē primo de desiderio iustorū ad tabernacula manufacta propter cultū Dei ibidem exhibendum, vt ex hoc magis ostenderetur vehementia desiderij ipsorū ad habitandū in domo cęlesti, vbi beatificātur: de quo dicit,* Beati qui habitant in domo tua, *quasi diceret: tabernacula tua, scilicet, huius ecclesię militantis, sunt tam dilecta, quòd in eis* cor & caro exultāt in Deū; *Sed hæc exultatio est imperfecta, propter quod inducit exemplū, dicens, Sicut* passer inuenit sibi pomum, *etc. ad insinuandū, quòd hæc exultatio quodāmodo est brutalis, in cōparatione cęlestis exultationis: eo, quòd non beatificat, nec participat æternitatem: quę tamē duo facit habitatio in domo cælesti. Primum ostendit, cum dicit,* Beati qui habitant in domo tua, *Secundum, cum dicit,* In secula seculorum laudabunt te.

Consequenter dicit, Beatus vir cuius est auxilium à te: *vbi ostendit, quomodo habitatio domus cęlestis in qua homo æternaliter beatificatur, haberi possit: & exponatur totum sicut in Postilla, excepto, quòd in hoc loco translatio nostra in quibusdam deuiat ab Hebraica veritate; nā vbi nos habemus,* Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarū in loco quē posuit; *Hebraica veritas sic habet,* Semitæ in cordibus suis trāseuntes in valle lachrymarū fontē posuerunt eū. Etenim benedictiones, &c. *Cui sensui ad propositum talis esse videtur: scilicet, quòd vir ille, qui est beatus in spe, eo, quòd habeat auxilium diuinum ad hoc, vt in beatitudinem tendat, habet semitas suas in corde suo, scilicet, tendendi in beatitudinem, ad quam non per latam viam, sed per strictam, quæ semita est, homo deducitur: Matt. 7. Et mutatur singulare in plurare, prout frequenter in scripturis contingit.*

Consequenter ostendit, quę sunt istę semitę, in quibus homo habet auxilium diuinum, vt in veram beatitudinem tendat, & hoc cum dicit: Transeuntes in valle, lachrymarum fontem posuerunt eum. *Pro quo sciendum: quòd Christus, qui veras semitas tendendi in beatitudinem hominibus ostendit (de quibus semitis Isa. 2. a.* Ambulauimus in semitis suis,) *præcipuè & succinctè hoc legitur ostendisse Marc. 16. d. cum apostolis præcepit:* Euntes in mundum vniuersum, &c. Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. *Transeuntes igitur Apostoli de mandato Christi,* In valle lachrymarum, *scilicet, in vniuersū mundum,* Fontē, *scilicet, baptismū,* Posuerunt, eum *scilicet, auxilium diuinum, de quo prius dixerat; qui quidem fons, scilicet, baptismus, propriè præstat auxilium diuinum tendendi in beatitudinem cū verbi Christi, quæ sunt forma sacramenti: de qua dicit,* Etenim benedictionem dabit legislator; *Et nota, quòd vbi nos habemus* benedictionē *in singulari, Hebraica veritas habet* benedictiones *in plurali. Quod potest intelligi de alijs sacramentis, in quibus benedictio Christi, scilicet, gratia à Christo derivata angetur, seu confertur. Item vt ostenderet, quòd ille fons baptismalis habet efficaciam instrumentaliter ad tendendum in beatitudinem, præsuppositā tamen fide rectā, prout in verbis Saluatoris prædictis ostenditur: idcirco antequam dixisset Psalmista,* Fontem posuerunt eum, *præmisit,* Semitæ in cordibus suis. *Fides enim formata propriā sunt semita tendendi in diuinam cognitionem & amorem, etc.*

ADDITIO III.

In eo Psal. vbi dicitur in Postil. In secula seculorum laudabunt te. In Hebræo habetur Celas. Cela.

Hæc dictio Cela, *licet secundum aliquos Hebræorū doctores minus sentientes, significat perpetuitatem: secundū tamen doctores Hebraicos in eadem lingua magis eruditos, & secundum doctores nostros hoc non significatur. Primum patet, nam Rabbi Abenhazra supra psal. 3. f.* Domine quid multiplicati, &c. *dicit, quòd hęc dictio* Cela *nihil significat, sed ponitur in quibusdam locis ad supplendum modulamen cantus: ad quod duas rationes inducit:*

Prima est, quòd hæc dictio, scilicet, Cela *non inuenitur in tota sacra scriptura veteris Testamenti, nisi solū in Psalterio: quod ordinatū fuit, vt cantaretur; Similiter in cantico Habacuc, quod est per modū psalmi: & hoc est verum. Exquod sequitur, quòd si perpetuitatem significasset, cum in plurimis locis scriptura intentio perpetuitatis habetur: quòd ibidem aliquando hęc dictio* Cela *interponeretur.*

Secunda ratio est: quia hęc dictio Cela ponitur sæpe in psalterio, & in prędicto cantico Habacuc: vbi nullo modo significat perpetuitatem, seu sempiternitatem: vnde suprà in psal. Exultate Deo, *vbi translatio nostra dicit,* Probaui te apud aquam contradictionis, *in Hebræo superadditur* Cela: *similiter Habacuc. 3. a. vbi dicitur;* Deus ab austro veniet, & sanctus à monte Pharan, *superadditur in Hebraico* Cela *Sed constat, quod probatio apud aquam contradictionis non fuit perpetua; Similiter nec aduētus Dei de monte Pharan: et sic inuenitur in alijs locis, vbi nulla perpetuitas habet locum. Hierō. etiam videtur esse istius opinionis: quod patet ex hoc, Nam nūquam inuenitur, quòd ipse trāstulisset istam dictionem Cela, sed semper dimisit eam, ac si non esset ibi posita, sicut patet in hoc psalmo. Nā vbi dicitur,* Auribus percipe Deus Iacob, *superadditur in Hebraico* Cela: *in cuius loco nihil posuit; & sic fecit per totum Psalterium: vnde manifestum est, quod apposuit in hoc loco* semper *hoc fecit præter mentem Hieronymi: cum in nullo alio loco inueniatur hanc dictionem Cela transtulisse. Secundum verò glossam nostram hæc dictio Cela, significat* diapsalma: *vbicunque enim in Psalterio* cela *ponitur, licet Hieronymus nihil loco eius ponat, glossa nostra ponat ibi* diapsalma *quod significat secundum Catholicon requiem distinctæ continuationis, scilicet, pausationem.*

Cassiod. autem dicit, quòd diapsalma vbicunque repetitum fuerit, fit per quandam sonorum mutationem. Patet igitur, quòd secūdum hos doctores, Cela *non dicit perpetuitatem: vnde, quòd in translatione nostra dicitur in hoc versu,* In secula seculorum laudabunt te: *non habetur ex hac dictione* Cela *sed ex alia dictione, quę ponitur in Hebræo, scilicet,* Od, *quod communiter significat vltra, & quandoque perpetuitatem: & in psalmo* 95. Dominus regnauit in seculum & vltra.

ADDITIO IIII.

In eo. psal. Quam dilecta. *vbi dicitur in Postilla.* Quia misericordiam & veritatem.

Vbi translatio nostra habet, Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: *Hebraica veritas sic dicit,* Quia sol & scutum seu protector est Deus. *Et nulla verba ponuntur ibi æquiuoca, ex quibus ista varietas posset oriri. Sensus autem horum verborum iuxta Hebraicam veritatem talis videtur esse: dicturus enim Psal.* Gratiam & gloriam dabit dominus, *præmisit quomodo Deus hoc dat. Pro quo sciendum, quòd cum aliqua forma introducitur ab agente de nouo in aliquo: quandoque post introductionem formę non est necessaria actio agētis ad illius formæ conseruationem. Sicut cum ignis introducit formam ignis in aliquo subiecto. Quandoque tamen est necessarius continuus influxus agentis in subiecto, etiam post introductionem formę, ad ipsius formę cōseruationem: sicut fit in illuminatione. Corpus enim luminosum, non solum introducit in aere disposito formam luminis de nouo, sed etiam requiritur eius influxus continuus ad conseruationem illius formæ introductæ: sic quòd cessante tali influxu statim cessat illa illuminatio. Et isto modo dominus* dat gratiam & gloriam, *scilicet, quòd non solum eam infundit,*

infundit, sed etiam per influxum continuum quãdiu durat eam conseruat. Cuius ratio est, quia gratia (secundũ Aug. in libro de natura et gratia) est quadam lux animæ, Similiter et gloria, quę est gratia cõsummata secundum eundem, et quia nulla lux inter corporalia luce solis est lucidior, idcirco comparat Deum in conferendo gratiam et gloriam soli, non habeus aliquod lumen sensibile altius cui ista comparārentur. Cõsequenter quia constitutus secundum statum præsentis vitæ adhuc indiget, vt eum auxilium diuinum protegat contra tentationum impulsus, vt in gratia perseueret vsque ad finẽ vitę, prout etiam Aug. dicit in li. de perseuerantia, idcirco Psalmista vocat Deum protectorẽ seu scutum, respectu eorum, qui in gratia constituati, per illuminationem diuinam & per eius protectionem in eadem perseuerant vsque ad gloriæ consecutionem.

REPLICA.

In Psal. Quam dilecta. *Cum Postil. ex litera illa.* Etenim passer inuenit sibi domum, &c. *ostendit quod beatitudo superna quietat hominis desiderium facieus talem rationem: Si animalia bruta Dei prouidentia inueniunt sui appetitus quietationem, multo amplius rationabilia. Quam deductionem Burgen. dicit non habere efficaciam, quia multi philosophi posuerunt beatitudinem in corporalibus delectationibus. Ecce quam efficaciter Bur. efficacem rationem Postil. vult infirmare. Efficacia enim rationis postillatoris fundatur super regula quæ à nullo docto negatur, videlicet, Si illud quod minus videtur inesse inest & id quod magis. Id autem quod infert ex consequenti: sola beatitudo superna quietat appetitum rationabile: hoc probat beatus Aug. in li. confess. d.* Inquietum est cor meum Deus donec quiescat in te. *Illud autem quod Burg. contra illam subsumptionem adducit de philosophis, error est, non igitur valet factum Philosophorum. Illi enim loquūtur de quietatione irrationabilis appetitus, quia bestialis. Si enim nulla ratio adesset, experientia docuisset in nulla re causata & finita rationabilem appetitum quietari. Super fundamento igitur erroneo. Burg. fundat aliam illius desiderij, de quo hic sermo, quietationẽ, sed erroneam. Secundum falsum quod dicit Burg. est quod videlicet totum principium psal. exponatur de tabernaculis manu factis, ad quę deuoti sic afficiūtur, sicut hic dicit: Et si secundum Iudaismum haberet huiusmodi expositio colorem, tamen secundum euangeliũ sapit errorem, quia dicitur Iob iv. c.* Venit hora quando neque in Ierosolymis, neque in monte hoc adorabitis patrem, sed veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. *Cuius enim appetitus ex vehementia deficeret in re manu facta, nisi accipiendo signum pro signato, vt si affecto Christi sepulchrũ, verius Christum sepultum, prout beatus Ambro. dicit in sermone paschali, Quid inquit quasierũt mulieres in sepulchro nisi Iesũ? Quid vos quaritis in ecclesia nisi Saluatorẽ? Manufacta enim omnia plus deficiũt appetitui rationabili quã appetitus rationalis tabernaculis manufactis.*

Imò & secundum euangelium iucundissimum debet esse cuiuis fideli in ecclesia cultui diuino assistere.

Psal. lxxxiv.

a ¶ Christum, per quem fit benedictio. b ¶ i. nobis cantatur. c ¶ Dirigens nos.

A a Benedixisti do. Avgv. Psalmus de nouabenedictione per Christũ. Monet per fidem ad

B Christum accedere, vt habeatur benedictio. Psal. tertius de primo aduentu, per b quem fit benedictio omnium gentiũ, quæ per peccatum Adæ maledictioni subiacebant. Primo de

C auersione iniquitatis.

† Beneplacitũ habes domine in terra tua.

* Sela.

b *Remisisti.* Avg. Futura dicit vt præterita.

Remisisti iniquitat. &c. ✠ Evthymivs. Hunc populum propheta alibi in psalmo beatum appellat, dicens. *Beati quorum remissę*

In finẽm filiis Chore Psalmus LXXXIV.

a ¶ Olim maledixeras per Adam. ¶ Secundum Christum, per quem fit benedictio.

† Benedixisti domine terram tuam, 1

a ¶ Et per eum. b ¶ Quia lex membrorum captiuat homines. Quia sub diabolo erat. c ¶ Noui populi. d ¶ Ne regnet peccatum in hoc mortali corpore. ¶ Cassiod. Si auertit, quod dedit veniam.

auertisti captiuitatem Iacob. Remisisti 2

a ¶ Quæ tenebat captiuos. b ¶ Per baptismum. ¶ Ne videres, id est, punires.

iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum. 4

a ¶ Benedixisti remi. ope. & sic. b ¶ Quæ hic. c ¶ Penitus in iudicio. Id est, auertes. ¶ Nos. d ¶ Quæ venit ex indignatione.

*† Mitigasti omnẽ irã tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ. 5

missę sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata, remisit enim nobis per pœnitentiam nostras iniquitates, & sacris baptismi aquis peccata nostra cõtexit. Hebræi vero dicunt quod remisit Deus iniquitates, ob quas acti fuerant in captiuitatẽ, & quod operuit eorũ peccata in profundo veritatis. Populus autẽ domini non solùm antiquus ille Israeliticus populus appellatur, iuxta rationem redditam in psalmo 80. sed etiam nouus Christianorum, &c.

D E F

† Abstulisti, sedasti cõtinuisti.

c *Mitigasti.* Cass. Diapsalma, de auersione irę, id est, pœnæ.

☞ Con-

NICOLAVS DE LIRA. CAP. LXXXIV.

Benedixisti domine terram. *Huic Psal. præmittitur talis titu. in Heb.* Ad victoriam filiorum Chore Psalm. *Et in translatione Hiero.* Victorum filiorum Chore canticum: *& est eadem sententia vtrobique, quæ satis patet ex supradictis, De materia vero huius Ps. dicunt Hebręi communiter, quod sicut præcedens loquitur secundũ opinionem eorum de desiderio redeundi de captiuitate Babylonica ad reędificandum templum: sic iste Psal. est gratiarum actio pro sua reuersione & pro bono & pacifico statu terrę eius collato, sed sicut non sum secutus eorum dictum in præcedenti psal. sic non videtur mihi sequendum in isto, saltem in toto, quia post reditum captiuitatis Babylonicę non legitur populus Israel tantam pacem & prosperitatem habuisse vsque ad aduentum Christi, quod ad hoc possit conuenienter applicari illud quod infrà dicitur,* Conuerte nos Deus salutaris noster, &c. *vsque ad finem Psalmi, vt videbitur prosequendo, imo populus de captiuitate Babylonica reuersus, fuit frequenter prohibitus ab ędificatione templi j. Esdrę. iij. & in reędificatione muri ciuitatis multipliciter afflictus et impeditus propter quod* vna manu faciebãt opus, & altera tenebant gladiũ *ad se defendendũ ab hostibus irruentibus, Neemię. iv. Item populus reuersus de captiuitate semper seruiuit sub tributo: primo regibus Persarum, postea Grecorum, sicut patet ex libris Esdrę, Neemię, Machabęorum, & ex historia Iosephi in libro antiquitatũ, & hoc vsque ad tempus Iudę Machabæi & fratrum suorum, qui ad tempus liberauerunt populũ de manu Antiochi illustris, nec tunc etiam populus habuit magnam pacem, quia Iudas Machabæus & fratres sui in defensione populi fuerunt successiuè interfecti. Propter quod videtur mihi, saluo meliori iudicio, quod Psalmus iste non tam est gratiarũ actio pro reditu captiuitatis Babylonicę, quàm prophetia de liberatione perfecta per Christum fienda. Ad cuius intellectum sciendum, quod liberatio à Babylonica captiuitate fuit figura liberationis per Christum fiendæ: & ideo Psalmista in hoc psal. fecit mentionem de vtraque, vt ostenderet correspondentiam figurati & figurę. Et ideo Psal. iste diuiditur in tres partes, quia primò ponitur gratiarũ actio pro liberatione temporali per Cyrũ, Secũdo deprecatio pro liberatione spirituali fienda per Christũ, ibi,* Conuerte nos Deus. *Tertio pronuntiatio ore prophetali circa Christi ministeriũ, ibi.* Audiã quid loqua. *Circa primum dicitur in persona populi de Babylone reuersi.*

1 Benedixi. domine terram tuam. *i. Iudæam: cuius metropolis. s.* Ierusalem fuit electa à Deo, vt poneret nomen suum ibi. *ij. Para. vj. Quam dicitur Deus benedixisse, quando reduxit populum de captiuitate vt ibi Deo seruiret: ideo subditur,*

2 Auertisti captiuita. Iacob. *id est populi descendentis à Iacob.*

3 Remisisti iniquitatem plebis tuæ, *propter quam fuerat captiuata in Babylone.*

4 Operuisti omnia pec. eo. *i. non vis ea amplius videre ad puniẽdum: Et loquitur de peccatis præteritis, propter quę populus fuerat ductus in captiuitatem Babylonis.*

5 Mitigasti omnem iram tuam, auertisti. *quia relaxatio pœnæ signũ est mitigationis iræ.*

☞ Con-

MORALITER.

† 1 *Benedixisti domine ter. tuam, &c.* Psal. iste literaliter loquitur de reuersione Iudæorũ de captiuitate Babylonica, Moraliter autem potest exponi de reuersione peccatorum de seruitute diabolica, scilicet diabolorum. In qua detinentur per mortalem culpam, & indeliberantur per veram pœnitẽtiam, & perfectam, per quam recuperatur benedictio gratiæ diuinæ, de quo regratiatur ecclesia Deo pro filijs dicens, *Benedixisti domine terram tu.* id est, hominem de terra formatum.

2 *Auer-*

2 *Auertisti captiuitatem Iacob.* id est, hominis per veram pœnitentiam dæmonem supplantantis.

3 *Remisisti iniquitatem plebis tuæ,* quantum ad culpam.

4 *Operuisti omnia peccata eorum,* dando eis charitatem. Prouerbiorum. x. b. *Vniuersa delicta operit charitas.*

5 *Mitigasti omnem iram tuam, &c.* commutando pœnam æternam in temporalem. Sed quoniam adhuc talis non est plene liberatus, quia remanet reatus pœnæ, & sequela culpæ, quæ est pronitas ad malum, & difficultas ad bonum, subditur.

† Con-

a *Conuer. nos.* Petit quod adhuc futurum sciebat. Quasi, quod dixi vt præteritum, oro vt fiat.

A Avg. *Conuerte nos.* Prophetice dixit futura, vt præterita, hic autē orat vt verè futura, dicens, Conuerte & auerte. q.d. dixi quasi facta Et quia video futura, & quia non sunt, oro, vt fiant.

b *Nunquid in æter.* Præuidet iste hanc pœnam transituram.

† domine sanitarum nostratum. *Quia sicut in Adam omnes moriuntur ita et in Christo omnes viuificabuntur.*

† Non.

c *Irascéris.* Avg Ira Dei est omnis pœna, quam patitur. Sicut dictum est Adā quādo peccauit, *Maledicta terra in opere tuo, & in labore et fu. vultus tui vesceris pane tuo.* De ira ergo mortales sumus & passibiles: sed innouati in Christo.

B

C

d *A generatione.* Avg. Prima generatio fuit mortalis de ira, erit altera immortalis de misericordia: Sed nec hanc misericordiam meremur conuersi per nos ad Deum, ipse enim nos conuertit. Et inde subdit, *Deus conuertens,* quasi, ficut viuificatio est à te, ita & conuersio.

e *Deus tu con.* Cas. Non extendens, sed Deus cōuertens. Prius dat votum conuersionis, post ad vitam ducit. Vel, Deus tu conuersus ab ira in aduentu filij.

f *Viuificabis nos,* tanto tempore antequam habeatur, Et tunc, *Plebs tua lętabitur in te,* quæ prius in se male lætabitur.

g *Ostēn. nobis do.* Avg. Hoc orando prædixit propheta, sed iam factum est. Sunt tamen multi, qui nolunt sanari, vt videant misericordiam ostensam. Sed quomodo cæci videbunt etiam ostensam? Bene si velint, quia ipsa lux est salutare, sanat enim oculos interiores, vt videri possit ostensa misericordia, vel lux quæ est, Christus: Ipse enim dicit, *Qui diligit me, mādata mea custodit & ego diligā eum, & ostendam illi meipsum.* Sed nonne illi videbant eum, quibus loquebatur, quomodo dicit, *Ostēdam meipsum illi?* Sed caro carnem Christi videbat, diuinitatem caro non videbat. Ad hoc autē caro carnē vidit, vt per fidē cor mūdaretur, vnde Deū videreretur: vnde dicitur, *Fide mūdās corda eorum.* Et illud, *Beati mundo corde, quoniā ipsi Deo videbunt.*

D

Ioh. 14. b.

† Restituē. † cessare fac. † irascaris. † neque extendas. † nonne.

E

Act. 15. b. Matt. 5. c.

Cas. *Ostende.* Vel petit iste sibi spiritualiter tantū Christum ostendi, sciebat eum quidem futurum, sed petit vt puro corde intueamur, non corporeis oculis vt in fideles: Iudæi enim viderunt & crucifixerunt. Et in futuro, *Salutare tuum da nobis.i.* Christum amplectendum & possidendum, vt non tollatur à nobis, & sic legitur partim de præsenti, & partim de futuro.

- in me.

F

† non reuertētur ad stultitiam.

h *Misericordiam.* Avg. Christus dicitur misericordia, quia ostendit nobis misericordiam, docens, quidquid boni habet homo ex Deo esse, & sic homo non superbit. Sed sic hærens & fruens Deo lætatur in eo.

i *Audiam quid loquatur in me domin.* Cas. vnde scit, & per quē fiat, & quid præstet ipse veniens.

k *Pacē.* Avg. Christum. Pacē ad Deū, & proximū, & per Christū.

☞ *Prope*

a ¶ Quod dixit fiat. ¶ A vitijs. b ¶ Sic.

a ✝ Cōuerte nos ✝ Deus salutaris noster, ēt ✝ auerte iram

a ¶ Enim.

b tuam à nobis. ✝ Nūnquid in æternum ✝ irascéris nobis, ✝ aut

a ¶ Quæ ab Adam vsque ad Christum. b ¶ Quæ sub gratia baptismi in tempore filij. c ¶ Sed.

c extendes iram tuam à gēneratione in generatiōnem? ✝ Deus

a ¶ Vel tens. b ¶ Tunc. c ¶ Male lætatur quis in alia re, malo ergo suo lætabatur in se, bono suo lętabitur in te.

d e tu cōuersus viuificabis nos, & plēbs tua lętabitur in tē. O-

a ¶ Vt hoc fiat.

f g stēnde nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum

a ¶ Aug. Auersus à strepitu mundi, qui inquietat foris. b ¶ Intus. c ¶ Vnde hoc confidis quod precaris. c ¶ Spiritussanctus.

h i da nobis. Audiam quid loquatur in mē dominus Deus, quo-

a ¶ Æternam. b ¶ Cui nil aduersi est, quæ non hic: vnde, Qui posuit fines tuos pacem. c ¶ Iudaicam. d ¶ Hęc est sua plebs.

k niam loquetur pācem in plebēm suā. Et super sanctos suos ēt ✝ in eos qui cōuertuntur ad cōr. Verūn-

a ¶ De omni gente. b ¶ Vel conuertunt corda ad ipsum, non ad alium, vel ad aliud. c ¶ Quia ratione recesserant. d ¶ Pacem super omnes loquitur, tamen ex Sion species deco. eus. Et hoc est.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Conuerte nos Deus salutaris noster. *Hic consequenter ponitur deprecatio pro liberatione spirituali, quæ fienda erat per Christū, cum dicitur,* Conuerte nos Deus salutaris noster, *ad te clarius cognoscendum, & perfectius amandum: quod factum est per doctrinam Christi, quę figuras & obscuritates veteris Testamenti explanauit, & rigorem eius temperauit, propter quod dicitur lex amoris, vetus autem Testamentum lex timoris.*

2 Et auerte iram tuam à nobis, *quod factum est per Christi satisfactionem. Vsque enim ad illam omnes, quantuncunque iusti, descendebāt ad infernum: & sic ira Dei non fuit totaliter auersa.*

3 Nunquid in æternum irascéris nobis? *quasi diceret, non, cum parcere & misereri sit tibi proprium.*

4 Aut extendes iram tuam à gen. *sibi semper succedentibus: quasi diceret, non, quia aduentus Christi fuit promissus infra certum tempus, vt habetur Danie. ix. per hebdomadas ab eo prædictas. Et Aggęi secundo. b. dicitur.* Adhuc vnū modicum, &c. *Et subditur,* Et veniet desideratus cūctis gētibus, *quod exponitur de Christo ab Hebręis doctoribus, & Latinis.* 5 Deus tu conuersus. *ad nos per benedictā incarnationem.* 6 Viuificabis nos. *per tuam gratiam Iob. j. b.* Gratia & veritas per Iesum Christū facta est. 7 Et plebs tua lætabitur in te. *Per* plebem *intelligitur populus simplex & communis. In natiuitate vero Christi pastores, qui fuerūt simplices, lętati sunt. Lucæ secundo. c.* Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum, &c. *Similiter quando Christus venit in Ierusalem prope suam passionem receptus fuit à populo communi lętanter, & pueris clamantibus,* Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. *Matthæi vicesimo primo. a.* 8 Ostēde no. d. *In aduentu enim Christi in mūdū fuit visibiliter ostensa Dei misericordia. In punitione enim Adā & diluuio & similibus fuerat ostensa Dei iustitia.* Et salu. & pro, id est.

9 Saluta. t. da. *i. filium tuum. Propter quod Isaias hoc præuidens indixit. 9. b.* Filius datus est nobis, & vocabitur homē eius admirabilis consiliatius, Deus fortis, &c. *Et loquitur de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetię, & sic secunda pars huius versus est expositiua primę, per hoc enim quod Deus pater dedit nobis filium suum in incarnatione, ostendit nobis visibiliter misericordiam suam.*

10 Audiam. *Hic consequenter Psalmista prænunciat dictam deprecationem exaudiendā, & primo prēnunciat incarnationē filij Dei, secūdo modum incarnandi, ibi,* Veritas de terra. *Circa primum dicit,* Audiam. *attente.*

11 Quid loquatur in me do. *per internam reuelationem, et quid sit illud, subdit, dicens.*

12 Quoniam loquetur pa. in ple. *quia ipso nato angeli statim cāntauerunt,* Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis *Lu. ij. b. & dicit,* In plebem suam. *quantum ad populum Israel communem:*

13 Et super sanctos suos. *quantū ad maiores, scilicet doctores et Dei ministros, de quibus multi crediderunt in Christū, vt dicitur Iohan. xij.*

14 Et in eos qui conuertūtur ad cor. *i. veraciter & ex corde conuertuntur ad Christum: quod dicitur propter Gentiles, qui relicta Gentilitate fidem catholicam susceperunt deuōte. In Hebręo & in translatione Hiero. habetur,* Et non cōuertentur ad stultitiā. *i. idololatriā, quæ est maxima stultitia s. attribuere creaturę deitatem, ad quam idololatriam non sunt Gentiles conuersi, vel reuersi post fidem Christi susceptam, imo idololatria cessauit, secūdum quod prædixerat dominus Zac. xiij. a.* In die illa dicit dominus perdam nomina idolorum de terra.

15 Verūtamen prope timētes. *quia Christus non solum præstat salutē his, qui sunt perfectē contriti: sed etiā his, qui sunt attriti, qui dimittunt peccare propter timorē Dei, qui timor licet sit seruilis, saltem quantū ad aliquid, tamen introducit charitatē, sicut seta filum, secundū Aug. prout allegat magister. iij. sen. di. xxxiv. Et ideo dicitur hic, quod est prope timentes, inquantū talis timor de propinquo disponit ad charitatē.*

☞ *Vt in*

MORALITER.

† 1 *Conuerte nos Deus salutaris noster,* à dicta sequela.

2 *Et auerte iram tuam à nobis,* remittendo pœnam.

3 *Nunquid in æternum irascéris nobis aut extendes iram tuam.* q.d. non: quia parcere & misereri est tibi proprium.

5 *Deus tu conuersus viui. nos.* gratiam in nobis augmentando.

7 *Et plebs tua lętabitur.* sentiens diminutionem dictæ sequelæ.

8 *Ostende nobis domine misericordiam tuam,* dando nobis firmam fiduciam de vita beata.

10 *Audiam quid loquatur in me dominus Deus,* per internam cōsolationem.

12 *Quoniam loquetur pacem in ple. suam.* de qua dicitur Lu. ij. b. *In terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

13 *Et super sanctos suos,* Hic accipitur, &, pro, *id est.*

† *Qui conuertuntur ad cor.* ibidem Deum quærentes, tanquam in imagine sua.

15 *Veruntamen prope timentes eum.* scilicet timore filiali, qui charitatem habet annexam.

† Vt in-

a *Prope timentes eum.* AVGVST. Vbique dæmonia colebantur, A timebatur in gente Iudæorum Deus, licet pro terrenis; his ergo 1.Cor.10.c. prope erat, non Gentibus, quæ hæc petebant à diabolo. Licet ergo generalis sit misericordia super omnes: tamen aliquid speciale & proprium in gente Iudæorum factum est, vnde subdit, Vt *in terra*, in qua natus sum (dicit propheta) *habitet gloria*; ibi primo fuit templum, sacrificia Dei, ibi patriarchæ, ibi Christus de eis natus apparuit, ibi misericordia. Vel, his tantũ saluatio, qui dum B stant, videant ne cadant. *Gloria in terra* id est, immortalis in corpore nostro modo mortali.

a ¶ Iudæos qui eum timebant. b ¶ Christus corporaliter.

a tamen prope timẽtes eum salutare ipsius, vt inhabitet glo-

a ¶ In Gentibus, quæ longè. ¶ Vnde, Euangelizauit pacem his qui erant longe, & pacem his qui erant propè. b ¶ In Iudæis, qui propè.
¶ Aug. amant se hæc duo, vt qui facit iusticiam inueniat pacem, non aliter.

b ria in terra nostra. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi,

a ¶ Aug. Hieron. ipse de fœmina natus est, vt iusticia de cœlo prospiceret, id est, iustificarentur homines, sic enim veritas habet, quod pro iustificandis offerret.

c iustitia et pax osculatæ sunt. † Veritas de terra orta est iusti-

a ¶ Cœlorum. b ¶ Proueniet. c ¶ De cœlo iusticia. d ¶ Id est, affectum bonum vt delectet bene agere.

cia de cœlo prospexit. Et enim dominus dabit † benignita-

a ¶ Etiam sic. b ¶ Vel, Maria Christum; vel, nos opera bona. c ¶ Ante principem gladius.

d tem, et terra nostra dabit fructum suum. Iusticia ante † eum

a ¶ Ipse. b ¶ Hieron. Impolluta namque via eius.

e ambulabit, et ponet in viã gressus suos.

b *Misericordia, &c.* AVGVST. Postquam dixit, ex qua nascituros gente; addit, quæ sit præstiturus: *Misericordia*, Quæ in nouo Testamento; *Et veritas*, impletio promissionum in veteri con- Rom.15.c. uenient in Christo; vnde Apostolus: *Dico enim Iesum Christum ministrum, fuisse circuncisionis ad implẽdas promissiones patrum. Gentes autem super*, id est, de *misericordia honorare Deum.* Iusticia & pax cum Deo conuenient in hominibus, sed quomodo? *veritas de* Luc.3.c. *terra orta est.*

✠ EVTHYMIVS. Quidam his vetsiculis connumerari di- C cunt eas virtutes, quæ in Christo conuenerant, veluti *misericordiam & veritatem*: Et *misericordiam* quidem demonstrauit Christus sanando ægrotos; *veritatem* verò docendo & prædicando. Conuenerant etiam in Christo *iustitia & pax*: Ita significatur nobis illis verbis, *Exosculata sunt*; *Iustitia* autem Christi apparuit in rectè iudicando, cùm & prauos redargueret, & virtute præditos homines laudaret; *Pax* verò in mansuetudine ac modestia, verùm, vt altiùs exponamus; *Misericordia* quidem, diuina dici potest Christi natura, quæ potestatem habet dimittendi peccata & sanandi infirmitates; *veritas* autem humana eiusdem natura, quia non inuentus est dolus in ore eius, & quia ipse solus illam hominis dignitatem ac similitudinem verè seruauit, qua ad imaginem Dei factus fuerat; & quia verus homo erat, & non phantasma, vt hæretici quidam dixerunt. Quod igitur ait, *obuiauerunt*, idem est, quod conuenerunt in vnum; hoc est, in vnam vnam personam vnitæ sunt. *Iustitia* item pro diuina accipitur natura: Solus enim Deus iustus iudex est; *Pax* verò pro natura humana, ob ingenuam nimirum ac natiuam eius mansuetudinem. Hæ igitur virtutes mutuò se osculatæ sunt, eò quòd summam inter se vnionem, atque conuenientiam habebant in Christo. D

c *Veritas de terra orta est.* AVGVST. Confessio de homine, vt se accuset, & sic 1 *iustitia prospicit*, vt † publicanus confitens 2 redijt iustificatus; *prospicit iustitia*, quasi 3 4 Deus dicat, parcamus huic, quia sibi 5 6 non parcit; ignoscamus, quia agnoscit 7 8 peccatum suum: *de cœlo* ergo *iustitia pro-* 9 *spexit*, id est, à Deo 10 11 data est iustificatio † 12 confitentis.

† 35.q.10.c. primo. De pœn. dist. c. gratia Dei. † bonum E

† eã præibit.

d *Iustitia ante eum.* AVGVST. Prima hominis iustitia est, vt se puniat malũ, & hæc est via Deo, vt veniat ad Deum; qui sua peccata odit, iam incipit esse Deo similis, qui similiter ea odit: vnde Ioan. *Parate viam domino*, confitendo, pœnitendo. Et Isa. *Ejcite lapides de plateis*, id est, peccata de cordibus vestris, & ipse veniens & visitans ponet in via gressus. Ioan.1.c. Esa.62.d.

e *Ambulabit.* Accrescet, vel præcurret, parans ei viam; & dominus in via parata ponet gressus.

✠ BASILIVS & THEODORETVS. Finis Psalmi manifestò F potissimum edocet nos, præsentem vaticinationem communem omnium gentium salutem præcinere. Dicit enim, dominus iusticia vtens, velut quidam hospitum dux, nostri itineris dux est, virtutis viam terens, & proprijs vestigijs hanc apertam nobis reddens. Confirmat autem ipse dominus hunc sermonem modò quidem Ioanni dicens, *Sine modò, sic enim oportet implere omnem iusti-* Matth.3. *ciam*; modò verò proprijs suis discipulis, *Discite à me, quia mitis* Matth.11. *sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.* Alias verò cùm eorum pedes lauerit, post alia & hæc dixit, *Ego dominus* Ioan.13. *& magister laui pedes vestros, exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum facio, ita & vos faciatis.* Ipse igitur primus iustitiæ viam ingressus, & mutauit obliquam in rectam, & asperam in vias planas, & factus est nobis via, vt inquit ipse dominus, *Ego sum via, veritas, &* Ioan.14. *vita: nemo venit ad patrem nisi per me.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt inhabitet gloria, *Id est, Christus, qui est gloria patris, in quo* verbum caro factum est, & habitauit in nobis, *ideo subditur*, Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. *Ioan.1.b.*

2 Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, *Id est, simul conuenerũt in persona Christi: quia ex Dei misericordia verbum assumpsit carnem, ad complẽdum veritatem promissionis factæ patribus veteris Testamenti de incarnatione filij Dei.*

3 Iusticia & pax osculatæ sunt. *Quia Christus in sua passione satisfecit pro nobis per viam iusticiæ, quã iustitiam statim pax fuit osculata, quia* per suũ sanguinẽ pacificauit ea, quæ sunt in cœlis & in terris *Col.1.c.* 4 Veritas. *Hic consequenter describit modum natiuitatis Christi, quia natus est de virgine, & hoc est quod dicitur*, Veritas, *id est, Christus* (qui dicit de seipso *Ioan.14.a.* Ego sum via, veritas, & vita.)

5 De terra orta est, *Id est, de virgine quæ* terra *vocatur Isa.45.b.* Aperiatur terra & ger. salua. *Illa enim, quæ oriũtur de terra, non oriuntur ex commixtione maris & fœminæ: & sic beata virgo concepit & peperit sine virili consortio. Et propter hoc de isto concepiu, & ortu prædixit Isa.53.a.* Ascendet sicut virgultum coram eo: & sicut radix de terra sitienti, *id est, de virgine non fœcundata semine virili. Et secundum doctores catholicos & Hebræos antiquos cap.53. Isa. loquitur de Christo, vt magis declarabitur ibidem domino concedente.*

6 Et iusticia, &c. *Id est, pater iustus, vel tota trinitas, disposuit vt Dei filius acciperet de virgine carnẽ: vt sic per viã iustitiæ homo verus satisfaceret, sicut primus homo Deum offendit. Consequenter ostenditur, quia virtute beata virgo fuit fœcundata, cum dicitur,* 7 Etenim dom. dab. benig. *Id est, gratia sua plenitudinem, non solum ad sanctificationem mentis virginis, sed etiam quantum ad fœcundationem mentis.*

8 Et terra nostra, &c. *Id est, beata virgo intemerata.*

9 Dabit fructum suum. *Quia in partu virgo permansit, & post partum. Consequenter agitur de Christi præcursore, cùm dicitur,*

10 Iusticia, &c. *Id est, Ioãnes Baptista, qui dicitur* iusticia, *eo quod pœ-* Ioannes *nitentiã prædicauit, per quã sit iusticia de offensis cõmissis, propter quod* Baptista. *dicit Saluator Matt.21.c.* Venit ad vos Ioãnes in via iustitiæ. *Et quia non solũ iusticiã pœnitentiæ prædicauit, sed etiam primo eam tenuit in asperitate vestitus, & parcitate victus, secundũ quod dicitur Mar.3.a. Ioannes habebat* vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, *esca autem eius locusta, & mel syluestre, ideo subditur,* 11 Et ponet in via, *Scilicet, pœnitentia.*

12 Gressus suos. *Vt facilo ostẽderet in seipso, quod alijs prædicaret verbo: sicut de Christo dicitur Act.1.a.* Cœpit Iesus facere, & docere: *contra maliciã sacerdotum & scribarũ, de quibus dicit Saluator Matt.23.a.* Dicunt enim, & non faciunt, *quibus similes sunt, qui virtutum opera prædicant verbo, & destruunt exemplo suo malo.*

MORALITER.

1 *Vt inhabitet glo. in ter. no.* Scilicet pura conscientia, de qua dicit Apost. 2.Cor.1.c. *Gloria nostra hæc est testimoniũ conscientiæ nostræ.*

2 *Misericordia.* Dei præueniens.

† *Et veritas.* Mentis humanæ consentiens:

† *Obuiauerunt sibi*, Id est, simul conuenerunt.

3 *Iusticia & pax osculatæ sunt.* Scilicet, quia pax conscientiæ serenatæ, & iusticia Dei mitigata.

4 *Veritas de terra orta est.* Id est, adæquatio conscientiæ voluntati diuinæ. Et subditur efficiens causa huius concordiæ.

6 *Et iusticia de cœlo prosp.* Id est, Christus, qui non solùm est iustus, sed etiam iusticia in abstracto; Et ex respectu suæ gratiæ facit dictam concordiam, ideò subditur,

7 *Etenim dominus, &c.* In bonis enim operibus, gratiæ beneficiũ semper præuenit liberum arbitrium sicut in terræ fructificatione influentia cœlestis præuenit fructificandi actum.

10 *Iustitia ante eum am.* Id est, Christus viam ostendens.

11 *Et ponet.* Scilicet, homo deuotus.

† *In via.* Procedendi ad patriam.

12 *Gressus suos.* Ambulando de virtute in virtutem.

ADDITIO.

In psalmo 84. Benedixisti. *Vbi dicitur in Postilla.* Ad cuius intellectum sciendum quòd liberatio à Babylonica captiuitate.

Psalmus iste non pertinet in aliquo ad gratiarum actionem pro liberatione de captiuitate Babylonica, quinimmò prout habetur in glo. iste est vnus de principalibus Psalm. qui de aduentu primo Christi tractat. Quod sic patet. Nam prima eius pars, quæ continetur in tribus primis versibus, quam Postillator appropriat redemptioni Babylonicæ, nullo modo videtur rationabiliter posse ei adaptari: Tum quia hoc quod dicitur, Auertisti captiuitatem Iacob, *nõ potest de illa liberatione intelligi, secundum quam non fuit auersa captiuitas Iacob, eo quod decem tribus quæ erant maxima pars descendentium de Iacob, & qui communiter vocabantur Israel, fuerunt transmigrati vltra flumina Gozan, vt 4. Regum 18. & non fuerunt participes huius liberationis, vnde non est verum dicere, quod in illa liberatione Babylonica fuerit* auersa captiuitas Iacob, *sed sola captiuitas Iudæ, seu Ierusalem: Tum quia etiã illi de Iuda & alijs tribubus, qui fuerunt transmigrati in Babylonia, licet eis fuisset data licentia reædificandi templum & ciuitatem Ierusalem, non tamen fuerunt liberati, seu redempti à seruitute: quia semper remanserunt sub seruitute & tributo regis Persarum, & aliorum succedentium, prout Postilla deducit in principio expositionis huius Psal.*

Vnde melius videtur dicendum, quòd totus iste Psalmus loquitur notabiliter de aduentu primo Christi in persona fidelium iustorũ, qui concurrunt tempore sui aduentus. Et hoc triplici modo secundùm triplicem eorum considerationem: Erant enim aliqui eorum, qui scrutantes scripturas cognoscebant, quod iam plenitudo temporis sui aduentus imminebat, & isti loquebantur per modum gratiarum actionum, & quia ex certitudine scripturarum hoc reputabant iam tanquam præteritum, & in persona talium loquitur vsque ibi, Conuerte nos Deus, &c. *Exclusiuè. Sed quia tales iusti adhuc non cognoscebant visibiliter mysterium impletum, idcirco orabant, vt impleretur, non tanquam dubij de impletione, sed tanquam ad eum deuoti, prout frequenter in sacris scripturis simile habetur, & in persona talium loquitur vsque ibi:* Verumtamen, prope, *exclusiuè, quando vero tales iam visibiliter cognouerunt aduentum Christi huiusmodi impletũ, tunc de eo aliqua notabilia mysteria per modum laudis narrauerunt. Et in persona talium loquitur vsque in finem Psalmi.*

Circa primum dicit, Benedixisti domine terram tuam. *In quo verbo valde notandum est secundùm glossam, quod quia in condemnatione Adæ, prima maledictio, quam Deus contra eum sententialiter diffiniuit, fuit maledictio terræ Genes. 3. c.* Maledicta terra in opere tuo: *Conuenienter igitur in aduentu Christi præmisit Psalm.* Benedixisti domine terram tuam. *Q. d. O domine, in aduentu filij tui reuocasti illam sententiam latam contra Adam quia per aduentum Christi benedixisti terram, quam propter Adam iam maledixeras, & declarans quæ sit ista benedictio dicit,* Auertisti captiuitatem Iacob: *Iacob enim ibi intelligi debet eo modo quo Luc. 1. c.* Et regnabit in domo Iacob in æternum, *prout scilicet comprehendit omnes iustos. Hæc igitur domus Iacob, quæ sub diabolo & lege membrorum captiuabatur: fuit liberata per Christum. Et notandum, quod plenitudinem huiusmodi temporis benedictionis, & redemptionis iusti scrutantes scripturas considerabant iam imminere: præcipue ex Danielis prophetia, cui angelus declarans determinatum tempus aduentus Christi per certas hebdomadas, vt habetur Dan 9. f. ibidem ei expressit quosdam effectus huiusmodi aduentus d.* Septuaginta hebdomadæ, vt cõsummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas. *Vnde verba Psalm. in hoc loco in persona talium scrutantium scripturas prædicta, propriè consonant sententialiter huiusmodi dictis Dan. & hoc cum dicit,* Remisisti iniquitatem plebis tuæ, &c. Mitigasti iram tuam, &c. *Q. d. ex quo tempus assignatum per Dan. in hebdomadibus iam imminet, iam certi sumus ex certitudine prophetiæ, quod* remisisti iniquitatem, *&c. &* operuisti peccata & mitigasti omnem iram tuam, &c. *Vnde patet quod hæc prima pars huius Psalmi propriissime adaptatur huic proposito.*

Consequenter in secunda parte dicit, Conuerte nos Deus, &c. *Vbi gl.* quod dixi vt præteritum, oro vt fiat: propheticè ergo dixit vt præterita, scilicet ea quæ continentur in prima parte, hic autem scilicet in secunda orat vt verè futura, *hæc in gloss. Et sic patet ratio distinctiua inter primam partem iam expositam, & hanc secundam, in qua Psalm. in persona eorum, qui ex testimonio scripturarum nouerant tempus aduentus Christi imminere, quia tamen nondum hoc impletum visibiliter viderant, vt impleatur orant; & exponantur isti versus vsque ibi,* Verumtamen prope timentes eum *exclusiuè, sicut in Postilla excepto illo versu vbi dicitur,* Audiã quid loquatur in me Deus, &c. *Qui secundum hanc expositionem videtur esse exponendus, scilicet quod iusti orantes pro aduentu Christi, non solum petebant eum videre, dicentes,* Ostende nobis Domine misericordiam tuam, &c. *Sed etiam doctrinam suam saluberrimam audire, iuxtà illud, & hoc est quod dicit,* Audiam quid loquatur in me Deus: *hoc est non solùm peto suam visionem, sed etiam suam audire doctrinam. Quæ quidem doctrina, scilicet Christi, principaliter & finaliter consistit in pace scilicet spirituali habenda, per quam filiatio Dei adoptiua propriè attingitur, iuxtà illud Matth. 5. a.* Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur; *& hoc est quod dicitur.* Quoniam loquetur pacem in plebem suam. *In sermone enim domini in monte, quando Christus primò locutus fuit ad turbas, os suum aperiens* locutus fuit pacem in plebem suam modo prædicto, & super sanctos suos *scilicet apostolos qui ibi præsentialiter assistebant. Similiter &* in eos qui conuertuntur ad cor, *scilicet, in futuris temporibus doctrinam Christi recipientes.*

Circa tertium dicit, Verumtamen propè timentes eum, &c. *Quod propriè potest intelligi, esse dictum in persona eorum, qui iam natiuitatẽ Christi imminere percipiebant, & specialiter beatæ virginis, quæ tempus conceptionis certiùs cæteris creaturis cognouerat, ex quo poterat prænoscere tempus natiuitatis, quod quidem tempus fuit proportionatum tempori conceptionis, vnde Luc. 2. a.* Impleti sunt dies vt pareret. *Et sic in persona eius, & etiam Ioseph, qui iam conscius erat huius mysterij, appropinquante tempore benedicti partus, Psalm. dicebat verba prædicta scilicet,* Verumtamen propè timentes eum, *hoc est dicere, Hoc pro quo oratur, in parte præcedenti, iam adest, quia,* Propè timentes eum salutare ipsius. *Vbi cum dicit* timentes, *intelligendum est de timore filiali & sancto, qui permanet in sæculum sæculi. Qualiter autem erat propè timentes eum, declarat cum sequitur,* Vt inhabitet gloria in terra nostra, *exponatur prout in Postill.*

Consequenter in persona talium narrat quædam notabilia circa hoc mysterium, & hoc cum dicit, Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, &c. *Ad quod sciendum, quod iste versus, & sequentes, multifariè exponuntur in glos. & ab alijs doctoribus, quorum sententia bene possunt adaptari litera, sequendo tamen prædictam expositionem, videtur rationabiliter posse dici, quod hoc, quod dicitur,* Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, *continuatur cum duabus partibus, sic; Nam iusti prædicti, qui pro aduentu Christi orabant, innitebantur diuinæ* misericordiæ, *cui oratio semper innititur: sed cum tales per scrutinium scripturarum aduentum Christi imminere reperiebant, innitebantur* veritati *diuinæ; & ideo cum tales aduentum eius visibiliter perceperunt, tunc* misericordia *quæ petebatur in oratione, &* veritas *quæ in scripturis reperiebatur, propriè* obuiauerunt sibi. *Consequenter ostendit quid gestum sit, quando misericordia & veritas obuiauerunt sibi, & de hoc subdit,* Iustitia & pax sunt osculatæ. *In quibus verbis incarnationem Christi innuit, secundùm quam natura humana in* iustitia *originali potissimè constituta:* Et pax, *scilicet spiritualis, quæ vnionem appetitiuarum virtutum in summo bono secundùm Dionys. significat,* Osculatæ sunt, *scilicet vnitæ Deo per veram fruitionem: sine qua vnione fruitiua, perfecta pax haberi non potest.*

Consequenter innuit hanc vnionem huiusmodi naturæ assumptæ ad Deum, esse personæ, id est, factam in persona filij Dei, & hoc cum dicit, Veritas de terra orta est, *In quo loco veritas intelligenda est pro filio Dei, de quo Ioan. 14. a.* Ego sum via, veritas & vita. *Sed cum ipsa veritas, quæ est verus Deus, non possit nasci nec oriri temporaliter, nisi tantum secundùm assumptionem naturæ, cui hoc competere posset: & sic per communicationem idiomatũ de ipso filio Dei verificari posset temporaliter oriri, idcirco, cum dicitur,* Veritas de terra est orta, *propriè innuitur, quod illa veritas esset vnita naturæ nascibili temporaliter. Innuitur etiam, cum dicitur,* De terra, *modus natiuitatis Christi: quia scilicet natus fuit de virgine, prout dicitur in Postil. Consequenter dicit,* Et iustitia de cœlo prospexit, *quod intelligitur secundùm gloss. sic,* Veritas, *id est, Christus* de terra, *id est, de virgine natus est, vt* iustitia de cœlo prospiceret, *hoc est, dicere, vt iustificarentur homines à Deo, potest etiam intelligi hoc, quod dicitur,* Et iustitia de cœlo prospexit, *pro eo quod nascente domino* facta est multitudo militiæ cœlestis laudantium, &c. *Luc. 2. b. quod ad* iustitiam *pertinet, scilicet, vt creaturæ honorem debitum tribuant creatori suo. Similiter dicendum est de stella, quæ apparuit in oriẽte nato domino Matth. 2. quæ Magos direxit ad adorationem Christi, quod etiam pertinet ad iustitiam modo prædicto. Et sic* veritas orta est de terra, iustitia de cœlo prospexit. *Quod autem sequitur,* Etenim dominus dabit benignitatem, &c. *vsque ad finem Psal. exponatur vt in Postil. excepto verbo vltimo, in quo dicitur,* Et ponet in via gressus suos: *Quod melius videtur referri ad Christum, de quo principaliùs loquitur Psal. Et sensus talis est,* Iustitia, *scilicet Ioan.* Ante ipsum, *id est, Christum,* Ambulabit: *Qui quidem Christus,* ponet in via gressus suos, *scilicet in decursu præsentis vitæ, eo modo, quo de ipso Christo legitur suprà in Psalm.* Exultauit vt gigas ad currendum viam, &c.

REPLICA. In Psalmo. Benedixisti. *Cum Postilla. rationabiliter reprobauit expositionem Iudæorum, exponentium hunc Psalmum de gratiarum actione pro reductione à captiuitate Babylonica: morem tamen gerere volens Hebræis, concedit quod prima pars huius, sine absurditate, potest illi materiæ applicari:*

Burgen.

Burgen. contra id inuehitur, q. d. sit impossibile sic applicare primam partem Psal. ad id motus primo, quia dicit per illam redemptionem captiuitatem Iacob auersam, cum tamen maior pars Iacob steterit in decem tribubus non redemptis vsque in hodiernum diem, per reductionem igitur à captiuitate Babylonica non est auersa captiuitas Iacob, sed solum Iudæ & Ierusalem. Nec etiam sic fuit illa captiuitas redempta quin semper manserunt sub tributis & tribulationibus. Hæc sunt motiua Burgen. Ad quæ dicendum videtur primo, quod nominat hic Iudam & Ierusalem nomine Iacob, tanquam partem digniorem de Iacob, apud quem ex Dei ordinatione residebant regalia & sacerdotium. A principaliori autem consueuit fieri denominatio. De illa igitur principaliori portione Iacob liberata conuenienter & sine absurditate dici potuit captiuitas Iacob auersa. Secundo potest dici, quod recedentibus decem tribubus à regno Roboam, non sic recesserunt quin de singulis tribubus in Ierusalem & alijs ciuitatibus Iudæ remanserunt ex deuotione, nolentes à solatio templi, arcæ, & cultu vnius Dei secludi, vt innuit Burgen. Psal. praceden. & idem videri potest 3. Regum 12. vbi postquam dicitur, Nec secutus est quisquam domum Dauid præter tribum Iudæ solam, *statim post subditur de tribu Beniamin, qua etiam sequebatur domum Dauid. Et de reliquis additur cito post cum dicitur:* Missus Propheta Semeias vt loqueretur regi Roboam & ad omnem domum Iudæ & Beniamin & reliquos populos. *Et ad idem facit quod in eod. cap. sequitur.* Et abijt Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel quicunque habitabant in ciuitatibus Iudæ regnauit Roboam. *Et idem factum planius de reliquijs Israel tempore Iosiæ Paralipom. 34. Nec Leuitæ consenserunt in facturam vitulorum Ieroboam, prout probatur authoritate Burgen. super* Deus venerunt gentes. *ideo etiam dicitur in eod. cap. 3. Regum 12. quomodo Ieroboam fecit sacerdotes de extremis populi, qui non erant de tribu Leui. vnde & tribus Iudæ & Leui semper dicuntur fuisse coniuncta, quibus sic stantibus, si intelligat Burgen. auersionem captiuitatis Iacob vniuersaliter, sicut videtur prætendere, dico quod illa distributio debeat intelligi accommoda non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum, prout sæpe contingit in sacra scriptura. Sed ad illud quod Burgen. addit quod etiam redeuntes de transmigratione Babylonica manserunt semper sub tributis & tribulationibus: dico quod non potest ex hoc inferre, quod captiuitas Iacob non sit auersa, quia multæ gentes seruiunt sub tributis, tamen libera à seruitute captiuitatis. Nec Postill. voluit absolute principium huius Psal. intelligere de liberatione Babylonica captiuitatis, sed solum pro quanto est figura redemptionis humani generis, quæ per Christum facta est, de qua redemptione etiam ad literam principaliter Psal. iste loquitur prout Postillator. clarius exponit.*

GLOSSA ORDINARIA.

☞ A a *Oratio Dauid.* AVGVSTIN. Psal. iste, secundus eorum est, qui orationis nomine intitulantur: In quo Christus Dei filius & hominis, vnus Deus cum patre, vnus homo cum hominibus, orat in forma serui, qui oratur à nobis in forma Dei. Orat pro nobis vt sacerdos noster, Orat in nobis vt caput nostrum, oratur à nobis vt Deus noster.

CASSIOD. Christi oratio fidelium b est instructio, cuius B omnis actio Christiani est lectio. Nostra autē oratio peccatorum est ablutio: c Sic orauit Christus, sicut & crucem tulit, Ioan. 11. d. pro nostra scilicet, nō pro sua necessitate, sicut & fleuit Lazarum, vt doceret nos habere charitatem proximi. Sicut etiam fugit, vt comprimeret audaciam stultæ & inconsultæ temeritatis.

AVGVSTINVS. Hæc dicit Christus in nobis, & nos in illo.

C CASSIOD. Orat ascendendo, vnde concludit, omnes gentes adorantes.

Oratio Dauid. PSALMVS LXXXV.

a ¶ August. altus infimo. ¶ August. Humili appropinquat. b ¶ Compelle desideria mea.

INclinā domine aurem tuam & exāudi me: a ¶ Diuiti non inclinat. ¶ A alio non habens opem. b ¶ Per me. c ¶ In hoc audi. ¶ Ab omnibus scandalis. quoniam inōps & pauper sum ego. Cūstodi a ¶ Contra insidiatores. b ¶ Quia non est ex homine salus. c ¶ Non liberum suum, vt fuit Adam. animām meam quoniā sanctus sum, salvū fac seruūm tuum

1 c *Quoniā sanctus sū.* AVGVSTIN. Christus proprie sanctus E
2 3 sanctificans; Sui sanctificati in baptismo, iuxta illud.
4 5 *Sancti estote, quia & ego sanctus sum* Totus itaque Christus sanctus, & vnus sanctus, Sed aliter caput, aliter membra. Totus ergo Christus non incongrue dicit, *Quam ego sanctus sum.* Non est hoc dicere superbia elati, sed confessio non ingrati. Vide ascensum, pauper sanctus, sperans clamans, leuatus ad Deum. Congrua est etiam verborum collatio. Inclina pauperi, custodi sanctū, salua sperātem, miserere clamantis, lętifica leuatū. Leui. 19. a.

BASILIVS. & THEODOR. Non pugnantia Propheta locutus est, cum pauperem simul & sanctum nominasset, sed quoniam hic F & ille hostes iniustos & iniquos habebant, qui nulla iniuria ab ipsis effecti erant, & iniustas cædes desiderabant. Porro sanctum seipsum & Ezechiam nominauit, quoniam nullam hostibus causam præbuerunt, quod autem dicit, hoc est, Pauper & inops sum, cum meipsum circunspicio, & nullam virtutis possessionem habeo: cum vero hostibus comparatus sum, sanctus videor, hi enim impij & iniqui sunt, ego vero tuam cognitionem habeo: & hi quidem iniuste petunt me, ego autem iniustum impetum recipio.

☞ *Mitis*

PSALMVS LXXXV.

b INclina domine, &c. ✠ BEDA. Q. d. Non erigo ego ceruicē, inclina tu autem. Intelligo enim te sursum, me deorsum: te in altitudine, me in humilitate. *Inclina*, inquam, *aurem & exaudi me.* id est, per effectum ostende, quod exaudieris me. Et debes exaudire me, quoniam ego sum *inops* in me & in meis, id est, reputo me insufficientem & misericordia indigentem, & sum *pauper*, id est, humilis, Diuitem enim & superbum Deus non exaudit. Ne tamen putet aliquis, quod illos, qui habent aurum & argentum, non exaudiat Deus, Abraham enim, & Iacob, & Dauid multa possederunt, quos tamen Deus exaudiuit, quia pauperes D eius erant. Omnis enim ille, qui abijcit illud, vnde posset superbire, & qui illud contemnit in se, quod posset eum inflare, vere est pauper. De talibus enim pauperibus dicit Apostolus scribens ad Timotheum, *Præcipe diuitibus huius sæculi non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum: sed in Deo viuo & vero, qui præstat nobis sufficienter omnia ad fruendum.*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXXXV.

INclina domine, &c. *Huic Psal. præmittitur talis titulus in Heb.* Oratio Dauid. *Ex quo patet author Psalmi. De materia vero eius dicunt communiter doctores Hebraici & Latini, quod Dauid fecit hunc Psal. in persecutione Saulis existens, pro sua liberatione Deum orans. Oratio autem secundum Damas. est petitio decentium à Deo, homo enim in oratione non debet à Deo petere, nisi quod decet Deum dare, & ideo Dauid in hac oratione primo allegat exauditionis diuinę decentiam: secundo explicat petitionis suæ formam ibi.* Deduc me domine. *Prima in duas, quia primo Dauid allegando dictam decentiam, primo inducit ad hoc rationes sumptas ex parte sui; secūdo ex parte Dei, ibi,* Quoniā tu Domine suauis. *Circa primum allegat tres rationes, quarum prima accipitur ex sua indigentia, quia cū Deus sit ditissimus secundum quod dicitur 21. propositione de causis, Primum ens cum sit diues per seipsum, & non est diues magis ens, docet eum inopem subleuare. qualis erat Dauid, & alij qui erant fugitiui cum eo, secundum quod dicitur. 1. Reg. 22. a.* Conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & factus est princeps eorum, & *hoc allegat Dauid dicēs,*

1 Inclina do. &c. *Et loquitur de Deo more hominis, qui inclinat aurem suam ad illud, quod vult exaudire.*

2 Quoniam inops. *Secunda ratio accipitur ex sua innocentia, quia cum Deus sit iustissimus, decet eum innocentes liberare, & hoc allegat Dauid dicens.* 3 Custodi, animam meam *Id est, vitam meam.*

4 Quoniam sanctus sum. *Id est, innocens erga Saulem: Quod patet ex hoc, quod, cum Saul eum persequeretur, Dauid actu saluauit eum bis à morte, vt habetur 1. Reg. 24. & 26.*

5 Saluum fac seruum tuum, *Id est, meipsum in innocentia tibi seruientem.*

☞ Sperantem

MORALITER.

† 1 *Inclina do. &c.* Istum Psal. fecit Dauid orans à Deo liberari de Saulis persecutione.

MORALITER autem potest exponi, vt sit oratio cuiuslibet fidelis in afflictione spiritus per dæmonem excitata, vel corporis per corporis per hominē malū, qui est dęmonis instrumētum. Et primo allegat exauditionis decentiam ex parte sui, scilicet indigentiam,

2 *Quoniam inops*, Et suam innocentiam,

3 *Custodi, &c.* Et etiam suam in Deo confidentiam,

4 *Saluum, &c.* Et idem repetitur per alia verba, cum dicitur,

a ¶ Non est superbus sanctus.

Deus meus sperantem in te. Miserere † mei domine quo- 1
a ¶ Non vna tantum, sed. ¶ Id est, omni tempore. b ¶ In passione tristem. 2
niam ad te clamaui totâ die, lætificâ animam serui tui, quo- 3
a ¶ Vbi lætitia, in terra amaritudo. b ¶ Ipsam, quam effectus bonus leuat. c ¶ Leuaui, & ita potui. 4
niam âd te domine animam meâm leuaui. Quoniâm tu do- 5
a ¶ Tuis. ¶ Ideò iocunda me, affectum tædio mundanæ amaritudinis.
b ¶ His quos expectas. c ¶ Contra abundantem iniquitatem. d ¶ Nullus excipitur.
mine † suauîs & mîtis † & multæ misericôrdiæ ômnibus in-
a ¶ Non aliud à te. b ¶ Ideò. ¶ Augustin. magnus orationis affectus.
¶ Id est, non exeat de auribus tuis, fige illam ibi.
uocâtibus tê. Aûribus † percipe domine orationem meam, 6
a ¶ Causa audiendi. ¶ Quando aduersitas imminet.
& intende voci deprecationis meæ. In diê tribulationis meæ 7
¶ Quæ semper est in peregrinatione donec ipsum det videndum.
a ¶ Gentes non inuenient in dijs suis similem in essentia, vel operatione tibi.
clamaui ad te, quia exaudisti me. Nôn est similis † tui in dijs 8
¶ Quocunque modo accipiantur. a ¶ Et ideo. ¶ De omnibus Gentibus. 9
dñe: & nô est secûdû opera tua. Omnes Gêtes † quascûque 10
a ¶ A suo cultu ad cultum tuum. b ¶ Prædicabunt quàm nominabilis es. 11
¶ Vel honorabuntur ex tuo nomine.
fecisti vêniêt & adorabût corâ te dñe, & glôrificabût nomê 12
13

A a *Mitis.* AVGVSTINVS. Portans hominem, donec perficiat eum: quia auolaret à se, nisi à domino portaretur. Multa enim aguntur in corde humano, quibus malè mouetur: quemadmodum imprecationes impediuntur vanis cogitationibus, ita vt vix stet cor ad Deum suum, vt loquatur ei orando. Quando enim oras, Deo loqueris; quando legis, Deus loquitur tibi. Surrepêtibus autem phantasmatibus malarum cogitationum quodammodo cor

B hominis fugit à se, nec inuenit cancellos, quibus se includat, aut obices quibus retineat auolationes suas & vagos motus: contra quod b Dauid dicit, *Inueni cor meum* vt *orarem* c *ad te*, quod solum audit Deus. Inuenisse se dicit cor suû, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi quasi fugitiuum. Quod inuenit homo quando

Eccles. 10. a C morientibus muscis electis, quæ perdunt suauitatem vnguenti, totius affectus cordis ad adorandum Deum colligitur. Portat autem Deus hominem, & expectat dum vagatur, cum nondum sit perfectus.

b *Auribus percipe.* CASSIOD. Vide ordinem orationis. Prius fuit, vt vox supplicationis ascenderet, cum dixit, *Inclina aurê tuâ*, & deinde rogatus audiret, cum dixit, *Exaudi me*, Nunc verò addit, *Auribus percipe*. Non transitorie *suscipi* petit, sed quasi in sinu Dei recondi, sicut per aures aliquid infigitur cordi, vnde subdit, *Et intende*, vt intentus animus ruus aperiat auditum deprecationi meæ.

c *Tribulationis.* AVGVSTINVS CASSIO. Cùm enixius clamatur. Supra *clamauit tota die.* hic facit augmentum, quia magis in tribulatione clamatur. Ideò dicit se clamasse, quia exauditus est, cum clamor soleat præcedere exauditionem. Et est peruersio in sanctis congrua, qui & antè clamorem, & post exaudiûtur. Et quia exaudisti, *Omnes gentes* Prou. 14. d *quas. se. venient, quia* † mihi. *non est similis tui in dijs domine.*

d *Quascunque fecisti venient & adorabunt coram.* AVGVST. Si E est gens, quam non fecit Deus: illa non adorabit. Annunciat Ecclesia Catholica, † multum misericors. ecclesiam vbique diffusam, quod modo impletum est: Et nota, quia, vt ait scriptura, *In lata gente gloria regis, in diminutione populi principis contritio.* Sequitur, *Et glorificabunt nomen.* † tibi † quotquot

✠ BASILIVS & THEODORETVS. Porrò tempore magni Dauidis hoc nequaquam euenisse scimus. Ezechiæ F vero tempestate verisimile est, quosdâm ob Assyriorum internecionem obstupefactos, ad Deum colendum venisse. Cæterum vaticinationis veritatem tempus post humanitatem Dei & Saluatoris nostri ostendit. Post enim salutarem crucem in omnem terrarum orbem diuinus Apostolorum chorus missus fuit. Inquit enim ipsis dominus, *Euntes docete omnes Gentes.* Docuerunt autem sicut iniunctum illis fuit, & ignorantiæ caligînem discutientes fuerunt in causa, vt gentes iustitiæ solem viderent, & Deum, qui salutem largitus est, adoraretur. Hoc & ea quæ sequuntur edocent. Matth. 28.

☞ *Tu es Deus*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sperantem in te. *Q.d. Non possem saluari de manu Saul, nisi per te. Tertia ratio accipitur ex orationis instantia, quam decet Deum exaudire, quando est pia & perseuerans, qualis erat oratio Dauid, & allegans, ait,*

2 Miserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die, *Id est, perseueranter & instanter.*

3 Lætifica animam serui tui, *Liberando me de persecutione Saulis:*

4 Quoniam ad te domine animam. *Id est, coram te non solum ore, sed etiam corde, quia secundum Damas. Oratio est eleuatio mentis in Deum.*

5 Quoniam tu domine. *Hic consequenter allegat rationes sumptas ex parte Dei, & sunt quatuor. Prima accipitur ex Dei clementia, quam decet exaudire precantes, & hoc allegat Dauid, dicens,* Quoniam tu domine su. & mi.

6 Auribus percipe domine orationem meam, *Dando mihi effectum orationis, & deprecationis meæ. Secunda ratio accipitur ex Dei magnificentia, quam decet exaudire recognoscentes præterita beneficia, qualis erat Dauid, & hoc est, quod dicit,*

7 In die tribul. meæ. *Id est, tempore huius tribulationis, in qua sum, confidenter,* Clamaui ad te.

8 Quia exaudisti me, *Temporibus præteritis, dando mihi victoriam contra vrsum & leonem, & Contra Goliath gigantem 1. Reg. 17. Tertia ratio accipitur ex diuina potentia. qua, cum sit infinita, potest statim adiuuare, & hoc allegat Dauid, dicens,*

9 Non est similis tui. *Quod verum est, si accipiatur de dijs Gentium, qui sunt dij falsi, iste solus est Deus verus. Similiter si intelligitur de dijs per participationem, cuiusmodi sunt angeli, & homines sancti, quia sunt virtutis finitæ.*

10 Et non est secundum opera tua. *Quia ex infinita tua potentia potest facere opera omnem virtutem creaturæ transcendentia. Q.d. Tu potes me statim liberare pro voluntate tua.*

11 Omnes gentes quasc. fe. *Hic ponitur quarta ratio, quæ accipitur ex Dei honorificentia. Proponebat enim Dauid, si à Saule liberaretur & ad regnum promoueretur, sicut dominus dixerat per Samuelem, quod ædificaret domino templum famosum, & augmentaret diuinum cultum, ad quod templum venirent causa orationis, non solum Iudæi, sed etiam Gentiles longinqui: propter quod templo ædificato dixit Salomon 3. Regum. 8. c.* Insuper alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum, (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis & brachium tuum extentum vbique) cum venerit & orauerit in loco isto, tu in cœ. &c. *Et ex hac Dei honorificentia oratio Dauid erat exaudibilis, & hoc est quod allegat Dauid, dicens:* Omnes gen. quascunque fe. *Id est, aliqui ex omnibus Gentibus, sicut dicitur, Omne animal fuit in arca Noe in qua fuerunt aliqua individua de omnibus speciebus animalium. Vel potest dici, quod est hyperbole, ad significandum, quod multi de gentibus venirent, sicut dicitur, totus populus ciuitatis currit ad designandum multitudinem euntium, licet maior pars non vadat.*

12 Venient & ado. coram. *In templo à me ædificando, sic enim voluit facere vt patet 2. Reg. 7. Hæc tamen ædificatio fuit dilatata vsque ad tempus filij sui, de præcepto domini, ibidem, tamen Dauid præparauit impensas pro magna parte & tradidit exemplar templi, & ædificiorum in circuitu Salomoni filio suo, vt habetur 1. Paralip. 28. & sic quodammodo ædificauit.*

13 Et glorificabunt nomen tuum. *Ad honorem enim Dei pertinebat, quod Gentiles veniebant adorare in loco suo nomini deputato.*

☞ Quoniam

MORALITER.

† 2 *Miserere mei, &c. Quoniam tu do. &c.* Hic allegat exauditionis decentiam ex parte Dei, scilicet propter suam clementiam, di.

5 *Quoniam tu domine suauis & mitis, &c.* Et suam magnificentiam, cum subditur,

7 *In die tribu.* Proprium est enim magnifici exaudire illum, qui recognoscit præteritum beneficium, & suam potentiam, cum dicitur

9 *Non est simil. &c.* Scilicet in potentia, quæ est infinita. Et eius honorificentiam cum dicitur,

11 *Omnes gentes.* Nam ex liberatione vnius innocentis multi laudant & glorificât Deum, & multo plus ex saluatione plurium: Et hoc est hyperbole, cum dicitur, *omnes*, ad denotandum multitudicem laudantium.

☞ *Deduc me*

a *Tu es Deus solus.* AVGVSTINVS. Vel tu solus magnus contra futuros, qui se dicunt magnos & Deos.

b *Deduc me domine in via tua.* CASSIODOR. Orat pro omnibus iam adorantibus, & loquitur in membris.

CASSIOD. *Domine deduc.* Aliud est duci ad viam, & aliud est duci in via, ne in ea cadatur: vbique egēt homines adiuuari, siue sint in via, siue extra eā. Via autē Christus est, qui dicit, *Ego sū via, veritas, & vita.* Ioan.14.a.

c *Lætetur cor meum.* AVGVST. In timore mundano præcedit causa periculi vel angustiæ, sed in timore Dei lætitia. Vtraque miscenda sunt, vt sub spe timeamus, & sub timore lætemur, timor est in iucunditate, nunc in futuro iucunditas sine timore, vbi plena securitas quæ non modo. Iucunditas modo trahit, & timor à via recedere non sinit, vtraque ergo sunt habenda. Hæ sunt duæ molæ inter quas molitur Christianus, vt fiat panis Christi, scilicet, spes & timor, vnde in Deuteron. dictum est. *Non accipias loco pignoris superiorem vel inferiorem molam.* Superior mola spes est, inferior timor. Non est igitur hæc sine illa accipienda. Qui enim sperat & non timet, negligens est: Qui autem timet, & non sperat, depressus est. Deut.24.b.

d *Ex inferno inferiori.* AVGVST. Per hoc intelligimus, tanquam duo inferna esse, inferius & superius. Nam vnde inferius diceretur, nisi quia esset infernum superius? Cœlestis ergo habitatio Angelorum, vbi est vita ineffabilium gaudiorum, vbi immortalitas & incorruptio, superna est: Terrena, vbi caro & sanguis, decessio & successio, mutabilitas & mortalitas inferius est, Ab hac terrena itur in *infernum inferius*, vnde eruit Deus animas misso filio. Etenim propter ista duo inferna missus est Dei filius vndique liberans ad hoc nascendo, ad illud moriendo: vel, in ipso inferno inferiori est pars impiorum inferior, vnde, Dives leuat oculos ad Abraham, qui cum alijs iustis erat quasi in ora, & in limbo inferni, tāquam in superiori, à qua liberatur, qui à peccatis liberatus illuc nō mittitur. Hęc sunt opiniones non assertiones. Luc.16.f.

✠ EVTHYM. Si Psalmum pertinere intelligas ad beatum Dauid; per *infernum* profundam peccati foueam intellige, adulterij nimirum atque homicidij. Si verò ad regem Ezechiā, *infernum* accipe pro morte, cui proximus fuit, & à qua admirandè admodum liberatus est; potest etiam infernus accipi pro quolibet periculo, quòd à visibilibus seu ab inuisibilibus immineat inimicis.

e *Deus iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium, &c.* CASSIOD. Item pro se orat facta mentione passionis suæ & gloriæ, vnde habent hi pro quibus orauit multam misericordiam & eruuntur de inferno.

☞ *Da imperium*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quoniam magnus es tu & facies mirab. *Ex mirabilibus enim eius auditis in partibus longinquis, deueniebant adorare in Ierusalem, vt dictum est in oratione Salomonis.*

2 Tu es Deus. *Ex mirabilibus enim virtutem totius creaturæ transcendentibus cognoscebatur, etiam à Gentibus, quod erat Deus, & nullus alius.*

3 Deduc me. *Postquam allegauit decentiam diuinæ exauditionis, hic consequenter ponit formam suæ petitionis, & primo respectu boni operandi, secundo respectu mali euadendi, ibi,* Quia misericordia: *tertiò respectu regni consequendi, ibi,* Et tu domine. *Circa primum dicit,* Deduc me domine in via tua, *id est, in via iustitiæ, per quam non possum absque deuio incedere, sine tua directione.*

4 Et ingred. in veri. tua. *Id est, in veritate vitæ à te tradita in lege.*

5 Lætetur cor meum, *Ex tua consolatione:*

6 Vt timeat nomen tuum, *Hoc addit ad excludendum lætitiam ineptam.*

7 Confitebor tibi, &c. *Quod bonum opus non habeo à me, sed à te.*

8 Et glorificabo, &c. *In omnibus operibus meis tuam gloriam principaliter quærendo, secundum illud 1. Corinth. 10. g.* Omnia in gloriam Dei facite.

9 Quia misericordia. *Hic consequenter format petitionem respectu mali amouendi: vt petitio sit magis exaudibilis de futuro, confitetur se liberatum de præterito, dicens,* Quia misericordia tua magna est super me, *liberando me de periculo præterito. Quod explicat dicens.*

10 Et *Tu, id est,*

11 Eruisti animam meam, *Id est, vitam meam.*

12 Ex inferno inferiori. *In Hebræo habetur* seol, *quod aliquando accipitur pro inferno, & aliquando accipitur pro fossa, & sic accipitur secundum Hebræos aliquos, quia Dauid fuerat in periculo mortis propinquæ, quando Saul fecit custodiri domum eius nocte, vt occideretur mane, & sic poneretur in fossa terræ, sed euasit ex Dei adiutorio vt habetur 1. Reg. 19 & hoc est, quod dicit Dauid,* Eruisti animam meam ex inferno inferiori. *hoc est à fossa sepulturæ, quæ sit infra terram. Ra. Sa. exponit de inferno proprie dicto, vbi meruerat Dauid descendere propter adulterium Bethsabeæ & homicidium Vriæ: sed Nathan propheta dixit ei,* Transtulit dominus peccatum tuum, *& secundum hoc dixit Dauid,* Eruisti animam meam, &c. *Sed istud non videtur conuenienter dictum, quia Dauid fecit Psalmū istum in persecutione Saulis existens, peccata autem illa commisit Dauid post mortem eius per magnum tempus vt patet 2. Regum 11. Nec potest conuenienter dici, quod Dauid hoc dixerit prophetando de futuro, quia non habuit præcognitionem sui casus, qua requiritur ad prophetiam Dan. 10. a.* Intelligentia est opus in visione. *Et ideo accipiendo* seol, *pro inferno potest aliter dici, scilicet quod Dauid illic demeruerat descendere pro occisione sacerdotum Nobe, cuius Dauid fuit in culpa, vt declaratum fuit 1. Reg. 22. Quod & recognouit dicens ad Abiathar,* Ego fui reus omnium animarum patris tui: *& reuelatum fuit Dauid quod illud peccatum erat sibi relaxatum à Deo, & sic dixit,* Eruisti animam meam, &c. *Consequenter postulat liberari à malo de futuro dicens,*

13 Deus, iniqui, *Scilicet, Saul, Doeeg, & eorum satellites,*

14 Insurrexerunt super me, *Quærentes me occidere iniuste;*

15 Et synagoga, *Id est, congregatio.*

16 Potentium, *Quia potentes de regno adhærebant Sauli regi,*

17 Quæsierunt animam meam, *Auferre eam de corpore.*

18 Et non proposuerunt te, &c. *Id est, non faciunt hoc amore iustitiæ, sed*

MORALITER.

3 *Deduc me.* Positis allegationibus pro petitionis exauditione, hic consequenter formatur petitio: & primo respectu boni consequendi, cum dicitur, *Deduc me domine in via tua,* Scilicet, fidei & morum.

4 *Et ingrediar in veritate tua,* Quasi dicat, aliter ingredi non possem, nisi per te ductorem.

5 *Lætetur cor,* In te ductore.

6 *Vt timeat nomen tuum,* Filiali timore.

7 *Confitebor tibi, &c.* Laudis confessione. Secundo formatur petitio respectu mali amouendi, cum dicitur,

9 *Quia misericordia, &c.* Q. d. Quia misericorditer eruisti me de malo præterito, ideo confidentius peto vt eruas me de malo futuro, & subditur causa cum dicitur,

14 *Deus iniqui surrexe. &c.* Id est, dæmones & mali homines.

19 *Et non proposuerunt* Quia suntin malum obstinati.

a ¶ Non est similis tibi. b ¶ Quod non alius. c ¶ Secundum opera tua. d ¶ Nullus alius.

a tuū. Quōniā magnus es tu & facies mirābilia, tu es Dᵈ⁹ ✠ solᵘˢ. 1

a ¶ Gentes venient, quod vt possint. ¶ Deductio conuenit proficienti. b ¶ Meos.
c ¶ Quam ingressus sum. d ¶ Proficiam vlterius te ducente. ¶ Alias ambulabo. e ¶ Hæc est via.

b ✠ Dedūc mē domine in viā tua & ingrediār in vēritate tua: ✠ 3 4

c ¶ Ita tamen. ¶ Deductus.

lætetur cor meum vt timeat nomen tuū. Confitebor tibi do- 5 6

a ¶ Ille in toto corde confitetur, qui totam spem ponit in domino. b ¶ Cum sanctis.

mine Deus meus in toto cōrde meo, & glorificābo nomen 7 8

a ¶ In æterna beatitudine. b ¶ ¶ Iuxta illud. Omne datum optimum, omne donum perfectum Iac. 1. c.

tuum in æternūm. Quia misericordia tua māgna est super 9 10

a ¶ In hoc magna misericordia est. b ¶ Magna misericordia eruisti, de inferno tamen.

d me, & erūisti animam meam ex inferno inferiori. Deus ✠ i- 11 12

e a ¶ Peruertentes legem, scilicet Iudæi. b ¶ Vt reum me dicerent. c ¶ Totum Christum.
d ¶ Congregatio superborum.

niqui insurrexerūnt super mē, & synagoga potentium 13 14

a ¶ Dolosis consilijs. b ¶ Addit quod sceleratis mentibus semper prouenit.
c ¶ Non intellexerunt Deum, vt hominem parcerent.

✠ quæsierunt animam meam, & nōn proposuerunt tē in 15 16 17 18

a ¶ Ipsi ita. b ¶ Actu. c ¶ Natura.

conſpectu ſuo. Et tũ Domine Deus miſerãtor & miſericórs 1
a ¶ Malos expectans. b ¶ Conuerſis. c ¶ In promiſſis, vel meritis reſpondens. d ¶ Hominem.

†pãtiens & multæ miſericórdiæ & vẽrax. Reſpice in mẽ & 2
a ¶ Mortalis. b ¶ Poteſtatem iudicij. c ¶ Innocenti. ¶ Mihi Chriſto. d ¶ Suſcita. ¶ A morte. 3

a miſerere mei, da †imperiũm tuum pũero tuo, & ſaluũm fac 4 5
a ¶ Mariæ, quæ dixit: Ecce ancilla. b ¶ q. d. quod dabit, permaneat. c ¶ Reſurrectionis, ſignum Ionæ. Quod iam in capite, fiet & in membris. 6

b filium ãncillæ tuæ. Fac mecũm ſignũm in bonum, vt videant 7 8
c ¶ Iudicio pernitioſè, qui modo nolunt ſalubriter confundi.

qui oderunt me & cõfundantur, quoniam tu domine ad- 9
a ¶ In certamine. b ¶ In triſtitia, quæ hic eſt, in his ſcilicet, quæ paſſus ſum.

iuũiſti me, & cõſolatus es me.

A a *Da imperiũ tuum.* AVGVSTINVS. Q. d. Tranſeat tempus patientiæ, veniat tẽpus iudicij: vnde nõ tantum Chriſtus, ſed & ſancti ſedebunt iudices, qui ſunt *filij ancillæ*, id eſt, eccleſiæ.

†lõgus ira longanimis multum miſericors. †fortitudinem tuam ſeruo tuo.

B b *Fac mecum.* REMIGIVS. Q. d. Et ego Deus tecum facio: Nam Chriſtus, ſecundũ quod Deus, reſuſcitauit ſe hominem.

C c *Signum in bonũ.* AVG. REMIG. Fac inſignem reſurrectionem capitis & membrorum vt alijs proſit, vt Iudæi videant hoc quod adiuuiſti in his quæ feci. *Et conſolatus es* in his quæ paſſus ſum. REMIG.

D REMIGIVS. Reſurrectio eſt ſignum in bono per quam & virtus Dei declaratur, & ſpes credentiũ firmatur.

E ✠ EVTHYMIVS. Impone, inquit, mihi ſignum, ſeu indicium in bonum, hoc eſt, ſignum bonum, quale Iudæorum liminaribus olim appoſuiſti, quando Ægyptiorum primogenitos perdidiſti. Eſt

F etenim aliquando ſignum in malum, quale illuderat, quod poſuerat Deus in Cain. Nam Hebræorum ſignum cuſtodiam ac protectionem diuinam indicabat, illud autem in Cain, iram Dei.

☞ GLOSSA

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *iuſticiæ, ſed liuore inuidiæ, & ſic contra legem tuam quærunt innocentem interficere, q. d. ex hoc decet te me liberare.*

1 Et tu Domine. *Hic conſequenter formar petitionem de adeptione regni, & primo allegat diuinam miſericordiam, qua elegit eum præ fratribus ſuis, dicens,* Et tu Domine miſerator, &c. *Secundo eius veritatem, ad quam pertinet implere illud, quod dixerat Samueli, de regno Dauid futuro cum dicit,*

2 Et verax, *Implendo promiſſa: ideo ſubditur,*

3 Reſpice in me, *Oculo miſericordiæ.*

4 Da imperium, *Id eſt, regnum Iſrael.*

5 Puero tuo, *Id eſt, mihi tibi obedienti.*

6 Et ſaluum fac filium ancillæ tuæ, *Matrem aũtem ſuam vocat Dei ancillam, id eſt, fidelem & deuotam.*

7 Fac mecum ſignum in bonum, *De regno pacifice obtinendo, quod factum fuit ſibi, quando Philiſthæi aſcenderunt contra eum ad deſtruendum eius regnum, eo quod audiuerant eum de nouo inunctum ſuper totum Iſrael, vt habetur 2. Reg. 5. d. Et dominus dedit ei ſignum, quod iniret bellum contra Philiſthæos, quando audiret ſonitum gradientis in cacumine pirorum, per quod ſignum deſignabatur ſibi aſſiſtens auxilium angelorum, ſicut dictum fuit ibidem.*

8 Vt videant qui oderunt. *Quia tunc Philiſthæi fuerunt debellati confuſibiliter, & in fugam conuerſi: Quod præuidit Dauid futurum, ideo ſubditur.*

9 Quoniam tu domine adiuuiſti me. *Et loquitur de futuro, per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.*

Moraliter poteſt exponi Pſal. iſte de quolibet fideli poſito in afflictione corporali ab hominibus excitata, vel ſpirituali à dæmonibus: qui pro ſua liberatione orat Deum deuote, allegans primo decentiam exauditionis diuinæ ex parte ſua allegans indigentiam, innocentiam, orationis inſtantiam, & ex parte Dei clementiam, magnificentiam, potentiam, honorificentiam, & vlterius formar petitionem ſuam ibi, Deduc me. *vt in bono opere conſeruetur, & à malo culpæ & pœnæ perſeueretur: & ſic tandem in regno gloriæ coronetur, & ſic conſideratis prædictis poteſt ad hoc litera iſta de facili applicari & partes diſtingui.*

☞ NICO:

MORALITER.

1 *Et tu domine Deus miſerator & miſericors.* Ex proprietate tua.

4 *Da imperium tuum puero tuo.* Id eſt, da mihi poteſtatem deuincendi paſſiones animi mei, & tentationes inimici.

7 *Fac mecum ſignum in bonum.* Interius conſolando, & exterius adiuuando.

8 *Vt videant, qui oderunt me, & confundantur.* Videntes ſe victos per auxilium gratiæ tuæ.

7 *Et*

✠ *MORA-*

ADDITIO. 1.

In Pſal. 85. Inclina domine. *Vbi dicitur in Poſtilla.* De materia vero eius dicunt communiter doctores Hebraici & Latini.

Doctores Latini omnes hunc Pſal. exponunt de Dauid in perſecutione Saulis poſito, vt Poſtil. videtur aſſerere. Nam glo. communis tenet hunc Pſal. quæ eſt quædam oratio, prout in eius titulo præmittitur, intelligi de Chriſto, prout in eadem latius continetur. Quæ quidem expoſitio gloſſ. in hoc loco non videtur eſſe myſtica, ſed literalis: Tum quia hoc quod dicitur, Cuſtodi animam meam, &c. *Non poteſt proprie dici de Dauid in hac vita exiſtente in qua quandoque fuit peccator, quandoque iuſtus, nunquam tamen ſanctus, dum viueret, ab aliquo legitur vocari, præſertim à ſeipſo, quod elationem ſapit, Tum quia illud, quod dicitur,* Omnes gentes quaſcunque fe. *Non recte applicatur ad ædificationem templi quam Dauid proponebat facere, vt Poſtil. aſſerit: tale enim propoſitum nec ædificium non continetur in litera huius Pſal. neque congrue homo petit gratiam pro eo, quod ponit, ſeu proponit, ſe facturum, quia ſecundum Philoſophum 3. Ethic. Non fortes, ſed agonizantes coronantur. Tum quia illud, quod dicitur,* Saluum fac filium ancillæ tuæ, *valde inconſonum eſt vt attribuatur Dauid, de cuius matre nulla mentio penitus legitur in ſcriptura fieri. De patre enim Dauid ſæpe fit mentio tam tempore ſuo, vt patet 1. Regum 16. quam etiam poſt Iſa. 11. c.* Egredietur virga de radice Ieſſe, *& in multis alijs locis, nuſquam tamen de matre, vnde & potius debuiſſet dicere,* Saluum fac filium ſerui tui.

Rectius igitur iſte Pſal. ſeu oratio ſecundùm gloſſ. intelligenda eſt à Dauid facta in perſona Chriſti, qui in forma ſerui legitur oraſſe; Orat etiam pro nobis vt ſacerdos noſter, Orat etiam in nobis tanquam caput noſtrum, & inſtructio noſtra, vnde primo orando declarat fragilitatem ſuam in forma ſerui dicens, Inclina domine, &c. Quoniam inops & pauper, &c. *Conſequenter ſanctitatem ſuã:* Quoniam ſanctus ſũ ego, *quæ non ad ſuperbiam elati reputanda eſt, ſed potius confeſſionem non ingrati, vt in gloſſ. Quæ verba proprie ad Chriſtum pertinent. Alij vero quantumcunque quantumcunque ſanctı, de ſeipſis nunquam leguntur talia verba protuliſſe. Abraham enim Geneſ. 18. d. dicit,* Ego ſum puluis & cinis. *Similiter & Baptiſta de ſe dixit,* Qui de terra eſt de terra loquitur. *Ioan. 3. d. Vnde fatetur ſe eſſe de terra terrenum: Et talis fuit modus cõmunis ſanctorum, qui licet de ſeipſis quandoque dicant, ſe eſſe iuſtos, non tamen ſanctos, licet alios à ſe quandoque ſanctos vocent, vt in Pſal.* Sanctis qui in terra ſunt eius. *Conſequenter proclamat diuinam miſericordiam ex aſſiduitate orationis & eleuatione mentis d.* Miſerere mei domine, &c. *Conſequenter dicit,* Quoniam tu domine ſuauis, *allegans rationes ſua exauditionis, & exponantur iſti verſus ſicut in Poſtilla: referendo eos ſuo modo ad Chriſtum vſque ibi, cum dicitur,* Omnes gentes, &c. *Qui quidem verſus recte intelligendus eſt prophetice dictum prout in gloſſ. Prænunciat enim eccleſiam Dei eſſe vbique dilatandam, cum dicit,* Omnes Gentes quaſcunque fe. &c. *Similiter & nomen Dei vbique prædicandi, cum dicit,* Et glorificabunt nomen tuum. *Conſequenter prænunciat quod per hanc glorificationem ſeu prædicationem nominis Dei, & per miracula hoc confirmantia, excluderẽtur dij falſi à terra: & hoc cum dicit,* Quoniam magnus es tu, & fami. &c. *Hoc eſt dicere: Sic glorificabitur nomen tuum per prædicationem in omnibus Gentibus, quæcunque feciſti, & etiam demonſtraberis magnus, quia facies mirabilia ex quo manifeſtabitur quod tu es Deus ſolus & non alius. Conſequenter dicit,* Deduc me domine in via tua. *Vbi Pſal. orat in perſona Chriſti pro membris ſuis de quibus dixerat,* Omnes Gentes quaſcunque feciſti venient & adorabunt te, &c. *pro quibus non orat vt veniant ad viam, quia in eadem iam ſunt, ſed vt in via domini tam exiſtentes* deducantur, *ne labantur in ea. Aliud eſt enim ſecundum gloſſam duci ad viam: aliud deduci in via, quod eſt adiuuari ne in ea cadatur.* Et ingrediar in veritate tua, *id eſt, vlterius te ducente proficiam in veritate tua, & ſic proficiendo,* Lætetur cor meũ vt timeat nomen tuum. *Timor enim Dei cum lætitia ſpirituali admiſcendus eſt in hac vita: quia lætitia, ſeu iucunditas animũ trahit, timor vero à via recedere non ſinit. Et ſequitur.* Cõfitebor tibi domine, &c. *exponatur vt in*

exponatur vt in Postill. vsque ibi: Eruisti animam meam ab inferno inferiori. *In quibus verbis confitetur in persona ecclesiæ, quod fuerit liberata à damnatione inferni per missionem filij. Dicit autem* infernus inferior, *quia præsens vita, vbi est corruptio, & mortalitas, infernus est respectu habitationis cœlestis, vbi est vita ineffabilium gaudiorum; sed habitatio damnatorum adhuc est inferior respectu istius vitæ; consequenter dicit,* Deus iniqui insurrexerunt super me, *quod potest exponi tā pro Christo, in sua passione, quam pro membris in assidua persecutione tyrannorum & hæreticorum.* Et tu domine Deus miserator, *quia proprium est ei misereri.* Et patiens, *quia expectat malos: & inde est,* Multæ misericordiæ, & verax *in promissis.* Respice in me, miserere mei: da imperium tuum *& iudicij potestatem, iuxtà illud Ioan.5.c.* Potestatem dedit ei iudicium facere. Puero tuo, *id est, seruo, scilicet Christo in forma serui.* Et saluum fac *scilicet resuscitando,* Filium ancillæ tuæ, *id est, beatæ virginis, iuxtà illud,* Ecce ancilla domini, *Luc.1.d. Si autem pro membris intelligatur, intelligendum est:* Da imperium tuum puero tuo, *scilicet sanctis, qui sedebunt ad iudicandum, Matth.19. & accipitur singulare pro plurali, prout scriptura sæpè consueuit, qui quidem sunt* filij ancillæ, *id est, ecclesiæ. Et sequitur,* Fac mecum signum in bono, *quod in persona Christi intelligendum est de signo resurrectionis, iuxta illud Matth.12.c.* Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ, *& sequitur,* Vt videant qui oderunt me, & confundantur, *Scilicet Iudæi & alij persequentes, qui confunduntur in resurrectione Christi. Potest etiam hoc intelligi de membris per redundantiam capitis. Et quia per resurrectionem virtus Dei declaratur, & spes credentium confirmatur, ex quibus dicit,* Quoniam tu Deus adiuuisti me & consolatus es me.

ADDITIO II.

In eodem Psalm. *Vbi dicitur in Postilla.* Potest aliter dici, scilicet quòd Dauid ibi demeruerat descendere pro occisione sacerdotum Nobe.

Hæc opinio Postillatoris fuit improbata suprà in additione 2. Regum 15 vbi rationabiliter ostensum, quòd Dauid non fuit in culpa circa occisionem sacerdotum Nobe: licet fuisset in causa. Nec ex hoc, quod dixit ad Abiathar, Ego sum reus omnium animarum patris tui, &c. *Sequitur quod Postillator intendit.* Piarum enim mentium est ibi apponere culpam vbi nulla est. *Quod autem dicit, quod reuelatum fuisset Dauid, illud peccatum esse relaxatum à Deo, nullum habet fundamentum in scriptura.*

REPLICA. In Psal. Inclina Domine aurem tuam, &c. *Cùm Postillator exponit materiam huius Psalmi de Dauid, prout communiter exponunt doctores: Burgensis se opponit, dicens quod non omnes doctores sic exponunt, nec Postillator dixit omnes sed communiter. Opponit secundo Burgen. per hoc quod dicitur in Psalmo,* Custodi animam meam quia sanctus sum, *quod sine iactantia Dauid de se propriè dicere non potuit. Ad quod respondet Postillator quod sanctus transumitur pro innocente, & sic Dauid se potuit in hac parte bene dicere innocentem. Tertio opponit Burgen. contra applicationē illius passus,* Omnes gentes quascunque fecisti, *volens quod quia de ædificatione templi in litera non fit mētio, ideo ad illam non debeat fieri applicatio. Etiā vt dicit, nemo congruè petit gratiam ad id, quod, ponit, vel proponit se facturum. Et allegat ad idem Aristotelem dicentem, Non fortes sed agonizantes coronari. Ad illud dicendum, quod illud argumentum si valet, habet locum in multis Psalmis, in quibus de materia non fit mētio, sed per debitas applicationes inquiritur sæpe materia Psalmorum. Nunc autem posti primam inunctionem factā per Samuelem, Dauid proposuit cultū domini Dei augeri, & ad id templū construere, ad quod omnes gentes secundùm attributionem accōmodam, vel hyperbolē, ventura erant ad Deum honorandum. Accipit igitur Dauid ex hoc materiam orationis, petens vt det ei gratiam id perficiēdi quod proposuit; non potest coronari nec præmiari, sed in opere pertinente ad meritum adiuuari. Brocardica igitur allegatio Aristotelis non est ad propositum. Nec verum videtur assumptum Burgen. quod videlicet nemo congruè petit gratiam ad id, quod se facturum proponit; quia magis congruè petit quis per gratiam iuuari in faciendis, quàm in his quæ iam facta sunt. Nam primum respicit meritum, in quo totum est gratiosum: Secundum autem petit præmium, quod Apostolus declarat iustum, scribens 2. ad Timot. 4. b. vbi post enumerata per gratiam merita exigit coronam de iusticia,* quam *inquit,* reddet iustus iudex. *Quarto Burg. opponit quod Dauid non potuit sibi attribuere illud huius Psalmi:* Saluum fac filium ancillæ tuæ, &c. *Et ratio sua ad hoc videtur valdè pueriliter sonare, quia vt inquit, nusquā in scripturis fit mētio de matre Dauid, sed bene de patre, ideo non debuit hic allegare matrem suam, sed potius dixisse* saluum fac filium serui tui, *non ancillæ. Quamuis enim illa consequentia nullum habeat colorem, errat tamen in antecedēte, imo cō. radicit sibipsi, quia secundùm ipsius correctorium super Psalmum,* Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo? *fit mentio de matre Dauid ad literam.* Quoniā pater meus & mater mea dereliquerunt me, &c. *Et Psal.50. ad literā, fit mentio de matre Dauid, &c. Et mirum quare Dauid in orationis suæ humilitate non possit vel debeat matris suæ carnalis, vel etiam spiritualis synagogæ, veritus ecclesiæ memoriam facere dicendo,* Saluum fac filium ancillæ tuæ, &c. *In hoc loco enim, & infrà Psalmo,* Credidi propter quod locutus sum, &c. *Burgēsis dicit quod fideles possunt se dicere filios ancillæ Dei, id est, ecclesiæ, sed excludit vtrobiq; Dauid sine ratione, quasi Dauid ad ecclesiam tanquam matrem non pertinuerit, vel quasi fidelis non fuerit. Sed quod specialiter tangit de occisione sacerdotum Nobe, vide correctio. 2. Reg. 15.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Psalmus.* CASSIOD. Quia agit de ecclesia secundùm potestatem, vbi agit opera.

b *Cantici.* CASSIOD. Vt de seculari Ierusalem, ad intelligentiam supernè eleueris, scilicet de actione ad theoricam.

CASSIODOR. Propheta prædicat cœ-
B lestem Ierusalem filijs Chore, quam cōmendat per fundamenta, & portas, & famam, vt eis augeatur affectus.

¶ Proponitur. ☞ Vt habitent in Sion hic per fidem, in futuro per spem: pars cuius in cœlo, pars cuius in terra militat.

a

PSAL. LXXXVI.

b Filijs Chore Psalmus cantici. PSAL. LXXXVI.

F *Vndamenta eius.* CASS. Psal. de cœlesti Ierusalem: plenus spiritu propheta, mul-
C ta voluēs apud se, de hac ciuitate, de qua nihiladhuc dixerat, in hoc erumpit.

c *Fundamenta eius, &c.* Prior laus à fundamentis; soliditas totius ciuitatis notetur. *Eius,* non refertur ad aliquod

e Vndamenta eius 1

aliquod præmissum: sed ad cordis prophetæ meditationem, quia D nunquam de illa corde tacuerat, etsi ore.

✠ BASILIVS & THEODORETVS. *Fundamenta,* pietatis diuinæ sunt documenta: *Montes* vero *sancti,* supra quos fundamenta iecit, Saluatoris nostri sunt Apostoli: quandoquidem de his beatus inquit Paulus, *Super ædificati estis* Ephes.2.
E *supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, cùm esset eius lapis angularis Christus Iesus.* Et rursus, *Petrus & Iacobus & Ioannes, qui* Galat.2.
videtur columba esse, & Dominus Petro, post veram illam & diuinam confessionem, *Tu es* Matth.16.
Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam F
meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et rursus, *Vos estis lux mundi, & non po-* Matth.5.
test ciuitas abscondi supra montem posita: supra hos sanctos mōtes dominus Christus pietatis fundamenta iecit.

☞ *Diligit*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXXXVI.

✠ Vndamenta eius, &c. *Huic Psalmo præmittitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hieron.* Filiorum Chore Psalmus cantici. *Et patet expositio ex supradictis Psal.83 & 84. De materia vero huius Psal. dicunt aliqui Hebræi quod loquitur de ciuitate Ierusalem, quam ædificauit Salomon, eam claudendo triplici muro, & de templo quod ibi ædificauit valdè notabiliter & sumptuosè: vt patet 3. Reg. & 2. Paral. Sed hoc non videtur posse stare, quia cū dicitur inf.* Gloriosa dicta sūt de te ciuitas Dei. *In Hebræo dicitur* Cela, *quod perpetuitatē signat à parte post, vt dictum est sup. Psal.84. Propter quod Hieron. addit hic semper, quod est omissum in translatione cōmuni. Ciuitas autem & templum, quod ædificauit Salomon, non durauit, in* ☞ *perpetuum.*

MORALITER.

✠ 1 *Fundamenta eius, &c.* Sicut in expositione literali dictum est, Psal. iste loquitur de mysterio Christi & ecclesiæ, nomine Sion & Ierusalem significatæ, propter quod pertranseo de alio sensu mystico requirendo.

a a. *Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.*
✠ EVTHYMIVS. Magnus Paulus nos docuit cœlestem quandam esse Sion, & quandam esse cœlestem Ierusalem, hoc pacto conuersationem illam exprimens, quæ in cœlo est. Hac ratione per *portas Sion*, ecclesias omnes fidelium intelliges, quæ

B in variis sunt orbis partibus, vt diximus in fine Psalmi 72. Has etenim *portas dominus diligit* &

C vniuersis Iudæorum ciuitatibus eas præposuit. Per *tabernacula* enim ipsas Iudæorum ciuitates intelligimus, vel ipsã particulariter Silo, aut terrestrem Ierusalem, in quibus tabernaculum cum arca commorabatur; quẽadmodũ in septuagesimo septimo Psalmo tradidimus.

b *Dicta.* AVGVST. Hæc sunt illa, quæ dominus per prophetas de ea prædixit.

c *Memor ero.* AVG. Diapsalma, dominus de eadem Ierusalem.
AVGVSTINVS. *Memor ero Raab.* Ostendit quæ sunt illa gloriosa: Quasi dicat, Hæc sunt illa: in illa ciuitate, inquit propheta ex persona Dei, *Memor ero Raab & Ba.* quæ non pertinent ad populum Iudæorum. *Gloriosa de te*, vbi non solus est Iudæus, sed omnes Gentes.

D

E

F

Ioel 2. c. ✠ Sciẽtibus me, vel vt cognoscat me Mat. 11. c.

a ¶ Prophetis, apostolis. ¶ Summo angulari lapide Christo. ¶ Et. b ¶ Item sunt portæ, qui & fundamenta.

a in mõntibus sanctis, diligit dominus põrtas Sion su-
a ¶ Cuius, eius? Sion. ¶ Diligit spiritualem ciuitatem super omnia illa, quibus præfignabatur.
b ¶ Imaginaria. c ¶ Aug. Quod non de eis quæ cecidit.
b põr omnia tãbernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de tẽ,
¶ Hæc. a ¶ Apostolis, quibus, de illis recipiendis, præcipiam.
c d ciuitas Dei. † Memor ero Raab & Babylonis, † sciẽn-

1 2 3 4 5 6

† Cela.

d *Raab.* AVGVST. Per fenestram emisit coccinum, id est, in fronte habet signum sanguinis Christi ecclesia Gentium.

☞ *Vnde*

NICOLAVS DE LIRA.

perpetuum: sed solum 420. annis secundum Hebræos, & tunc Nabuchodonosor ciuitatem & templum destruxit & succẽdit, 4. Regum vltimo. Propter quod aliqui alij Hebræi doctores dixerunt, quod Psal. iste loquitur de ciuitate Ierusalem, & templo reædificandis per regem Messiam, quem adhuc expectant, nobilius & altius quam fuerint tempore Salomonis: vnde dixerunt aliqui ipsorum, quod in aduentu Messiæ mons Sion eleuabitur in altum, quia dominus transferet, ibi montem Sinai, & montem Tabor & montem Carmeli, & super istos eleuabitur mons Sion, Inducentes ad hoc illud. Isa. 2. Erit in nouissimis diebus mons domus domini in vertice montium: & eleuabitur super colles. *& sic secundum eos dicitur in principio huius Psal.* Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas, &c. *Et ires dicuntur montes sancti prædicti, quia in vno data fuit lex, Exo. 20. in alio ostensa victoria Barac, Iudi. 4. in tertio. descendit ignis de cœlo super sacrificium Eliæ. 3. Reg 18. Sed dictum istorum prima facie videtur ridiculum, & fictitium. Propter quod Ra. Sa. reprobat ipsum super Isa.* dicens, *quod eleuatio domus domini est intelligenda secundum magnitudinem signorum, & mirabilium quæ fient ibi in aduentu Messiæ: qui reædificabit templum & ciuitatem Ierusalem in monte Sion, & ibi adducentur Iudæi, qui sunt dispersi per orbem; quia Gentes, apud quas sunt dispersi, audientes mirabilia Dei quæ tunc fiant ibi, filios Israel, quos inuenient in terris suis, mittent honorifice, efferentes eos donum domino. Et inducit ad hoc auctoritatem Isa. 519. scilicet* Annunciabunt, gloriam meam Gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis Gentibus donum domino, in equis, & quadrigis, & lecticis, & in mulis, & carrucis ad montem sanctum meum Ierusalem dicit dominus. *Et ad hoc applicat literam sequentem,* Memor ero Raab, &c. *consequenter prout potest. Sed prosecutionem huius adaptationis dimitto ad vitandum prolixitatem. Et quia fundatur super erroneum fundamentum, scilicet Christum venturum ad salutem hominum, quod iam transiit in præteritum, secundum quod tenet tota ecclesia, tanquam diutinis miraculis confirmata, secundum quod dicitur Mar. vlti. d.* Illi autem profecti prædicauerunt vbique, &c. *Ad quod sequitur veram esse fidem ecclesiæ, vel, Deum esse testem & confirmatorem falsitatis, quod est manifeste impossibile. Et hanc veritatem declarauit diffuse per scripturas ve. Te. in quadam quæstione de quolibet, quæ à multis habetur: propter quod hic solum repeto vnam auctoritatem, quæ habetur Aggæi. 2. b. quæ talis est.* Adhuc vnum modicum est: & ego mouebo cœlum & terram & mare & aridam, & mouebo omnes Gentes: & veniet desideratus cunctis Gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit dominus exercituum. *Aggæus autem propheta tunc loquebatur de domo domini, quæ à Zorobabel, & aliis patribus deuotis ædificabatur post reditum captiuitatis Babyloniæ: exhortans populum ad illius ædificationis opus, dicens in persona domini, quod esset glorificanda mirabiliter in aduentu desiderati cunctis Gentibus, per quem intelligitur Christus, secundum expositores catholicos & Hebræos: quod non esset verum, nisi Christus venisset stante adhuc illa domo, quæ iam diu destructa est per Romanos scilicet. 42. post passionẽ Christi anno. Ité in auctoritate prædicta subdit Propheta,* Magna erit gloria domus istius nouissimæ plusquã primæ: dicit dominus exercituũ. *Ex quo duo manifestè ostenduntur, videlicet quod illa domus, quæ tunc ædificabatur, erat nouissima: & sic non erat tertia expectanda futuris temporibus ædificanda, vt Iudæi expectant, propter quod dicit Hiere. 7. a.* Nolite confidere in verbis mendacibus, dicentes templum domini, templum domini, templum domini: *quia non reædificabitur tertio. Aliud est, quod propheta asserit, domum secundam per Zorobabel, & alios patres ædificatam, fore magis glorificandam, quam prima fuerit quod fuit: quod nullo modo potest intelligi, nisi per hoc, quod fuit honorificata gloriose de Christi præsentia, qui fuit ibi oblatus à matre sua. Lu. 2. Ibi etiam pluries personaliter prædicauit, vt concorditer dicunt quatuor euangelistæ; ibi etiam multa miracula fecit, vtpote cæcos & claudos curando. Mat. 21. & alia mirabilia operando. In monte etiam Sion, in quo erat templum, misit spiritum sanctum super apostolos, vt dicit Hiero. in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris: quod fuit mirabile maximum, scilicet quod homines illiterati & simplices statim omnes scripturas sacras intelligerent, & omnibus linguis loquerentur, & qui prius erant timidi, nulla aduersa pro Christo formidarent pati, sed magis gauderent: secundum quod dicitur Act. 5. g.* Ibant apostoli gaudẽtes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, &c. *Et ista & consimilia facta per Christum sunt illa signa maiora, quæ Ra. Sa. dicit fienda in Ierusalem, & in monte Sion in aduentu Messiæ. Sed in hoc errat, quod expectat fienda illa, quæ iam sunt facta. Auctoritas verò Isa. quam allegat prosè, loquitur de prædicatione apostolorũ, aliorũque Christi discipulorum: per quam adducti sunt de omnibus mundi partibus aliqui ad fidem Christi, quæ adductio non fit per motum localem, sed per motum animæ ad fidem. Et secundum hoc dicit Saluator Io. 10. c. de vocatione Gentium ad fidem.* Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, &c. *Propter prædicta, & plura alia, quæ causa breuitatis omitto, sancti doctores nostri Hiero. Aug. Cas. dicunt quod iste Psal. ad literam loquitur de mysterio Christi & ecclesiæ, quod quidem mysterium cognouerunt filij Chore per spiritum prophetiæ, in hoc Psal. designantes ecclesiam nomine Sion & Ierusalem, quia secundùm veritatẽ ecclesia, prout restringitur ad statum no. Te. fuit ibi fundata & inchoata per Christi oblationem, prædicationem, mortem & resurrectionem, & spiritussancti missionem: & hoc est quod dicitur Heb. 12. e.* Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cœlestem, &c. *Igitur secundum hoc Psal. iste diuiditur in duas partes, secundum duos ecclesiæ status, scilicet militantis & triumphantis. De secundo agitur ibi,* Sicut lætantium. *Circa primum describitur huius ciuitatis, scilicet ecclesiæ militantis, fastigium; secundo multiplicatio ciuium, ibi,* Memor ero. *tertio vtriusque effectuum principium, ibi,* Nũquid Sion. *Circa primum dicitur,* Fundamẽta eius, *Id est, ecclesiæ,*

Argumentum efficax valde contra Iudæos de aduentu Messiæ.

1 In montibus sanctis, *Id est, in monte Sion: vbi Christus prædicauit; & in alto monte, vbi legem euangelicam promulgauit: Mat. 5. 6. & 7. Et in mõte Thabor, vbi coram tribus discipulis Petro, Iacobo & Ioanne futuram gloriam suæ resurrectionis in transfiguratione præostendit. Mat. 17. Vel aliter,* In montibus sanctis, *Id est, in Christo & apostolis, & hoc modo loquitur Ioannes Apoc. 21. d.* Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: & in ipsis. 12. nomina apostolorũ & agni.

2 Diligit domi. por. Sion. *Id est, approbat, Et dicuntur hic* portæ Sion, *illa, per quæ fit ingressus ad ecclesiam militantem, scilicet, exorcismus, & catechismus, & baptismus.*

3 Super omnia taberna. Iacob. *Id est, super cultum veteris legis, qui fuit in pluribus tabernaculis, primo in tabernaculo à Moyse facto Exo. 26. secundo in tabernaculo facto à Dauid. 2. Reg. 6. & tertio in templo Salomonis. 3. Reg. 6.*

4 Gloriosa dicta sunt de te. *In veteri & nouo Testamento; vt patet in hoc Psalmorum libro, & in aliis libris propheticis patebit domino concedente. In nouo verò Testamento patet vbique.*

5 Ciuitas Dei. *Ciuitas enim est ciuium vnitas: in ecclesia vero in omnibus nationibus vniuntur homines per fidem, & charitatem Christi, per quod efficiuntur ciues cœlestes, secundum quod dicitur Ephe. 2. d.* Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, &c.

6 Memor ero Raab, &c. *Hic consequenter describitur ciuium multiplicatio. Circa quod sciendũ, quod lex Mosaica non fuit publicata*

☞ *omnibus*

☞ Vnde, *Publicani, & meretrices præcedent vos in regnum cœlorum.*

A *Raab*, latitudo vel impetus, Gentes, quæ latè & impetuosè vagantur per vitia.

Mat.21.c. AVGVSTINVS. Ad Babyloniam pertinent omnes mali, vt ad Ierusalem omnes sancti.

Memor ero Raab & Babylonis cognoscentibus me. ✠ EVTHYMIVS. Efferendus est hic sermo ex

† Palæstina καὶ Βαβυλῶνος τοῖς γινώσκουσιμε. Christi persona, & prædicit quod Ecclesia ex multiplicibus erat gentium

B nationibus congreganda, atque illis qui dem olim impiis. Per Raab enim Cananæos significat, Cananæa enim fuerat Raab. Cananæi verò omnium fuerunt impiissimi. Simili modo & Babylonij, & aliæ gentes, quas statim connumerat. Per cognoscentes autem se, fideles, atque in se Christum credentes omnes intelligit. In ea igitur fidelium

C congregatione, qui in me crediderint, ego eos memoria dignos faciam, præclaràque eorum facta fidelibus commemorabo, vel curam eorum habebo, sollicitè cogitans de eis, tanquam pro dilectis fidelibus. Aliqui per Raab Arabiam intelligunt.

a *Ecce alienigenæ.* AVGVST. Memor ero. Quare hoc dixisti? *Ecce alienigenæ*, id est, Gentes: & *Tyrus*, angustia vitiorum, vel pœnitentiæ.

b *Nunquid Sion.* Secundum aliam literã. *Mater Sion dicet, homo.*

AVGVST. CASSIO. Quasi dicat, vnde alieni peruenient ad Ierusalem? Audi vnde. Est quidam homo, id est, Christus, qui dicit *mater Sion*, id est, synagoga, mater mea secundum carnem; & per hunc veniunt; Quis est homo ille? Ipse est, qui *in ea natus est*, & eam fundauit; ipse dicit, mater, ciuitati illi.

CASSIO.

a ¶ Ecce quid per Raab & Babylonem signauit. b ¶ Allophyli, potione cadentes. ¶ Gentes.
c ¶ Id est illi, qui sunt in angustia vitiorum, vel pœnitentiæ.
d ¶ Aug. Gentes, quæ sunt vsque ad finem terræ etiam nigri.

tium me. Ecce † alienigenæ & Tyrus & populus Æthio-

a ¶ In Ierusalem. b ¶ Id est, nunquid poterit homo persuadere Sion, id est Synagogæ, hoc quod quod dicebam? Quasi dicat, non hoc recipit incredula synagoga. ¶ Vel Sion, id est ecclesiæ dicet homo? Q.d. homo non dicit ex se, sed Deus in homine, quod & homo na. & fundauit.

pum: hi fuerunt † illic. Nunquid Sion dicet: † Homo & ho-

a ¶ Hoc miraculum etiam accidit in ea. b ¶ Non vt homo, sed vt Deus. c ¶ Vnde hoc scis? ¶ Quod miraculum ne sit incredibile, quia.

mo † natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus. Domi-

a ¶ Vel vir. b ¶ Quæ sunt directæ populis fidelibus, & editæ à principibus, Moyse, & prophetis, & apostolis. ¶ Dico.

nus † narrabit in scripturis populorum, & principum ho-

a ¶ Alias facti sunt. a ¶ Ciuitate. b ¶ Quod non de peregrinatione. c ¶ Nostrum.

rum qui fuerunt in ea. † Sicut lætantium omnium habita-

a ¶ Erit. b ¶ O Sion.

tio est in te.

CASSIODORVS. Vel, commendat Sion spirituali, id est, ecclesia, increpat carnalem Sion, id est, synagogam. Quasi dicat, Christus est fundamentum illius ciuitatis; sed Sion, id est, Psal.39. synagoga mater ecclesiæ, dicet, quod Christus tantum homo est, non Deus. Ita dicet. Sed Christus & homo est in ea natus. Et ipse idem est *altissimus*, id est, Deus *qui fundauit eam.*

c *Et principum horum qui fuerunt in ea.* Quorum principum?

AVGVSTINVS. Illè & illè horum (secundum aliam literam) *qui facti sunt*, scilicet principes, *in ea*, id est qui facti sunt principes; antequam essent in ea, non erat facta mundi: *Elegit enim Deus infirma mundi vt confunderet fortia.*

Gentes. E * Cela. † Et cantores sicut tibicines, omnes fontes mei, id est, modulationes è pectore tanquam fonte scaturientes.

✠ BASILIVS. & THEODOR. Symmachus autem sic exposuit, *Dominus numerabit scribens populos, hic natus est illic.* Qui enim populos in illa versantes, sua ipsius scriptura dignatus est: in ipsa secundùm humanitatem natus est, cum Dominus esset & Deus. Hunc autem numerum Dominus noster sacros Apostolos edocuit, cum dixerit; *Vestri autem capili capitis numerati sunt*; & hanc descriptionem propriis suis apostolis aperuit, dicens, *Nequaquam gaudete quoniam dæmones subiicientur vobis, sed quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlis.* F Luc.12.

d *Sicut lætantium.* CASSIO. Diapsalma. Concludit paucis verbis, tangens futuram beatitudinem.

AVGVSTINVS. *Sicut lætantium* collatis omnibus concludit; *Sicut lætantium. Sicut*: quia talis erit lætitia, qualem hic non nouimus, & ideò cum non potuit exprimi, dicit, vt potuit, *Sicut lætantium.*

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *omnibus nationibus, sed tantùm Iudæis: secundum quod dicitur.* 1. *Psal.* 147. *d.* Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, *quia aliæ Gentes ad eam non tenebantur; sed ad legem euangelicam omnes obligabantur, propter quod Christus præcepit eam per apostolos aliosque Christi discipulos vbique publicari. Mar. vl. d.* Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui verò non crediderit condemnabitur. *Et per talem publicationem multiplicatus est numerus fidelium per orbem, & hoc est quod dicitur*, Memor ero Raab, *&c. hic nominãtur aliqui populi circa terram Iudææ habitantes, qui per prædicationem populorum conuersi fuerunt ad fidem in magna parte: & per istos intelliguntur alij populi per orbem dispersi, ex quibus aliqui à tempore apostolorum fuerãt ad fidem conuersi, sicut fuit suprà Psal.* 18. *Sciendum tamen quod secundùm Hebræos, & etiam beatum Hiero. in translatione iuxta Hebræum, hoc nomen* Raab *quod hic ponitur, non est nomen proprium illius mulieris, quæ recepit nuncios Iosue & abscõdit, Iosue* 2. *sed est nomen appellativum, & signat superbiam vel superbam, per quod designatur gens Ægypti quæ tempore Moysi per superbiam fuit valde rebellis Deo, vt habetur in Exo. sed post mortem Christi humiliter suscepit fidem Christi catholicam, per prædicationem beati Marci: sicut Æthiopes per prædicationem beati Matthæi.*

Item vbi translatio nostra habet. Ecce alienigenæ. *In Hebræo & in translatione Hiero. habetur.* Ecce Palestina. *& in illa terra aliquando multum viguit fides Christiana.*

1 Hi fuerunt illic. *Id est aliqui de istis populis prædictis recepti sunt in ecclesia, quæ dicitur ciuitas Dei, vt dictum est. In Hebræo & in translatione Hiero. habetur sic,* Iste natus est ibi, *& est eadem sententia, quia ly* iste *refertur ad quemlibet populũ prædictum: vt sit sensus* iste, *id est, quilibet de populis prædictis ad ecclesiã receptus,* natus est ibi, *id est renatus per baptismum, secundũ quod dicit Saluator Ioan.* 3. *a.* Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto non potest introire in regnum Dei.

2 Nunquid Sion. *Hic consequenter ponitur duorum prædictorum principium effectuum, quod est Christus verus homo, & Deus verus, cũ dicitur.* Nũquid Sion dicet homo *q.d. sic. In Hebræo & in transla. Hiero. habetur.* Ad Sion dicetur, *&c. Et sic patet quod in translatione ista ly* Sion *est datiui casus, vt sit sensus homo dicet ipsi Sion. Iste homo potest intelligi Ioannes Baptista prænuncians Christi aduentum, secundum quod dicitur Io.* 1. *a.* Fuit homo missus à Deo cui nomẽ erat Ioãnes: hic venit in testimoniũ vt testimoniũ perhiberet de lumine, *&c.*

Aliter exponitur, vt iste homo *sit ipse Christus, qui aduentum suum dixit in monte Sion, vbi frequenter prædicauit ipsum esse completum. Et etiam ecclesiæ per Sion significatæ, aduentum suum primum esse completum dixit, scilicet apostolis aliisque discipulis, in quibus ecclesia secũdum statum noui Testamenti incœpit: ideò subditur,*

3 Et homo natus est in ea, *id est, in ecclesia per Sion significata, vt prædictũ est: quia Christus natus est de virgine, quæ est nobilissimũ mẽbrũ ecclesiæ. Et dicit,* in ea, *quia Christus ab inflati cõceptionis fuit in vtero matris homo perfectus virtutib. & sciẽtiis, licet non secundũ quantitatẽ corporis.* 4 Et ip.fun.eam altis. 1. *ipse homo Christus qui est altissimus secundũ naturã diuinã fundauit virginẽ, eã confirmãdo sua gratia: ita quod nec mortaliter nec venialiter peccauit. Vel* eã. *i. ecclesiã, quã fundauit modo suprædicto.* 5 Do.nar. *i. narrari faciet.* 6 In scri.popu. *i. in euãgeliis ad omnes populos derivatis, modo suprædicto. Et dicit* narrabit, *quia ipse Christus nihil scripsit, sed scribere euangelistas euangelistis inspirauit,* 7 Et prin.ho.qui fue. in ea. *i. in scripturis apostolorũ, qui sunt principes ecclesiæ post Christũ & ipsi scripserũt Christi & ecclesiæ mysteriũ, vt patet in epistolis Pauli apostoli & aliorũ. In Hebræo & in trãslatione Hiero. habetur,* dominus narrabit in scripturis populorũ, iste natus est in ea sẽper, *& vt dicit Ra. Sa. Et bene in hoc, ly* semper *refertur ad primã partẽ huius versus sic:* Dñs narrabit. *i. narrare faciet modo prædicto,* Sẽper in scripturis populorũ: *quia ista scriptura vsq; ad finẽ mũdi narrabitur inter populos credẽtes, in quibus cõtinetur, quod subditur,* Iste natus est in ea. *i. ipse Christus natus est de virgine, & ecclesia modo prædicto.* 8 Sicut lætantiũ. *Hic consequẽter describitur secundus status ecclesiæ. s. triumphantis, in quo est laus iugis, & perpetua, sicut suprà dictũ est Psal.* 83. *a.* Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorũ laudabunt te, *&c. Et hoc est quod dicitur,* Sicut lætantiũ omnium habitatio est in te: *non enim potest dici ita generaliter quantũ ad statum vitæ præsentis, nec quantũ ad lætitiam spiritualem: quia semper sunt aliqui mali mixti cum bonis, quibus non competit lætitia spiritualis; nec quantum ad lætitiam corporalẽ, quia in ecclesia semper sunt aliqui afflicti mœstitia temporali.*

ADDITIO I.

In Psal. 76. Fundamenta eius: *vbi dicitur in Postil.* In Hebræo additur Cela.

Oseſum fuit in additione ſup pſal. 83. Additione 3. quod Cela in Hebræo non ſignificat perpetuitatem. Nec eſt neceſſaria iſta allegatio: quia ex alijs, quæ continẽtur in pſal. hoc, ſatis manifeſtatur eius materia, &c.

ADDITIO II.

In eo. Psal. *Vbi dicitur in Postil.* Autoritas vero Isa. quam allegat pro ſe, loquitur de prædicatione apoſtolorum.

Autoritas Iſa. Et adducet: omnes fra. ve. &c. *Iſa. 66. non propriè exponitur de his, qui adducuntur ad fidẽ Chriſti per prædicationẽ apoſtolorum, ſeu diſcipulorum: nam de talibus improprie diceretur quod adducuntur* in equis & quadrigis *& huiuſmodi: quia ad talem adductionem ſcilicet ad fidem Chriſti non pertinet adductio per talia, & multo minus ad huiuſmodi reductionem pertinet illud, quod ibidẽ immediatè ſequitur, vbi ſic,* Quomodo ſi inferãt filij Iſrael munus in vaſe mũdo in domũ domini: *non enim portantur hi, qui ad fidem Chriſti noviter veniunt,* in vaſe mundo ſicut munus, *&c. Sed in hac autoritate Iſaias prænunciat quoddam valdè nouum in eccleſia Dei, quod in ſynagoga antiqua ſacrilegium reputabatur. ſcilicet quod oſſa ſanctorum martyrum ſeu confeſſorum & huiuſmodi portantur cum magna veneratione ad eccleſiã, tanquam ſacra reliquiæ in capſis ſeu reliquarijs preciosis & mundis, & ſic propriè adducuntur* fratres, *id eſt, ſancti in eorum reliquijs in quadrigis & huiuſmodi, & tanquam munus conſecratum Deo offeruntur in vaſis mundis. Apud antiquos autem, ſcilicet veteris Teſtamenti, nulla oſſa, nec aliquid de corpore mortuorum, quantumcunque ſanctorum, intrabat templum, immo tangentes talia erant prohibiti ab ingreſſu templi donec purgarentur, vt patet Leui. 21. & hæc videtur eſſe vna de autoritatibus validis contra Iudæorum perfidiam, vt ibidem domino concedente pleniùs videbitur.*

ADDITIO III.

In eo. pſal. *Vbi dicitur in Poſtil.* Circa primum dicitur. Fundamenta eius, id eſt eccleſiæ.

Non habetur in litera, cui referatur illud relatiuum ſcilicet eius: *nec in hoc pſal. præceſſit aliqua mentio de eccleſia, quia primum verbũ huius pſal. eſt quod dicitur,* Fundamenta eius: *non exprimendo cuius. Ad quod bene reſpõdetur in glo. vbi ſic:* Nõ refertur eius ad aliquod præmiſſũ, ſed ad cordis prophetiæ meditationẽ: qui nũquã de illa ſcilicet eccleſia corde tacuerat, & ſi ore aliquãdo omiſiſſet, *hæc in glo.*

ADDITIO IV.

In eodem pſalmo. *Vbi dicitur in Poſtilla.* Diligit dominus portas Sion.

Per portas Sion *fortè melius intelligerentur gratia & virtutes, quibus perſeueranter habitis infallibiliter fit ingreſſus ad eccleſiam, non ſolum militantem, ſed etiam triumphantem. Per baptiſmum autem fit huiuſmodi ingreſſus, inquantumper eum gratia confertur: quia ſecundũ Phi. Vnqũquodq; propter quod tale & illud magis. Inde eſt quod ingreſſus ad eccleſiam magis eſt attribuẽdus gratiæ quam vt baptiſmo: præſertim cum Deus non alligauit potentiam ſuam ſacramentis vt in 4. di. 4. & ſic ſine baptiſmo poteſt fieri huiuſmodi ingreſſus, nunquam tamen ſine gratia & virtutibus theologicis. Has igitur portas propriè ſuper omnia diligit Deus tabernacula Iacob, in quibus gratia non conferebatur,* gratia enim & veritas per Ieſum Chriſtum facta *eſt, Ioan. 1.*

ADDITIO V.

In eo. pſal. *vbi dicitur in Poſtilla.* Nunquid Sion.

Ad maiorem declarationem huius verſus, & ſequentium, ſciendum eſt, quòd dicere, quòd qui fundauit aliquam ciuitatem antequam fundator in ea naſceretur, implicat, quòd talis fundator fuit ante talem fundationẽ, & tamẽ fuit natus in eadem iam fundata, quod non poteſt intelligi, niſi de Chriſto ſecundum duas naturas in perſona ſua vnitas, quæ fuit ab æterno ante fundationem eccleſiæ, & tamen temporaliter in ea natus, & quia hoc myſterium excedit omnem cognitionem naturalem humanam: idcirco nullo modo eſſet credibile, niſi Deo reuelãte: vnde circa hoc pſal. dicit. Nũquid Siõ dicet, homo, & homo natus eſt in ea *&c. quaſi diceret, cui homini puro credendum eſſet tantum myſterium, ſcilicet, quòd aliquis natus in ciuitate fundaſſet eam ante ſuam natiuitatem? cui reſpondet,* Dominus narrabit in ſcripturis populorum: *quaſi diceret, licet nõ eſſet credendum alicui puro homini annunciãti tantum myſterium, ſed tamen hoc credendum eſt Deo reuelanti, & hoc eſt quod ſubdit.* Dominus narrabit in ſcripturis populorum, *hoc eſt dicere: de hoc non crederetur alicui puro homini, niſi quia dominus narrabit in ſcripturis, & exponatur hic verſus prout in Poſtilla. Si autem, vbi dicitur in translatione noſtra,* Nunquid Siõ, *legatur,* Ad Siõ dicetur, *tunc intelligendum eſt admiratiuè. vt ſi dicatur: Quomodo ad Sion dicetur, quòd homo natus in ea eſt fundator eius? Ad quod reſpondit:* Dominus narrabit, *&c. & eſt eadem ſententia cum prima.*

ADDITIO VI.

In eo Pſal. *vbi dicitur in Poſtil.* Sicut lætantium, &c.

Attendendum eſt quare dicit Pſal. Sicut lætantium *& non dicit ſimpliciter, lætantes erimus, ſed* ſicut lætantium. *Cuius ratio eſt. quia ſecundum glo. talis erit lætitia futura beatitudinis, qualem hic non nouimus exprimere, vnde cũ nõ poſſet exprimi dicit vt potuit. Quia Iſa. 64. b.* Quod oculus non vidit: nec auris audiuit, &c. *Et notandum quod ſecundum glo. iſte pſal. breuis eſt numero verborum, magnus autẽ pondere ſententiarum. Quod ſic patet, nam in hoc pſal. innuuntur ſeptem excellentiæ notabiles eccleſiæ ſpiritualis. Quarum tres ſumuntur ex parte ſui ædificij, Prima ſcilicet ex fundamentis, quæ ſunt prima pars ædificij, & de hoc dicit.* Fundamenta eius in montibus ſanctis; *Secunda eſt ex portis ipſius, quæ ſunt vltima pars ædificij, & hoc eſt cum dicit,* Diligit dominus portas Sion, *Tertia verò excellentia ſumitur ex parte aliarum partium quæ continentur inter prædicta duo extrema, vt puta conſtructio parietum & tecti, & huiuſmodi. De quibus dicit,* Glorioſa dicta ſunt de te; *quaſi diceret, inenarrabilia ſunt quæ dicta ſunt de te, ſcilicet de fabrica, & conſtructione tua ſpirituali, per prophetas in ſcripturis, & ideo breuiter ſub genere ea concludit dicens,* Glorioſa dicta. *Quarta excellentia ſumitur ex multiplicatione ciuiũ, quia non ex vna natione tantum ſed ex omnibus, & de hoc dicit,* Memor ero Raab & Babylonis, &c. *vſque ibi,* Hi fuerunt illic. *Quinta ſumitur ex parte ædificatoris, qui fuit verus Deus & verus homo prout traditur in ſcripturis, & hoc dicit,* Nunquid Sion dicet homo, & dominus narrabit in ſcripturis, &c. *Sexta ſumitur ex parte lætitiæ habitantiũ in ea, quæ talis eſt, qualis non poſſet exprimi, & de hoc dicit.* Sicut lætantium omnium, *prout ſupra exponitur. Septima eſt ex capacitate illius ciuitatis, quæ tanta eſt vt omnes electos (quorum numerus ſoli Deo eſt cognitus) in ſe lætanter recipiat, & de hoc dicit,* Omnium noſtrum habitatio eſt in te, *Qualiter autem iſta literæ applicentur, ex dictis in Poſtilla cum additionibus faciliter poteſt haberi.*

D

GLOSSA ORDINARIA.

☞ A a *Mahalath.* AVG. Chorus, vt canenti chorus conſonando reſpondeat, ſicut hic & in aliorum cantu pſal. factum eſt. Sed tituli variantur pro leuando faſtidio, vel forſan alia non ſatis nota cauſa. Hic autem paſſio Chriſti prophetatur, cui debemus imitando reſpondere: ſed non prodeſt, niſi fiat in choro, id eſt, B in concordia charitatis. *Heman,* frater eius interpretatur, hi ſunt qui in cruce gloriantur, qui ſunt veri Iſraelitæ; Heman Ezraita, id eſt, aduena, dicitur enim fuiſſe quidam orientalis. C

a ¶ quia lætus finis paſſionis hic oſtenditur. b ¶ Quia & hic agitur de bona operatione.
c ¶ Canitur. d ¶ Chriſti. e ¶ Cœleſtium coronarum.
f ¶ Id eſt, in choro id eſt, concordia charitatis.

Cãticum Pſalmi filiis Chore in finẽm † pro Mahalath

a ¶ Imitatione vel gratiarum actione. b ¶ Et hic eſt.
c ¶ Qui in choro reſpondente canentibus myſterium intellexerit. ¶ Alias Ezraitæ.

ad reſpondendum, intellectus Hẽman Iſraelitæ.

✠ EVTHYMIVS. In finem ideo inſcriptum eſt canticum, quia ad finem tendebat prophetia, quæ hic continetur. Et pſalmus quidem proxime præcedens Chriſti natiuitatem prædixit: hic autem Chriſti mortem; quod autem inſcribitur pro *Maeleth,* exponitur, hoc eſt, pro chorea. Canere enim ſolebant, atque vnà choreas ducere, quando hunc pſalmum recitabant. *Adreſpondendum* autem, hoc eſt, cum reſponderent. Tripudiabant enim dum ad organorum muſicam reſponderent. *Intelligentia* vero quia intelligentia lectori opus eſt, ob occultum ac præſignatum hic, de Chriſti morte myſterium. *Iſhi* verò Eman *Iſraelita* quia non ſolis Core filiis, ſed etiam Eman principi alterius chori traditus fuit hic pſalmus à beato Dauid, & ab E vtroque choro vnà fuit, aut fortaſſe alternatim decantatus. Quædam exemplaria non Eman habent; ſed Ethan verum placet vt in præſenti pſalmo legamus Eman, & in ſequenti Ethan. Nam in primo Paralipomenon libro. vterque F eorum chori princeps fuiſſe traditur. Iſraelitæ, etiam dixit. non quòd alij cantores non eſſent Iſraelitæ, ſed quia alij fortaſſis erant homines huiuſmodi nomine, Eman & Ethan, qui erant alienigenæ, ad quorum diſtinctionem ſic dictum eſt; vel forte quia tale erat cognomen.

† ſuper

☞ PSAL.

PSALMVS LXXXVII.

A a *Domine Deus.* Cassiod. Monet Christi mortem imitari Cassi. Primo precatur auxilium referens contemptum ab inimicis: vnde in forma serui orans ad patrem, ait: *O domine.*

b *Intret in cõspectu.* Cassio. Virtus puræ orationis, quæ quasi quædam persona ad Deum intrat & mãdatum peragit: quo

B caro peruenire nequit

c *Quia repleta est.* Avg. Hos humanæ infirmitatis affectus, sicut ipsam carnem ac mortem, non cõditionis necessitate, sed miserationis voluntate suscepit, vt transfiguraret in se corpus suum, quod est ecclesia, vt si cui

C suorum tristari vel dolere contingeret, non ideo se à gratia Dei alienum putaret, & non esse hæc peccata, sed humanæ infirmitatis indicia.

d *Æstimatus.* Quia non solum grauia, sed & contumeliosa pertuli.

e *Sicut vulnerati dormientes.* Cassiodorvs. Quia & ipse lancea vulneratus, & sepulchro clausus, sed differt per hoc quod sequitur, quorum nõ meministi adhuc.

✠ Basilivs & Theodoretvs. Illa verba, *Factus sum sicut homo,* cum his coniuncta sunt, *Factus sum vt homo sine adiutorio, inter mortuos liber.* qui nondum mortis seruitutem recepit. Factus sum, sicut vulneratus, qui in bello plagam accepit. Hoc enim sic Symmachus dixit, *Tanquam vulnerati iacentes in sepulchro, quorum non es memor amplius, qui è tua manu erecti*

D

E

F

† clamore meum.

† deputatus

† i. quem de mo curat.

† Tanquam

sunt.

☞ *In se-*

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs LXXXVII.

Omine Deus. *Huic psal. præmittitur talis tit. in Hebr.* Canticum Psal. filiis Chore ad victoriam super Mahalath, ad respondendum, eruditioni Heman Ezraitæ. *Ad cuius intellectum sciendũ, quod de isto Heman & Ezraita, à quo intitulatur psal. sequens, duo sunt modi dicendi apud Heb. Vnus est quod fuerunt Leuitæ cantores, sicut videtur prætendere litera 1. Par. 25. qui habuerunt spiritum prophetiæ, & sic psal. fecerunt, & secundum hoc dicuntur Ezraitæ, à loco Ezrai vnde fuerunt oriundi, & hunc modum dicendi secutus fuit 3. Reg. 4. & 1. Para 2. vbi de ipsis fit mentio. Alius modus dicendi est quod fuerunt de tribu Iuda descendentes ab eo per Zaram filium eius, quia genuit Phares & Zaram de Thamar, & hoc videtur litera prætendere 1. Par. 2. Et secundum hunc modum dicendi dicuntur Ezraitæ, id est, de tribu Zara; sed quicquid sit de tribu eorum, non multum refert ad propositum, quia tenetur ab omnibus Hebræis & Hiero. quod habuerunt spiritum prophetiæ, per quem fecerunt psal. ab eis intitulatos, & secundum hoc in titulo isto patet autor psal. huius scilicet Heman Ezraita. Item sciendum quod hæc dictio Hebraica* Mahalath, *est aquinoca, quia significat quoddam instrumentum musicum, & chorum, & infirmitatem. Et in hac triplici significatione hic accipitur, quia cantus huius psal. magis proprie cantabatur in instrumento musico nomine* Mahalath, *quam in aliis. Itẽ quia cantabatur à choro Leuitarum, non solum instrumentis musicis, sed etiam vocibus humanis. Item quia secundum Hebræos psa. iste loquitur de afflictionibus populi Israel ipsum debilitantibus & infirmantibus, secundum Latinos vero loquitur de passione Christi, quæ secundum infirmitatem humanæ naturæ assumpta conueniebat sibi. Quia autem in titu. ponitur,* ad victoriam, *designat conatum Leuitarum in modo cantandi hunc psal. Quod autem ponitur ibi,* filiis Chore ad respondẽdum, *designat quod illi de choro Heman incipiebant cãtum huius psal. & filij Chore respondebant sicut dicitur 2. Mach* 1. Ionatha inchoante cæteris autem respondentibus, *&c. Et sic in titu. illo tãgitur autor psal. & modus cantandi ad cantores, & instrumenta & conatus in cantu & materia psal. in generali. Ad eundem intellectum de facili reducitur titulus qui communiter ponitur in bibliis. Sed aduertendum quod habet* Melech *pro* Mahalath *quod processit ex ignorãtia idiomatis Hebræi, & sic fuit male scriptum per literas Latinas. Similiter pro,* ad victoriam, *habet, in finem, & est eadem sententia, quia finis hic accipitur pro vltimo de potentia, quod faciebant Leuitæ in cantando hunc psal. sicut plenius fuit expositum supra titulo psal. 4. Similiter ad dictum intellectum reducitur titulus positus in transfiguratione Hiero. nisi quod pro hac dictione* Mahalath *ponit* Chorum, *& sic accipit vnam eius significationem tantum, & alias duas omittit. sicut prædictum est: Ra. Sa. dicit & materia huius psa. sunt afflictiones, quas populus Iudaicus sustinuit, & maximè in Babylonica captiuitate, quas præuidit Hemã Ezraita. Et sic fecit hunc psalmum Deum deprecando pro populi liberatione, In cuius persona loquitur in hoc psal. qui secundum hoc diuiditur in duas partes: In prima enim diuinũ auxiliũ imploratur, In secũda ad hoc oratio multiplex allegatur, ibi:* Quia repleta est malis. *Circa primum dicit,*

1 Domine, *Ratione generalis gubernationis.*

2 Deus, *Ratione creationis,*

3 Salutis meæ, *Ratione meæ liberationis de Ægypto, quæ ex gratitudine hic recolitur, vt liberatio de captiuitate Babylonica citius impetretur.*

4 In die cla. & no. *Et sic ostenditur orationis perseuerantia: & intentio pura, cum subditur,*

5 Corã te, Intr in cõ. &c. *Ex quo ostenditur feruẽs & deuota, quasi se ingerens, & ista tria faciunt orationem exaudibilem: ideo subditur,*

6 Inclina au. ad pre. &c. *Exaudiendo eum per affectum.*

7 Quia repleta est malis. *Hic consequenter ad propositum allegatur ratio multiplex. Et primo ex horrore illati supplicij, fuerunt enim Iudæi in captiuitate Babylonica horribiliter afflicti, ex quo decenserat diuinam misericordiam super hoc commoueri, & hoc allegatur cum dicitur,* Quia repleta est malis, *scilicet pœna corporalis,*

8 Anima mea, *Q. d. non possum plus sustinere, ideo subditur,*

9 Et vita mea in infer. ap. *In Hebræo autẽ habetur.* Ad seol appropinquauit. *Seol, autẽ significat fossã & inferũ, & vtroque modo hic accipitur, quia per mortem corporalem, quam Psalmista allegat propinquã, corpus descendit ad fossam, & anima pro illo tempore ad inferũ, quia anima quantumcunque iusta descendebant ad limbũ patrum.*

10 Æstim. sum cum desc. &c. *Q. d. ita sum absorptus corporalibus pœnis sicut descendentes in lacum profundum absorbentur aquis.*

11 Factus sum, &c. *Quia tu subtraxisti à nobis tuum adiutorium contra Babylonios, & humanum adiutorium non habemus.*

12 Int. mor. lib. *Q. d. ab istis afflictionibus non apparet liberatio, nisi per mortem, ex quo sumus destituti adiutorio diuino & humano.*

13 Sicut vulnerati dormientes in sepulchris. *Id est, sicut mortui.*

☞ Quorum

MORALITER.

✠ 1 *Domine Deus salutis mea.* Psal istum literaliter exposui de liberatione populi Iudaici de captiuitate Babylonica. Moraliter autem potest exponi, vt sit oratio peccatoris, pro sua liberatione de seruitute diabolica, dicentis, *Domine Deus salutis mea,* Id est autor salutis meæ, per quem spero saluari.

4 *In die clamaui & no. co. te.* Nam oratio debet esse perseuerans.

† *Intret in conspe. tuo ora. mea.* Est enim oratio quasi nuncius ad Deum, cui primo datur accessus, & secundo audientia: propter quod sequitur,

6 *Inclina aurem tuam, &c. Quia repleta est malis anima mea.* Id est peccatis.

9 *Et vita mea in inferno, &c.* Quia demerui gehennæ deputari.

10 *Æstim. sum cum desc. in lacum,* Scilicet inferni, nam de magno peccatore solent homines dicere, quod iam habet vnum pedem in inferno.

11 *Factus sum si. homo.* Quia demerui auxilio tuo priuari.

12 *Inter mor. li.* Scilicet à societatibus bonorum, sicut mortui.

✠ Et ipſi

a *In sepulchro.* Id est, in carnali voluptate sopiti, vnde Deus non excitat eos.

b *Et ipsi de manu tua repulsi sunt.* AVGVST. Non enim ad dormientes hoc refertur, in quibus sunt iusti, quorum licet non meminerit Deus *adhuc*, vt resurgant: de his tamen dictum est, *Iustorum animæ in manu Dei sunt.* Vel, *posuerunt me* rei veritate, *In lacu inferiori*, id est, in aquis inferni sci. in tenebris & in vmbra mortis.

c *In lacu infe.* CAS. Vel *inferni*: quia tam abiecta morte abiectus est in tenebris obliuionis, quem nemo requiret. Et *vmbra mortis*, locus malorum, in quo puniuntur.

BASILIVS & THEODORETVS. Hæc verba, & iis, qui Babyloni degere coacti erant, accommodata sunt, & toti hominum naturæ; etenim illi prauis hominibus seruientes, funestam vitā viuebant: & omnes homines in omnis generis calamitates, post patratum peccatū, inciderunt, Post enim mandati transgressionem, mors & luctus, & lachrymæ, gemitus, & vlulatus, viduitates, & orbitates, & infinita alia, quæ explicari non possunt, tenebras etiam viuentibus offuderunt.

d *Super me confirmatus est.* CAS. Putabant quod irâ Dei periisset & quod Deus omnes indignationes super eum induxisset, quando pertulit eum crucifigi.

e *Longe feci.* CASSIODO. Quid amici eius in passione fecerunt.

f *Notos.* Non quos nouit: quia tunc omnes nouerat vt Deus, sed quibus notus est.

g *Tota die.* AVGVST. Per *extensas manus*, continuatio bonorum operū, à quibus nunquam cessauit, intelligitur. In cruce enim nec vna tota die fuit illa extensio, nec totum pro parte potest accipi, cum addit *tota*; Sed quia hęc opera non omnibus profuerunt, addit,

h *Nunquid mortuis.* Mortuos corde dicit, quibus fiunt quidem miracula Christi, sed non prosunt eis: mortuis enim corpore facta sunt mirabilia, cum quidam reuixerunt. Et cum dominus infernum penetrauit, atque inde victor mortis ascendit, magnum factum est mortuis miraculum.

Numquid mortuis. CASSIODORVS quibus non prosunt opera sua ostendit.

i *Aut medici fuscitabunt, &c.* AVGVSTINVS. In Hebræo non medici, sed gigantes; pene eodem modo vtrumque sonat in Hebræo. Si ergo superbi gigantes dicuntur, id est, sapientes seculi; bene dicuntur medici, qui per artes suas promittunt salutem animarum; contra quos dicitur, *Domini est salus.* Si boni gigantes, id est, magni & fortes, & ipsi medici qui viuentes curare ministerio possunt, sed non mortuos excitare. Sola enim

☞ gratia

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quorum non es memor amplius. *Quia citò dantur obliuioni.*

2 Et ipsi de manu tua, *Id est, de manu tua protectionis quantum ad statum vitæ præsentis,*

3 Repulsi sunt: *Quia non admittuntur amplius ad actus vitæ præsentis, secundum quod dicitur Iob 16.d.* Semitam, per quam non reuertar, ego ambulo.

4 Posuerunt me in lacu inferiori. *Lacus frequenter accipitur in scriptura pro carcere, qui aliquando sit super terram, aliquando sub terra, & tunc dicitur lacus inferior: in captiuitate autem Babilonyca multi de Iudais fuerunt positi in carceribus, quia etiam Sedechias rex eorum fuit incarceratus. Ex quo rationabiliter colligitur, quod aliqui fuerunt positi in carceribus subterraneis, & quantum ad hoc dicitur hic,* Posuerunt me in lacu inferiori in tenebris. *Quia ibi est defectus lucis.*

5 Et in vm. mor. *Quia non possunt homines diu ibi viuere per naturam.*

6 Super me. *Hic consequenter secundo allegatur ratio ex rigore diuini iudicij, secundum quem populus Iudaicus tunc fuit punitus: & ideo decens erat vt rigor iustitiæ temperaretur per dulcorem misericordiæ, & hoc allegat Psal. dicens,* Super me con. est fu. tuus. *Id est, rigor iustitiæ tuæ.*

7 Et omnes flu. *Id est, impetus tribulationum.*

8 Induxisti super me, *Et loquitur de Deo ad modū maris procellosi.*

9 Lōgè feciſti no. &c. *Vocat hic* notos *Idumæos, quia Iudæi & Idumæi ex duobus fratribus descenderunt scilicet Iacob, & Esau, propter hoc dicitur Deut. 23.b.* Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est. *Vnde dicunt Hebræi, quod quando ducebantur captiuati in Babylonem, sperabant habere consolationem aliquam ab Idumæis per quorum terram debebant transire, sed ipsi magis ibi inuenerunt derisionem & desolationem: ideo subditur,*

10 Posuerunt me abo. sibi.

11 Traditus sum, *In manu Babyloniorum.*

12 Et non egr. *De afflictione & seruitute eorum.*

13 Oculi mei lan. præ. inop. *afflictio enim mentis & corporis magis apparet in oculis, quam in aliis partibus.*

14 Cla. ad te do. &c. *Id est, ore & corde petiui assiduè: vt rigor tuæ iustitiæ erga nos conuertatur in dulcorem misericordiæ.*

15 Nunquid mor. *Hic tertio allegatur ratio ex decore diuini obsequij, ad quod terra Iudææ erat electa à Deo & populus Iudaicus: propter quod specialem legem accepit à Deo Exo. 20. Et ideo decens erat quod esset cultus restitueretur, per hoc quod populus Iudaicus de Babylone in Iudæam reduceretur: quod hic allegat Psal. ostendendo quod alij modi non sunt ita conuenientes, di.* Nunquid mor. fa. mi. *Id est, suscitando Iudæos mortuos, & sepultos in terra Iudæ ad seruiendum tibi: quasi dicat, non, licet enim aliqui fuerint ibi suscitati, tamen fuerunt valdè pauci. Quod autem modicum est, quasi nihil reputatur 2. Phy.*

16 Aut me. susci. & con. ti. *Confessione laudis: illi scilicet, qui per medicos fuerunt suscitati, quasi diceret, non, quia non se extendit ad hoc ars ipsorum.*

☞ Nunquid

MORALITER.

† 2 *Et ipsi de ma. tua, &c.* Non simpliciter, sed quantum ad vitam præsentem.

4 *Posuerunt me in la.* Id est, in inferno, & exponatur sicut sup. *Æstimatus sum, &c.*

6 *Super me. con. est fu. tu.* Id est, punitio grauis propter peccata mea.

9 *Longè fe. no. &c.* Id est, eos longè fieri à me permisisti: quia boni societatem malorum fugiunt, & abhorrent.

11 *Traditus sum.* Scilicet in manus dæmonum.

12 *Et non eg.* Id est, egredi non possum nisi per tuum auxilium, propter quod compulsus sum ad te recurrere, di.

14 *Clamaui ad te domine, &c.* Et pro exauditione subditur,

15 *Nunquid mor. fa. mirab.* Quasi dicat, non, quia sunt extra merendi statum.

16 *Aut medici suscitabunt.* Quasi dicat non, nam ad hoc se non extendit ars ipsorum.

✠ *Nunquid*

Sapien. 3 a. abcisi profundis

¶ Qui exigilabunt in resurrectione.
b ¶ Aug. vel quorum non meministi adhuc, i. quorum tempus resurgendi nondum venit: in quo Christus à cæteris mortuis discernitur, qui & vulneratus, & mortuus in sepulchro positus est.

a dormientes in sepulchris, quorum non tes memor amplius,

a ¶ Quibus ita factus sum. b ¶ Id est, adiutorio tuo priuati sunt, qui me sine adiutorio putauerunt.
b ¶ Sua opinione. c ¶ Profundissima miseria seculi.

b et ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerūt me in lacu infe-

¶ Vitiorum. ¶ Aug. morte impietatis. a ¶ Aug. vt illi rati sunt, cum mori viderent turpi morte.

c riori, in tenebrosis et in vmbra mortis. Super me cōfirmatus

a ¶ Omnia quæ de passione prophetata sunt, euenerant. b ¶ Alias, suspensiones, id est, pensiones.
c ¶ In alio psalmo, transierunt. d ¶ Et tunc.

d est furor tuus, et omnes fluctus tuos induxisti super me. *Lon-

a ¶ Loco, vel mente. ¶ Quibus & ego notus, vel bonos, quos probat.
b ¶ Aug. vel noth, qui hoc genus mortis horrebant vel magis persecutores.

e ge feciſti notos meos à me, posuerunt me abominationē

f a ¶ A discipulo. b ¶ Non ostendi quid essem ab intra. c ¶ Aug. vnde & apostoli cum non viderent eum in virtute, sed quasi victum, infirmati sunt subtracto cibo, id est, lumine suo.

sibi. Trāditus sum, & nō egrēdiebar, oculi mei† langue-

a ¶ Hoc aperte in cruce fecit. b ¶ Ad voluntatem patris omnia fecit.

g runt præ† inopia. Clamaui ad te domine, tota die expandi ad

a ¶ Sed. ¶ Non enim eis dicit fieri, quibus etsi fiant, non prosunt; quia à medicis non suscitabuntur homines, vt confiteantur domino. ¶ Quasi non.

h te manus meas. † Numquid mortuis facies mirabi-

a ¶ Suscitati. b ¶ Q. d. non ¶ A mortuo enim corde perit confessio, quasi non esset.

i lia: aut † medici suscitabunt et cōfitebuntur tibi?

1 memini-sti
2 †infimo
3
4
5
6
7
8 *Cela
9
10 †ipsis
11
12 †infirmati sunt
13
14
15
16

Numquid mortuis.

Gratia reuiuiscunt ad fidem: vnde, *Nemo potest venire ad me, nisi pater traxerit eum.*

a *Sepulchro.* Vnde in euangelio de talibus, *Similes estis sepulchris dealbatis quæ foris apparent hominibus speciosa: intus verò plena sunt ossibus mortuorum*, quasi, sic & vos hypocrisi & iniquitate.

Psal. 3. b. Ioan. 6. b. Matt. 22. c.

b *Misericordiã & ve.* AVG. Misericordiam & veritatem amat coniungere scriptura: maximè in psalmis.

c *Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua.* BEDA Plus dicit quam prius. Quia dicit, ꝙ etsi ab aliquo eis narrari posset, ipsi tamẽ non intelligerent: interrogãdo sic. Nũquid *mirabilia tua*, id est, reparatio tua poterit *cognosci ab his*, qui sunt in *tenebris*, id est, in tenebrosis locis inferni? & *iustitia*, id est, gratia tua iustificans poterit cognosci *in terra obliuionis*, id est, in terra illa, cuius tu penitus per visitationem misericordiæ es oblitus: Quasi dicat: Vtique, etsi esset, qui hæc illic posset narrare, non esset qui posset cognoscere.

d *In tene.* Idem sunt mortui positi in sepulchro, & tenebræ, & terra obliuionis.

e *Ego ad te do. cla.* CASSIOD. Quæ in suis sustinet; ecce chorus respondens præcinenti.

CASSIODORVS. *Et ego quasi*, cum illis, cum quibus vnum.

AVGVST. *Et ego:* His mortuis non prosunt opera Christi. Quis ergo vsus eorum? Quid de eis agit Deus ad vtilitatem corporis sui, id est, ecclesiæ. Multum: quia in eis ostenditur, quæ sit gratia in prædestinatis. Addit ergo *& ego*, Quasi dicat, *Fuimus & nos natura filij iræ.* Sed, *ad te clamaui, vt saluus essem.* Qui clamat & inuocat, credit: sed non crederet, nisi misericordia suscitaret: quia præueniente, iam est mane post tenebras. Sed quia restat futura clarificatio: nunc oratio mea præit, quæ vt feruescat, differtur bonum, & crebrescunt mala: vnde addit, *Ut quid domine repellis.*

a ¶ Non hi narrabunt, sed viui, & fideles. b ¶ Positus. ¶ Mortuæ animæ corpus sepulchrum est.

1 a * Nũquid narrãbit aliquis in sepulchro misericordiam tuã
b a ¶ Positus. b ¶ Id est, obstinatus.
2 c & veritatem tuam in perditiõne? Nũnquid cognoscentur in
3 d a ¶ Infidelium. b ¶ Hæ sunt tenebræ: vnde, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. ¶ Quæ dicit, non est Deus.
4 tẽnebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra † obliuionis?
5 ¶ Christus ex voce ecclesiæ ¶ Quia nullus medicorum suscitat. a ¶ Prouenta à misericordia.
6 e Et ego ad te domine clamaui, & mane orãtio mea præue-
7 f a ¶ i. futurum iudicium. ¶ Sed nunc. b ¶ Non dando quod volunt, sed non expedit.
8 niet tẽ. Vt quid domine repellis † orationem meam, † auertis
9 a ¶ Rebus seculi. ¶ Aug. Exequitur breuiter tribulationes corporis Christi.
b ¶ Aug. vnde alibi. Sæpe expugnauerunt me à iuuen. mea.
10 g faciẽ tuam à me? † Pauper sum ego, & in laboribus à iuuẽ-
11 h a ¶ Quædam membra exaltantur in seculo, vt in eis sit maior humilitas. b ¶ Aduersis.
12 i tute mea: † exaltatus autẽ humiliatus sum & cõturbatus. In
13 k a ¶ Venientes, id est, mihi illatæ. b ¶ Non manet ira Dei iniusti, sed transit. c ¶ Afflictiones.
d ¶ Omne, quod potest accidere, etsi non accidat, prudenter timetur.
14 l m mẽ transierunt irę tuæ, & terrõres tui † conturbauerunt

f *Vt quid.* CASSIODORVS. Ecce quantum desiderat.

CASSIO. *Vt quid domine.* Proponit, quæ tendam esse causam: quæ est, vt dilatione boni, & aduersis multiplicatis, quibus repulsa quasi oratio inflammetur ardentius.

g *Exaltatus.* CAS. Prius tumido corde, postea,

h *Humiliatus.* Per confessionem.

i *Conturbatus*, Id est, confusus de peccatis, ea damnando.

k *Transierunt.* CAS. non mansuete contigerunt.

AVGVST. Quia non de fideli, sed de infideli dictum est, *Ira Dei manet super eũ.* flagellat enim filios quos recipit, vnde, *Quos ego amo, arguo & castigo.* Et alibi, *percutiam & sanabo: occidam & viuere faciam.*

l AVG. *Transierunt & conturbauerunt.* Quia aliud iam de damnatione patimur, & aliud de æterna vltione timemus.

Terrores tui. CASSIOD. Quos patior: quia tibi placuit, non meo merito.

AVG. Terrores futuri iudicij, quos omnis caro timet.

m *Conturbauerunt me*, Secundum infirmitatem carnis.

AVG. *Conturbauerunt me* aliquando terrores, ita conturbant animum cogitantis circumpendentibus malis, vt sicut aquæ circunfluere videantur, & simul vndique circundare, vnde amici & noti timore deferunt, vnde Apostolus. *Omnes me dereliquerunt.*

2. Tim. 4. c.

Circundederunt

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nunquid narrabit aliquis in sepulchro, &c. *Quasi diceret, non: quia in sepulchro non est nisi corpus inanimatum, & putrefactum.*

2 Et veritatem tuam in perditione *Id est, in inferno damnatorum, qui proprie vocatur* perditio: *quasi diceret, non, quia existentes ibi magis blasphemant Deum.*

3 Nunquid cognoscentur in tenebris, *Id est, in Gentibus obtenebratis ignorantia & errore,*

4 Mirabilia tua. *Quasi dicat, non impediente hoc malicia eorum.*

5 Et iustitia tua in terra obliuio. &c. *Id est, in terra ab hominibus nouo habitata, propter quod dicitur obliuioni data: quasi dicat, non, quia ad obsequium diuinum sola creatura intellectualis est apta. Ista autem via restituendi diuinum cultum ad hoc sunt exclusæ, vt per hoc ostendatur exaudienda via prædicta, scilicet per reductionem populi in Iudæam: & talis modus loquendi frequenter est in prophetis, & maximè in libro Psalmorum, qui metricè scriptus est, scilicet quod ad plenum intellectum verbi aliquid est supplendum.*

6 Et ego. *Hic quarto allegatur ratio ex parte humani desiderij: Iudæi deuoti, qui erant in Babylone, ferenti desiderio, quærebãt vt rediret in Iudæam, magis propter cultum diuinum, quam propter naturale solatium, & hoc allegatur cum dicitur*, Et ego ad te domine clama. *Ore simul & corde,*

7 Et mane oratio mea, &c. *Id est, antequam aliquid operari incipiam, dirigam orationem meam ad te.*

8 Vt quid do. re. ora. meam, *Eam non exaudiendo.*

9 Auertis fa. tuam à me. *Loquitur de Deo more humano, quia homo auertit faciem ab illo, quem non vult exaudire. Consequenter allegat necessitatem exauditionis, dicens,*

10 Pauper sum ego & in la. à iu. *Iuuentus autẽ populi Israel intelligitur pro tempore, quo fuit in Aegypto, secũdũ illud Iere. 2. a.* Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto scilicet *in exitu de Ægypto, & tunc populus Israel fuit valde pauper & afflictus.*

11 Exaltatus autem, *In adeptione terræ promissionis, regibus Chanaan debellatis tempore Iosuæ, & adhuc plus tempore Dauid & Salomonis, quia tunc populus Israel fuit maxime exaltatus.*

12 Humiliatus sum & con. *Per Nabuchodonosor regem Babylonis, ciuitatem & templum destruentem, & populum captiuantem.*

13 In me. *Id est, super me.*

14 Transierunt iræ tuæ & terrores, &c. *Id est, effectus punitionis tuæ venerunt super me.*

Circundederunt

MORALITER.

1 *Nunquid narrabit aliquis in sepulchro*: Quasi dicat non; quia, sicut dictum est, non sunt in statu merendi.

2 *Et ve. tuam in perditio.* Id est, in inferno: quasi dicat, non, nam ibi nulla est redemptio.

3 *Nunquid cognoscentur in te.* Repetitio est eiusdem sententiæ sub aliis verbis. Et ex dictis concluditur tacitè, quod diuinam clementiam decet misereri peccatoribus contritis, quandiu sunt in via: propter quod sequitur,

6 *Et ego ad te domine clamaui*, Existens in statu merendi.

7 *Et mane oratio mea præueniet te*, Id est, antequam ponam me ad alia opera,

8 *Vt quid domine repellis orationem meam*, Protrahendo eius exauditionem.

10 *Pauper sum ego*, Spiritualibus bonis.

† *Et in laboribus à iuuentute mea*, Id est, in operibus peccatorum, quæ sunt laboriosa, Sapien. 5. b. *Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis.*

11 *Exaltatus autem.* glorians in malis meis,

12 *Humiliatus sum & conturbatus*, Depressione contritionis.

13 *In me transierunt ira tua, & terrores tui, &c.* Per recordationẽ seueritatis tuæ.

Circundederunt

a ¶ Inimici: ¶ Tam grauiter. b ¶ quæ mergit.

A a *Circundederunt me.* Cassi. Peccata vndiq; copiosa inundatione concludunt.

B b *Tota die.* Avgvs. Quia nullo tempore desunt mala ecclesiæ donec finiatur seculum. Sed hæc omnia fiunt, vt oratio ecclesiæ præueniat Deum:

a me. Circũdederunt me sicut aquã tota die, circunderunt
b
c me simul. Elongasti à me amicum et proximum, et † notos
d ¶ Mea.
meos à miseria.

a ¶ Qui sola opinione, vel visione nos dedicerunt.

donec illa salus veniat, vbi nihil malorum sit.

1 2 3 4

c *Amicum.* Cassi. Et qui pio & fideli amore coniuncti sunt.

d *Proximum & notos, &c.* Parentela. Sæpe iustis humana officia timore subtracta sunt.

D

E

† noti me cõtenebratio

F

☞ PSALMVS

NICOLAVS DE LIRA.

1 Circunderunt me &c. *i. sicut aqua tangit intrantem ipsam circunquaque, ita punitiones tuæ tetigerunt me in anima & corpore.*

2 Circumderunt me simul, *Et hoc facit ad aggrauationem, quia quando aliqua mala pœna eueniunt successiuè facilius portantur.*

3 Elongasti à me amicum & proximum. *i. illos, qui fuerunt ante amici mei & proximi, ita quod non possum habere ab eis consilium & auxilium.*

4 Et notos meos à miseria, *Supple mea, ita quod per eos non potest reuelari reuelari. In translatione verò Hieronymi habetur,* Et notos meos abstulisti, *ita quod non possunt auxilium ferre mihi. Secundum doctores nostros catholices Aug. & Hieron. & cæteros, quibus in hac parte magis est adhærendum, materia huius psalmi est passio domini nostri Iesu Christi, quam psalmista præuidit per spiritum prophetiæ, & etiam scripsit in hoc psaloquens in persona Christi. Sed hanc expositionem non prosequor, quia clare & lucide tradita est in glo super Psalterium, qua habetur vbique. Et sic ad eã potest quilibet recurrere; secundũ hoc expositio, quã posui, est tantũ figuralis, quia omnia in figura cõtingebãt illis 1. ad Cor. 10. c.*

☞ NICO-

MORALITER.

1 *Circunderunt me sicut aqua.* Id est, ex omni parte.

3 *Elongasti à me amicum, & proximum, &c.* Quasi dicat ex quo nullus nullus compatitur meæ miseriæ, tempus est vt adiuues me sicut dicitur Psalmo 9. g. *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor*

☞ *MORA-*

ADDITIO.

In psalmo 87. Domine Deus. *Vbi dicitur in Postilla,* Canticum Psalmi filiis Chore.

Titulus huius psalmi videtur singularis inter cæteros: Est enim duplicatus, quia cum dicitur, Canticum psalmi filiis Chore, *videtur idem titulus omnino cum titulo 57. qui incipit,* Magnus dominus, *quia habet pro titulo,* Canticum psalmi filiorum Chore: *& sic in quibusdam aliis. Cum autem additur,* Ad victoriam super Mahalath, &c. *videtur alius titulus, cum ibi nominetur alius tanquam autor psalmi, Item in quocunque titulo ponitur hæc dictio,* ad victoriã seu victori, *semper ab ipsa eadem dictione incipit titulus, vt patet discurrenti per omnes titulos psalmorum vbi hæc dictio ponitur, Sed cum in hoc titulo postquam dixerat,* Canticum psalmi filiorum Chore, *postea subdit.* Ad victoriam, &c. *Ex hoc patet quod sit secundus titulus. Qui quidem titulus sic duplicatus manifestè facit pro opinione beati Aug. attribuentis autoritatem omnium psalmorum ipsi Dauid, & diuersitatem titulorum in quibus alij dicuntur quasi autores, attribuit officio cantoratus, scilicet eo quòd Dauid autor distribuebat quosdam psalmos quibusdam cantoribus, quod satis habetur ex hoc titulo, vbi duo quasi autores nominantur scilicet filij Chore, & Heman, quod non contingit in prophetícis locutionibus. Licet enim propheta concurrant in eadem sententia, non tamen in eadem forma verborum. Nec vnquam legitur, quod vna & eadem prophetia numero duobus prophetis simul & semel attribuatur. Cum igitur iste psalmus attribuatur primo filiis Chore, secundario verò Heman, manifestum quod isti non ponuntur his tanquam autores, sed potius tanquam cantores. Fily enim Chore erant Leuita: similiter & isti Ezraita, vt habetur in locis allegatis per Postillatorẽ ad planum & verum sensum eorum quæ allegantur, vnde & vtrisque tanquam cantoribus, Dauid distribuit istum psalmum, qua ratione eis intitulatur. Possunt etiam multi conformiter vnum & eundem psalmum vel hymnum cantare sub omnimoda conformitate sonorum & modulaminum, non tamen eandem prophetiam sub eisdem verbis & syllabis proferre. Quilibet enim propheta habet suum proprium modum loquendi, seu scribẽdi in prophetiis. Vnde & Hiero. dicit prologo super Isa. quod ipse fuit vrbana eloquentiæ, non autem Ieremias, & sic de aliis: vnde apud veros Hebræos modus loquendi totius Psalterij est conformis, quasi ab vno propheta seu autore cõpositus, sicut & Pentateuchus, & alij libri: qui tantum vnum habent autorem. Postillator vero volens fugere rationem, qua pro beato Augustino manifestè facit, asserit quod autor huius psalmi fuit Heman Ezraites, volens excludere filios Chore: quod non valet, cum psalmus iste primo intituletur filiis Chore, & secundario Heman, vt dictum est. Sciendum etiã quod multi Hebræorũ expositores sunt istius opinionis, scilicet beati Augustini, allegãtes ad hoc illud quod legitur 2. Reg. 23. cap. vbi de ipso legitur quod fuit egregius psalmista Israel vt ibidem, qua quidem allegatio videtur valida. Si enim psalmi intitulati filiis Chore & Asaph omnes essẽt ab eis cõpositi, potiori modo potuissent vocari egregij psalmistæ Israel, quam ipse Dauid: Psalmi enim eis intitulati, vt cõmuniter tractant ad literam de altioribus mysteriis Christi & ecclesiæ, quam psalmi intitulati ipsi Dauid, qui pro magna parte tractãt literaliter de casibus, suis singularibus, prout patet in quatuor tuor psalmis immediatè precedẽtibus. Psalmus enim qui incipit,* Quàm dilecta tabernacula tua domine, &c. *Intitulatur filiis Chore, In quo quidem Psalmo tractatur de beatitudine cœlesti: Similiter Psalmus qui incipit,* Benedixisti domine, *intitulatus eisdem, tractat egregie ad literam de primo aduentu Christi: Psalmus etiam qui incipit,* Fundamẽta eius, *eisdem intitulatus tractat notabiliter & valdè compendiosè de ecclesia triumphante & militante, vt supra dictum est: Psalmus verò inter prædictos positus, qui incipit,* Inclina domine, *intitulatus ipsi Dauid, agit ad literam, secundum Postillatorem, de persecutione, quam passus est Dauid à Saule, & aliis suis persecutoribus, qua quidem materia ad literam incomparabiliter est minoris dignitatis respectu prædictarum Et similiter inuenietur in toto Psalterio, quasi pro magna parte. Valde improprie igitur attribueretur soli Dauid quod esset egregius psalmista, cum filij Chore, & Asaph similiter, & Heman, potius debuerint dici egregij. Si psalmorum, qui sunt eis intitulati, fuissent autores, & Dauid esset autor eorũ tantum, qui ei intitulantur. Sunt etiã aliæ rationes pro opinione beati Aug. quæ fuerunt supra tacta in suis locis Ista autem ponuntur hic, eo quod respiciunt singularitatem istius tituli.*

Item sciendum quod hæc dictio Mahalath, *quæ ponitur in hoc titulo, sumenda est in illa prima significatione, scilicet prout significat quoddã instrumentum musicum, vel certum modũ cantandi, cui concordat hoc, quod statim sequitur* ad respondendum. *Sunt enim quædãcãtica quæ cantantur per modum responsorij, vt in ecclesia frequentatur. Vnde circa titulos psalterij videtur dicendum, quod sunt quidã, qui exprimũt materiam principalem psalmi, vel saltem illud à quo psalmus incipit exordiri, sicut psalmo 3.* Domine quid multiplicati: *cuius titulus est:* Psalmus Dauid cum fugeret ab Absalon filio suo, *& sic de similibus. Sũt alij tituli in quibus non exprimitur materia, nec aliquid de contentis in psalmo, sed declaratur modus cantandi, ac si diceretur in primo tono, vel in secundo tono, & huiusmodi, vel declaratur organum musicum in quo proprius talis cantus debet poni. Et istis modis intelliguntur,* Neginoth *quod ponitur in quarto psal. &* Nebiloth *quæ ponitur in quinto. &* Mahalath *quæ ponitur in hoc psal. & sic de multis aliis. Et istius opinionis est Ra. Abenhazra, qui inter alios expositores Hebræos fuit perfectior in sua grammatica: vnde non est curandum quantum ad sensum literalem de istis titulis, qui ostensionem modi cantandi, vel psallendi ponuntur, nisi fortè per modum etymologiæ, quæ non pertinet ad sensum literalem: vnde & ecclesia vniuersalis, cuius autoritas maxima est, nõ consuecuit legere hos titulos in ecclesia. His omissis circa materiam huius psalmi Postillator videtur non modicum à veritate deuiare, & ponit etiã sententiam doctorum nostrorum, qui communiter tenent hunc psal. de passione Christi tractare, & adhæret opinioni Ra. Sa. singulari, qui ipsum exponit de afflictione Iudaici populi in Babylonica captiuitate. Quam quidem expositionem scilicet Ra. Sa. litera non patitur, vt patet manifestè in certis locis. Et primò in hoc quod dicit,* In die clamaui in nocte coram te, &c. *Ostensum est enim supra in additione, quòd populus ille in Babylonia existens, totus, vel maxima pars eius, à qua totum debet denominari, erant idololatræ. Tres autem pueri, & Daniel & Esdras tãquam pauciſſimi pro nihilo sunt reputandi, secundum Philosophum in secundo Physicorum: vnde oratio taliũ idololatrarum non erat exaudibilis vsque*

bilis vsquequaque. Item hoc quod dicitur, Inter mortuos liber, *non propriè intelligitur secundùm hanc expositionem: Liberatio enim per mortem falsa liberatio est, nisi in illis, qui aliam vitam meliorē certitudinaliter spectant, vnde & Philosophus improbat in Ethnicis occidentes seipsos, quantumcumque sint in summa angustia positi. Item quod sequitur*, Nunquid mortuis facies mirabilia, &c. *vsque ibi*, In terra obliuionis, *valdè insufficienter exponuntur secundùm hanc expositionem. Vult enim Postillator allegare in persona illius populi, quòd nulla via esset ad restituendum diuinum cultum, nisi per reductionem populi in Iudæam; quod est manifestè falsum. poterat enim diuinus cultus reparari per alias nationes, eo modo quo dicitur Matth.* 3. *b.* Potens est Deus ex lapidibus istis suscitare filios Israel. *Quæ quidem autoritas bene intellecta contradicit huic expositioni Postillatoris. Similiter hoc, quod dicitur*, Vt quid domine repellis orationem meam, *&c. non verificatur de Babyloniis, qui (vt dictum est) indigni erant exauditione: vnde in vanū quæreretur*, Vt quid domine repellis, *&c. Vnde propter ista, & multa alia, quæ ex istis possent deduci, tota litera fere psal. non est applicabilis huic expositioni. Nec rationabiliter hæc expositio debuisset occupare membranam, quia nec est literalis, nec etiam figuralis. Vera igitur expositio huius psal. quærēda est in glossa nostra, vbi singula verba ponderantur & applicantur passioni Christi. Qui quidem Christus verè fuit* inter mortuos liber, *vt in glossa cum quibusdam suis circumstantijs.*

Non dicit Burgensis negligēdos esse titulos: Sed non sēper facere ad sensum literalem psalmorū; licet multū faciant ad indicādum autorem.

REPLICA. *In psal.* Domine Deus salutis meæ. *Bur. dicit non esse curandū de titulis, ideo ecclesia vniuersalis, quæ est maximę autoritatis non consueuit legere hos titulos, & tamen in multis locis fecit de eis magnos tractatus. Sed in materia huius psal. Bur. valdè inuadit Postil. dicēs ipsum multum à veritate deuiare, & postponere sententiam doctorum nostrorum, qui communiter tenent hunc psal. tractare de passione Christi. Inspicienti autem diligenter factum Postillatoris, patet quod Bur. falsum imponit Postilla. nam ipse amplectitur cum sanctis doctoribus eadē veritatem, sic dicens circa finē huius psalmi.* Secundum doctores nostros catholicos Aug. & Hiero. &c. quibus in hac parte magis adhærēdū est, materia huius psal. est passio domini nostri Iesu, Christi, quā præuidit Psal. per spiritū propheticū, & eam scripsit in hoc psal. loquens in persona Christi. *Quæ* expositio quia clarè tradita est, & in glossis nostris communiter reperitur, eā non resumo, sed solum expono literam vt figuralem, *iuxta illud* 1. *Cor.* 10. *c.* Omnia in figura contingebant illis. *Hic modus dicendi debuit sufficere Bur. in multis locis psalmorum, ne calumniaretur Postillatorem figuraliter exponentem, figuratam tamen, & principaliter à spiritu sancto materiā intentam non reijciendo. Illa autem, quæ Bur. opponit contra illam figuralem expositionem, non sunt insolubilia. Primum, cum dicit, quod populus tempore captiuitatis Babylonicæ fuit communiter malus, & per consequens frustra orat, quia non meretur exaudiri. Ad quod respondeo, quod ista oratio non ponitur hic exaudibilis merito populi captiuati sed merito prophetæ personam populi captiuandi assumentis, & pro populo orantis & rationes exauditionis allegantis.*

Si glossę interpretatio literalis est: imprudēter ponitur figuralis interpretatio literalis enim interpretatio nō sine damno veritatis, vertitur in figuralem. Munit enim viam Iudęis euadendi manifestas prophetias.

Secūdò obijcit Bur. de eo quod dicitur. Fact. sū sicut ho. sine adiutor. inter mort. liber. *Quod de eis verificari non potest, quia* mors peccatorū pessima, *nō igitur libera. Ad quod dico, nō est allegatio populi, sed prophetæ credentis, & sperātis melioris gratiæ repositionē per mortem.*

Tertiò obijcit Burg. cōtra illud quod dicitur, Nūquid mortuis facies mirabilia, &c. *quod dicit inconuenienter exponi, quasi non sit via reparandi cultū diuinū, nisi per liberationē populi à captiuitate prædicta. Ad hoc respondetur, quòd postil. exponit non de necessitate, sed de cōgruitate; quia magis decuit diuinum cultum reparari per populū in datione legis despōsatū in lege educatū, & vnde cōstabat ex diuina promissione Christū nasciturū. Ne igitur promissio facta patribus frustraretur, de potentia ordinata id fieri oportuit: quamuis de potestate absoluta multiplex alius modus possibilis fuit, iuxta allegatū Bur. d. Mat.* 3. *b.* Potest Deus de lapidibus suscitare filios Abrahæ, *quam autoritatem Bur. pensat valdè contra Postil. cum tamen laboret in æquiuocis, quia iste loquitur de potētia ordinata, ille autem de absoluta, quæ respicit potentiam obiectiualem, secundum quam quodlibet potest fieri ex quolibet, non autem secundum ordinatam, secundum quam ex asino vel lapide non fit homo.*

Quod vltimò obijcit Bur. videlicet quod populus captiuus, quia prauus, non meruit exaudiri, ideo frustra in persona eius dicitur, Vt quid domine repellis orationem meam, &c. *Soluitur ex responsis ad primam obiectionem.*

PSAL. LXXXVIII.

A a Misericordias. CASSIOD. Hic Psal. de spe Christianorū, & magnificentia domini multa dicit, per quæ nemo seducitur, qui dignè supplicet, quod verus Israel ita intelligit.

CASSIODORVS. Primo de misericordia & veritate se cantare promittit Propheta.

B b *In æternum.* CASSIOD. REMIG. Quomodo *misericordias in æternum cantat*, & gratias agit, qui miseriæ non meminit? Quomodo autem plena beatitudo si memoria reatus mentem tangit? Sed sæpe læti tristium meminimus, & sani dolorum sine dolore, & inde amplius læti & grati sumus; Sic itaque & miseriæ recordatio nil beatitudinis detrahit. D

c *Veritatem.* Promissionem. In ore, non ex ore labitur, sed in ore diu tanquam dulce versatur,

d *Quo. dixi.* Hic dicit. Vnde scit? & quæ misericordiæ Dei per Christum sint? AVG. Quas misericordias, & quā veritatem cantabo? Ecce. E

Quo. di. Q. d. ego homo secure dico, quod tu Deus dixisti, per spiritum manifestasti. F

a ¶ Robusti, quod nullus est, nisi in spe promissionis Dei, vnde hic agitur b ¶ i. qui vere Deum videt.

Intellectus Ethān Israelitæ. PSAL. LXXXVIII.

a ¶ Vnde propheta: robustus, non in se, sed in misericordia Dei, ait. ¶ Aug. Vnde robustus est homo, qui in se infirmus. ¶ Ita ad tempus misericordiæ in æternum. b ¶ In æternum duraturas. c ¶ Iucundè annunciabo.

1 Misericordias domini in æternum cantabo. In
2 a ¶ Iudæorum. b ¶ Gentium. generatione et generationem † annuncia-
† notam faciam
3 a ¶ A te dicam. ¶ Aug. quæ tua est, sine qua ego mendax. b ¶ Quasi, & ego dicam. ¶ quod meū est, vt sim seruus, id est, vt inde seruiā tibi, membra enim mea domino obsequūtur. c ¶ Cantabo.
bo veritatem tuam in ore meo. Quoniam † dixisti in
4 † dixi.

Miseri-

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS LXXXVIII.

Misericordias Domini. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hiero.* Eruditio Ethan Ezratiæ: *in quo notatur autor huius Psal. sicut dictum est plenius Psal. præcedenti. Dicitur autem Psal. iste* eruditio Ethan, *quia de ipso fuit eruditus per spiritum sanctum, & ipsum scripsit ad eruditionem aliorum. De materia huius psal. dicunt concorditer doctores Hebræi & Latini, quòd psal. iste loquitur de stabilitate & perpetuitate regni Dauid, quæ completa est in Christo, & in nullo alio, de cuius regno dicitur Danie.* 7. *d.* Aspiciebam in visione noctis, & ecce quasi filius hominis veniebat, &c. *& subditur*, potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur, *secundum expositores Hebræos & Latinos. Sed in hoc est differentia. quòd Iudæi expectant, hoc esse complēdum in Messia futuro. Catholici vero dicunt, hoc esse completum in Christo qui descendit de semine Dauid, secundum carnem Rom.* 1. *& Matth.* 1. *vbi eius generatio describitur per Dauid, & de perpetuitate regni eius dixit angelus ad virginem Luc.* 1. *c.* Dedit illi dominus Deus sedem Dauid, patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. *Diuiditur autem psal. in duas partes quia primo psal. se excitat ad Dei laudationem. Secundo explicat huius laudis rationem, ibi*, Quoniam dixisti, *Circa primum dicit*,

1 Misericordias do. *Licet enim in Deo sit tantum vna misericordia, sicut & vna voluntas, habet tamen multos effectus, ex quibus nominatur in plurali*

2 In æter. cant. *Id est, hoc carmine laudabo; & dicit in æternum, quia præuidit hunc psal. vsque ad finem mundi decātandum in ecclesia, & ista laus diuina adhuc erit perfectior in patria sicut dictum fuit sup. Psal.* 83. *a.* Beati qui ha. in do. t. do. &c.

3 Annunciabo ve. *q. d. quia misericordia & veritas iustitiæ semper se concomitantur in operibus diuinis licet in aliquo opere plus relucet iustitia, & in alio misericordia sicut dictum fuit sup. plenius psal.* 24.

4 Quoniam dixisti, *Hic consequenter explicat huius laudis rationem*

MORALITER.

1 *Misericor. Do.* Psal. iste literaliter intellectus loquitur de stabilitate regni Dauid, quæ perfecta fuit in Christo, qui secundum carnem descendit ab eo. Moraliter autem potest exponi de stabilitate viri virtuosi in bono, per quam acquiritur æternitas regni cœlestis: & quia virtuosus Deum laudat de bonis suis, ideo in persona eius dicitur, *Miseri. do. in æter. can.* Id est, non solum in præsenti cum iustis, sed etiam cum angelis in futuro.

† *In genera. & genera. an. ve. &c.* Alios inducendo verbis & exemplis, & etiam scriptis ad Dei laudem.

4 *Quoniam dixisti.* Hic consequenter exprimitur ratio dictæ laudis, cum dicitur. *Quo di. &c.* quòd misericordia & veritate iustitiæ acquiritur gloria cœlestis patriæ, hoc enim dixit Mat. 5. b. *Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiā consequētur.* Et ibidē dicit

Beati

A a *Miseri. edifi.* AVG. vtrumque repetit, quod prædixit. Quia
Supr.24.b. vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Non exhibetur veritas in impletione promissorum, nisi præcedat misericordia in remissione peccatorum. Denique, veritas Iudæis, quibus promissa facta sunt, pertinet, misericordia, Gentibus: vt ait Apostolus, *Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei implendam: Gentes autē super misericordia honorare Deum.*

Rom.15.b.

† Percussi fœdus cum electis meis stabiliam

b *In cœlis.* Qui enarrant gloriam Dei, per quos ædificatur misericordia.

In cœlis præparabitur veritas tua. ✠ EVTHYM. Dei veritas

Sup.18 a 7.

B Christus dicitur, quia verax est & non mendax; qui etiam de seipso dixit, *Ego sum veritas. Hac*, inquit, *veritas stabilietur in cœlis*, verbum enim præparo, sæpenumero apud Hebræos accipitur pro stabilio, atque ita reddit Symmachus, quod autem Christus in cœlo esset stabiliendus, beatus Dauid alibi tradidit, dicēs, *Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis.*

* Cela

c *Dispossui testamentum electis meis, &c.* ✠ BASIL. & THEODORETVS. Illud verbum *dixisti* & cum his coniunctum est, *Has pactiones cum electis feci*, electos verò nuncupat Abraham & Isaac & Israelem, & insuper dixisti iurasse Dauidi, in æternum eius semen custodire, & fore vt per omnia sæcula eius thronus floresçat, sic cùm Dei promissa percurrissent, finémque rerum minimè cernerent, nihil quidem absurdi à calamitati-

C bus dicere coguntur, sed laudibus vniuersorum præsidem prosequuntur.

d *Iuraui Dauid seruo meo.* Securus est iste, ideo quia Deus dixit: securior, quia iurauit. Iuratio Dei promissionis est confirmatio, ex vtroque fit homo Ethan, id est, robustus.

e *In æternum.* CASS. Non est temporalis ædificatio misericordiæ, sicut ruina iniquitatis temporalis est: Destruitur enim iniquitas temporalis in quibusdam, vt in eis ædificetur æterna misericordia; vnde Ieremię dominus dicit, *Ecce ergo constitui te super Gentes & regna, vt euellas & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices & plantes.*

f *In generatione.* AVGVST. Generatio enim non potest toties repeti, quoties transit. Repetitio ergo pro omni generatione ponitur. Vel, duæ sunt generationes, vna carnalis, altera futura in resurrectione: In vtraque prædicatur Christus, hic vt credatur, prædicabitur, ibi vt videatur. Et hoc est quod supra, *In generatione & gene. an. ve. T. in e.m.* Et nunc sedet Christus in nobis, quos regit, sedebit & tunc in sanctis.

g *Confitebuntur cœli.* CASSIODOR. Diapsalma, Secundò diuersis modis laudes, & potentiam Dei describit, quasi, sicut dixisti: ita fiet.

† *Confitebuntur*, laudabunt. E

Confitebuntur cœli mira. In omni enim misericordia perditorum, in iustificatione impiorū quid laudamus nisi mirabilia Dei? laudas quia surrexerunt mortui, plus lauda quia redempti sunt perditi. Vides enim hominem heri voraginem ebrietatis, hodie ornamentum sobrietatis. Vides enim hominem heri cœnum luxuriæ, hodie decus temperantiæ: heri blasphematorem Dei, hodie laudatorem Dei. Vides hominem heri seruum creaturæ, hodie cultorem creatoris: hæc sunt mirabilia, quæ confitentur cœli.

† & F

h *Etenim veritatem.* CASSIODORVS. Vel sine *enim*. Mirabilia quomodo omnia agit & administrat vbique. Veritas in ecclesia vbi creditur, *verbum caro factum*, & quòd trinitas, prius Deus.

✠ EVTHYMIVS. Abundat dictio, *enim*, *Confitebuntur tibi*, inquit, mirabilia tua, quòd scilicet admiranda operaris, & veritatem tuam, hoc est, quòd veras esse facies promissiones tuas, atque hæc lætus admodum & gaudens dicit, ob admirandam nimirum promissionem gratias, inquit, tibi agent cœlestes illæ virtutes, in sanctorum illorum Ecclesia, qui in cœlis sunt: huiusmodi autem Ecclesiam Paulus, primogenitorum Ecclesiam appellat *descriptorum in cœlis.* Quòd si iuxta aliam expositionem, per cœlos eos homines intelligas, qui cœlestia sapiunt; sanctorum Ecclesiam, illorum esse Ecclesiam dices, qui in terra viuentes, cœlestium angelorum vitam, ac conuersationem imitantur.

☞ *Quoni.*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *ratione, & primo in generali, secundo magis in speciali, ibi*, Confitebuntur. *Circa primum sciendum, quòd ratio huius laudis principaliter est perpetuatio regni Dauid in Christo, quæ describitur principaliter in hoc Psal, vt dictum est, sed quia lex disponebat ad Christum secundum quod dicitur Gal.3. d.* Lex pædagogus noster fuit in Christo: *& ideo data fuit illi soli populo, de quo Christus erat nasciturus, prout dictum fuit plenius in princ. Exod. Et ideo secūdaria ratio dicta laudis est datio legis, & vtrunque beneficium hic describitur in quodam generali; præmittitur tamen modus, qualiter processerunt ex ordinatione Dei, cum dicitur*, Quon.di. *Id est, ordinasti.*

1 Miser. ædific. *Quia effectus diuinæ misericordiæ prius reuelantur sanctis angelis, qui sunt executores operum diuinorum, quam hominibus: Dicit etiàm ædificabitur in cœlis, quia per effectum diuinæ misericordiæ circa Christi mysterium reparatur ruina angelorum.*

2 Præparab. ve. *Id est, veritas iustitia tua, quæ semper concomitatur opus misericordiæ. Consequenter procedit ad duo beneficia prædicta, & primo ad legis datione, cum dicitur in persona domini.*

3 Dispo. te. *Id est, legem, quæ frequēter in ve. Te. vocatur testamentū.*

4 Electis me. *Id est, filijs Israel, quos legi in populum peculiarem, consequenter procedit ad beneficium principale. d.*

5 Iuraui Da. ser. meo. *Id est, non deficiet generatio tua de semine tuo, vsque ad Christum, quod patet impletum per Christi genealogiam Matth.1.*

6 Et ædificabo, &c. sedem tuam, *Id est, regnum tuum continuabo succedentibus generationibus vsque ad Christum; & ita factum fuisset, nisi reges à Dauid descendentes posuissent impedimentum, quia ista promissio sicut & multæ aliæ in scriptura fiunt sub conditione, si reges à Dauid descendentes Deo obedirent; sed quia multum declinauerunt ad idololatriam, vt patet 3. Regum, ideo regnum Dauid tempore Sedechiæ fuit interruptum.*

7 Confitebuntur. *Hic consequenter explicantur duo prædicta beneficia in particulari, & primo quantum ad legis datione: Secundo quātum ad regni Dauid perpetuationē, ibi*, Tunc locutus es. *Circa primum sciendū, quod lex fuit data satis citò post exitū de Aegypto, & ideo hic mentio fit de isto exitu & aliquibus beneficiis illi populo exhibitis. Et primo de beneficis exhibitis ante ingressum terræ promissionis, secundo post ingressum, ibi*, Thabor. *Circa primum dicitur*, Confitebuntur, &c. *Hoc enim confitebuntur facto in descensu manna de cœlo, de quo scribitur Sapien.16.c.* Panem paratum de cœlo præstitisti eis, *&c.*

8 Etenim ve. tuam. *De adimpletione promissionis facta Abrahæ, & aliis patribus, quibus promisit terram Chanaan, quam veritatem confessi sunt filij Israel intrantes terram illam.*

☞ In eccle-

MORALITER.

✠ *Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Itē resumatur. *Quon. dixisti, dispossui testamen. ele. meis* Id est, apostolis & imitatoribus eorum: hoc enim dixit Lucæ 22. c. *Ego dispono vobis, sicut dispossuit mihi pater meus regnum.*

5 *Iuraui Dauid ser. m.* Id est, stabili virtuoso,

† *Vsque in æternum præ. se. &c.* Id est, fructum operum tuorum, quod est cœleste solium, ideo subditur.

† *Sed. tu.* Et quoniam ex hoc laudandus est Deus, ideo subditur,

7 *Confitebuntur cœli*, Id est, ciues cœlestes

✠ Et veritatē

A a *Quoniam quis.* AVGVST. Notandum, quòd idem sunt cœli & nubes, scilicet, prædicatores. Sed cœli, prædicatores, propter fulgorem veritatis. *Nubes*, quæ nebulosæ sunt, propter mortalitatem carnis, & quia transeunt, vbi & abscondita, quæ post in iudicio clarebunt.

b *In filijs.* AVGVST. Vel superis, vel hominibus. Ne ergo putetur tantum homo: Ille enim naturalis, nos adoptiui, ille genitus, nos creati. Ille ab æterno genitus, nos in tempore facti; Ille vnicus, nos multi.

B c *Super om.* AVGVSTINVS. Angelos, vel homines: qui sunt stipatores eius impares, qui ei dono eius proximant.

d *Tibi.* AVGVSTINVS. Qui omnia fecisti: sed plus est nobis misericordia, quę exhibuit veritatem, non modo in loco vbi natus: sed & in omnes, qui in circumitu, expansa est veritas, quæ veritas, cum ibi cœpit prædicari, mare Gentium circa aridā Iudæorum, vt leo in Samsonem fremere cæpit, sed tu domine non sinis tentari supra id quod potest homo. (1. Cor. 10. c.)

C e *Vulneratum.* Humiliatus est perdendo, quos tenebat; vulneratus percusso corde, vbi superbiebat.

D f *Superbum.* AVGVSTINVS. Scilicet, draconem, qui in mari factus est ad illudendum ei, qui per humilem Christum, in quo alij sunt humiles, humiliantur; humiliauit se Christus, vt humiliaret superbum. Superbus enim superbos tenebat: vulneratur diabolus vulnerato Christo, nondum ex toto mortuus est. (Psal. 103. e.)

g *Inimicos.* AVGVSTINVS. Aerias potestates vel Iudæos per mundum dispersos vel de hominibus alios assūpsit qui sunt spolia diaboli, alios reliquisti quos post eum abire permisisti.

E h *Tui sunt cœli & tua est terra orbem, &c.* AVGVST. Ideo in cælo trimphauit de diabolo, quia eius est cœlum In terra de Iudæa, quia eius est terra. Cur ergo illi in alienis superbierunt?

F i *Tu fundasti.* Cur ergo in eum se erigunt, cuius est ambitus mundi, & omnes creaturæ, quæ in eo sunt?

k *Aquilonem* Diabolus.

l *Mare tu creasti.* Seculum. Stulte ergo in eum se erigunt, à quo creata sunt.

---

a ¶ Impletionem promissionum. b ¶ Quasi securi de te prædicant. ¶ Q. d. nullus.

a veritātem tuam in ecclesia sanctorum. Quōniā quis in † nu- 1
a ¶ Prædicatoribus. ¶ Etsi potentes. b ¶ Potentia. c ¶ Christo etsi ipse sit homo. 2
¶ qui & in nube carnis venit. d ¶ Essentia. e ¶ Christo. ¶ qui filius Dei vnicus.
b bibūs æquābitur dōmino, † simīlis erit Deō † in filijs Dei? 3
a ¶ Verè nullus, quia Deus, qui glo. quia non possunt exæquari, consilium eorum est credere in illum, & in eo gloriari. b ¶ Potentia.
Deūs qui † glorificatur in consilio sanctorū, magnus & ter- 4
a ¶ qui vbique est, nusquam finitus, nihil habet circa, nisi quia per carnem in vno loco fuit, qui locus habet circa se omnes Gentes, in quas missis apostolis per miracula factus est magnus & terribilis. 5 6
c ribilis super omnes qui in circumitū eius sunt. Domine 7
a ¶ Aug. cœlestium, vel, quibus illi ditantur. b ¶ Cas. Ex te illi, quia omnia fecisti cœlum & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt. c ¶ qui venies in nubibus cœli. 8
d Deus † virtutū quis similis tibi? pōtens es dōmine & veritas 9
a ¶ Aug. Te enim permittente surgit mare. b ¶ Honoris sæculi. c ¶ Etiam. 10
¶ Non solum dominaris, sed etiam. 11
tua in circumitu tuo. Tū dominaris pōtestati maris: mōtum 12
a ¶ Non penitus tollis, vt mereatur quis coronam. 13
b ¶ Aug. Vt autem rabies maris eneruetur, in ipso mari humiliasti.
e autem fluctuum eius tu mitigās. Tu hūmiliasti sicut vulne- 14
a ¶ Id est in fortitudine tua, vel in Christo.
f ratum, † superbū, † in brāchio virtutis tuæ disperdisti inimi- 15
g a ¶ Vel meos. b ¶ Confitebor cœli mirabilia tua, & merito, quia. c ¶ Qui pluunt veritatem. 16
d ¶ Ecclesia, quæ excipit veritatem in circumitu: ¶ Subditi. e ¶ Totam ecclesiam. †
h cos tuōs. Tūi sunt cœlī, & tua est terrā: ōrbem † terræ & ple- †
a ¶ Ea, vel eos, quibus quotidie impletur. b ¶ Firmasti. c ¶ Diabolum. †
i d ¶ Amaros, quibus turbatur ecclesia. †
k nitudīnem eius tu fundāsti, aquilōnem & † māre tu creasti 17

† aut quis
† glorificandus
† exercituū
† vel Raab vel Ægytū
† & in virtute brachij tui.
† vel cœlo
† inter filios.
† terrarum
† dexteram (vel meridiem.

☞ ✠ BASILIVS

NICOLAVS DE LIRA.

1 In ecclesia san. *Id est, loco diuino cultui deputato, vbi conueniebant homines sancti & deuoti.*

2 Quoniam qui in nu. æqua. do. *Ista nubes fuerunt illa nubes, quæ præcedebat populum de Aegypto exeuntem. Exod. 13. & illa nubes densissima, quæ operuit montem Sinai, quando dominus dedit ibi legem Exo. 19. & de illa nube procedebant verba decem, quæ dominus dixit populo. Exod. 20. In istis autem duabus singulariter apparuit virtus diuina.*

3 Similis erit Deo in filijs Dei. *Filij Dei dicuntur angeli sicut habetur Iob. 1. b.* Cum venissent filij Dei vt assisterent coram domino. *Est igitur sensus* Quis in filijs Dei, *scilicet in angelis sanctis, erit Similis Deo per æqualitatem, quasi dicat, nullus quia etiam ille, qui inter omnes est excellentior, distat à virtute Dei in infinitum.*

4 Deus qui glorificatur in consilio sanctorum, *Id est, angelorum, quibus secreta diuina primo reuelantur, vt per eos ad homines deferantur.*

5 Magnus, *Potestate,*

6 Et terribilis, *Reuerentia & honore, eo modo quo dicitur Gen. 28. d.* Quam terribilis est locus iste. *id est, reuerendus & venerabilis.*

7 Super omnes qui in circumitu eius sunt, Id *est, super omnes angelos qui ei assistunt.*

8 Domine Deus virtutum, *Id est, angelorum, qui executores sunt diuinæ voluntatis, vnde vnus ordo nominatur virtutes.*

9 Quis similis tibi. *Quasi dicat, nullus, per æqualitatem, quia angeli supremi distant à Deo improportionabiliter, & alia creatura multo fortius, ideo subditur,*

10 Potens es domine. *Potentia infinita, quæ soli Deo conuenit.*

11 Et veritas tua in circumitu tuo. *Veritas intellectus nostri causatur à rebus, sed veritas intellectus diuini est causa rerum, causa vero relucet in effectibus suis, & ideo veritas diuina in omnibus relucet creaturis, vnde glo. super Psal. 11. a.* Defecerunt veritates, &c. *Sicut ab vna facie resultant multæ similitudines in pluribus speculis: sic à veritate diuina multæ veritates in creaturis, Dicuntur autem creaturæ esse in circumitu Dei, non quia includatur in eis, sed quia intimior est omni creaturæ quam ipsa sibi eius principia intrinseca vniens, & in esse conseruans,*

12 Tu dominaris potestati ma. *Quia ad eius imperium mare fuit diuisum, vt praberet filijs Israel transitum per siccum.*

13 Motum autem fluctuum eius tu mi. *Quia tunc aquæ factæ sunt, quasi murus solidus ex vtraque parte diuisionis. Exod. 14.*

14 Tu humiliasti sicut vul. super. &c. *Id est, Pharaonem & eius exercitum eos ibi submergendo.*

15 In brachio vir. tuæ. *Quasi dicat, ista perfecta sunt per tuam potentiam, vel quod dicitur hic:* In brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos, *potest referri ad victoriam filijs Israel, quam dedit eis dominus de Amalec, Exod. 17.*

16 Tui sunt cœli. *Quasi dicat, non est mirandum, si fecisti talia: quia tu fecisti omnem creaturam, cœlestem & terrestrem, & ideo est in obedientia tua,*

17 Aquilo. & mare tu crea. *In He. & in trāslatione Hie. habetur:*

✠ Aquilonem

MORALITER.

† 2 *Quoniam quis in nubibus, &c.* Per nubes intelliguntur ecclesię prædicatores, Isa. 9. b. *Qui sunt isti, qui vt nubes volant.* Per filios Dei angeli sancti, vt habetur Iob. 1. b. *Cumque assisterent filij Dei coram domino.* Est igitur sensus, quod in viris perfectis, & angelis sanctis, non est aliquis similis Deo per æqualitatem, sed excedit eos in infinitum, ideo subditur.

4 *Deus qui glorificatur, &c.* Id est, super omnia glorificandus est, & laudandus.

11 *Et veri. tua in cir. tuo.* Id est, veraces tui associantur tibi in præsenti per gratiam, & per gloriam in futuro.

12 *Tu dominaris potestati maris.* Id est, potentibus huius sæculi.

13 *Motum autem fluctuum eius tu mit.* Id est, elationes superborum deprimis, & calcas, ideo subditur.

14 *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, &c.* Et quia sicut deprimis superbos, sic exaltas humiles, & subditur.

16 *Tui sunt cœli.* Id est, contemplatiui in cœlestibus eleuati.

† *Et tua est terra.* Id est, actiui bene dispensantes bona terrena.

† *Orbem terræ.* Id est, hominem, qui dicitur minor mundus.

† *Et plenitudinem eius,* Scilicet, bonorum operum.

† *Tu fundasti.* Esa. 26. c. *Omnia opera nostra operatus eis in nobis domine.*

17 *Aquilonem & mare tu creasti.* Id est, terrorem gehennæ &

☞ ✻ Basilivs & Theodoretvs. Sic exposuit Theodotion, *Boream & notum tu creasti, & venti*, inquit, *& orbis partes opera tua sunt*. Porro non temere harum duarum partium meminit. Sed quoniam ex parte Australi Hierosolymæ sunt Ægypti, & ex Aquilonari parte sunt Assyrij, cum euertissent vere Ægyptiorum audaciam, libertatem ipsis largitus est, facile tibi, inquit, est, & hos, vt illos, qui non sunt destruere.

+ Cõfirmetur. a *Thabor & Hermon in no.tuo.* Avgvst. Montes Syrię, & per eos gentes accipiuntur à parte totum per synecdochen.

b *Exultabunt* Christo veniente allegorice.

† præcunt. *Thabor*, Iudæi, ad quos primum lumen venit.

Hermon, Gentes, quæ prius fuerunt anathematizatæ. *In nomine tuo exultabunt*, coniunctis in angulari lapide duobus parietibus.

Avgvstinvs. *Thabor*, Veniens lumen, à summo. scil. lumine, quo veniente fit anathema eius, id est, diaboli, qui nos tenebat in errore suo. Quod est, à te datum est vt illuminemur, vt anathema demus diabolo.

Basilivs & Theodor. Per hæc totam promissionis terram ostendit: quandoquidem hi montes illius terræ sunt. Hoc autem *Exultabunt*, Aquila, *Laudabunt*, Symmachus vero, *Benedicent*, dixit: non dixit hoc montes facturos esse, sed homines, qui montes, vel iuxta montes incolunt.

c *Firmetur manus tua.* ✻ Beda. Quasi dicat, & vt semper exultent in nomine tuo, ideo domine manus tua, id est, protectio tua firmetur, id est, firma & statoria sit in eis, ne deficiant, si proficiant, & ita nunc *firmetur manus tua*, vt tandem *axaltetur dextera tua*, id est, exaltentur illi ad dexteram tuam statuendi. Et vere ita erit, scilicet, exaltabitur dextera tua, quæ erit *præparatio sedis tuæ*, id est, quia præparabit tibi iudiciariam sedem in eis, *iustitia & iudicium*, id est, actio & discretio. *Iudicium* enim proprie est discernere inter bona & mala: iustitia vero est bonis insistere, mala vero re pellere. Vt aliter: *Firmetur manus tua in* eis, sicut prius: In quibus autem manus tua nunc non firmabitur, in his *exaltetur* tandem *dextera* tua, id est, potentia tua. Tale est illud, *Dextera tua inueniat omnes qui te oderunt*. Et vere ita erit, quia præparatio sedis tuæ erit, id est, quam tu iudicabis. Et quæ res iudicabitur à te? Iustitia, scilicet & iudicium. Iustitiam referri ad bonos iudicium vero, (quod pro damnatione ponitur,) ad malos. Tunc enim erit iustitia, quando boni gaudebunt, cum viderit illud, quod non videntes crediderunt: iudicium vero erit, quando mali cotremiscent, cum viderint illud, quod irridentes credere noluerunt.

+ laudabũt (gloriabũtur)

+ habitaculum.

d *Præparatio sedis tuæ.* Cassiodorvs. *Sedes* Dei æterna, sed in iudicio apparebit *parata*, cum ipse videbitur iuste iudicare. Vel modo homines discernendo & iusta tenẽdo, parant se sedem domino.

e *Misericordia & veritas præcedent faciem tuam.* A similitudine, præcursoris domino hospitium præparantis.

f *Beatus populus qui scit.* Cassiodorvs. Ille scit, qui suam lætitiam non in sua, sed domini virtute ponit, vel, qui, quod ore cantat, corde intelligit: vnde sequitur hoc præmium, *in lumine*, id est, in contemplatione trinitatis perseuerabunt.

g *Iubilationem*, Iubilus, gaudium quod verbis explicari non potest, nec tamen penitus reticeri.

h *Domine in lumine vultus tui ambulabunt & in nomine tuo exultabunt.*

Cassiodorvs. Commendat gratiam, de qua iubilus.

Avgvstinvs. Vel in bene placito tuo, id est, in Christo, ideo in ipso, quia assumpsit carnem nostram, in quo omnis spes,

☞ *Tunc*

a ¶ Hæc omnia fecisti, & inde. ¶ Quod in illis fecisti, plus valet ad dominationem tuam, quam illorum voluntas ad malitiam suam. ¶ Illi ad quos à te lumen summo venit lumine.
b ¶ qui anathema dant diabolo. c ¶ Non in suis meritis.
d ¶ Quasi dicat à te facti, à te defensi sumus, quia.

a b Thabor & Hermon in nomine tuo exultabũt; tuum brã- 1
a ¶ Quo humiliasti superbum. ¶ Semper est. b ¶ Et semper.
c ¶ Aug. Operatio in superbos, vt humilientur.
d ¶ Numerus prædestinatorum, qui est ad dexteram collocandus clarificetur & augeatur.
c chium cum potẽtia. † Firmetur mãnus tua, & exãltetur dex- 2 3
a ¶ Aug. In fine erit manifestatio iustitiæ tuæ & iudicij tui, cum separabuntur oues ab hœdis quæ nunc occulta sunt. b ¶ Et tunc erit. c ¶ Vtique in die iudicii. Nunc ergo quid? præit, Misericordia, delens peccata, & veritas, implens promissa, vt non timeantur iudicia futura, quæ gaudia cum non sufficiat exponi, ait: Beatus populus qui scit iub.
d tera tua: iũstitia & iudicium † præpãratio sẽdis tuæ. Miseri- 4
a ¶ Post iudicaturi. ¶ Vnde iubilandum. 5
e cordia & veritas † præcedent faciẽm tuam: beatus populus 6
f 7
a ¶ Id est, scit de illo esse gaudendum, quod dici non posse nouit. b ¶ Vnde autem iubilatio, de gratia, de Deo, omnino non de te homine. c ¶ Illuminatione spiritus vel filii. 8
g h qui scit iubilationem. Dõmine in lumine vultus 9

NICOLAVS DE LIRA.

☞ Aquilonem & dextrum tu creasti: *Per* dextrum, *secundum quod dicit Ra. Sa. intelligitur pars australis opposita aquiloni: quia si homo vertat faciem suam de occidente, versus quem Iudæi adorant, ad orientem, habet austrum ad partem dexteram.*

1 Thabor. *Hic consequẽnter describuntur beneficia post ingressum terra promissionis, cum dicitur*, Thabor & Hermon. *Thabor est mons in terra promissionis, in quo fuit denuntiata victoria Barac de Sisara, & de eius exercitu, Iudicum 4. c. quę victoria fuit facta virtute diuina, vt sequitur ibidem 5. c.* De cœlo dimicatum est contra eos. *Et pro gratiarũ actione Delbora & Barach cantauerunt canticum Iudicum. 5. c. de monte vero Hermon non recolo aliquod notabile factum ibi, nisi dicatur illud quod supra posui psal. 41. scilicet, quod Hermon est mons propinquus in loco Iordanis, vbi trãsierunt filij Israel sicco pede, de quo beneficio Deum laudauerunt, propter quod dicitur*, Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt. *id est, erũt occasio exultationis pro effectibus tuæ virtutis ibi ostensis.*

2 Firmetur manus tua, *Contra inimicos nostros:*

3 Exaltetur dextera tua, *Eos debellando. Quod fuit impletum, quando Iosue debellauit reges Chananæorum.*

4 Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ, *Sedes autem dicti dicebatur propitiatorium, vt dictum fuit Exod. 20. Ista sedes fuit præparata, quando arca testamenti, supra quam erat propitiatorium, habuit stabilem mansionem, quod primo fuit in Silo, Iosue 18. Secundo in templo Salomonis 3. Reg. 8. Ad præparationem autem huius præcessit iustitia Dei, & iudicium, quibus Chananæi fuerunt debellati, & etiam propter nequitias suas eiecti. Et similiter tempore Salomonis, quando data est pax populo Israel, ne turbaretur ab omnibus aduersarijs in circuitu 3. Reg. 4.*

5 Misericordia, *Erga nos,*

6 Et veritas, *Erga patres nostros, quibus promisisti dare terram Chanaam in eorum filijs,*

7 Præcedent faciem tuam, *Expellendo aduersarios de terra illa, vt arca tua & propitiatorium habeant quietam mansionem, & quia diuinæ laudes ibi, cantabantur, ideo subditur,*

8 Beatus populus qui scit iubilationem, *Isti erant sacerdotes & Leuitæ ad diuinum obsequium deputati, de quibus adhuc subditur,*

9 Domine in lumine vultus tui ambulabunt. *Id est, in lumine naturalis rationis, quod est, quadam impressio diuini luminis, vt dictum fuit supra Psal. 4. & in lumine diuinæ legis, in quo lumine sacerdotes & Leuitæ alios præcedebant, tanquam magis edocti.*

☞ Et

MORALITER.

† amaritudinem pœnitentiæ tu pœnitentibus immisisti.

1 *Thabor & Hermon & in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.* Per *Thabor*, qui interpretatur lux veniens, infusio gratiæ significatur: & per *Hermon*, exclusio culpæ, quoniam *anathema mœroris* interpretatur; & hæc duo exaltare faciunt in Deo & in brachio virtutis eius. Et quia depressio malorum, & exaltatio bonorum est appetenda, subditur,

2 *Firmetur manus tua*, In malorum depressione:

3 *Et exaltetur dextera tua*, In bonorum sublimatione. Et quoniam hoc perfecte fiet in finali iudicio sequitur,

4 *Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.*

5 *Misericordia & veritas præcedent faciem tuam*; Quia tunc veritas iustitiæ manifeste relucebit in damnatis, & misericordia in electis, ideo subditur,

8 *Beatus populus qui scit iubilationem.* Cum angelis sanctis.

9 *Domine in lumine vultus tui ambulabunt*, Nam in lumine gloriæ, quicquid pertinet ad eorum gloriam, videbunt.

† *Et*

a ¶ Thabor & Hermon. ¶ Homines. b ¶ Quod benedicitur in terris, id est, Christiano.
c ¶ Non in se. d ¶ Qui in se exultat, non tota die exultat, quia cadit.
e ¶ quis illuminat & iustificat?

tui ambulábunt, & in nomine tuo exúltabunt tota die, et in 1 2
a ¶ Non sua, in quo deprimerentur. b ¶ Hic, & in futuro. c ¶ Vere tua. 3
d ¶ Exaltatio. ¶ Non solum illuminat, sed posse dat.
iustitia tua † exaltábuntur. Quóniam glória † virtutis eorũ 4
a ¶ Id est, quia tibi placuit, non quia digni fumus. b ¶ Potestas nostra.
c ¶ Cas. Aliter impulsi caderemus, quia infirmi.
tu es, & in beneplácito tuo † exaltabitur córnu nostrũ. Quia 5 6
¶ Nostræ carnis. a ¶ qui sanctificat Israel vel regit.
† domini est † assúmptio nostra, & sáncti Israel regis nostri. 7 8
a ¶ Vnde scis hæc prædicta. b ¶ Aug. in occulto, in reuelatione, quam fecisti, vnde prophetæ, dicti sunt, id est, videntes. c ¶ Palam per eos. d ¶ Hominum. 9
Tũc locutus es in † visióne sanctis tuis, & dixísti: Pósui ád- 10 11
¶ Christo. ¶ Qui potens est ille electus: vnde subdit. a ¶ Super omne nomen.
¶ Immunem à peccato. b ¶ Iudaica vnde natus. †
iutorium † in potente, & exáltaui electũ de † plebe mea. In- 12
a ¶ Id est, Christum, qui est de semine Dauid. ¶ Qui est electus. b ¶ Vnde. 13
c ¶ Secundum quod homo, vnde. Vnxit te Deus oleo exultationis præ consortibus tuis. Psal. 44. b. d ¶ Verbum cooperabitur. 14
uéni Dáuid seruum meum, óleo sancto meo vnxi eum. Má- 15
a ¶ In operibus, in passionibus. b ¶ Secundum quod homo. c ¶ Fortitudo. 16
d ¶ Contra aduersa, vt peragat incepta. 17
nus enim mea † auxiliábitur ei, & bráchiũ meũ † confirmá- 18
¶ Cassiod. Eousque confirmabit, quod. ¶ Augu. sæuis quidem, exercet, sed prodesse, non nocet. 19
bit eũ. † Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis nõ 20 21

bolus *nihil proficiet* in eo quasi dicat, in Adam quidem inimicus fecit & perfecit, in isto quidem faciet quod suum est, id est, tentabit eum, sed *nihil proficiet*, nec in ipso, nec in suis. Exercebit eum, sed non nocebit, pro derit ille sæuiendo in quo coronabuntur isti vincendo: & filius iniquitatis, id est, angelus apostata, quem genuit iniquitas, *non apponet nocere ei*. Ponet quidem vt noceat ei, quando eum crucifigi faciet & occidi, sed postquam viderit eum resurgentem, & ascendentem *non* amplius *apponet nocere ei*, imo etiam æternaliter gaudebit

† vel exultabunt.
† exaltabis
† dominus est clypeus noster, & sanctus Israel, rex noster.
† aspectu filiis.
† super potentem.
† & firma erit cum eo etiam.
† Non imponet, ei hostis (vel non opprimet eum hostis)
† fortitudinis.
† susceptio.
† de populo meo.
† roborabit.

A
2 *Tunc locutus es in visione* CASSIODORVS. Diapsalma, Tertio promissiones patris de Christo. Superior laus nõ est dubia, quam paterna confirmat autoritas.
CASSIODOR.
C AVGVSTINVS. *Tunc.* Quãdo dispositi testamentum, vel cùm hæc diceres mihi, *tunc locutus es sanctis*, reliquis prophetis *in visione*, non enim ignoranter locuti sunt, sicut Montanus, & quidam alij hæretici dixerunt.
B
b *Dauid seruum meum oleo sancto meo vnxi eum.* AVGVSTINVS. manu fortem, seruum obedientem, ideò in eo posui adiutorium.
c *Manus enim mea.* ✠ BEDA. Verè vngam eum, quia sic agam cum eo, scilicet, manus mea, id est, misericordia & protectio mea auxiliabitur ei, quantum ad susceptam humanitatem: & brachium meum, id est, verbum meum personaliter illi vnitum confirmabit eum contra omnem lapsum. Et ideò *inimicus* diabolus quòd priùs nocere conatus sit.
d *Inimicus in eo.* AVG. diabolus, vnde, *Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.* Ioan. 14. d.
e *Filius iniquitatis non apponet nocere.* Iudas non apponet, non addet effectum voluntati.

☞ *A facie*

NICOLAVS DE LIRA.

29 1 Et in nomine tuo exultabunt, *Te deuotè laudando.*
2 Totadie. *Id est, singulis diebus, horis tamen ad hoc competentibus, quia oportebat eos aliquando refici, & quiescere.*
3 Et in iustitia tua exaltabuntur. *Quia ad sacerdotes Leuitici generis casus dubij referebantur, vt viderent, quid esset iustum, vel iniustum, & eorum sententia inuiolabiliter obseruabatur, vt habetur Deute. 17.*
4 Quoniam gloria virtutis eorum tu es, *Hoc est virtus eorum & sapientia ad tuam gloriam ordinatur.*
5 Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum *Id est, potestas nostra, quæ per cornu designatur in scriptura. Cuius causa subditur,*
6 Quia domini est assumptio nostra, *Sua virtute educendo nos de Aegypto, & in terram promissionis inducendo.*
7 Et sancti Israel. Et *pro* id est, *Dei Israel, qui est sanctus sanctorum, ita quod* Israel *est hic genitiui casus, Esa. 1. b.* Blasphemauerunt sanctum Israel. *id est, sanctum Deum Israel.*
8 Regis nostri. *Ab eductione enim Israel de Aegypto vsque ad tempus Saulis nullus habuit proprie potestatem regiam, super illos nisi Deus, sicut declaratum fuit supra libro Iosue & Iudicum: propter quod cum populus petiuit regem, dominus dixit ad Samuelem. 1. Reg. 8. b.* Non te abiecerunt sed me, ne regnem super eos.
9 Tunc locutus es. *Hic consequenter describitur in speciali principale beneficium, scilicet, de perpetuitate regni Dauid. Circa quod Psal. primo recitat diuinam promissionem, secundo regni Dauid deiectionem, ibi,* Tu vero repulisti. *tertio implorat eius restitutionem, ibi:* Vsquequo domine. *Prima adhuc in tres partes, quia primo recitatur promissio de regni Dauid promotione, Secundo de successorum eius correctione, ibi,* Si autem, *Tertio de Dauid regni perpetuatione. ibi.* Misericordiam. *Circa primum dicitur,* Tunc, *scilicet, illo tempore, quo Saul, tanquam rex, fuit populo prælatus.*
10 Locutus es in visi. sanctis tuis, *Id est, Samueli de inunctione Dauid. 1. Regum 16. & ipsi Nathan de successione regni Dauid. 2. Reg. 7.*
11 Et dixisti, Posui in adiuto: *Scilicet meum,*
12 In potente, *Id est, in ipso Dauid, qui à iuuentute leonem & vrsum & gigantem interfecit. 1. Reg. 17.*
13 Et exaltaui electum, *Id est, Dauid,*
14 De plebe mea, *Id est, de humili statu, quia tunc pascebat oues actu. 1. Reg. 16. ideo subditur,*
15 Inueni Dauid seruum meum, *Id est, seruum fidelem & bonum.*
16 Oleo sancto meo vnxi eum, *Primo per Samuelem 1. Reg. 16. Secundo super Iudam tantum 2. Reg. 2. Tertio super totum Israel 2. Regum 5.*
17 Manus enim mea, *Id est, fortitudo mea,*
18 Auxiliabitur ei, *Contra hostes:*
19 Et brachium meum, *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem expressionem.*
20 Nihil proficiet inimicus in eo, *Id est, Saul cum satellitibus:*
21 Et filius iniquita. *Id est, Absalom cum sibi adhærentibus, qui valde inique rebellauit contra Dauid patrem suum, quærens eius mortem.*

29 Et

MORALITER.

† 1 *Et in nomine tuo exultabunt tota die.* Id est, semper. Psal. 83. a. *Beati qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.*
3 *Et in iustitia tua exaltabuntur*, Id est, secundum merita præmiabuntur.
4 *Quoniam gloria virtutis eorum tu es*, Obiectiuè: Est enim beatitudinis obiectum.
5 *Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum*, Ducendo nos ad gloriam ipsorum. Et quia per beneficium incarnationis est assecutio beatitudinis, sequitur,
6 *Quia domini est assumptio nostra*, In vnitate suppositi:
7 *Et sancti Is.* Accipitur hic &, pro, *id est*, scilicet, Iesu Christi, qui propriè dicitur *Israel*, eò quòd eius anima Deum clare vidit ab instanti creationis.
9 *Tunc locutus es.* Homine namque Christo ad dexteram Dei patris exaltato, missus fuit super apostolos spiritus sanctus reuelans mysteria, propter quod beatus Petrus tunc allegauit prophetiam Ioelis esse completam, *dicit dominus: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & iuuenes vestri visiones videbunt.*
11 *Et dixisti.* Hic reuertitur ad describendum hominem virtuosum, cum dicitur, *Et dixisti*, cuius dicere est facere.
† *Posui adiutorium in potente*, Id est, super virtuosum stabilem, nam sine diuino adiutorio non posset operari virtuosè. Ioan. 15. a. *Sine me nihil potestis facere.*
13 *Et exaltaui electum de plebe mea.* Scilicet, meritis.
14 *Inueni Dauid seruum meum*, Id est, constantem virum, quia Dauid, manu fortis interpretatur.
16 *Oleo sancto meo vnxi eum.* Scilicet, gratiæ tanquam pugilem contra diabolum, sed quia cum habituali gratia requiritur motio diuina, sicut instrumentum, perfectam formam artis agere non potest sine motione artificis, ideo sequitur,
17 *Ma. enim mea auxiliabitur ei, & brach. &c. Nihil prof. &c.* Scilicet quandiu adhærebit mihi.

a *A facie ipsius inimicos.* AVGVST. Cum facies eius peccatores respicit, à criminibus separantur, quibus non est locus sub præsentia eius.

b *Et veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius.* AVGVST. Sæpe misericordia & veritas commendantur nobis, vt ea reddamus Deo: sicut misericordiam dedit, delẽs peccata; veritatem, implẽs promissa. Sic reddamus misericordiam, vt miserorum misereamur; veritatem ne inique iudicemus, ne altera alteram impediat: aliter nõ sumus in via, vbi hęc sibi occurrũt

✠ EVTHYMIVS. *Cornu Dauid* Christus est, hoc est, illius gloria. Nam quemadmodum quædam animalia cornua emittũt è capite, quæ non tantum fortitudini sunt, sed ornamento: ita ex beato Dauid, qui Iudæorum fuit caput, veluti eorum rex (principes etenim capita appellamus) pulcherrimum quoddã cornu germinauit, quod non robur tantum, sed gloriam, atque ornamentum etiam ei præstitit. Alia etiam ratione potest illius *cornu* dici, qua ratione diuinitatis omnibus est sublimior: Cornu enim membris omnibus corporis supereminet. Ex persona igitur Dei Patris dicit Propheta, quod *cornu Dauid*, ipse nimirum Christus, exaltandus esset in ipsius Dei nomine. Exaltatus est autem Christus in nomine Dei, eo quod & ipse Dei nomen habet, & ab omnibus appellatur Deus. His autem consona sunt ea, quæ in Euangelio legimus dicta à Zacharia, dum ait, *Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui, sicut locutus est per os sanctorum*, eos nimirum prophetas intelligens, quos beatus Dauid superius filios Dei appellauit. Per *domum* autem *Dauid* illius generationem intellexit.

c *Et thronum eius sicut dies cœli.* ✠ EVTHYMIVS. Et rursum ponam *thronum* regni *eius* ita perpetuum, *vt dies, cœli*, qui perpetui sunt, & terminum suum vsque ad mundi cõsummationem seruabũt. Similia sunt illa verba *& permanebit cũ sole, &c. Dies* autem *cœli* dicuntur, eo quod à cœlo, ipso solis cursu effici videntur. Ostendant nobis igitur Iudæi semen Dauid *positum in sæculum sæculi*, hoc est, conseruatũ in regno, aut regalem illius thronũ adhuc permanere. Verum id non poterũt In Iechonia etenim atque in Sedechia finem habuit regnum Dauid. Vterque enim eorũ à Babyloniis in captiuitatẽ actus est, & Sedechias quidem oculis orbatus, Iechonias verò in perpetua seruitute detentus est. Tunc itaque destructum est prorsus regnum, & thronus Dauid, & nullus amplius in eo sedit. Nam Zorobabel post reditum è captiuitate non rex fuit sed dux: adeò vt regnum Dauid in posteros quadringentorum annorum tempus non superauerit.

d *Si autem dere.* Non solùm de perfistentibus, sed & de cadentibus hæc promitto.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et concid.ini. *Id est, Philisthæos quærentes destruere regnum eius. 5. Reg. 2.*

2 Et odientes eum in fu.co. *Id est Ammonitas, & Syros, qui fugerunt à facie exercitus Dauid 2. Reg. 10.*

3 Et ve.mea. *Implendo sibi promissum.*

4 Et misericordia mea, *Remittendo ei multiplex peccatum scilicet, adulterium cum Bethsabee, homicidium Uriæ, & superbiam in populi numeratione, vt habetur 2. Reg. 11. & 24. licet enim pro istis peccatis Dauid fuerit punitus temporaliter, non tamen æternaliter.*

5 Et in nomine, &c. cor. eius. Id *est, potestas regia, propter quod subditur,*

6 Et ponam in mari. *Quia Dauid subiecit sibi terram Philisthinorum situatam super mare mediterraneum.*

7 Et in flu. *Id est, Syria, vbi sunt plura flumina. Unde & Mesopotamia Syriæ, & dicitur à μέσος quod est medium, & ποταμὸς fluuius, quia est in medio fluuiorum hinc & inde currentium sicut dictum fuit plenius Gen. 24. Et hoc fuit impletum, quando Dauid debellauit Syros, & tributo subiecit. 2. Reg. 10.*

8 Ipse inuocauit me, *Dauid enim fuit valde deuotus, & frequenter inuocauit Deum & saluatorem, vt patet in hoc libro psalmorum in pluribus locis.*

9 Et ego primogenitum ponam illum, *Id est, honorabilem, sicut filius primogenitus est honorabilior alijs.*

10 Excel. præ re. ter. *Scilicet illius temporis: vel præ regibus terræ, qui erãt in circumitu Iudææ, quos Dauid subiecit sibi, vt habetur 2. Re.*

11 In æter. ser. illi mise. meam. *Quia saluatus est salute æterna.*

12 Et testa. me. fi. ip. *Id est, fideliter adimplendo, quod sibi promisi de successione regni, & alijs bonis, & hoc per Nathan prophetam. 2. Re. 7.*

13 Et po. in se. *Id est in succedentibus generationibus seruando semen ipsius, vsque ad Christum: in quo perpetuabitur regnum eius, ideo subditur &* thronum ei sicut dies cœli.

14 Si au. *Hic consequenter psal. recitat promissionem factam ipsi Dauid de successorum eius benigna correctione, quæ habetur 2. Reg. 7. & hic recitatur in persona Dei dicens,* Si au. dere. fe. *Id est, reges ab eo descendentes.*

15 Legem me. *Quod factum fuit tempore Achaz, Manasses, & Sedechiæ vt habetur 4. Regum.*

16 Si iu. &c. *Quod fecerunt eorum aliqui, idololatriam inducendo, etiam intra templum domini,*

17 Visitabo in virga, *Quasi dicat, non exterminabo eos totaliter vtens austeritate iudicis, sed castigabo eos afflictionibus tẽporalibus zelo paternæ correctionis: & hoc maxime factũ fuit, quãdo rex Sedechias captus fuit, & in Babylonem ductus, & sic regnũ Dauid interruptũ fuit.*

Misericordiam

MORALITER.

1 *Et con. à fa. ip. ini. eius.* Scilicet dæmonem, & mundũ & carnẽ.

3 *Et ve. me. & c. cum.* Id est, supra merita sibi dando.

5 *Et in nomine meo,* Non in suo,

Exaltabitur cornu eius. Id est potestas ad regendum virtuose: propter quod sequitur,

6 *Et ponam in ma. manum.* Ad reprimendum pestiferos per mare turbulentum designatos.

7 *Et in flu. d. e.* Ad ꝓmouẽdũ bonos, p aquas dulces intellectos.

8 *Ipse inuo. me. pa.* Recognoscendo suum esse naturæ, & gratiæ sibi datum à me.

Et fusce. sa. Dando esse gloriæ.

9 *Et ego primoge. po. il.* Dando sibi partem in hæreditate cœlesti ante subditos sibi.

10 *Excel. præ regibus ter. Mat. 11. b. Qui minor est in regno cœlorum maior est illo, &c.*

11 *In æter. ser. il. miseri. meam testa.* Dando sibi æterna bona. Et quoniam filij degeneres non saluantur bonitate patris, sequitur:

14 *Si autem de.* filii scilicet naturales vel spirituales.

17 *Visitabo in.* Iuste puniendo.

✠ *Misericordiam*

---

a ¶ Cas. Faciet quod suum est, sed non nocebit. ¶ Post resurrectionem. b ¶ Aug. paulatim enim credent, quasi comminuto capite vituli veniant in potum populi. c ¶ Id est confpiratione sua.

a ✠ appõnet nocere ei. Et cõcidam à facie ipsius ✠ inimicos 1

a ¶ Vt fugiant ab ipso irato, ad ipsum placatum. b ¶ Ab ipso ad Christum.
c ¶ Cassio. Nihil diuersum est inter patrem & filium, virtutes, quas habet pater, habet & filius.

b eius, & odientes eum, ✠ in fugã conuertam. Et veritas mea 2

a ¶ Quod est Deus. 3

& misericordia mea cum ipso, & in nõmine meo exaltabitur 4

a ¶ Opera ostendam in mundo. b ¶ Id est, dominabitur in gentibus, quæ significantur per mare. 5
c ¶ Flumina enim currunt in mare, cupidi in amaritudinem seculi: & tamen hi subditi Christo. †
¶ Cupidis etiam subdam.

cornu eius. Et põnam in mari manũ eius, & in flũminibus, 6

a ¶ Operationem. b ¶ Dicent. ¶ Secundum quod Deus. 7

dexterã eius. Ipse ✠ inuocãuit me, pater meus es tu, Deus 8

¶ Secundum quod homo. ¶ Mei infirmi ad salutem.
a ¶ Præ alijs honorabo illum; à similitudine, sicut primogeniti honorari solent præ alijs. †

meus & ✠ susceptor salutis meæ. ✠ Et ego primõgenitum 9

a ¶ Constituam. b ¶ Alias apud reges, quod iam impletum est.
c ¶ Et quia hæc potestas non est temporalis, subdit. 10

ponã illum excelsum præ rẽgibus terræ. In æternũ seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidẽle 11 12

a ¶ Cassio. cui perpetua data est potestas in cœlo & in terra. b ¶ Cassio. quia quæcunque de illo prædicta sunt, integrè impleta sunt. c ¶ Aug. qui eius mediator, & testis, & hæreditas.

a ¶ In æternum. b ¶ Christianum. c ¶ Aug. Thronus regum terræ est, vt dies terræ, qui transeunt, sed dies cœli semper præsentes sunt, vbi erit thronus eius in æternum.

c ipsi. Et ponam in secũlum seculi semẽ eius, & thrõnum 13

¶ Christi.

d eius sicut dies cœli. Si autem dereliquerint filij eius legem 14
meam, & in iudicijs meis non ambulauerint. Si ✠ iustitias 15

¶ Male operando offenderint. 16

meas prophanauerint, & ✠ mãdata mea nõ custodierint. Vi- 17

☞ *In virga*

☞ a *In virga.* Quis enim est filius, cui non dat pater eius disciplinam? Dat disciplinam pater, vt non auferat misericordiam. Cædit contumacem, vt reddat hæreditatem: *Quem enim Deus diligit, corripit, &c.* Non est ergo tantum misericordia vocantis, sed & flagellantis, & verberantis, vnde sequitur, *Et in verbe. &c.*

Prouer. 3. d.

b *Non dis.* AVGV. Ipse non tollit misericordiam ei, qui Christianus quidem est: Quòd si homo ita iniquus est, vt fugiat accedente patre, ipse se alienat, non pater abiicit eum.

B

c *Neque prophana.* Prophana esset promissio, si esset inexpleta. Nunquid propter malos pisces nihil ex illa sagena mittitur in vascula? Mittentur vtiq; boni pisces, id est, quos prædestinauit.

†& non mẽtiar in veritate mea (vel nõ fallam fidem meam)

† per sanctitatem meam

d *Semel iu.* CASS. Homo frequenter, Deus *semel*, qui non variatur.

† stabilietur.

e *In sancto.* In homine Christo, in quo complendum erat quod iuraui; vel, Dauid, id est, Christo, per sanctitatem. *Semen*, Christiani.

C

† certus

✻ Sela super Psal. 3.

✻ Longasti (deuastasti)

f *Sicut sol in conspectu.* AVGVSTINVS. Secundùm animam; sicut *luna* secundum carnem, quæ mutabilis, quia in vtroque tunc perfecti erunt gemina stola candidati & glorificati, quam significat tabula vnius cubiti per medium secta in vet. test. quæ duos parietes tabernaculi in angulis occidentalis partis posita continebat, quia fideles tàm noui, quàm ve. test. post mortis occasum gemina beatitudine glorificabuntur, & inde testis fidelis est in cœlo, id est, Christus.

D

✻ BASILIVS & THEODORET. Pro hoc nomine *Testis*, Symmachus dixit, *Quis testificatus est*, & in septuagesimoprimo Psalmo beatus Dauid de domino Christo prædixit, *Ante solem permanebit nomen ipsius, & simul cum sole durabit, & ante lunam in sæcula sæculorũ.* Quoniam cùm sol est in causa temporis metiendi, exoriens, occidens, & diem nocte mẽq; efficiens: meritò per solem voluit solij æternitatem ostendere; promisit autem semen illius in perpetuum conseruare. Porrò qui hæc pollicitus est, & testatus est, in cœlo est, & veris fidelibusque vtitur verbis. Hoc modo cum dixissent promissiones Dauidi factas, deplorant calamitates sibi immissas.

† flagellis delicta.

E

† mutabõ

g *Tu ve. ve.* CASS. Diapsalma. Quartò aduersa prædictis promissionibus ponit, ne putentur in alio impleri, quam in futuro tunc Christo.

F

† ad nihilũ deduxisti

† iratus es cum vncto tuo.

CASS. *Tu vero re.* Quasi, Christianis hæc bona, sed nõ Iudæis, qui se priuauerũt promissione, & hoc est: Tu verò *Christum tuum*, id est, vnctum Dauid, à regno repulisti pro peccato, quod commisit contra Vriam de Bethsabee; *Et despexisti*, vel *irritasti*, quia multa indigna passus; *distulisti*, diu in tribulatione, *testamentum*, promissa Iudæis, ad gentes lata sunt.

AVGVST. *Tu vero.* Vel, hæc omnia de Christo & ecclesia, *repulisti*, ad patibulum *Christum tuum*, & in despectum dedisti.

☞ vel

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Misericordiam. *Hic consequenter Psal. recitat promissionem Dei de regni Dauid perpetuitate, qua habetur 2. Reg. 7. & hic recitatur in persona Dei dicentis:* Misericordiam autem meam non disp. *id est, totaliter auferam.*

2 Ab eo. *Id est eius successione.*

3 Neque no. *Id est, nocumentum irreparabile inferam.*

4 In ve. mea. *Modus est asserendi, quasi dicat. sicut sum verus Deus, ita tale nocumentum non inferam.*

5 Neque prophanabo testa. *Id est, promissum ipsi Dauid factum.*

6 Et quæ procedunt de labijs meis, *Id est, de labijs Nathan prophetæ in persona mea loquentis ipsi Dauid 2. Reg. 7.*

7 Non faciam irrita. *Sed sequetur effectus tempore debito à me disposito; vnde subditur.*

8 Semel iura. in sancto. *Id est, in me sancto, sicut Gene. 22. c. dicitur* Per memetipsum iuraui di. &c.

9 Si Dauid mentiar. *Hic accipitur si, pro* non, *id est, non mentiar, ipsi Dauid.*

10 Semen eius in æternum manebit. *Quia generationes à Dauid vsque ad Christum peruenerunt, vt prædictum est, in quo perpetuatum est eius regnum; ideo subditur.*

11 Et thro. eius sicut sol. *Quia sicut sol & luna durabunt in perpetuum, ita Christi regnum.*

12 Et testis in cœlo fidelis. *Quia non solùm est iudex, sed etiam testis coram patre, de his quæ fiunt in terris, & maximè de hoc, quod sustinuit pro salute humani generis: propter quod in corpore eius reseruata sunt cicatrices ad testimonium veritatis.*

13 Tu verò repulisti & despexisti. *Hic consequenter Psal. declarat deiectionem regni Dauid, quod maximè contigit per captiuitatem Babylonicam, quam Psal. præuidens dicit,* Tu verò repulisti & despexisti, *scilicet, regnum Dauid tempore Sedechiæ.*

14 Distulisti Christum tuum, *In quo promisisti perpetuare regnum Dauid. A captione enim Sedechiæ vsque ad natiuitatem Christi fluxit magnum tempus, in quo sancti patres illius temporis pro tali dilatione suspirabant, & affligebantur, secundùm quod dicitur Prouer. 13. b.* Spes quæ differtur affligit animam, &c.

15 Auertisti testamentum serui tui, *Id est, promissum factum Dauid seruo tuo retardasti, ideo dicitur hic,* Auertisti, *& non abstulisti.*

16 Prophanasti in terra sanctuarium eius, *id est, prophanari permisisti.*

✻ In terra

MORALITER.

✻ 1 *Misericordiam autem.* Quia boni patres non sunt puniendi pro filiorum peccatis.

5 *Neque propha.* Quia dicit hoc Ezec. 18. *Pater nõ portabit ini. &c.*

8 *Semel iu.* Id est, in meipso, qui sum sanctus sanctorum, Ge. 22. c. *Per meipsum iuraui, &c.*

9 *Si Da. men.* Id est, virtuoso non mentiar.

10 *Semen, &c.* Id est, fructus operum suorũ æternaliter durabit.

11 *Et thro. e. sicut sol.* Quantum ad gloriam animæ.

† *Sicut luna.* Quantum ad gloriam corporis.

12 *Et te in c.* Quia sancti ex perpetua laude sunt testes bonitatis diuinæ.

13 *Tu ve.* Licet autem homo sit perfectus in virtute, cadere tamen potest Deo permittente, & diabolo procurante, sicut patet de Dauid in facto Vriæ, & de Petro in Christi negatione; ideò de tali dicitur, *Tu vero repulisti despe.* post eius casum, nam homo de se cadit in peccatum. Osee. 13. c. *Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum.*

14 *Distulisti Chri.* Id est, à consecutione bonorũ promissorum.

15 *Auertisti testa.* Repetitio est eiusdem sententiæ.

16 *Prophanasti in terra.* Id est, prophanari permisisti in terrenis desiderijs cor eius, quod erat prius templum spiritussancti.

vel diſtuliſti à gloria, ad tempus, vel ſecundum membra.

Teſtamentum. Promiſſio videtur euerſa, & ſancti prophani reputantur. *Sepes*, prælatos, *deſtruxiſti*, dum occiduntur. *Et poſuiſti fir. eius for.* qui firmabant alios docendo, iam ſunt timori, dum affliguntur, & quidam iam ſunt direpti *à tranſeuntibus viam*, quæ eſt Chriſtus.

Auertiſti adi. gla. Id eſt, prædicationē.

† diadema Nazareū) *Non es aux. ei in bel.* ſed dediſti ad paſſiones.

† munitiones eius formidinē, contritionem, confractionē) vel, munitiones eius cōtriuiſti) † tribulantium *Deſtruxiſti eum ab emun. &c.* id eſt, quidam mundi defecerunt, & in terram redacti ſunt. *Minoraſti*, vt putatur, dum citò de vita auferuntur.

B * Etiam † erexiſti eam † Minuiſti AVGVSTINVS. Quare illa promiſit Deus, & iſta fecit? hæc fecit, vt promiſſa firmaret. Dauid erat, cui promittebantur omnia in ſemine, qui eſt Chriſtus, implenda. Ne ergo, quia ei dicta ſint, viderentur impleta; deſtruxit ea Deus in Dauid; vt quæ neceſſe erant fieri, quia Deus iurauerat, quærantur in alio: vnde & Salomon cecidit, ne putaretur ſemen Dauid, in quo impleretur promiſſio. Sic & cùm dictum fuit Rebeccæ, *maior ſeruiet minori*, Iacob adorauit maiorem, vt hæc promiſſio in alijs expectaretur.

3.Reg.11.

Gen.25.c.

a *Deſtruxiſti eum.* Hæc omnia venerunt Iudæis, non tamen ablato eis Chriſto, & æterno regno, ſed dilato.

κατέλυσας εἰς τὸ καθαρισμῶ. κατέρεξας *Deſtruxiſti ab emundatione eius.* ✠ EVTHYMIVS. Ceſſare eum feciſti à conſueta purgatione. Aſperſionibus enim vtebantur & purificatorijs Iudæi, quando celebritatem aut feſtiuitatem aliquam peragebant. A præcedenti igitur, ſignauit id quod conſequitur, ac ſi diceret, omnes illius feſtiuitates prorſus delêſti.

D

b *Sedem eius in ter. colliſiſti.* Id eſt, regnum eorum vbique terrarum deletum eſt, quia iam non eſt de eis princeps.

c *Minoraſti.* Quia diu ſtaret regnū eorum, ſi ſub Deo.

† maceriam d *Perfudiſti eum con.* Quia geſtat opprobrium infidelitatis.

Minoraſti. AVGVSTINVS. Putabant ſe regnaturos in æternum, ſed minuiſti dies regni eorum, vt non ſtaret, iuxtà opinionem eorum.

E

† iucūdaſti e *Vſquequo domine.* CASSIODORVS. Diapſalma. Quintò. Ecce in quo impletæ promiſſiones, ſcilicet, in *ſubſtantia Dauid*, quę viuit, & eruit animam, id eſt, in Chriſto.

† aciem(robur) † Ceſſare feciſti munditiem eius (vel ceſſauiſti ab ornando eo.) † adoleſcētiæ

AVGVSTINVS. Sed, vſquequo non reſuſcitas Chriſtum?

* Sela ſuprà pſal.3. † abſcōdes te in ſęculū † Memēto † quanti tēporis ago propter quid fruſtra creaſti omnes filios hominis

Quæ *ſubſtantia*? quæ nihil, niſi per ipſum. *Quis eſt homo qui viuit & non videbit mor.* nullus. In his iam poſtulat ſubuenire homini, vel ſpecialiter Iudæis.

F

f *Memorare quæ mea ſubſtantia.* AVGVSTINVS. Dicit hoc Dauid, carne poſitus in Iudæis, ſpe in Chriſto. Quæ *ſit mea ſubſtan.* etſi Iudæi deficiunt, non deficit *mea ſubſtantia*, non omninò interit radix, vnde veniet Maria: & de ea veniet ſemen, cui promiſſum eſt. Nam de populo illo virgo Maria, de virgine Maria caro Chriſti, & caro illa non eſt peccatrix, ſed peccatorum mundatrix.

☞ *Nunquid*

NICOLAVS DE LIRA.

1 In terra ſan.e. *Id eſt, templum quod dicitur ſanctuarium Dauid, eo quod præcepit illud ædificari per Salomonem filium ſuum, & præparauit impenſas, & tradidit exemplar ædificiorum & vaſorum.* 1. *Para.* 28. *quod fuit prophanatum, quando per Chaldæos fuit combuſtum,* 4. *Reg. vlt. & bene dicitur*, prophanaſti in terra ſanctuarium, *quia ſanctuarium quod eſt in cœlo, prophanari non poteſt.*

2 Deſtruxiſti omnes ſepes eius. *Id eſt, muros Ieruſalem, & aliarum ciuitatum, quos deſtruxerunt Chaldæi.*

3 Poſuiſti firmamentum eius. *Id eſt, Ieruſalem, quæ erat fortior ciuitas, tanquam metropolis.*

4 Formidinem. *Quia etiam poſt reditum captiuitatis Babylonicæ, illi, qui habitabant ibi, erant in magna fortitudine, vt habetur Nehe.* 1.

5 Diripuerunt eum omnes. *Quia Samaritani, & alij qui erant ipſi propinqui, irruentes in populum Indęorum, homicidia faciebant, & prædas rapiebant; & ideò ſubditur.*

6 Factus eſt oppro. *Quia gloriabantur de prædijs & occiſionibus in populo Iſrael factis: & ex hoc patet ſententia ſequentis verſus.* Exaltaſti dexteram, &c.

7 Auertiſti. *Id eſt, fugere feciſti.*

8 Adiutorium gladij eius. *Id eſt, viros bellatores, qui per gladium debebant defendere populum, & ipſi fugerunt nocte de Ieruſalem vt habetur* 4. *Reg. vlt. ideo ſubditur.*

9 Et non es auxiliatus ei in bello. *Contra Chaldæos.*

10 Deſtruxiſti eum ab emunda. *Dum enim populus erat in terra promiſſionis, vtebatur aquis luſtrationis ad purificandum homines inquinatos ex tactu alicuius morticini, ſeu alterius rei immundæ; ſecundùm quod dicitur Nu.* 19. *Sed ducto populo in captiuitatem ceſſauit talis emundatio.*

11 Et ſedem. *Id eſt, maieſtatem regni abſtuliſti.*

12 Minoraſti dies. *Quia tunc multi viuentes vtriuſque ſexus fuerunt occiſi & mortui, & ſic dies vitæ eorum fuerunt minorati.*

13 Perfudiſti. *Quia ad terram longinquam fuerunt filij Iſrael ducti captiui confuſibiliter valdè.*

14 Vſquequo. *Hic conſequenter Pſal. implorat regni Dauid reſtitutionem. d.* Vſquequo domine auertis, *id eſt, oculos miſericordiæ tuæ à nobis.*

15 In finem, *Id eſt, ita diu.*

16 Exardeſcet ſi. *Quaſi dicat, ita exardeſcet ira tua, quod nunquam extinguetur: ſicut nec ignis habens combuſtibile appoſitum, cum tamen parcere & miſereri ſit tibi proprium, ideo ſubditur.*

17 Memorare quæ mea ſub. *Id eſt, quam fragilis eſt humana natura ad caſum, ſecundum quod dicitur Gen.* 8. *d.* Senſus enim & cogitatio cordis humani prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua, *& ideo ſemper indiget tua miſericordia; & hoc conſequenter oſtendit ex vltimo fine hominis dicens,*

☞ Nunquid

MORALITER.

✠ 2 *Deſtruxiſti omnes ſepes eius.* Id eſt, permiſiſti deſtrui in eo clauſuras virtutum.

3 *Poſuiſti firma.* Quia tu, qui eras eius firmamentum, factus es eius formido, propter culpæ demeritum.

5 *Diripuerunt e. omnes tranſeuntes.* Id eſt, dæmones ad nocendum hominibus diſcurrentes. Iob. 1. b. *Circumiui terram & præambulani eam.*

6 *Factus eſt op. vicinis.* Id eſt, fidelibus alijs.

† *Exaltaſti de.* Laxando ſuper eum potentiam dæmonum.

7 *Auertiſti adiut. gladij.* Scilicet, verbi diuini in ore ipſius, Greg. hom. 38. *Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur.*

10 *Deſtruxiſti eum ab emunda.* Id eſt, à ſacramentorum, quibus peccata mundantur, debita miniſtratione.

11 *Et ſedem e.* Id eſt, dignitatem eius deſpici permiſiſti.

12 *Minoraſti d.* Id eſt, minorari permiſiſti in bono, ſicut de homine vago dicitur, quod perdit tempus ſuum. Sed quoniam talis aliquando pœnitet, & petit miſericordiam, ideò dicitur in perſona eius.

14 *Vſquequo auertis in finem.* Quaſi dicat, non decet tuam clementiam.

16 *Exardeſcet ſicut ignis.* Qui dicit, *nunquam ſufficit.* Prouer. 30.

17 *Memorare quæ mea ſubſtantia.* Id eſt, quàm fragilis eſt ad peccatum.

† *Nunquid*

☞ a *Nunquid enim va.* AVGVSTIN. Omnes filij hominum ierunt in vanitatem, non *tamen vanè constituisti* eos: vnde ergo mundas eos à vanitate? per *semen*, in quo est *mea substantia* de quo subdit, *Quis est homo.*

b *Quis est homo.* AVGVST. Nulli hoc conuenit, nisi Christo: Et si enim resurgentes inuenit, & non vltrà videbunt mortem: non tamen ipsi *eruent animas suas de ma. infe.* sed ille, qui *potest animam ponere, & iterum sumere, cui nemo eam tollet.*

CASSIODOR. Vel sic, nullus viuet, vel eruet animam: Et cum hoc sit, *vbi sunt misericordiæ?* Iam rogat promissiones impleri, quas Dauid fecit.

✻ EVTHYMIVS. *Quis*, posuit pro, *nullus*, & subaudienda est eadem dictio in secundo versiculo, ac si diceret, & quis est *qui eruet, &c.* Per *infernì* verò *manum*, possessionem & tyrannidem mortis intelligit; & quoniam necessariò futurum est vt moriamur, eò quòd mortalem habemus naturam, opportunè participari sibi optat Dei misericordiam in præsenti vita.

c *Vbi sunt mi.* CASS. Diapsalma. Sextò, in membris etiam implentur promissiones, non temporaliter, sed spiritualiter. Et loquitur in persona ecclesiæ.

d *Memor esto dom.* AVG. Vt remuneres, videtur oblitus, dum differt.

e *Opprobrij seruo.* CASS. Illati seruis à multis gentibus.

AVGVSTINVS. Quod ego (ecclesia) *Continui*, id est, portaui. *In sinu*, in secreto mentis, quia palam non audebat loqui.

f *Benedictus.* CAS. Contra maledictiones gentium.

AVG. Benedictus. Exclamatio ex visa claritate Christi.

† manibus

† id est, opprobrij quo vniuersa populorũ multitudo seruos tuos afficit, quod ego in sinu meo premo

† Benedictionem autem domini.

a ¶ In Christo. ¶ Alias non.

a mea substantia: nunquid enim vanè constituisti omnes filios 1

a ¶ Quantum. b ¶ Surgens à morte non videbit mortem, quia iam non morietur, fuit tamen in morte, seu eruit animam suam.

b hominum? Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? 2

a ¶ Ecce iam habemus, in quo promissa fiunt, sed credentes adhuc laboramus; propter hos ergo dicit: Vbi sunt mi. tuæ an. do. &c. Quasi tu eruis, & nos propter te mortifi.

c eruet animam suam de †manu inferi. * Vbi sunt misericordiæ 3

¶ Olim patribus factæ.

tuæ antiquæ domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua? † 5

a ¶ Aug. Iam Christus sedet in cœlo, & crimen obiicitur Christianis de Christo.

b ¶ Aug. Diu continuerunt Christiani opprobria in corde, nec audebant apertè resistere, sed iam nunc est mirabile nomen Christi apud reges terræ.

d e Memor esto domine † opprobrij seruorum tuorum, quòd 6

a ¶ Opprobrium. b ¶ Dicentes periisse Christum.

continui in sinu meo multarum gentium. Quòd exprobrá- 7 8 †

a ¶ Iudæi & pagani. b ¶ Cæs. Exaggerat scelus. c ¶ Scilicet.

¶ Quid exprobrauerunt? Aug. quod mortuus est Christus, quod crucifixus: quod est mutari à temporali vita ad æternam, & à terra ad cœlum, à Iudæis ad gentes. Quid ergo insani obiiciunt: Nunquid opprobrium, vtinam & ipsi sic commutentur.

uerunt inimici tui domine, † quòd exprobrauerunt cõmutá- 9 †

a ¶ quasi maledictio eorum temporalis esset, sed do. &c.

b ¶ Ecce quasi subscriptio post iussionem principis, quam omnes faciunt. Et est confirmatio.

f tionẽ Christi tui. † Benedictus dominus in æternũ, † fiat, fiat: 10 11

* Sela supra psal. 3.

† Memẽto

† quod proabris affectu vestigia

† tamẽ, amẽ

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Nunquid enim vanè con. *Quasi dicat, non; quia Deus & natura nihil faciunt frustrà. Dicitur enim aliquid vanè factũ vel constitutum quando non attingit finem intentum, sicut medicina dicitur frustrà confecta vel propinata, quando non inducit sanitatem. Nullus autem homo potest pertingere ad vltimum finem vitæ humanæ, quæ est felicitas superna, nisi ex Dei misericordia; & ideo, si humano generi non adesset, vanè videretur constitutum genus humanum. Sciendum tamen quod non frustra sunt constituti, qui non pertingunt ad hunc finem: quia hoc etiam cedit ad gloriam Dei, propter quam principaliter omnia sunt condita. Prouer. 16.a.* Omnia enim propter semetipsum operatus est dominus. *Hoc etiam cedit ad gloriam electorũ, qui ex Dei misericordia attingunt finem vltimum, & hanc sententiam deducit Apostolus satis diffuse Rom. 9. & 2. Timo. 2.c.* In magna domo non solum sunt vasa in honorem, sed etiam in contumeliam, &c.

2 Quis est homo qui viuet & non videbit mortem? *Quasi dicat, nullus, quia* statutum est hominibus semel mori.

3 Eruet animam suam. *Quasi dicat, nullus; pro tempore isto, in quo omnes descendunt ad infernum quantuncunque iusti: & hoc duravit vsque ad redemptionem factam per Christum ipsi Dauid promissam, vt patet per prædicta, & ideo implorat eius aduentum, dicens,*

4 Vbi sunt misericordiæ tuæ. *Quia ab antiquo fuit promissio facta de Christo ipsi Abrahæ Gene. 22.d.* In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ, *& postea ipsi Dauid 2. Reg. 7. per ipsum Nathan, vt suprà expositum est; ideo subditur,*

5 Sicut iurasti Dauid in ve. *Id est, in teipso, qui es ipsa veritas.*

6 Memor esto opprobrij seruorum tuorum. *Id est, opprobrij illati seruis tuis.*

7 Quod continui in sinu meo, *Id est, dissimulaui, & patienter sustinui opprobrium mihi illatum ab infidelibus. Et loquitur propheta in persona populi expectantis Christi aduentum. Vel, potest istud referri, & melius, ad populum catholicum, qui in primitiua ecclesia sustinuit multa opprobria patienter propter Christum, secundũ quod dicitur Act. 5.g.* Ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati; *ideo subditur.*

8 Multarum gentium. *Id est, à multis gentibus à tempore captiuitatis Babylonicæ, vsque ad Christum: quia toto illo tempore quasi continuè populus expectans Christum, fuit in opprobrio, licet tempore Machabæorum fuerit subleuatus auxilio paruulo, Dan. 11. Et ideo concepto Christo beata virgo dixit in cantico suo, Luc. 1.e.* Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. *Fuit enim natura humana mirabiliter exaltata, per hoc quod fuit in vnitate suppositi à verbo assumpta: & maxime populus, de quo secundùm carnem fuit natus, quantum ad credentes.*

9 Quod exprobrauerunt contu. Chri. tui. *Quod secundum Heb. intelligitur de Messia. Ex hoc enim Christus, & etiã catholici sustinuerunt multa opprobria, quia per doctrinam Christi & apostolorum reprobatur vita & doctrina scribarum & Pharisæorum, in quo erat quædam commutatio. In Heb. & in translatione Hier. habetur:* Quod exprobrauerunt vestigia Christi tui, *& tunc est plana litera, quia facta & verba Christi, quæ sunt eius vestigia, fuerunt à sacerdotibus & legisperitis reprobata: & propter eorum sequelam catholici à sacerdotibus & scribis, & postea à tyrannis multa opprobria sustinuerunt, & tormenta. Et quia talia sustinebant, non solum patienter, sed etiam gaudenter, vt dictum est, ideo subditur in persona eorum.*

10 Benedictus dominus in æternum. *De omnibus, quæ fecit nobis in prosperis, & aduersis, secundum illud Psal. 33.a.* Benedicam dominum in omni tempore, *scilicet, prosperitatis & aduersitatis.*

11 Fiat, fiat. *Id est, ita stabiliamur per eius gratiam, (secundum illud Heb. 13.b.* Bonum est gratia stabilire cor) *quod in aduersis & prosperis in ipso stabiliter maneamus.*

☞ NICOL.

MORALITER.

✠ 1 *Nunquid enim va. con.* Quasi dicat, non; quod tamen esset, si non misereris peccatorum, cum sint peccatores omnes.

4 *Vbi sunt misericordiæ tuæ anti.* Quibus Dauid homicidam, & adulterum ad misericordiam recepisti; & sic iuramentum tuum propter enormitatem peccatorum suorum non retractasti.

6 *Memor esto op. ser.* Quasi dicat, etsi non pro me mihi misereris, miserere pro seruis tuis, quibus improperatur peccatum meum; nam peccatum vnius personæ notabilis improperatur alijs alijs de statu suo.

7 *Quod continui in si.* Id est, de quo sum mihi conscius.

† *Quod exprobra ini.* Id est, homines mali, qui bonis hominibus exprobrant peccatum meum; ideò subditur.

† *Commutationem Christi tui.* Id est, commutationem meam de bono in malum, qui tamen fueram chrismate confirmatus, id est, consecratus tibi. Et quoniam talia opprobria patienter sunt toleranda, maximè ab eo, qui est in culpa; subditur, *Benedictus dominus.*

ADDITIO I.

In Psal 88. Misericordias domini. *vbi dicitur in postilla.* Tui sunt cœli, &c.

Quidam expositores Hebræorum dicunt (& forte bene) quod Psal. hic numerat sex differentias positionis mundi, scilicet, sursum & deorsum, & hoc cum dicit, Tui sunt cœli, & tua est terra; *consequenter sinistrũ & dextrum, & hoc cum dicit,* Aquilonem & dextrum tu creasti, *cõsequenter, ante & retro, & hoc cum dicit,* Thabor & Hermon: *Thabor enim est in parte occidentali respectu terræ promissionis, & sic est retro; & Hermon in orientali, & sic est ante: quasi dicat Psal. Omnes differentiæ positionis, in quibus mundus consistit, in tua sunt potentia, secundum quam expositionem non requiritur quod in Thabor vel in Hermon aliquod notabile esset factum.*

ADDITIO II.

In eodem Psal. *vbi dicitur in Postil. ideò subditur*, Beatus populus, qui scit iubilationem.

Psal.65.a. *Expositio huius versus, scilicet*, Beatus populus qui scit iubilationem, *in postilla tradita, non videtur consona rationi: Tum quia non videtur aliqua ratio, qua hæc beatitudo, scilicet sciendi iubilationem, approprietur sacerdotibus & Levitis tantum, cum iubilatio in laudem Dei, de qua agitur hic, toti populo præcipitur: vnde legitur in Psal.* Iubilate Deo omnis terra, *& in alijs quamplurimis locis; Tum quia ex*

Iubilosæ vociferationes apud. Heb quando fiebant. *hoc, quod sacerdotes ad diuinum cultum deputantur, non sequitur quòd* in lumine Dei *ambulent, sed quia in eo ambulare debent. Melius ergo videtur dicendum cum gloss. dicente, quod iubilus est gaudium, quod verbis explicari non potest, nec tamen penitus reticeri, vnde & vociferationes iubilosa consueuerunt fieri, quando tanta lætitia adest, quod exprimi non potest, prout de Elisabeth legitur, Lu.1.d. quod cum cognouisset aduentum matris Dei ad se, tantum fuit lætitiæ plena Spiritus-sancti, quod* exclamauit voce magna quasi *iubilosè vociferans. Populus ergo ille, qui scit de illo ita gaudendum esse, quod dici non potest, nouit de gratia adepta iubilare, & de Deo, non de homine, vnde sequitur,* Domine in lumine vultus tui, *scilicet in illuminatione Spiritus-sancti, Cui sententiæ propriè adaptantur sequentia vsque ibi.* Et sancti Israel regis nostri.

ADDITIO III.

In eodem Psal. *vbi dicitur in Postilla.* Misericordiam autem meã non dispergam.

Melius videtur dicendum, quod hoc quod dicitur, Neque nocebo, *refertur ad hoc quod prædixit,* Misericordiam autem meã; *& ad hoc quod sequitur immediatè,* In veritate mea, *& est sensus sic: Misericordiam meã ab eo totaliter non auferam, vt veritas mea, quam illi promisi, remaneat illæsa. Si enim misericordiam ab eo abstulisset, sequeretur nocumentũ, id est, defectus in veritate diuina. Quæ quidem sententia replicatur sub alijs verbis, cum sequeretur,* Testamentum meum *&c.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Oratio Moysi.* Avg. Cum vetus vita & noua; mortalis & vitalis, & anni, qui pro nihilo, & dies quibus implebimur misericordia & lætitia; pœna primi hominis, & regnum secundi; hic apertè distinguantur: congruè nomine Moysi intitulatur Psalmus, vt eis, qui rectè scrutantur scripturas, intimetur, legẽ, quæ per Moysen data est, (vbi terrena præmia videntur promitti) habere aliquid tale sub velamento, quale iste Psalmus ostẽdit. Cum autem quisque transit ad Christum, tollitur velamẽ & reuelantur oculi eius, & videt mirabilia de lege Dei.

b *Homi. Dei.* Remi. Homo quidẽ passibilis erat, sed tamen Dei auxilio liberandus, quasi sæpe Dauid, quod & Moyses orauit.

c Cassio. Remi. Agit iste Psalmus de defectu generis humani, qui per Christum auferetur.

Beda. Non est dubitandum talia nomina titulis adhiberi, quæ textum Psalmorum interpretatione sua dilucident, Vnde meritò, vt ostendat huius supplicationis efficaciam, Moysi nomen adponitur, qui frequenter Dominũ placauit iratũ, qui etiam testamenti veteris minister, & noui propheta extitit. Et quia vtraque Psalmus iste coniunxit, eius nomine titulatur. Quod & ipsum duplici sacramento præfulget. Moyses quippe interpretatur assumptus, eo quod de aquis à filia Pharaonis fuerit elatus, quod propter mare rubrum, Israelitas; propter baptisma significat Christianos. Aliter, quia psalmista æternũ ante secula deũ mũdi factorẽ & gubernatorẽ, humanũq; genus propter peccata morti obnoxium erat dicturus, quæ vtiq; omnia Moyse narrante didicerat, non immeritò quæ ab ipso cognouerat, ipsius nomini consecrauit Moyses in prima sectione inchoat à laude iudicis, beneficia eius breuiter, potestatẽque commemorans. Deinde infirmitati nostræ, quam & ipse multis modis offendit, postulat subueniri, Tertio rogat aduentum Saluatoris ocyus apparere, quem sciebat humano generi profutura præstare.

a ¶ Qui fuit minister veteris testamenti, & propheta noui testamenti. secundum quam dispensationem iste psalm. inspiciendus est, non quod Moyses eum conscripserit, sed quia in hoc psalmo tractantur, quæ in veteri testamento per Moysen dato continentur.

Oratio Mõysi hominis Dei. PSAL. LXXXIX.

a ¶ Tu homo. b ¶ In hoc salo seculi. c ¶ Quia nobis cœpit esse quod non erat id est, refugium. d ¶ Aug. Id est in omni generatione, vel, veteri cuius, ille minister, & noua, cuius ille propheta.

Dõmine, † refũgiũ factũs es nobis à generãtione

a ¶ Factus es refugium, sed tamen tu ipse. b ¶ Aug. Angeli. Quid enim magnum est dicere de montibus, qui pars terræ, qua terra & cœlo & omnibus corporalibus prior est Deus.

in generationem. Priũsquam mõntes fierent aut formare-

† habitaculum.

humano generi profutura præstare.

PSALM. LXXXIX.

c *Domine refugium.* Cas. Primo æternum proponit refugium temporaliter homini.

d *Priusquam montes.* Ne autem videretur non fuisse, antequam esset nobis refugium; adiungit *priusquam*,

e *Montes, terra.* Avgvst. Ecce omnis rationalis creatura hac differentia distincta est, *vt montium* nomine celsitudo angelorum; & *terra* nomine humilitas hominum: ideoque non incongruè verba sic distinxit, vt diceret *montes*, id est, angelos *fieri*, & *terram*, id est, homines *formari.*

f *Fierent, aut formaretur.* Avgvst. Formari, vel fingi, solet dici secundum corpora: fieri de nihilo.

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs LXXXIX.

1 Dõmine re.fa. es no. *Huic Psal. præmittitur talis titulus in Heb. & in translatione Hieron.* Oratio Moysi viri Dei: *& eiusdem sententia est titulus, qui cõmuniter ponitur in Bibliis, qui talis est* Oratio Moysi hominis Dei. *Dicit autem glo. super Psal. istum, quod intitulatur à Moyse, non sicut ab autore, sed quia fuit legislator veteris testamenti & propheta noui: & in hoc psal. aliqua tanguntur pertinentia ad vetus testamentũ & aliqua ad nouũ, ideò intitulatur à Moyse, quamuis Dauid hunc psal. fecerit. Glo. verò ista procedit secundũ opinionẽ Aug. qui dicit, quod Dauid fecit omnes Psal. Sed beatus Hiero. qui plus studuit in talibus, & omnes doctores Hebrei dicũt, quod plures alij fecerunt psal. inter quos autores ab ipsis ponitur Moyses, sicut plenius dixi in principio huius libri. Et istud dictum tanquã verisimilius secutus sũ nec ratio data in glo. valet, quia eadem ratione multi alij psal. in quibus ponuntur aliqua pertinentia ad vetus testamentũ, & aliqua ad nouũ, intitularentur à Moyse, quod est manifestè falsũ ex præcedẽtibus & sequentibus. Ideò consequẽter dico, prout videtur mihi, quod psal. iste sit oratio Moysi ad impetrãdũ beneficia Dei populo Israel, quem eduxit de Ægypto. Ad impetrãdũ autẽ beneficia de futuro modus optimus est ostendere gratitudinẽ de beneficijs receptis in præterito, ideò psal. iste in duas partes diuiditur, quia primò Moyses, tanquã gratus, recolit præterita beneficia*

A seculo

rita beneficia: & secundo preces porrigit ad alia impetranda, ibi, Quis nouit. *Circa primum recolit beneficia collata humanæ naturæ generaliter: Secundo naturam lapsa specialiter, ibi,* Ne auertas. *Prima in duas, quia primo recolit beneficia, Secundo errorem circa hoc excludit, ibi,* Priusquã montes. *Circa primũ sciendum, quod duplex beneficium fuit collatum homini, etiam ante lapsum: scilicet beneficiũ creationis, quo ad imaginẽ Dei creatus est, & secundum animã capax ipsius per cognitionem & amorem. Secundũ beneficiũ est gubernationis, quia homo vltrà creaturas alias corporales ordinatur ad beatitudinem supernaturalẽ, ad quã consequendã indiget speciali gubernatione, & prouidentia Dei, de qua dicit Apostolus, 1. Cor. 9. b.* Non est cura Deo de bobus: *& hoc duplex beneficium recolit Moyses. d.* Domine refugiũ factus es nobis *id est, humana natura à te ex nihilo producta, quæ per tuã specialem directionem & protectionẽ dirigitur in finẽ vitæ beatæ.* 2 A generatione in gene. *Quia & in statu naturæ conditæ & naturæ lapsæ, indiget homo prædicta directione ad consecutionem vitæ beatæ.*

3 Priusquam montes fierent. *Hic consequenter remouet occasionem errandi, quia dixerat,* Domine refugium factus es nobis, &c. *posset aliquis credere, quod aliqua factio, vel nouitas esset in Deo, quod est falsum & erroneũ, & ideo hoc remouet, ostendens Dei æternitatem, quæ includit immutabilitatem, & hoc est quod dicitur,* Priusquam montes fierent, *id est antequam mundus crearetur.*

A seculo

MORALITER.

✠ 1 *Domine refugium factus es.* Iste Psal. est oratio Moysi orantis pro se, & pro populo, quem eduxerat de Ægypto. Moraliter autem est oratio viri fidelis, orantis pro sua & aliorum salute. Et primo captat Dei beneuolentiam, eius confitendo clementiam, dicens, *Domine refugium factus es nobis*, protegendo nos à malis, & promouendo in bonis, & eius æternitatem, dicens.

3 *Priusquam montes fierent*, Secundò format suam petitionem, dicens,

✠ Ne auertas

a ¶ Homines ecce omnis rationalis creatura. b ¶ Vt dicatur breuiter vniuersitas rerum, subintegit.
c ¶ Aptius ab æterno. d ¶ Immutabilis, non eris, vel fuisti, quia Deus.

a ¶ A tuis æternis. b ¶ Temporalium, vt temporalia concupiscat, sapiatque terrena.
¶ Aug. Quasi, hoc à te peto, quod dixisti.

a ¶ Ideo à labilibus istis opus est ad te conuerti. ¶ Ideo ne auertas. ¶ Quantumlibet longa vita.
b ¶ Aug. In tua consideratione, quæ æterna & sapiens, quasi nihil est homo nisi des alteram vitam.

a ¶ Pro custodia in nocte huius seculi.

a ¶ Quasi dicat, & vt minus dicam, Si tu auertis hominem à tuis æternis, & anni hominis erunt eorum, quæ pro nihilo. b ¶ quia antequam veniant, nihil sunt, cum venerint iam non erunt.
¶ Vt somnia. c ¶ Si auertas.

A a *A seculo.* AVGVST. Aptius diceret, ab æterno in æternum. Non enim à sæculo Deus est, qui est ante secula, aut non est vsque in seculum, cum sit sine fine. Sed ex ambiguo verbo Græco fit plerúmque in scripturis, vt vel *seculum* pro æterno, vel æternum pro seculo, ponat Latinus interpres; hic autem ponitur *seculum* pro æterno.

AVGVST. *A seculo.* Ecce quæ æternitas nobis refugium, a vt in ea mansuri, de b tempore ad eam fugiamus. Sed quia hic sumus in tentationi- B bus, ne ab ea auertamur, orat homo Dei. *Ne auertas* scum sis refugium: *Ne auertas, quoniam mille anni.*

b *Tu es.* AVGVST. Optime ait, quia immutabilis. Non dicit eris, vel fuisti, cum immutabilis essentia Dei non nouerit præteritum, vel futurum: vnde dictum est, *Ego sum qui sum*, Et. *Qui est misit me ad vos.* Et, *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.*

c *Ne auertas.* CASSIO. Secundò exponit infirmitatem hominis, cui petit subueniri. C

d *In humilitatem* CASSIO. Id est, terrenam concupiscentiam, in contemptum. Vel, hominem positum in humilitate, id est, dejectione, id est, hominem deiectum. Vel, modo humilem, qui ante fuit superbus, oro ne auertas, & id est, *quia dixisti, Conuertimini ad me* ab amore mundi; ipse potest à mundo liberare, qui docuit cœlestia quærere.

e *Dies hesterna.* AVGVST. Non dicit, saltem sicut crastina, quæ veniet; omnia quæ fine clauduntur, pro transactis habenda sunt. Sed nec longitudini vnius diei comparantur mille anni, potius sunt vt custodia, id est vigilia noctis, quæ non habet nisi tres horas. Addit, & de ærumna mortalis vitæ, *quæ pro nihilo habetur*, quasi dicat, in tenebris agitur, in solicitudine, & trepidatione, & quasi nihil est. D

f *Custodia in nocte, quæ pro ni. habetur, eo. anni erunt.* Bene *custodia noctis* comparatur vita præsens, pro solicitudine & trepidatione.

✠ EVTHYMIVS. Hoc etiam dictum est, ad demonstrandam Dei æternitatem: *mille*, inquit, *anni coram te*, tam breue tempus reputantur, donec sit *præterierit.* Breuior namque videtur ea dies, quæ præteriit, E quam ea, quę adhuc præsens est: & rursus tam breue tempus reputantur mille anni corã te, quã apud nos reputatur quarta pars noctis, quam partem noctis custodiam appellauit. Solent enim ij, qui in exercitu per vices custodias faciunt, quamlibet noctem in quatuor diuidere partes, & vnamquamque partem *custodiam* appellare: verbi gratia primam, aut secundam custodiam. Cum igitur primò mille annorum spatium tẽpori vnius diei cõparauerit, atque F eius quidem præteritæ, addidit & quoddam tempus multo breuius, quartam scilicet noctis partem. Breuior enim videtur nox quam dies, cùm nox multo citius præterfluere videatur, & quia qui dormiunt, temporis lapsum non agnoscunt: & quia ob tenebras, id etiam minus percipitur; & quia laborantibus hominibus longius esse videtur tempus, quam cessantibus ab opere. Non igitur secus apud Deum mille annorum interuallum reputatur, quàm apud nos, aut præterita dies, aut quarta noctis pars, cum anni ipsi semper labantur, & fluant, Deus verò immobilis sit, & æternus; dictio autem, *quoniam*, ad confirmandum posita est & idem significat quod verè.

☞ *Mane*

NICOLAVS DE LIRA.

1 A seculo. *Id est, æternaliter, & ideò quod Deus dicitur factus refugium nobis, non est per aliquam mutabilitatẽ in Deo, vel nouitatem, sed tantum in creatura facta, ad quam sequitur realis relatio in ipsa, & rationis tantum in Deo, quia sic nominatur de nouo, sine ex tempore sicut & dicitur homo factus vel creatus, & sic de aliis.*

2 Ne auertas. *Hic consequenter ponitur Dei beneficium erga humanam naturam post lapsum, quod est reuocatio de culpa ad gratiam: quod quidem beneficium Deus non desistit præstare naturæ lapsæ, eam reuocando aliquando monitis, aliquando beneficiis, aliquando flagellis & aliis modis, secundum ordinem suæ sapientiæ infinitæ. Primo ergo hoc beneficium ponit: Secundo errorem humanum circa hoc excludit, ibi,* Quoniam mille. *Circa primum dicit,* Ne auertas. *i. ne dimittas.*

3 Hominem in hu. *Id est, hominem per peccatum deiectum à statu sublimi, in quo dominabatur creaturis, ad statum præsentis miseriæ, in quo patitur etiam à muscis.*

4 Et dixisti con. *Quasi dicat Psal. ita fecisti: quia dixisti peccatoribus,* Conuertimini filij hominum, *per pœnitentiã resurgendo de culpa ad gratiam. Quod autem hoc fecerit Deus à principio, patet, quia Adam & Euam statim post transgressionem reprehendit, & similiter Cain post obitum fratris di.* Cur concidit facies tua *Ge. 4. a. & post eius occisionem, dixit,* Vbi est Abel frater tuus? *quasi inducens eum ad pœnitentiam. Et istam reuocationem peccatorum semper continuauit, aliquando per seipsum, aliquando per angelos, aliquando per homines sanctos, vt patet in decursu ve. & no. testa.*

5 Quoniam mille. *Hic remouet circa hoc errorẽ humanũ, & primò pro tempore ante diluuium, secundo post ibi,* Quæ pro nihilo habẽtur. *Circa primũ sciendum quod homines differunt à peccatis conuerti, spectantes longam vitam, & hoc maxime contigit ante diluuium, in quo homines diu viuebant, scilicet nõgentis annis, & octingentis, & aliquãdo plus, vt patet Gene. 5. sed hoc remouet dicens,* Quoniam mille anni ante oculos tuos, *id est, respectu æternitatis, quia diuina cognitio mensuratur,*

6 Tanquam dies hester. *Hoc addidit, quia tempus præteritum iam nihil est, & tempus quantuncumque longum, æternitati comparatum, quasi nihil est.*

7 Et custodia in nocte. *Istud est de eodẽ versu, & accipitur* hic custodia *pro vigilia; quia nox distinguitur in quatuor vigilias, in quibus solent mutari milites de nocte pro custodia exercitus: & sic vna vigilia in aquinoctio vernali, quando primo solent reges ad bella procedere, non habet nisi tres horas: & semper diminuitur procedente tempore vsque ad solstitium æstiuale; & per hoc designatur diminutio tẽporis humanæ vitæ per mortem accidentalem. q. d. etsi cursus naturalis vitæ hominis duraret mille annis ante diluuium, tamen aliquando breuiabatur, quãtum tres horæ, vel pauciores, distant à die integra. 24. horarum, per mortem accidentalem ex infirmitate superueniente, vel occisione, sicut vita Abel fuit abbreuiata, & multorum aliorum.*

8 Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt. *Hic consequenter remouet fiduciam vitæ longioris post diluuiũ, ex qua errorẽ homines differunt reuerti à peccatis, quia extunc vita hominis fuit magis breuis. Circa quod sciendum, quod hic incipit versus sequens secundum Hiero. & secundum Heb. veritatem. Litera tamen Hebraica sic habet,* Fluctuasti eos, somnus erunt: *quia in diluuio erant fluctibus aquarum submersi, exceptis octo personis, scilicet Noe & filijs eius, & eorũ vxoribus, Ge. 7. & postea vita hominis fuit abbreuiata, in tantũ q. nõ videbatur nisi somnus breuis: & eadẽ est sẽtẽtia litera Hier. quæ sic habet,* percutiente te eos. *s. aquis diluuij,* somniũ erunt, *id est quasi nullius reputationis. sicut somniũ, & ad hoc reducitur litera cõmunis, quæ sic habet,* Quæ pro nihilo habẽtur eor. anni e. *Id est anni vitæ hominis de cætero erunt de numero eorum, quæ pro nihilo habentur, ideo subditur,*

☞ Mane

MORALITER.

✠ 1 *Ne auertas, hominem in humi.* Id est, auertite permittas in peccati vilitatem.

4 *Et dixisti, Conuertimi.* Zacacha. 1. a. *Conuertimini ad me dicit dominus exercituum, & ego conuertar ad vos.* Ideò non est voluntas tua, quod homines à te auertantur; & ad hoc allegatur humanæ tur humanæ vitę breuitas, cum dicitur,

5 *Quoniam mille anni.* Id est, si homo viueret mille annis, tamen in comparatione ad æternitatem tuam non sunt quasi dies hesterna, quę præteriit: Et sicut vna custodia in nocte, quę est quarta pars noctis tantum; & sic hominis anni sunt quasi nihil. Ad hoc etiam adducit aliud exemplum, dicens.

a *Mane sicut herba.* Avgvst. Cas. Mutetur à qualitate nostris.

b *Vespere deci.* In extremis secta, vel fracta.

Cassio. *Mane sicut her.* Dixi, quòd anni habentur pro nihilo: sed non accusans te quasi factorem mutabilium, hoc dixi: imò diuinæ iustitiæ consentiens, dico, *Mane*, tempus vitæ † germinet vespere extrema, tempus quo homo occidit. Et quia bis ponit *mane*, duas notat ætates: Primum mane, pueritia, quæ citò transit; Secundũ mane, iuuentus quæ floret, & transit. *Vespere*, Senectus quãdo refrigescit vigor hominis. *Vel*, *Mane sicut herba*. Apta comparatio, quasi, sicut herba mutatur à qualitate, quam habet in nocte, in deteriorem mane orto sole: ita mutatur homo in deterius.

† indignatione tua † conturbati † errores nostros ad lumen, vel occulta nostra, inuentutem nostram, siue peccata iuuẽtutis nostræ, in luminari. † propteriram tuam. † Si autẽ in fortitudinibus, vel si qui autem dignitates sunt.

✠ Basilivs & Theodor. Nam Iudæi diuino auxilio à principio dignati, & floruerunt & germinatũt, maximúmque splendorem acquisiuerunt: cùm verò tempestiuum fructum agricolæ dare noluissent, sed sua corda obduraſſent, penitus exaruerunt, quandoquidem pristinam opem non amplius sortiti sunt. Porrò *Mane*, vocat principium curæ Iudæorum: *Vespere* verò, diuini præsidij cessationem; hoc sanè post crucem orbati fuerunt.

† fastus eorũ, vel ipsorum excellentia, erũna sunt & molestia.

c *Defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.* Avgvst. Mortales & passibiles facti, quod tamen morte finire timemus, vnde sequitur, *Et in furore tuo turbati sumus.*

d *Seculum.* Avgvst. Vitam nostram prauam. Vel *seculum* posteros.

e *In illuminatione vultus.* Cassiodor. Illa teguntur, quæ veniam habent: *illuminantur*, quæ puniuntur.

f *Quoniam omnes dies.* Avgvst. Cognitio nostra defecit obtenebratâ ratione per peccatum, vel, tempus vitæ abbreuiatum est, & penè *defecit*, quia ad paucitatem redacti sunt dies vitæ nostræ.

g *Anni nostri sicut.* Cass. Avgvst. Miseria & breuitas huius vitæ exprimitur hic per similitudinem *aranea*, quæ texit inanes telas, vt dolo capiat muscas: vnde sicut aranea, id est, in rebus corruptibilibus laborabamus, inania texebamus.

Cassiodo. Vita per iram Dei breuiata est, quia præsumptione longioris vitæ peccabant. Et nosipsi in *iratua defec.*

Avgvstinvs. Id est, essentia nostra defecit per ærumnas.

† pertrãseat

† Consumpsimus annos nostros sicut sermonẽ; vel dicto citius

F † Quoniam recessit citò, & auolauimus; vel, cito euellimur aut recidimur, & auolamus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mane sicut her. tran. *Per* mane *intelligitur principium humanæ vitæ, per* vespere *finis. Et sicut aliquando herba floret mane, & vespere deficcatur: sic etiam finis vitæ humanæ eius principio cito succedit; cuius causa subditur, cum dicitur,*

2 Quia defecimus in ira tua. *Id est, in vindicta, quam fecisti per diluuium, vita humana sic processit ad defectum. Et quia vindicta illa processit ex multiplicatione peccatorum, secundum quod dicitur, Gen. 6. b.* Repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra: *ideo subditur,*

3 Posuisti ini. in con. *Scilicet ad puniendum, sicut index ponit coram se reum, quem vult punire.*

4 Seculum nostrum, *Id est, decursum temporum nostrorum,*

5 In illu. *Id est, palam coram te, sicut illud quod est in lumine, secũdum illud Eccle. 23. c.* Oculi domini multò lucidiores super solem vias hominum circũp.

6 Quoniam omnes dies nostri defecerunt, *Repetitio est sententiæ prædictæ, ad maiorem expressionem.*

7 Anni nostri, &c. *In Hebræo & in translatione Hieron. habetur:* Consumpsimus annos nostros sicut sermonem. *Id est, sicut sermo cito transit, & desinit esse, sic anni nostri: & pertinet ad sententiam prædictam de breuitate vitæ humanæ. Litera autem communis refertur ad inutilitatem laboris, quæ frequenter contingit in vita hominis; quia sicut aranea multum occupatur ad texendum telam, quæ modico vento dissipatur: sic homines multum studet, & meditantur ad consequendũ honores, vel diuitias, quæ velociter amittũtur; & sic dicitur*, Anni nostri, *Id est, homines in annis nostris viuentes,*

8 Medita. *Inutilia, sicut aranea multum intendit pro tela facienda. Consequenter prosequitur magis in particulari, & determinate, vitæ humanæ breuitatem, dicens,*

9 Dies an. &c. se. *De communi cursu.*

10 Octoginta anni, *In statu conuenienti:*

11 Et amplius eorum, *Id est, tempus vltrà procedens.*

12 Labor & dolor, *Quia senectus non est nisi quidam languor.*

13 Quoniam super. manse. *In Hebræo, & in translatione Hier. habetur,* Quoniam transiuimus citò. *Quasi dicat, vita præsens non est nisi quidã transitus breuis,* Et auolauimus *de præsenti seculo, sicut auis de nido: & sic continuatur sententia præcedenti de breuitate vitæ nostræ. Litera autem communis potest reduci ad diuinam sententiam qua immisit diluuium, quia peccata hominum demeruerunt deletionem humani generis simpliciter, sed per* manſuetudinẽ, *diuinam saluatus est Noe cum filijs suis, & eorum vxoribus ad continuationem generis humani, & quantum ad hoc dicitur,* Quoniam superuenit manſuetudo, *Scilicet, diuini iudicij ipsum contemperans à rigore.*

☞ infirmi,

☞ Et cor

MORALITER.

† *Mane flo. & tran.* Id est, sicut herba, quæ floret in mane, & siccatur in vespere: sic est homo breuis vitæ; propter quod citò debet conuerti per pœnitentiam, ne præueniatur morte.

2 *Quia de.* Hic consequenter ostenditur, quod acceleranda est pœnitentia propter acerbitatem pœnę non pœnitentium dicens: *Quia defeci.* Id est, punitione tua, quæ est nimis dura,

3 *Posuisti iniquitates, &c.* Ad puniendum tempore debito.

4 *Seculum nostrum in illuminatione, &c. Id* est, sic patenter sunt facta nostra coram te, quod non possunt abscondi.

6 *Quoniam omnes dies nostri.* Repetitio est sententiæ suprà dictæ de vitæ hominis breuitate ideo subditur,

7 *Anni nostri. si.* Id est, sicut tela araneæ, quæ cito dissoluitur: quia bene complexionati, si transeant annos octoginta, residuum non est nisi labor & dolor: in tempore vero tam breui non posset homo de peccatis satisfacere, nisi Deus suppleret sua benignitate: ideo subditur,

13 *Quoniam superuenit manſuetudo, &c. & quis nouit potestatem* Quasi dicat nullus: ideò,

✠ *Dexteram*

infirmi, & senes. & vltrà aliqui vigentes virtutibus; melius est hæc mysticè accipi. Septuaginta & octoginta sunt. 150. In 150. eadem significatio est, quæ in 15. qui numerus constat de 7. & 8. *Septem* signat vetus testamentum propter sabbathum, quod obseruari, mandabat. Obseruabant enim patres veteris testamẽti, septimum diem, septimam septimanam, septimum mensem, septimum annum septimæ decadis, qui iubileus dicitur. *Octo*, nouum, propter resurrectionem domini octaua die factã. Inde sunt 15. gradus in templo, in psalmis 15. cantica graduum; Inde etiam 15. cubitis aqua diluuij super montes sumos excreuit.

Septenarius numerus in lege quare frequentatur.

Octonarius numerus in nouo testamẽto vsurpatur.

Nota ergo *in ipsis* & *in potestatibus*. *In ipsis* annis, id est, in temporalibus, ideo septuaginta, quia tẽporalia in veteri testamento promitti videbantur; *Si autem* nõ in ipsis annis, sed *in potentatibus*, id est, si non in temporalibus, sed æternis, *octoginta*: quia nouum testamentum est in spe resurrectionis octaua ætate futuræ. Et *amplius eorum est labor & dolor*, id est, quisquis transit, & aliquid amplius quærit, labores, & dolores inuenit. Vel, licet simus in nouo testamento, tamen adhuc amplius habet hæc vita nostra laborem & dolorem, dum in nobis gemimus, redemptionem corporis expectantes.

Promissiones veteris & noui testamenti per quæ diuersificantur.

a *Mansue.* Avgvst. Clementia est, si Dei: domatio, si nostra. Ipse enim per clementiam mansuetus, domando nos efficit mansuetos, & sic corripiemur.

b *Quis no.* Avgvstinvs. Potestas iræ hominis, est corpus occidere, post nihil facere. Deus & hic punit, & post in gehennam mittit: & à paucis maior eius ira intelligitur.

c *Dexteram tuam sic notam fac.* Cassio. Tertio orat, & affirmat liberationem,

Avgvst. *Dexteram tuam.* Christum sic *notum fecit*, vt in eius passionibus ostenderet, non præsentia secundum vetus testamentum, sed æterna petenda. Vel, dextera ex qua oues ab hædis separabit: in qua quis sessurus sit bene, sic innotescit, cum flagellat, quem recipit; nec finit in malis prosperari, sed emendat, vt ad dexteram ponat.

a ¶ quia, quem diligit Deus, corripit. b ¶ Et cum hoc sit, beatus est qui nouit.
¶ Augu. Paucorum hoc est, quia dum parcis magis irasceris, dum punis, mansuetudo est: vnde, Cum irasceris, misericordiæ recordaberis.

a b superuenit mansuetudo, & cõrripiemur. Quis nouit † potestatem iræ tuæ, & † præ timõre tuo iram tuam dinũmerare?

a ¶ Ad hoc, vt timeat. b ¶ Distinguere.
¶ Quia his parcit ad pœnam, hos punit ad salutem.

c d † Dexterã tuam fac sic notã: & erũditos corde in sapientia. Conuertere domine, † vsquequo: & † deprecabilis esto super seruos tuos. † Repleti sumus mane misericordia

a ¶ Fac notos. b ¶ Et. ¶ Iustitiam flagellorum tempera. c ¶ Aug. Oratio iusti non indignatio impatientis. d ¶ Quasi talem exhibe, vt possis exorari à peccatoribus.

e f tua, † exultauimus, & † delectati sumus in omnibus diebus

a ¶ Sed iam futura bona, spe anticipans, quasi de factis ait, Repleti. b ¶ Id est, in æternitate.

g nostris: † Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti,

a ¶ In laude tua. b ¶ In re iucunda. c ¶ Aug. vbi omnes dies simul sunt, non succedunt sibi, quia vnus sunt, id est, æternitas.

annis quibus vidimus mala. † Respice in seruos tuos

¶ Etiam. ¶ Vel in. ¶ Scilicet.

a ¶ Angustias corporum, b ¶ Quasi: Nos humiliasti. Sed,

d *Et eruditos corde in sapientia. Vel compeditos corde*, quod idem est, quia qui eruditur in sapientia, pedem mentis injiciunt in compedes Dei, vt à via eius non exorbitent. Quos sic fecit Deus notos in nouo testamento, vt pro fide omnia spernerent, quæ magna habentur, in veteri & æterna morte quærerent: hoc attendens ait, pro eis, qui multa patiuntur à seculo prò æternis.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

e *Conuertere.* Quasi auersa sit facies eius à tribulatis.

11

f *Vsquequo.* Alias aliquantulum. Cass. non ex toto, quæ magis prodest, si aliqua tribulatio semper monet nos.

12

13

g *Mane misericordia tua exultauimus, & de.* Avgvstinvs Cassiodorvs. Modò nox, in qua esurimus: tunc autem satiabimur vultu, vnde, *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Et alibi: *Mane astabo tibi, & videbo.* Nũc autẽ pro eo *lætati sumus*, & in malignis diebus in quibus dicimus: *Respice in seruos.*

* Basilivs, & Theodoretvs. Apud Septuaginta tempus mutatum est. Nam Aquila, & cæteri, sic dixerunt, *Imple nos mane misericordia tua, & laudabimus & exultabimus in omnibus diebus nostris.* Mane & diluculum, calamitatum vicissitudinem vocant, & supplicant, vt illæ tenebræ discutiantur, & lux ipsis oriatur, non ob eorum virtutem, verùm propter diuinam misericordiam: cùm hoc, inquit, futurum sit, omni voluptate referti, congruentes laudes afferemus.

h *Respice in seruos tuos.* Quod facit Deus in se, orat propheta fieri suo populo: Orat, scilicet, vt parcat Iudæis peccantibus, si

¶ non

a vel fortitudinem.

4 sicut timor tuus ira tua (id est, quantũ timeris, tantum irasceris vel, videtur sæuire ira tua.

E

† cõsolare, exorabilis esto, placare,

† Satura nos.

† vel, laudabimus, & lætabimur.

† Cõspiciatur à seruis tuis opus tuũ, & gloria tua à filiis eorum. Supra 16. d. Supra 5. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cor. *Quia homines sapientes dictam punitionem attendentes à suis insolentijs emendantur.*

2 Quis no po. *Postquam Psal. recolit beneficia Dei praterita, hic consequenter procedit ad alia beneficia impetranda, scilicet de legis datione, & tabernaculi constructione Secundum ibi petitur*, Respice domine. *Circa primum primo continuat se ad precedentia, di.* Quis nouit potestatem. *Quasi dicat, ex quo vita hominis est ita breuiata, & scientia acquiritur per experientiã, longi temporis*, Quis nouit potestatem iræ tuæ? *id est quis in tam breui tempore posset scire excellentiam tuæ potestatis & vindictæ? quasi dicat, nullus, nisi ex tua speciali instructione: ideo consequenter petit hanc instructionem, dicens.*

3 Dexteram tuam, *Id est, potestatem tuam, quæ per dexteram in scriptura designatur,*

4 Sic notam fac, *Nos illustrando,*

5 Et eruditos cor. *Id est, fac eruditos corde.*

6 In sapientia. *A te nobis infusa & data. Et hoc fuit impletum, quando dedit ille populo legis diuinæ beneficium: & propter hoc de illa lege dicit Moyses. Deu. 4. a.* Hæc est sapientia nostra & intellectus coram populis.

7 Conuertere do. *Respiciendo nos oculis tuæ misericordiæ.*

8 Vsquequo. *Id est, vsque ad aliquid, vnde alia translatio habet, aliquantulum quantulum, quasi diceret: Illud quod tibi placuerit, quantumcunque apud te sit modicum, sufficiet mihi, & erit mihi magnum.*

9 Et deprecabilis esto super ser. tuos, *Preces eorum exaudiendo, & vt sint magis exaudibiles, recolit beneficium in transitu maris rubri exhibitum, dicens,*

10 Repleti sumus mane misericordia tua. *Quia submersit dominus exercitum Ægyptiorum in mari rubro, præbens filiis Israel transitum super siccum. Hoc fuit factum in vigilia matutina, Exod. 14.*

11 Exultauimus & delectati sumus in omnibus diebus nostris. *Quia statim mari transito cantauerunt canticum exultationis, dicentes:* Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, *&c.*

12 Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, *Id est, humiliari nos permisisti, in dura & vili seruitute Ægypti. Opposita enim iuxta se posita magis elucescunt: & ideo quia dura seruitus precedent adhuc habetur in recenti memoria, ex hoc augebatur populi lætitia.*

13 Respice in seruos tuos. *Hic consequenter ponitur beneficium de constructione tabernaculi ad cultum diuinum. Ad cuius constructionem seniores populi obtulerunt donaria: & minores operati sunt faciendo opus tabernaculi, & vasa ad ministerium necessaria scilicet Beseleel filius Huri, & plures alij, & hoc est quod petit, Moyses dicens:* Respice in seruos tuos, *Id est, seniores inspirando eis voluntatem offerendi donaria, ad opus tabernaculi.*

¶ Et in

MORALITER.

5 *Dexteram tuam sic notam fac, &c.* Id est, misericordiam subleuantem ostende, remittendo culpam, vt erudiamur sapientia tua per internam consolationem.

7 *Conuertere domine.* Repetitio est dictæ sententiæ de peccatorum remissione, & interna consolatione, ideo subditur.

10 *Repleti sumus mane, &c.* Id est in ortu lucis gratiæ habemus causam lætitiæ.

12 *Lætati sumus pro diebus quibus nos hum.* Dando nobis spiritum veræ contritionis.

† *Annis quibus vidi. mala.* Id est, cognouimus peccata nostra. Et quoniam non potest homo in bono perseuerare sine Dei adiutorio, subditur,

13 *Respice in seruos tuos*, In bono conseruando, & etiam dirigendo.

¶ *Et sit*

non pro meritis eorum, saltem propter opera quæ in eis fecit.

a *Et dirige filios eorum.* Quasi, etsi ipsi per iniquitates dispersi sunt, vel filij, in fine fide corrigãtur, qui per se praui, & inconuertibiles.

b *Splendor domini Dei nostri super nos, & operamini.* HIERONYMVS, CASSIODORVS. Imago Dei recreans menti imprimatur. Vel splendor Dei super nos est, dum crucis impressione decoramur, & vexillum triumphi in fronte portamus.

a ¶ Et pro id est. ¶ Aug. quia ipsi serui sunt opera tua.
b ¶ Vt sint recti corde, quibus bonus est Deus. c ¶ Imitatores vel opera. d ¶ Lumen vultus tui. ¶ Gratia spiritussancti reformans.

a et in opera tua, & dirigẽ filiõs eorum. Et sit † splẽdor domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirigẽ super nos, & opus manuum nostrarum † dirige.

a ¶ Vt non pro mercede terrenorum ea faciamus: sed pro æternis. b ¶ Singulari numero.
¶ Sed omnia bona opera nostra vnum opus charitatis sunt: id est ad vnum finem diriguntur.

1 2 3 4 †

mus,

CASSIO. Triplex quippe est imago, scilicet, imago creationis, in qua, scilicet, creati sumus scilicet, ratio: Imago recreationis, scilicet, gratia, per quam reformatur imago creata, scilicet, ratio; Imago similitudinis, ad quam facti sumus, scilicet, Deus trinitas. Per memoriam similes patri; per intellectum, filio, per dilectionem, spiritui sancto, vnde, Meminerim te, intelligam te, diligam te.

E Triplex imago. 4 decor, sua uitas, iucũditas.

F † confirma, (stabili, vel perfice, & infra.

GLOSSA

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in opera tua, *Id est, in opere tabernaculi, & vasorum ad cultum tuum.*

2 Et dirige filios eorum. *Dans eis ad hoc sapientiam, & intellectum. Et hoc fecit dominus, vt habetur Exodi 31. a. dicẽs,* Ecce vocaui Beseleel ex nomine filiũ Huri, & impleui ipsũ spiritu Dei, sapientia & intelligentia, *&c. Et Exodi 36. a.* Fecit ergo Beseleel, & Ooliab, & omnes viri sapientes, quibus dedit dominus sapientiam, &c.

3 Et sit splendor domini Dei nostri super nos. *Id est, deitas dans in tabernaculo responsa, sicut factum est constructo tabernaculo, vbi dabantur diuina responsa de propitiatorio, secundum quod dicitur, Exodi. 15. b.* Inde præcipiam, & loquar ad te super propitiatorium.

4 Et opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige. *Istud bis repetitur, semel pro constructione tabernaculi, & semel pro sacrificiis ibidem per manus sacerdotum offerendis. Expositores nostri communiter exponunt hunc psalmum de Christo ab illo loco:* Dexteram tuam sic notam fac, &c. *Qui in sacra scriptura dicitur patris dextera. Sed hanc expositionem non prosequor, Tum quia mihi videtur magis mystica quã literalis, Tum quia expositio ista valde sufficienter ponitur in glossa.*

MORALITER. *autem potest exponi psal. iste, vt sit oratio cuiuslibet fidelis, qui vt oratio sua sit exaudibilis, primo recolit diuina beneficia humano generi præstita: & sic vlterius petit diuina sapientia illustrari interius in mente, & in operibus suis exterius dirigi diuina virtute.*

NICOL.

MORALITER.

3 *Et sit splendor domini Dei.* Per gratiæ continuationem.

4 *Et opera manuum nostrarum dirige super nos,* Ordinando ad tuam gloriam.

† *Et opus manuum nostrarum dirige.* Ne declinent à rectitudine iustitiæ.

MORAL.

ADDITIO.

In psal. 89. Domine refugium.

Vt dictum est pluries in præcedentibus, Non omnes doctores Hebræi tenent opinionem beati Hieron. Sed multi eorum tenent, sicut Aug. Scilicet, quod solus Dauid fuit autor omnium psalmorum in psalterio contentorum, & per consequens istius psal. Intitulatur autem à Moyse ratione tacta in glo. Quæ quidem ratio valida est, non obstante eo quod contra eam obijcitur à postillatore. Non enim quia in hoc ponuntur aliqua pertinentia ad vetus testamentum, & aliqua ad nouum, ex hoc solo intitulatur iste psalmus à Moyse, quia sic sequeretur, quod alij quã plures psalms eidem intitularentur, prout postil. allegat. Sed ideo psalmus iste intitulari videtur Moysi, quia in eo tanguntur breuiter ea quibus lex Mosaica est imperfecta, licet bona & à Deo data. Quæ quidem lex debeat perfici per Christum. Ad cuius declarationem sciendum, quod secundum Apostolum ad Heb. 7. c. Nihil ad perfectum adduxit lex, *de cuius legis imperfectione est, quod in ea terrena promittebantur. Similiter & comminabantur transgressoribus pœnas temporales, non perpetuas, vt patet ex communi decursu veteris testamenti. Cuius ratio est, quia secundum Aug. contra Faustum 4. libro. Populus ille carnalis rebus vitæ præsentis totaliter inhærebat. Sed constat quod talia momentanea sunt & quasi nullius durationis respectu æternitatis. Sed lex Christi tanquam perfecta, bona sempiterna & spiritualia promittit: similiter & de pœnis perpetuis comminatur. Vnde in præsenti psalmo Moysi intitulato, primo ostenditur imperfectio veteris legis ex breuitate humanæ vitæ præsentis, cui temporalia in eadem lege promissa ordinantur seu comminantur. Secundo petitur lex Christi perfecta quæ ordinatur ad æternitatem consequendam. Secunda ibi,* Dexteram tuam sic notam fac.

Circa primum nouem facit. Nam primo præmittit, quod Deus est factus refugium à generatione in generationem, scilicet, à generatione antiqui testamenti (quæ generatio dicitur, vt Mar. 8. b. Generatio ista signum quærit, *In qua generatione felicitas æterna non attingebatur) ad generationem scilicet noui testamenti. Quæ etiam generatio dicitur Mat. 33. c.* Non transibit generatio hæc, donec omnia fiãt *in qua talis felicitas scilicet, æterna, adipiscitur, circa quod notanter dicit,* Domine refugium factus es nobis. *Quia Deus æternus, factus homo temporaliter, est proprium & singulare refugium à prima generatione imperfecta ad secundam generationem perfectam.*

Consequenter secundo ostendit immensitatem æternitatis diuinæ: & hoc cùm dicit: Priusquam montes fierent, &c. *scilicet ante mundi constitutionem. Et à sæculo in sæculum tu es Deus: ad designandam interminabilitatem æternitatis à parte post, sicut à parte antè. Licet enim duratio æterna non sit successiua, secundum prius & posterius, tamen in cognitione humana, quæ temporalis est, non potest intelligi, nisi cum quadam successione infinita. Cognita enim sunt incognoscẽte per modum cognoscentis.*

Consequenter tertiò ostendit breuitatem humanæ durationis & eius causam secundum statum præsentis vitæ, & hoc cum dicit, Ne auertas hominem. *Circa quod sciendum quod Hebraica veritas in hoc loco nihil, quod sonat negationem, ponit, sed sic dicit.* Auertisti hominem in humiliatione & dixisti, Conuertimini *seu reuertimini* filij hominum. *Quod exponit Abenhazra Hebræus de necessitate moriendi, quã incurrit primus homo per peccatum, & est sensus,* Auertisti hominem, *scilicet Adam.* In humiliatione *seu abiectione, & hoc post lapsum. Cui homini dixisti.* Reuertimini filij hominum *s. in terram. Legitur enim Gen. 3. d. in hac materia,* donec reuertaris in terram de qua sumptus es quia pulvis es & in pulverem reuerteris. *Et notanter dicit,* Auertisti hominem in humiliatione *in singulari, Et postea in plurali,* Reuertimini filij hominum. *Quia licet Adam primo fuit abiectus & humiliatus in peccato, & sibi soli videbatur Deus loqui in prædicta autoritate: tamen peccatum & eius pœna transiuit in posteros, quia omnes ex hoc incurrerunt necessitatem moriendi, & ideo pluraliter dicit,* Reuertimini filij hominum, *Scilicet. ad terram moriendo. Consequenter quarto ostendit ex hoc, quod vita humana secundum statum præsentis vitæ ratione prædicta terminabilis est, quod ipsa est momentanea, & in nihilum reputanda. Et hoc ex consideratione partium temporis huius vitæ, scilicet, præteritæ, præsentis, & futuræ, nam pars præterita durationis temporalis, Quantumcunque longa, est in se nihil, cum iam transiit tota eius duratio, & de hoc dicit:* Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanquam dies hesterna quæ præterijt. *Et hæc verba possunt dirigi ad Deũ, vel etiã ad hominẽ. Pars verò præsens huius durationis est breuissima, quia solũ cõsistit in aliqua particula propinqua præsenti nũc indiuisibili & de hoc dicit,* Et custodia in nocte. *i. quedã vigilia noctis, quæ est ipsius noctis tertia, vel quarta pars, vt plurimũ, & sic in nihilũ reputanda pro sua breuitate. Quia secũdũ Philosophũ secundo Physicorum. Quod modicũ est quasi nihil reputatur, vnde de vltraque parte durationis humanæ. s. præterita & præsenti concludit, dicẽs* Quæ pro nihilo habentur. *Pars verò futura durationis humanæ, quia nõdum est in actu, sed solũ in potentia, idcirco non est duratio existẽs, sed quasi phantastica seu imaginaria. Et de hoc dicit secundum veram literã Hebraicã & translationẽ: Hier.* Fluctuasti eos, somnus erunt, *q.d. quod fluctuatio durationis humanæ, quæ procedit à præsenti tempore in futurum, est sicut somnus, id est sicut ea, quæ videntur in sõnis, quæ in phantasia consistunt, & non in re.*

Cõsequenter quintò ostẽdit defectũ humanæ vitæ præsentis ex duobus. s. Ex sui mobilitate seu instabilitate, Et quia tendit in deterius; Primum ostendit, cum dicit, Mane sicut herba trãseat. *q. d. Hæc duratio humana non solum est in nihilum reputãda rationibus prædictis, sed etiã quia*

mobilis

mobilis est, & semper in transitu: & hoc est quod dicit, Mane sicut herba transeat. *Secundum ostendit cum dicit*, Mane floreat, & transeat *&c. Ad quod sciendum, quod licet duratio humana distinguatur per multas ætates, tamen potest distingui principaliter in tres partes scilicet, In tempore augmenti, de quo dicit*, Mane floreat: *& in tempore medij, in quo non videtur augmentum nec diminutio in viribus sensibiliter, sed solum transitus temporis, de quo dicit*, Et transeat: *& in tempore diminutionis, de quo dicit*, Vespere decidat, induret, & arescat *In quo vespere contingunt tria communiter, scilicet diminutio virium corporis, & de hoc dicit*, Decidat: *Secundo frigidatio senilis, ex qua membra quasi terrestria indurantur, de quo dicit*, Induret: *Tertio, mors, per quam homo in pulverem arescit, de quo dicit*, Et arescat.

Consequenter sexto reddens rationem prædictorum, dicit, Quia defecimus in ira tua, &c. *hoc est dicere, quod totum hoc contingit ex ira & furore diuino contra humanum genus. Qui quidem furor & ira in Deo metaphoricè intelligenda sunt, scilicet quod sic se habet vt iratus & furoreplenus. Et ne quis æstimaret hanc vindictam diuinam esse iniustam, subdit*, Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, *id est, ira tua prouenit ex hoc, quia iniquitates nostras non dissimulasti, sed* posuisti eas in conspectu tuo, *vt nos punires pro eis. Vbi autè translatio nostra dicit*, Seculum nostrū: *in Hebræo habetur*, Abscondita nostra: *& est sensus*, Peccata nostra etiam si essent occulta, fuerunt detecta. *In illuminatione vultus tui, vt punirentur. Ex quibus infert, quod breuitas, & defectus humanæ vitæ, de qua prius conquerebatur, est attribuenda iræ diuinæ prædicto modo intellectę, vnde dicit*, Quoniam omnes dies nostri defecerunt, *& in ira tua defecimus.*

Septimo declarat amplius defectum huius vitæ humanæ ex duobus: Quorum primum est ex inani labore, quia vt plurimum hæc vita breuis consumitur in occupationibus inutilibus, & de hoc dicit, Anni nostri sicut aranea meditabūtur, *eo quod sine vtilitate & fructus boni operis transeunt. Secundum est ex mensura huius durationis, cuius spatium includitur in numero 70. annorum, vt plurimum in longanis, & rarissimè attingunt. 80. annos & de hoc dicit*, Dies annorum nostrorum 70. anni, &c. *& si fortè in paucissimis hoc spatium excedatur, scilicet vltra 80. annos, necesse est vt multiplicetur* labor & dolor, *eo quod ipsa senectus grauis morbus est, vt plurimum. Et ex hoc satis apparet, quod hic psal. non fuit à Moyse compositus, in cuius tempore homines frequēter excedebant istam mensuram annorum: Ipse enim Moyses cum octogenarius fuisset, incepit esse coram Pharaone, vt Exo. 7. b. & postea superuixit per 40. annos. Aaron etiam fuit tantæ ætatis fere, similiter & Caleb. cum esset. 170. annorum dicebat Hodie 85. annorum sum sic valens &c. Iosue. 14. & sic præsumendum est de aliis illius temporis, scriptura enim non recitat ista tanquam insueta.*

Consequenter octauo, vt ostenderet, quod ira diuina, cui hæc breuitas vitæ attribuitur, non fuit rigorosa, sed potius mansueta, subdit, Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur: *hoc est dicere, quod diuina mansuetudo superuenit in hac punitione. dando locum hominibus, vt corriperentur, cum potuisset eos totaliter, delere propter peccatum.*

Consequenter nono ostendit, quod comminationes veteris legis, quæ ex temporalibus malis fiunt, sunt imperfectæ, & hoc cum dicit, Quis nouit potestatem iræ tuæ. *Ad quod sciendum, quod potestas iræ diuinæ magis cognoscitur in futura pœna, quæ est æterna, quàm in præsenti, quæ temporalis. Potestas enim iræ hominis, est corpus occidere, & post nihil facere: Deus autem hic punit & post in gehennam mittit. Vnde Matt. 10. d.* Nolite timere eos, qui occidunt corpus: *vnde potius est timendus Deus propter pœnas futuras, quæ sunt perpetuæ, quam propter pœnas huius vitæ terminabilis, per quas ad obseruantiam legis Mosaicæ populus ille inducebatur, idcirco dicit: Quis* nouit potestatē iræ tuę, *scilicet futuræ, vbi magis potestas iræ diuinæ dignoscitur. Et vt ostenderet quod æstimatio huiusmodi magnæ iræ diuinæ est. vtilis ad inducendum diuinum timorem, saltem initialē, seu seruilem, subdit*, Et præ timore tuo iram tuam dinumerare, *& est sensus*: Quis nouit potestatem iræ tuæ, *scilicet futuræ? & quis* nouit dinumerare *huiusmodi iram tuā præ timore tuo? Quasi dicat nullus, vel pauci. Ex quo apparet, quod cōminationes veteris legis modicæ vtilitatis sunt, sicut & eius promissiones, vt dictum est. Ex quibus ostenditur imperfectio veteris legis.*

Sequitur autem in litera Dexteram tuam, &c. *Vbi incipit secunda pars huius psalmi, in qua Psalmista petit perfectionem nouæ legis, per quam homines bona æterna consequuntur. Circa quod quinque facit, quoniā primò petit, principium præcipuum & summū huius perfectionis, quod est Christus: nam sicut lex per Moysen data est, sic gratia & veritas per Iesum Christum facta est, Ioan. 1. b. Christus autem dextera in scripturis quā loque nominatur, vt ibi*, Dextera domini fecit virtutem: *vnde dicit*, Dexteram tuam sic notam fac, *vt scilicet homines per notitiam huiusmodi dextera discant magis adhærere spiritualibus & æternis, quam temporalibus & transitorijs: & sic erūt* corde eruditi in sapientia *non duri & carnales sicut antiqui, Sapientia enim est de summis & æternis rebus, vnde sententia huius versus talis est*. Dexteram tuam domine sic notam fac, *& fac* eruditos corde in sapientia, *vt ly* & repetere faciet immediate præcedens *verbum scilicet* fac.

Consequenter secundo ad inclinandum diuinam miserationem, allegat diuturnitatem præteritæ aduersitatis, vnde dicit, Conuertere domine vsquequo, *id est, iam ad magnum tempus durauit prædictus status imperfectus, & ideo tempus est vt te talē exhibeas, vt possis à peccatoribus exerari, vnde subdit*, Et deprecabilis esto super seruos tuos.

Consequenter tertio ostendit, quæ sunt illa bona, quæ consecuturi sunt illi, qui per notitiam dextera Dei eruditi fuerint in sapientia de quo dicit. Repleti sumus mane, &c. *Ad quod sciendum, quod repletio misericordiæ, & exultatio, & delectatio (de quibus hic agitur) non bene possunt intelligi de temporalibus, cum iā illa reprebauerat in parte præcedenti ex sui breuitate & instabilitate: Cui enim mille anni præcedentes nihil sunt, & cuius terminus vltimus vitæ est octogesimus annus, vt supra ostendit, quid prodest tali, vt exultet & sit iucundus omnibus diebus suis sic temporaliter intellectis, vnde necesse est dicere, quod hic loquitur de duratione æterna, in qua omnes dies sunt simul, nec sibi inuicem succedunt. Similiter & hic repletio & exultatio intelligenda sunt spiritualiter, prout sunt in mane æternitatis, de qua alibi dicit*, Mane astabo tibi, & videbo. *Et ideo prophetice orat, vt populus per notitiam dextera Dei, de qua dixerat*, Repleatur *misericordia diuina in* mane *æternitatis, vt sic exultet & delectetur in omnibus diebus simul scilicet, non successiuis. Ex quo sequitur, quod sicut in temporibus retroactis fuerunt afflicti seu humiliati corporaliter, & etiam mentaliter: sic tempore gratiæ erunt lætati, saltem spiritualiter, in quo est vera lætitia, & de hoc dicit*, Lætati sumus, pro diebus quibus nos humiliasti, *&c. In hoc autem loco litera Hebraica habet*, Repleamus mane misericordia tua, & exultemus, & lætemur, *&c. latifica nos pro diebus*, quibus nos humiliasti, *&c. quod magis consonat porpositō.*

Consequenter quarto dicit. Respice in seruos tuos & in opera tua dirige filios eorū. *vbi Hebraica veritas sic habet*, Ostēdatur seruis tuis opus tuū & pulchritudo tua super filios eorum. *In quibus verbis duo petit. Primum scilicet incarnationem filij Dei ostendit seruis suis. Incarnatio enim dicitur opus Dei per excellentiam, iuxta illud Abacuc, 3. a.* Opus tuum in medio annorum notum fac. *Secundum, scilicet, petit gratiā derivari in filios & de hoc dicit*, Et pulchritudmē tuam super filios eorum. *gratia enim secundum glo. super illud*, Vt exhilaret faciem in oleo, *est quidam nitor animæ. Hæc igitur gratia à Christo derivatur in filios adoptionis, vnde Ioan. 1. b.* De plenitudine eius omnes accipimus gratiam pro gratia.

Consequenter quinto dicit, Et sit splendor domini Dei nostri super nos, *&c. Ad cuius euidentiam attendendum est, quod secundum sanctum Tho. prima secundæ. q. 111. arti. 3. in corpore quæstionis, quinque sunt effectus gratiæ in nobis. Primus est, vt anima illustretur seu sanetur, Secundus est vt bonum velit, Tertius, vt bonum, quod vult, efficaciter operetur, Quartus est, vt in bono perseueret, Quintus est, vt ad gloria perueniat, De tribus enim primis effectibus prædictis tractat. Psal. in hoc versu. De duobus vero vltimis tractat in Psal. immediatè sequenti, vt ibidem videbitur. Dicit ergo de primo effectu gratiæ*, Sit splendor domini Dei nostri super nos. *Gratia enim secundum Augustinum in lib. de natura & gratia, est quædam lux animæ. Et quia à Deo infunditur immediatè, idcirco rectè dicitur*, Splendor domini Dei nostri. *Et quia hæc lux nō est naturalis, sed supernaturalis, idcirco dicitur*, Super nos, *quasi dicat super nostram naturam, De secundo vero effectu dicit*, Et opera manuum nostrarum dirige. *In primo enim effectu voluntas: in qua consistit radix meriti, se habet vt mota tantum, non vt mouens, Sed in isto secundo se habet vt mota, & mouens, & ideo dicit*: Opera manuum nostrarum, *Id est, actus nostri voluntary, prout sunt actus fidei, spei & charitatis à voluntate elicuti, qui quidem actus etiam sunt super nos, inquantum excedunt facultatem naturæ humanæ, ideò petit vt dirigantur à Deo splendore domini supradicto. De tertio verò effectu dicitur*, Et opera manuū nostrarū dirige, *non addēdo illud*, super nos *vt intelligatur simpliciter de quibuscunque actibus a voluntate imperatis, non solum interioribus, sed etiam exterioribus, qui scilicet ad exteriorem exeunt materiam. Non immeritò igitur hic Psal. intitulatur Moysi, tanquam in persona eius, Psal. loquitur. De Moyse enim in primæ apparitione ei à Deo facta in rubo, legitur Deo dixisse*, Obsecro domine mitte quem missurus es. *Exo. 4. d. In quo petebat, quod Deus mitteret Christum, quem missurus erat, vt gratiam & veritatem daret sine interpositione legis imperfectæ, quæ data fuit per Moysen, & in hoc consistit motuum expositionis huius Psal. supradictæ.*

Quinque effectus gratiæ.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Laus cantici.* Laus, & humana est: sed hæc est cantici, quia nō nisi diuina. Est enim psalmus iste hymnus contra dæmones. Propheta ergo de quolibet sancto ait: Qui habitat in adiutorio, &c.

CASSIO. Ostendit tentationes diaboli per humilitatem victas à Christo, & à suis, manentibus in auxilio Dei, vt & nos per eum discamus tentationes superare, quia est ianua, per quā, si quis introierit, ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.

AVGVSTINVS. Ianua Christus, intrare per eum, est imitari eū, non in diuinitate, & potentia, & miraculis, sed in eo, quo factus est pro nobis, id est, humilitate, ad quā vocat, dicens, *Discite à me quia mitis sum & humilis cor.* De hoc psalmo tentauit Christum diabolus. Christi autem tentatio nostra est doctrina, quem sequentes ex eo vincimus.

Laus cantici Dauid PSALMVS XC.

¶ i. cuius spes in Deo est. a ¶ Non suo. b ¶ Vt nec illecebra male blandientis voluptatis capiatur, nec timore aduersitatis frangatur.

Qui habitat in † adiutorio altissimi, in † protectione Dei cœli commorabitur. Dicet dño

a ¶ Cuius sedes est cælum, id est, anima iusti.
b ¶ Ille qui habitat in adiu. altissimi, non superbus de se, vt primus homo.

a ¶ Mei infirmi ad curandum.
b ¶ Qui hoc dicit totum se proiecit in eum, qui dicit, Deus meus est refugium meū, non quærit aliud auxilium contra tempestates seculi.
c ¶ A seculi tempestate. ¶ Et ideo.

† susceptor meus es tu: et refugiū meū, Deus meus sperabo in

¶ Non ego. a ¶ In quem superbus Adam cecidit. b ¶ Vt liberet.

eū. Quoniā ipse liberabit † me de † laqueo venātiū, & à ver-

a ¶ Ne putes, quod tute possis protegere. b ¶ Qui habitat in adiuto. altiss. c ¶ Misericordiæ.

bo † aspero. † Scapulis suis obūbrābit tibi, & sub † pennis ei⁹

1 2 3 4 5 6 7 8 † † †

† abscondito

† Spes mea & ars mea, vel munimentum meum † te

Matt. 11. d. † de morte, peste cōtritionū, prauitatū, vel exitiali

† vmbra omnipotētis

† muscipula

† Alis † Alis

PSALMVS XC.

b QVi habitat. CASSIODOR. Describit primo fidentem in solo Deo, omnino protectione Dei vallatum.

CASSIODOR. *Qui habitat*, id est, qui totam spem non in se, sed in Deo semper constituit, omnibus modis protegetur à Deo. Nota verborum correspondentiam: Sicut enim semper *habitat*, sic & semper *commorabitur*. Illud affirmat, scilicet quod *habitat*; hoc promittit, scilicet, quod *protegetur*.

c *In pro. Dei cœ. com.* Vt scilicet non declinet ad dexteram vel ad sinistram, sicut in veteri testamento præceptum erat filiis Israel, vt incederent via regia, non declinantes ad dexteram vel ad sinistram. Via regia, via Christi regis nostri, qui sic viam mundi cucurrit, vt nec prosperis illiceretur, nec aduersis frangeretur.

Num. 21. e. Deut. 5. d.

✠ EVTHYMIVS. Ille qui diuino auxilio ita vtitur, veluti habitatione quadam, aut domo: hoc est, ille, qui extra hoc diuinum auxilium non moratur, sed in eo solum confidit, in custodia atque in protectione Dei seruabitur, hoc est, protegetur à Deo. Deum autem cœli dixit, vt dominum; quod si cœli dominus est, clarum est quod & terræ, & cæterorum omnium est Deus, per auxilium autem, seu per adiutorium altissimi, diuinorum mandatorum legem intellige, quam in auxilium hominibus, dedit contra dæmones.

d *Deus meus.* CAS. Ne putes post susceptionem & refugium iam nihil esse petendum, addit: Sperabo in eum, ne aliquando de se præsumat, hoc si fecisset Adam bene staret.

e *De laqueo.* CASSIO. Tētatio, vel per facta, quæ hic dicitur *laqueus*; vel per verba quæ hic, à *verbo aspero*; quasi, etsi leue videatur, graue tamen est verbo tentari. *Laqueus*, versutiæ spiritualium, vel carnaliū inimicorum; *verbum aspernum*, omne dictum, quod mouet à regulis diuinis.

AVGVSTINVS. De laqueo venantium dæmonum, qui non in via Christo, sed circa, ad dexteram, vel sinistram, tendunt laqueos. In quos & per verbum asperū cadunt aliqui, vt qui nolūt esse Christi, propter insultantes Christiano nomini, & qui timent detractiones hominum, vt cessent à via Dei.

f *Venantium.* HIER. Nota quia *venatores* in sacra scriptura vix in bono inuenimus. E contra, *piscatores* raro in malo.

✠ BASIL. & THEODOR. Hinc deinceps cum illo, qui credidit, verba facit, & dicit fidendum esse, quoniam non modo manifestis inimicis ipsum superiorem reddet, verum etiam insidiantibus, & clam insidias venantibus. Per *Laqueum* quidem, occultas insidias demonstrauit; *Verbum* autem *asperum*, *verbum doloris* Symmachus explanauit. Istiusmodi sane sunt, qui fraudes & calumnias struunt, veruntamen multi hos superauerunt ob firmissimam spem in Deo fixam: eodem modo Beatus Ioseph adulterij calūniam sustinens, huius laqueos declinauit: sic etiam admirabilis illa Susanna cœlesti præsidio adiuta est.

g *Scapu.* AVG. CASS. Speranti beneficia Dei promittit. *Scapulæ*, sunt operationes mirabiliū, quibus vt humeris virtus Dei ostenditur, *Pennæ*, monita prophetarum, quæ ad cælos vehunt.

h *Obumbrabit.* Vt neque sol diuinitatis, neque luna humanitatis te vrat. *In pennis* protectio.

☞ *Scapulis*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XC.

QVi habitat in ad. *Huic Psalmo præmittitur talis titulus communiter in Bibliis.* Laus cantici ipsi Dauid. *sed iste titulus fuit appositus ab aliquo doctore pro sua voluntate: quia in Hebræo, & in translatione Hieron. nullus omnino ponitur titulus; propter quod dicunt Hebræi. quod iste psalmus factus fuit à Moyse sicut & præcedens, & similiter sequentes vsque ad centesimum psalmum, qui incipit*, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. *Quoniam in nullo istorum in principio fit mentio de Dauid, vel quolibet alio doctore, vel propheta, & ideo referuntur ad Moysen tanquam autorem, sicut & psalm. immediatè præcedens. Et sunt vndecim psalmi, correspōdentes quantum ad numerum vndecim benedictionum, quibus Moyses benedixit filijs Israel, Deute. 33. Et sicut Moyses psal. præcedenti petiit beneficia Dei populo exeunti de Ægypto, ita in hoc psalmo denuntiat multiplex beneficium super populum. Et secūdum hoc diuiditur in tres partes. quia primo denuntiat eis adesse diuinam protectionem: Secundo inimicorum deiectionem, ibi*, Cadent à latere tuo mille. *Et tertio populi exaltationem, ibi*, Quoniā in me sperauit *Circa primū dicit*, 1 Qui habitat, &c. *Id est, confidenter sperat de eius adiutorio, cuiusmodi erat populus Israel in exitu de Ægypto, quantum ad bonos, & deuotos illius populi.* 2 In protectione, &c. *Isti enim semper fuerunt à Deo protecti vsque ad ingressum terræ promissionis, vt patet ex decursu li. Exo. & Nu. licet frequenter male fuerint puniti, & mortui in deserto.* 3 Dicet do. *s. populus deuotus recognoscens Dei beneficia.* 4 Susce. me. es tu. *Quia Pharaone populum persequente, Deus suscepit eum in sua protectione, vt habetur Exo. 14.* 5 Spera. in eum. *De futuris bonis ab eo consequendis.* 6 Quoniam ipse liberabit me de laqueo, &c. *Id est, Ægyptiorum me persequentium tanquam illaqueatum, vnde dixit Pharao:* Coartati sunt in terra, Concluſit eos desertum, *Quasi diceret, non possunt effugere manus nostras, Exodi. 14. a.*

7 Et à ver. aspero. *Quia Pharao dicebat se eos capere & interficere. Consequenter Psal. dirigit verbum ad populum in dicto periculo positum. dicens,*

8 Scapulis su. *Vnde Exo. 14. c. dicitur:* Tollensque se angelus dñi qui

MORALITER.

1 *Qui habitat in adiutorio altissimi.* Psalmum istum fecit Moyses pro populo Israel Moraliter autem potest exponi de quolibet fideli in domino sperante spe formata charitate. Sciendum autem, quod in hoc psalmo fit frequenter transitus de capite ad membra, & è conuerso, propter connexionem vnius cum altero. Dicitur ergo, *Qui habitat in adiutorio*, Per spem charitate formatam,

2 *In protectione Dei cœli commorabitur.* 1. Corinth. 10. c. *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis.*

3 *Dicet Dominus.* Expertus suam protectionem, *Susceptor meus.*

6 *Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium*, Id est de tentatione dæmonum.

7 *Et à verbo aspero*, Gregorius. *Verbum asperum euadere, est irrisiones detrahentium dissimulando calcare.*

8 *Scapulis suis.* Hic ostenditur qualiter memoria passionis protegit in aduersis, cum dicitur, *Scapuls suis*, Pro te flagellatis,

† *Obumbrabit tibi*, Contra persecutionis æstum.

† *Et sub pennis eius sperabis.* Id est, brachijs in cruce protensis in modum alarum.

Dicet

✠ *Scuto*

Scapulis suis. Alias, *Inter scapulas.* AVGVST. Id est, ante pectus suum te ponit, vt alis suis te protegat. Vel, *inter scapulas*, quasi in medio positus, hinc inde alis siue pennis expansis, quo non audet accedere inimicus: nihil timeas, nisi tu inde exieris. Nulla auis sic infirmatur cum pullis vt gallina, quæ tota mutatur affectu eorũ: sic sapiẽtia Dei propter nos caro facta est: & habitat in nobis, vt sub alis eius speremus.

a *Veritas.* AVGVS. Dei est, qui non respicit personas, nec miscet sperantes de seipsis cum his qui sperant in Deo, sed discernit humiles vel superbos.

CASSIOD. Vel veritas, incarnatio Christi, vnde, *De terra veritas orta est*, q̃ & scapulis obũbrat, & scuto defẽdit. Sicut notauit genera defensionum, notat & genera periculorum, vt sit gratior liberatio.

✠ BASILIVS. & THEODOR. Quoniam superiùs de verbo aspero, atque de fraudibus mentionem fecit, iure hoc in loco eius armaturam, veritatem esse promisit.

b *A timore nocturno.* A similitudine periculi, vnde tantùm timor habetur.

A timore nocturno. AVGVSTINVS. Qui ignorans peccat, in nocte peccat: qui sciens, in die. *A timore*, à *sagitta*, duo leuiora genera tentationum, occultè scilicet & manifestè, his reddit duo grauiora, *A negotio perambulante in tenebris*, & *ab incursu & dæmonio meridiano.* Leuia non sic vrgent vt cogant, sed possunt citò transire declinata: grauia non. Vt cùm persecutor acriter instat nondum firmis in fide, qui nesciunt Christiani esse, se, spernere præsentia, quærere futura, vel cùm adeò instat hoc scientibus, quæ tentatio est à dæmonio meridiano. Et vtrosque capit, non quidem eos, *qui habitant in adiutorio altissimi*, sed de se præsumentes, de quibus dicit, *Cadent à latere tuo mille.*

c *Cadent à la.* CAS. Secundò, fidentis in Deo caput, id est, Christum, in cœlo leuatũ, dicit à nullo posse contingi, qui & pedes in terra protegit: sed præsũptores ab eo cadũt. Ecce certitudo protectionis fidentis in Deo per Christum.

d *A latere.* CAS. Latus Dei est corona iustorũ, qui cũ eo iudicabunt, vnde dicitur, *Mutuũ à latere vestro*, i. qui vobiscũ habent consilũ. Latus ergo Christi, apostoli, & eorum imitatores, quibus promisit, *Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Duodecim sedes perfectio tribunalis, in quibus sedebunt omnes, qui omnia reliquerunt, & secuti sunt Christum.

e *Veruntamen.* CAS. AVG. Licet quidem te permittente impiis tuos persequi, sed non impunè, oculis tuis considerabis malum, quod voluerunt, non bonum quod per nescientes agitur, eis retribuetur, & sanctus, qui habet oculos fidei, videt eos modò exaltari & tonare, & in fine fulminare: hoc dixit ne infirmi moueantur.

CASSIO. *Veruntamen ocu.* Etsi cadentes tentent te duris, *veruntamen.* Vel, etsi dæmonium non appropinquet, quod est per iniquos: sed tamen non quod faciunt, sed quod intendunt, *considerabis.*

f *Quoniam tu es.* AVGVS. Vnus Christus est caput & corpus, ☞ de quo

a ¶ Tanquam. ¶ Alæ sunt etiam scutum. b ¶ Implens promissa. c ¶ Et ita. ¶ Aleui tentatione & occulta, quæ sit ignorantibus.

† defenderis aut tutus ager — † sperabis. Scũto circundabit te vẽritas eius, nõn timebis à

a ¶ Aleui & aperta. b ¶ Graui occulta.

timore nocturno. A sagittã volante † in die, à nẽgotio perambulante in tenebris, † ab incũrsu & dæmõnio meridiano.

† à ruina

a ¶ Graui aperta. b ¶ Incurrente dæmonio. c ¶ Cum adeo feruet æstus persecutionis, vt multi cedant.

a ¶ Sed. b ¶ Aug. O Christe, pauciores, qui præsumunt se tecum iudicaturos. c ¶ Aug. Plures qui præsumunt se à dexteris tuis futuros, cadent per dæmonium meridianum, id est, per grauem æstum tribulationis.

Cãdent à latere tuo millẽ, & decẽm milia à dextris tuis: ad te

a ¶ Sed ad te, o Christe in veris membris, non appropinquabit dæmonium, etsi corpus non fidem læsit. b ¶ Illo lucido visu quo merita hominum indicãs.

aũtẽ nõ appropinquabit. Verũtamẽ oculis tuis cõsiderabis,

a ¶ Ideo non cadit iustus à dæmonio. b ¶ Christus secundum caput.

Psa. 84. b. et retributionẽ peccatorũ videbis. Quoniã tũ es dõmine spes

1 & pedes in terra protegit: sed præsũptores ab eo cadũt. Ecce certitudo protectionis fidentis in Deo per Christum.
2
3 † per diem
4
5
† d *A latere.* CAS. Latus Dei est corona iustorũ, qui cũ eo
6 iudicabunt, vnde dicitur, *Mutuũ à latere*
7 *vestro*, i. qui vobiscũ habent consilũ. Latus ergo Christi, apo
8 stoli, & eorum imitatores, quibus promisit, *Sedebitis super* Matt. 19. d.
9 *sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Duodecim sedes
10 perfectio tribunalis, in quibus sedebunt omnes, qui omnia reliquerunt, & secuti sunt Christum.

NICOLAVS DE LIRA.

qui præcedebat castra Israel: abiit post eos. *Et sequitur postea*, Et erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem: ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent. *Vel potest illud referri ad columnam ignis & nubis, quæ diuino præcepto per diem contemperabat populo Israel ardorem solis per modum obumbrantis, & de nocte ostendebat eis viam, vt sic Deus esset eorum ductor vtroque tempore, vt habetur Exod.* 13.

1 Scuto circundabit te, *Id est proteget,*

2 Veritas eius, *Qua promisit Moysi se esse ductorem populi: ideo subditur,*

3 Non timebis à ti. no. *Id est, à latronibus, qui de nocte solent inuadere.*

4 A sagitta volante in die. *Id est, inuadentibus, de die cum sagittis. Quod fuit impletum, quando Amalecitæ venerunt ad pugnandum contra Israel in deserto, Exo.* 17. *qui fuerunt sagittarij, sicut & Esau à quo descenderant, Gen.* 36. *Quod autem Esau fuerit sagittarius, patet, Gen.* 26. *a. vbi dixit ei Isaac* Sume arma tua, pharetram, & arcum. *Moyse autem orante fugati fuerunt Amalecitæ, Exo.* 17.

5 A negotio. *In Hebræo habetur:* דבר deber *deambulãte in tenebris, &* קטב quetheb *vastante in meridie. Et dicit hic Ra. Sa. quod* deber *&* quetheb *sunt nomina dæmonum & primo eis permissa est potestas magis nocendi in tenebris, secundò vero magis in meridie, siue declara die. Et videtur dictum eius satis probabile, quia sicut erant angeli sancti deputati ad protectionem populi Israel, vt supradictum est, & apparebit infrà. ita à Deo permissi sunt angeli mali ad tentandum populum. Et illi qui erant in populo sancti, & boni à tentationibus istorum diuinitus sunt protecti, & quantum ad istos loquitur hic Psalmista. Mali vero in illo populo fuerunt pluries deiecti in peccatum per dæmonum tentationes, vt patet in fabricatione vituli, Exo.* 32. *& in aliis eorum malis, vt patet lib. Num. in pluribus locis.*

6 Cadent à la. tuo mille. *Hic consequenter denuntiat populo aduersariorum deiectionem, dicens,* Cadent à la. tuo mil. & decem mi. *Hoc fuit impletum quando Sehon rex Amorrhæorum, & Og rex Basan & Balach filius Sephor, venerunt ad pugnandum contra populum Israel, & fuerunt debellati magis diuina virtute, quam humana.*

7 Ad te autem non ap. *Scilicet gladius aduersariorum ad nocendum tibi. Hoc fuit impletum Num.* 31. *g. vbi dicitur, quod debellatis Madianitis principes exercitus Israel, tribuni & centursones dixerunt ad Moysen,* Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorũ, quos habuimus sub manu nostra, & nec vnus quidẽ defuit: *Propter quod recognoscentes hoc esse diuinitus factum, obtulerunt domino quicquid auri potuerunt inuenire in prada, vt ibidem habetur, & ideo subditur,*

8 Verunta. oculis tu. consid. *Talem protectionem diuinam super te tanquam gratus.*

9 Et retributionẽ peccato. videbis. *Id est, deiectionem aduersariorum pro suis peccatis. Et ex ista consideratione, tanquam gratus domino, dices, quod sequitur,*

10 Quoniam tu es do. *Quia in te confido, non in virtute mea.*

✠ Altissi-

MORALITER.

† 1 *Scuto cir. te. ve. eius.* Id est, sua morte, quæ dicitur *veritas*, eò quod impleuit promissa de redemptione humana. Ipsa etiam est *scutum* contra insultus tentationum. Thren. 3. g. *Dabis eis domine scutum cordis laborem tuum*, ideo subditur,

3 *Non timebis.* Circa quod sciendum, quod diuersi dæmones tentant de vitiis diuersis: propter quod aliqui dicuntur spiritus luxuriæ, aliqui spiritus superbiæ, & sic de aliis, per hoc ergo quod dicitur,

† *A timore no.* Intelligũtur dæmones tentantes de furto, quod communiter fit de nocte.

4 *A sagitta vo.* Per quam intelliguntur dæmones tentantes de superbia, quæ quærit apparere.

† *A nego.*

5 *A nego. peram.* i. à dæmonibus de luxuria tentantibus, Iob 24 c. *Oculus adulteri obseruat caliginem.*

† *Ab incur. & dæmo. me.* i. à spiritibus de gastrimargia tentantibus, quæ fit in prandiis magnis, vbi concurrunt multa fercula & vina: & fiebant communiter hora meridiana,

6 *Cadent à la. t. mil.* i. dæmonum multitudo: ponitur hic numerus, determinatus pro indeterminato, quia sunt in maiori numero, sicut Apo. per 24. seniores significatur vniuersitas episcoporum, qui sunt multo plures.

7 *Ad te au. non ap.* Scilicet ictus peccati mortalis.

8 *Verun. ocu. tu con.* Quod non est ex virtute tua, sed diuina.

9 *Et retri. i.* intelliges per oppositum, & tunc gratias Deo dices.

10 *Quoniam tu es do. Spes mea. altissimum, &c.* Ideo secutus est

✠ qui

A de quo loquitur modò vt de capite, modò vt de corpore, non mutata persona, Ideoque diligenter aduerte, vbi de Christo secundum caput, vbi secundum membra agat.

a *Altissi.* AVG. In alto est refugium Dei, valde in occulto, vt fugiatur à ventura ira. Multi enim sic faciunt sibi refugium Dei, quo fugiũt à malis temporalibus. *Altissimum posuisti refugium*, id est, resurgendo, ascendẽdo, altum feciſti refugium, vt iã sperem sequi quo præcessisti.

† accedent ad te mala.

AVG. *Tabernaculum Dei* est caro, in qua pro nobis militauit: B ad quam leuatam super cælos, vt sit illuc directa spes nostra, *non accedunt flagella*, vt prius in terra, pro quibus dicit, *Saule Saule quid me persequeris?* discretio est per loca, coniunctio per affectum. Sed nec his flagellum appropiat, ita vt fidem excutiat ideo de toto Christo hoc bene accipitur.

Act. 6.a.

† eximam

C b *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* ✠ EVTHYMIVS. Quinimo nec domui tuæ vlla appropinquabit calamitas; & aliter per *flagellum* ægritudinem intelligere potes & per tabernaculum ipsum corpus in quo anima diuersatur: nec ab re est vt intelligamus quod hominibus Dei, huiuscemodi tentationes certamina sint & probationes: peccatori autem flagella, *Multa* enim inquit, *flagella peccatoris*.

c *Quoniam ange.* Hoc dixit, tentator domino, quando illum tentauit: hoc obiecit, de deitate eius dubitans. Tentatus est autem Christus propter nos, vt & in eo tentatorem vincere discamus.

AVGVSTIN. Sic & baptizari à seruo voluit, non pro sua necessitate, sed pro hominis vtilitate, vt non aspernemur baptizari à conseruis.

d *In ma.por.* AVGVSTINVS. Manibus angelorum sublatus est D Christus in cœlum: non quod sine eis rueret, sed quia obsequebantur regi; & melior est, qui portatur, quam iumentum portans. Clarificatus autem misit spiritum, die pentecostes, vt in die quinquagesimo à pascha agni, id est immolatione, data est lex in tabulis lapideis scripta digito, id est, spiritu Dei. Lex data est in pœnam timoris, spiritus venit in plenitudine amoris: vt *pedes* capitis in cœlo sedentis, id est, euãgelistæ mundum peragrantes, *no offendant* E *in lapidem* id est, legem in lapide scriptam, & fine gratia in ea teneantur rei, sed à timore soluantur, per amorem spiritus legem implentes. Ideo ergo portatur in cœlum ab angelis, ne *pedes*, qui in terra sint rei legis; pulso timore impleuit eos amore, qui vinci non potest.

Act. 1.a. Exo.12.& 19.

† vnquam

e *Super aspidem.* Post humanam infirmitatem diuina virtus ostẽditur, quæ tantis imperat. Et agit de Christo secundum membra.

f *Et conculcabis.* AVGVSTINVS. Serpentem calcat ecclesia, quæ cauet astutiam eius.

g *Leo.* AVGVST. Apertè sæuit in martyres.

Draco insidiatur per hæreticos, vt corrumpat virginem Christi, vnde Apostolus, *Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.* 2.Cor.11.

h *Quoniam in me sperauit.* AVGV. Tertio verba Dei, quibus ecclesiam consolatur, cui & hic defensionem, & in futuro præmia promittit.

CASSIODORVS. Mandat angelis de tedicens: *Quoniam in me*, Certitudo promissionis per promissionem Dei.

i *Clama.a.* AVGV. Non est timendum in tribulatione, fides in te.

☞ Deus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Altissi.po. *Id est, prebuisti te nobis tanquam refugium altissimum, ad quod non potest accedere malum. Consequenter Psal. conuertit verbum ad populum dicens,*

2 Non accedet ad te ma. *Id est, quamdiu pones in Deo spem tuam, sicut in refugium* non accedet ad te malum, *scilicet, mortalis culpe.*

3 Et flagel. *Scilicet temporalis pœne,* Non appropinquabit tabernaculo tuo, *cuius causam subdit,*

4 Quoniam angelis suis mandauit. *Quod patet ex hoc, quod angelus precedebat castra Israelin columna ignis & nubis, Exo.14.*

5 In manibus portab.te. *Id est, suo ministerio dirigent te in via.*

6 Ne forte offendas ad lapidem pedem. *Ambulando per loca saxosa & abrupta, & hoc est quod dicitur Deut.8.a.* Adduxit te dominus per desertum 40.annis: vestimentum tuum, quo operiebaris, non defecit, & pes tuus non est attritus, *& istud fuit verificatum in bonis, licet mali aliquando fuerint labore afflicti, sicut ibidem fuit expositum. Hanc autem scripturam,* Quoniam angelis suis, &c. *Allegauit diabolus dictum de Christo, Mat.4. sed secundum Hiero. ipse falso allegauit.*

7 Super aspi. & ba. *Quia dominus deduxit eos per desertum, vbi erant animalia venenosa, & ferocia: & tamen non nocuerunt populo permanenti in bono. secundum quod dicitur Deut.8.c.* Dominus ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens statu adurens, & scorpio ac Dipsas *Et ponitur hic singulare pro plurali, serpens id est, serpentes & sic de aliis, sicut dicitur Exo.8 f.* Venit musca grauissima, *Id est, multitudo muscarũ, & secundum hoc dicitur* Super aspidem & basiliscum am. *Id est, inter talia animalia secure ambulabis, que etiam erant in deserto, sicut & predicta, que sunt expressa. Non enim fuerunt expressa omnia genera animalium venenosorum & ferocium, que erant in illo deserto, sed sufficit aliqua exprimere Deu.8. per que intelliguntur alia.*

8 Quoniam in me spera. *Hic vltimo denuntiatur populi exaltatio, que maxime fuit quando intrauerunt terrã promissionis, quam obtinuerunt tempore Iosue cum gloria & triũpho. & per hoc significabatur ingressus terre viuentium apertus per Christum, & hoc est quod dicit Psal. loquens in persona Dei:* Quoniã in me spe. *Populus Israel,*

9 Liberabo eum, *De impedimentis occurrentibus:*

10 Protegam eum, *A gladiis aduersariorum,*

11 Quoniam cognouit no. *Secundum quod dicit suprà psal. 75.a.* Notus in Iudæa Deus. in Israel magnum nomen eius.

12 Clamauit ad me, *Orando deuote,*

13 Et ego exaudiam, *Dando ei effectum petitionis sue:*

14 Cum ipso sum in tribulatione, *Ad exercitium sue patientie:*

15 Eripiam eum, *Competenti tempore,*

16 Et glorificabo eum, *Per adeptionem terre promissionis gloriose: & perfectius per acceptionẽ terre viuentium per illam significate, premium enim non deficit à meritò, sed magis excedit, bonum autem temporale minus est bono virtutis, & ideo quandocunque pro opere virtutis promittitur aliquod temporale bonum, per illud intelligitur bonum spirituale, quod est principale premium, sicut declaratum fuit plenius Gen.15. & litera sequens huic vltimo concordat, cum dicitur,*

☞ Longitudine

MORALITER.

† qui refugit ad te propter quod taliter refugienti. dicitur,

2 *Non accedet ad te ma.* Et subditur ratio.

4 *Quoniam angelis suis man. de te.* Quos posuit custodes hominum, & specialiter electorum.

6 *Ne forte offen. ad. lap.* Christum, qui Esa.8. dicitur lapis offensionis malis hominibus & incredulis.

7 *Super aspi. & ba,* Luc.10.c. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* & subditur ratio.

8 *Quoniam in me sperauit liberabo eum, & c. eripiam eum,* De huius mundi periculis.

16 *Et glorificabo eum,* In cœlis.

☞ Longitudine

☞ Deus in te; si dormit fides, excita eam, & saluaberis'. Christus dormiens in naui excitatus est à discipulis, & saluati sunt: Et si non eripit, quando vis, non ideo putes te deseri. Eripuit tres pueros: nunquid martyres deserit? Tres pueros liberauit corporaliter, vt confundantur infideles: Martyres liberat spiritualiter, vt imitentur fideles.

A Matth.8.c. Dan.3.c.

Hunc Psalmum per totum annum, & maximè in quadragesima, & quotidie in completorijs ecclesia frequentat: quia cùm Christus ieiunaret, diabolus eum de hoc psalmo tentauit, &, eius tentationibus à Christo superatis, victus abscessit; vt & nos, quo tẽpore diabolus magis nititur ad decipiendum, eo tempore magis laboremus ad resistendum.

B Vsus frequẽs huius psalmi in ecclesia causa assignatur.

¶ Et tunc. ¶ Vita æterna. ¶ Quia sufficit quod habebit. ¶ Christum in maiestate.

Longitudine dierum † replebo eum, & ostendam illi salutare meum.

† adimplebo.

Hunc

☞ GLOS

NICOLAVS DE LIRA.

1 Longitudine dierum replebo eum: *Quia vita beata non habet terminum.*

2 Et ostendam illi sa.meum. *Id est, me ipsum, in quo consistit salus aterna aterna in visione Dei aperta.*

Moraliter psal. iste potest exponi de quolibet fideli sperante in domino spe formata charitate, quæ est ex gratia, & meritis proueniens, coram quo, cum Dei adiutorio, exercitus dæmonum cadit debellatus, & sic finaliter exaltatur in cœlestibus coronatus.

☞ NICOL.

MORALITER.

1 *Longitudine dierum replebo eum,* Per æternam durationem.

2 *Et ostendam illi salutare meum,* Per apertam visionem.

ADDITIO.

In psalmo 90. Qui habitat.

Quod psal. iste sit ad literam intelligendus de multiplici beneficio Dei super populum Israeliticum in deserto, prout postil. asserit, est omnino irrationabile: nam populus ille in tota sacra scriptura nominatur duræ cervicis, & inobediens Deo, & mandatis eius, de quibus in psal. 94. dicitur. Et dixi semper hi errant corde &c. *Quod non solum intelligendum est de his, qui consumpti fuerunt in deserto: sed etiam de filiis eorum, qui terram promissionis ingressi sunt, vnde Num. 32.c. postquam dixit Moyses,* Iratusque est dominus aduersus Israel: circunduxit eum per desertum 40. annis, donec consumeretur vniuersa generatio &c. *subdit.* Et ecce, *inquit,* vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa & alumni hominũ peccatorũ, vt augeretis furorem domini contra Israel. *non ergo de talibus posset verificari, quod in fine psal. dicitur,* Quoniam in me sperauit liberabo eum, &c. *Hæreditatio enim terræ sanctæ, & omnia beneficia exhibita illi populo, attribuit promissionibus patrum, non autem meritis illius populi duræ cervicis, vt habetur expresse Deut. 10. Et ideo est, quod non solum ab expositoribus catholicis, prout patet in gl. communi, sed etiam ab expositoribus Hebræorum præcipuis iste psal. exponitur ad literam de quolibet seruo Dei, qui eidem per veram charitatem adhæret, vt patet per Ra. Abenhazra in glo. super psal. similiter & Ra. Moyses Aegyptius in suo libro notabili apud Hebræos de directione perplexorum. 3. q. ca. 5. vbi istum psal. notabiliter allegat, applicando ea, quæ in eodem continentur, cuilibet habenti diuinam cognitionem cum vehementi dilectione, vt ibidem habetur, hoc etiam consonat huic quod dicitur in euangelio, Matth. 4. a.* Scriptum est enim, Angelis suis mandauit de te, *vbi licet verum est (prout ait Hie.) quod diabolus ibidem falso allegauit, hoc habet intelligi ex eo, quod diabolus non concludebat propositum, scilicet quod deberet se Christus mittere deorsum, quia hoc esset manifeste contra illud,* Non tentabis dominum Deum tuum: *cum hoc tamen stat, quod autoritas illa per diabolum allegata intelligenda est de quolibet filio Dei: alias magis propriè euacuasset Christus allegationẽ diaboli, dicendo, quod illa verba intelligebantur non de aliquo singulari, sed de populo Israelitico. Sunt etiam alia contra sententiam postil. quæ causa breuitatis omitto. Vnde melius videtur dicendum, quod hic Psal continuatur cum immediate præcedenti, licet enim psalmi communiter adinuicem non continuentur in materia: quandoque tamen aliqui psa. ad inuicem proximi continuantur, vt in proœmio glo. super Psalterium habetur. Quia igitur psalmista, in vltima parte præcedentis psal. tractat de tribus primis effectibus gratia vt ibidem dictum fuit: In hoc vero psal. tractat de aliis duobus effectibus vltimis, quorum vnus est perseuerare in bono gratiæ alius vero est peruenire ad gloriam: de quo primo effectu tractat vsque ibi,* Quoniam in me sperauit, *de secundo vero vsque ad finem psal.*

Circa primum duo decim facit. Primo enim dicit, quod etiam ille, qui est in gratia cõstitutus indiget, vt protegatur à Deo, taliter, vt ei perseuerantia in bono detur, & hoc est quod dicit, Qui habitat in adiutorio altissimi: *hoc est dicere, ille qui habitualiter est in gratia Dei, quæ est verum* adiutorium altissimi, *adhuc indiget vt* in protectione Dei cœli commoretur: *vnde notãter in prima parte versus dixit,* Qui habitat in adiutorio, *per verbũ de præsenti, ad denotandum, quod talis in gratia est præsentialiter constitutus: In secunda vero parte versus dixit,* Cõmorabitur, *per verbum de futuro vt intelligatur quod protectione perseuerantiæ indiget quo ad futurum, iuxta illud. 1. Cor. 10. c.* Qui stat, videat ne cadat.

Consequenter secundo dicit, quod talis, scilicet in gratia constitutus, debet orare pro perseuerantia prædicta, & hoc cum dicit, Dicet Domino susceptor meus es tu & refugium meum, sperabo in eum: *hoc est dicere, quod habitans in adiutorio altissimi, modo prædicto dicere debet Deo, orando,* Susceptor meus es tu, *id est, sis tu.* Et refugiũ meum, *à tentationibus seculi huius. Et quia talis oratio fundari debet in vera spe, ideo dicit,* Sperabo in eum.

Consequenter tertio declarat, quæ sunt illa, in quibus maxime protectione indiget, qui habitat in adiuto. altiss. scilicet in gratia constitutus, de quo dicit, quod sunt duo in genere communiter, scilicet prospera & aduersa. Homines enim per prosperitatem seculi elenati. semper incidũt in laqueũ superbiæ, & de hoc dicit, Ipse liberauit me de laqueo venantium. *Sicut enim animal capitur à venatore per aliquod bonum apparens, puta cibum, vel huiusmodi: sic homines à diabolo seu à mundo capiuntur per aliqua bona apparentia mundana. De aduersis autem dicit,* Et à verbo aspero. *Solent enim homines propter vitandas asperitates seculi, vt puta detractiones hominum, seu insultationes, vel persecutionẽ à via recta deuiare, à quibus qui habitat in adiutorio altissimi indiget à Deo protegi per perseuerantiam.*

Consequenter quarto declarat modum protectionis, dicens, Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius. *Hic finitur iste versus in Hebræo, In quo denotãtur duo modi protectionis diuinæ circa existentem in gratia, vt in ea perseueret: Primus enim modus est fouendo eum, quasi per modum naturæ: Sicut enim auis instinctu naturæ pullos protegit ab æstu, & a frigore, ponendo eos sub scapulis & sub alis: sic Deus præstat auxilium existẽti in gratia ne ab æstu vitiorum inflammetur, neque etiam a frigore pigritiæ seu habetudinis, eius fides seu spes tepescat: & de hoc dicit,* Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. *Secundus vero modus est quasi artificialis, Sicut enim homo per scutum protegitur à iaculis inimici: sic Deus per veritatem sua fides protegit existentem in gratia, ne iacula inimici ei noceant, de quo dicit,* Scuto circunte veri. eius. *Quod notabiliter concordat cum eo quod dicitur. 1. Pet. 5. c.* Aduersarius vester diabolus circumit, cui resistite fortes in fide. *Vnde manifeste apparet, quod* scutum veritatis diuinæ, *quæ est fides, debet circundare fidelem ad hoc, vt non lædatur ab aduersariis: quod Christus nos docuit in sua tentatione Mat. 4. a. In qua cum aduersarius tentãdo circumiret per diuersa vitia, sicut per gulam, inanem gloriã & huiusmodi: Christus circundedit se* scuto veritatis. *Quamlibet enim tẽtationem contra eum commissam euacuauit per autoritatem sacræ scripturæ qua est veritas diuina: Primam scilicet tentationem gulæ cum dixit,* Scriptum est, Non in solo pane, *&c. Secũdam cum dixit,* Scriptum est, Non tentabis dominum Deum tuum. *Tertiam, 6um dixit,* Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis.

Consequenter quinto dicit. Non timebis à timore nocturno. A sagitta volãte per diem, *& continuatur sic versus in Hebræo, in quo denotantur ad literam duo genera periculorum, quæ homini, quãdoque contingunt insidiose, sic vt ab eis non bene valeat præseruari: Primum est, quando in nocte occulte insidiantur inimici, & de hoc dicit,* Non timebis à timore nocturno: *Secundum est, quando etiam in die per artem sagittandi à longe inimicus insidiatur, à quibus qui habitat in adiutorio altissimi à Deo protegitur, ne subitò & improuisa morte decedat, Et per ista possunt intelligi duo genera tentationum. Quorum vnum est ex ignorantia, & est nocturnum, ex defectu manifestationis: Aliud vero est ex defectu recta deliberationis circa ea, quæ sunt manifesta, & de hoc potest intelligi,* A sagitta volante per diem.

Cõsequẽter sexto dicit. A negotio perambulãte in tenebris ab incursu & dæmonio meridiano. *Et notãdũ, q vbi dicitur in translatione*

☞ A *nostra*, negotio *in Hebræo habetur* מרכר mideber, *seu* à deber, *quæ significat pestem, vbicunque ponitur, & vbi habemus* incursu, *habetur* קטב queteb, *quæ quidem dictio significat morsum pestiferum, vnde Deut. 32. vbi dicitur.* Morsu amarissimo, *ponitur* קטב queteb *in Heb. similiter Osee. 13. d.* Ero morsus tuus ô inferne: *loco* morsus *ponitur* קטב queteb. *Et est ratio: Nam duo genera sunt morborum pestilentium. Quorum vnum est, quando non apparet ab extra aliqua causa pestifera, & de tali peste dicitur, quòd ambulat in tenebris, id est, in occultis. Aliud genus est, quando apparet signum, vt puta antrax seu apostema in aliquo membro, vel morsus alicuius animalis venenosi, vt Name. 21. legitur de serpentibus ignitis, qui momorderunt populum, de quo morsu periclitabantur, & de isto dicit.* A morsu & dæmonio meridiano, *quia talia signa sunt manifesta, sicut ea, quæ fiunt in meridie, & sunt quasi morsus dæmoniacus, vnde sensus est, quòd à quacunque peste liberabitur qui in protectione Dei cœli commoratur, ne subitò & improuiso decedat. Per ista etiam possunt intelligi duo genera tentationum, quorum vnum est, quando persecutores occultè impugnant, & de hoc dicit.* Perambulante in tenebris: *Secundum est, quando persecutores publicè & palam persequuntur, de quo dicit,* Et dæmonio meridiano. *Opinio autem Rab. Sal. circa* deber, *& queteb, quam allegat postillator, fabulosa est nullius fundamenti in scriptura.*

Consequenter septimo dicit, Cadent à latere tuo mille, &c. *vbi*
B *denotat, quod ille, qui habitat in adiutorio altissimi, sic ab eo protegitur periculorum dictorum seu præliorum, vbi plurimi periclitantur ex vna parte & alia, tamen ipse erit à Deo protectus; & de hoc dicit,* Ad te autem non approximabunt.

Consequenter octauo denotat, quod existentia iusti (de quo loquitur) in medio horum periculorum, potest esse sibi vtilis, inquantum ex hoc considerat diuinam iustitiam circa eos, qui in vtroque latere cadunt, & de hoc dicit, Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis.

Consequenter nono Psalm. reuertitur ad Deum, dicens. Quoniam tu es spes mea, &c. *& est sensus. Ratio tantæ protectionis est, quia tu Deus qui es* spes mea, posuisti refugium tuum altissimum, *id est, potentissimum. Loca enim quæ sunt altissima, sunt tutiora ab impugnatione hostium.*

Consequenter decimo conuertitur ad illum, qui habitat in adiutorio altissimi, dicens, quod erit tutus à quocunque malo & flagello vniuersaliter, ne accedat ad eum, vel appropinquet tabernaculo suo, sic vt eum faciat à rectitudine vitæ deuiare, de quo dicit. Non accedet ad te malum, nec flagellum, &c.

Consequenter vndecimò dicit. Quoniam angelis suis mandauit de te, &c. *ad denotandum quod ista protectio non solùm fit à Deo immediatè, sed quandoque etiam ab angelis de eius mandato; vnde dicit,* Quoniam angelis suis Deus mandauit de te, &c. In manibus portabunt te, &c.

C *Consequenter duodecimò dicit.* Super aspidem & basiliscum ambulabis, &c. *ad denotandum, quod sic protegitur à domino iustus prædictus, vt etiam calcando venenosa animalia ei non nocebunt: quod spiritualiter intelligi debet de diabolo, qui in figura serpentis apparuit in prima tentatione humana; propter quod & conculcandus est à iustis Gen. 3. c.* Ipsa conteret caput tuum. *Et quia multæ sunt species seu indiuidua huius bestiæ, similiter & quam plurimæ eius versutiæ, idcirco nominat eum multis nominibus animalium ferocium & venenosorum, scilicet aspidem & basilicum, leonem, & draconem.*

Consequenter dicit. Quoniam in me sperauit, &c. *vbi tractatur de quinto effectu gratiæ, quod est perducere ad gloriam.*

Circa quod tria facit, quia primò præmittit causam huiusmodi effectuum per modum meriti, & hoc cùm dicit. Quoniam in me sperauit. *Vbi notandum, quod vbi in translatione nostra habetur,* sperauit, *in Hebræo habetur,* קשח kassach, *quod signat amorẽ, non solum simpliciter, sed etiam vehementiam amoris, secundum quam talis diligens omnino fertur in suum dilectum, prout Ra. Moyses manifestè ostendit libro, & parte, & ca. allegatis. Vnde Deute. 10. c. vbi dicitur.* Sed in patribus tuis conglutinatus est Deus, vt diligeret eos: *vbi translatio nostra habet.* Conglutinatus est Deus; *In Hebræo habetur idem verbũ, scilicet* chassak. *Vnde in persona Christi dicit Psalmista, quod quia ille,* qui habitat in adiutorio, *vehementer dilexit me, seu conglutinatus est mihi, ideo à me fuit liberatus & protectus, vt esset perseuerans. Quæ quidem dilectio tam vehementissima, nullo modo posset adaptari populo Israelitico in deserto existenti, sed tantùm patribus, seu viris valde perfectis. Et vt ostenderet, quod hæc dilectio non est fundata in aliqua vana seu falsa cognitione, idcirco dicit.* Quoniam cognouit nomen meum. *Scilicet per veram fidem. Secundo ad denotandum, quod etiam* D *habens gratiam & charitatem orare debet pro huiusmodi protectione, vt in principio psalmi dictum est, vt scilicet ei perseuerantia donetur, (prout Aug. declarat super illud verbum orationis dominicæ, vbi dicit.* Sanctificetur nomen tuum) *idcirco dicit.* Clamauit ad me, & ego exaudiam eum. *Quasi dicat iste qui me vehementer dilexit, & sic non præsumpsit de se, sed adhuc orauit clamando, vt esset à me protectus per perseuerantiam: idcirco* eripiam eum & glorificabo eum *scilicet dabo sibi non solum protectionem vt perseueret, sed etiam finalem gloriam.*

Consequenter tertiò declarat, in quo consistit illa glorificatio. Pro quo sciendum, quod beatitudo, quæ est vera glorificatio, principaliter consistit in clara visione Dei: vnde secundum Aug. visio est tota merces, de qua dicit. Et ostendam illi salutare meum. *Scilicet Christum in maiestate; sed quia aliquando visus fuit Deus per essentiam, non tamen beatificè. (sicut patet de Paulo in raptu vt 2. Corin. 12.) idcirco addendum est ad hoc, quòd visio Dei sit beatificata, quod sit æterna; vnde dicit,* Longitudine dierum replebo illum, *id est, vita æterna, quæ sufficit ad replendum seu satiandum affectum humanum. Omnes enim aliæ longitudines citra æternam, non replent perfectè humanam voluntatem, quæ fertur in bonum infinitum. Et notãdum est, quod Ra. Sa. Abenhazra in sua expositione declarans istud verbum.* Et ostendam illi salutare meum. *Sic dicit:* sensus huius est, vt delectẽtur in splendore di- E
uino, quod est verum salutare Dei. Vel etiam signat Messiam, *hæc ille, quæ sunt verba notandissima in testimonium fidei. Item notandum, quod iste psalmus præcipuus est contra tentationes, quæ fidelibus sæpe contingũt, & ideo frequẽtatur in ecclesia in tẽporibus, in quibus magis diabolus nititur ad decipiendum, scilicet in diebus ieiunij, & in completoriis; prout habetur in glo. Hebræi etiam vocant eum canticum occasionum, & licet apud eos incipiat psalmus ab illo loco, vbi dicitur.* Qui habitat in adiutorio, *sunt apud nos: tamen quandocunque eum cantant, vel recitant in suis officijs, incipiunt à parte vltima præcedentis psalmi scilicet vbi dicitur.* Et sit splendor domini Dei nostri, &c. *& sic continuant vsque ad finem, scilicet. vbi dicitur.* Ostendam illi salutare meum, *quod valde consonat huic expositioni: quia ab illo loco incipiunt narrare quinque effectus gratiæ supradictos, & continuantur vsque ad finem huius psalmi, vt dictum est.*

REPLICA. *In psal.* Qui habitat. *Quia postil. eum exponit, vt ostendat Psal. denuntiare beneficia Dei super populũ exeuntem de Ægypto: Burg. redarguit, dicens illam postil. expositionem omninò irrationabilem ex motiuis debilibus in præcedenti correctione solutis. In speciali obijcit primo, quia populus Israel in deserto fuit duræ ceruicis & peruersus, igitur merito, populi illius non præuenerunt beneficia hic enumerata. Respondetur, quod postil. non dicit de merito illius populi quo ad illa beneficia, sed dicit, quod sicut in præcedenti psal. Psal. petit à Deo populo exhiberi illa beneficia, ita in hoc psal. denuntiat ea super populum futura, nihil igitur concludit Burg. Secundò obijcit Burg. quod propter* F
peruersitatem populi non potest ille versus de eo exponi. Quoniam in me sperauit, liberabo eum. *Nescio rationem: Burg. tam varius est loquendo de populo Israel, nunc eum significat vltra modum, contendens de eius primatu etiam in ecclesia Christiana, vt patet Gene. 9. hic autem vilificat populum illum ad vltimum, qui tamen Deo fuit valdè peculiaris & specialiter desponsatus, vt patet per totũ librũ Exo. Et de illo populo dicitur.* Non est alia natio tam grandis, &c. *Deute. 4. a. huic populo dictum est:* Eritis mihi in regnum sacerdotale, gens sancta, populus acquisitionis. *Exo. 19. a. Et in psal. 113. a.* Facta est Iudæa sanctificatio eius, &c. *psal. 65. a.* Notus in Iudæa Deus, &c. *Quicquid tamen sit de adoptione huius populi, dicendum est, quod beneficia præfata illi populo, & promissa etiam in hoc psal. contento, non prouenerunt propter merita populi: sed propter fidem & merita patrum ad satisfaciendum promissionibus eis factis: & contigerunt illi populo in figura nostri, qui ad illa beneficia spiritualiter intellecta aspiramus, non nostris meritis, sed merito Christi patribus promissi, & nobis exhibiti, vnde si Burg. fuisset memor eorum causarum diuinæ miserationis & beneficiorum, quas per longam digressionem assignauit supra Exod. 33. in vltimo correctorio abstinuisset ab his obiectionibus hic & in præcedenti psal. factis, quia illis ibi dictis formaliter contradicunt. Et cum vltimò Burg. obijcit autoritatem Hebræorum doctorum aliquorum, qui hunc psal. exponunt de quolibet seruo Dei. Respondeo quod non sequitur, illi sic exponunt, igitur alio modo exponi non potest. Burg. etiam habet vnum argumentum sibi familiare, quod bonum de quanto communius, de tanto diuinius: igitur expositio de pluribus siue bonis siue malis melior est, quam de vno vel singulis: quamuis autem sæpe ostenderim illud argumentum non valere contra postillatorem, valet tamen contra facientem.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psalmus cantici.* Avg. Propter fastidium animorum eadem diuersè & variè tractantur; nullum enim aliud canticum tractatur in hoc psal. quàm in alijs, sed idem, licet diuerso modo, id est, canticum fidei, spei, & charitatis.

Avgvst. *Psalmus*, spiritualis operatio, *cantici*, quia in eo semper debemus cantare, Deo gratias agere, exultantes Deo de sabbatho, id est, æterna requie, de qua loquitur propheta, ostendes laborare iustos sex diebus id est, sex ætatibus, septima requiescere, malos è cõtra hic quiescere, ibi laborare, vt hic libenter laboremus, agẽtes sabbathum mentis.

Psalmus cantici in die sabbathi. PSAL. XCI.

BOnum est cõfiteri domino, & psallere nomini tuo altissimè. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per nõctem.

In decachordo psalterio, cum cãtico in cithara. Quia

Sabbathũ triplex

b *In die sabbathi.* Avgvst. Triplex est sabbathum. Temporis, septimus dies, quo post opera sex dierum completa requieuit Deus, sabbathum æternitatis, æterna requies, pro qua in præsenti bona operari debemus, Sabbathum mentis, est tranquillitas conscientiæ spe futuri, vt non turbentur rebus seculi: vnde hic agitur. In hoc sabbatho cordis primum est, vt bona tua Deo tribuas, mala tibi. Peruersi & perturbati sine sabbatho bona sibi tribuunt: mala, vel fathanæ, quasi coegerit, vel fato stellarum, quod est accusare Deum, vel apertè Deo, quasi ipse voluerit. Econtra docet hic Psal. confiteri domino in vtroque: In peccato, quia tu fecisti. In bono, quia ipse fecit, *psallere nomini tuo*, gloriam Dei quærens, non tuam.

✠ Beda. *Psalmus cantici in die sabbathi*; sabbathum celebrant Iudæi in quodam ocio languido ac luxurioso: Vacant ab opere bono, sed non ab opere nugatorio. Nobis autem indicit Dominus noster sabbathum: Quale? Vacare scilicet ab operibus malis, ipsi autem vacant ab operibus bonis. Sabbathum nostrum, id est, sabbathum delicatum, intus est in corde. Multi enim vacant exteriùs in tenebris, sed tumultuantur in conscientijs suis: ideo quia nullus malus sabbathum custodit, nusquam enim conscientia eius conquiescit, sed semper in perturbationibus viuit. Cui autem conscientia pura est, tranquillus est; & ipsa tranquillitas. Sabbathum est cordis; quamuis enim in præsenti laborat, extenditur tamen spe futura, & serenatur omne nubilum tristitiæ. Ipsum autem spei nostræ est sabbathum nostrum, hoc ergo cantatur, hoc docetur in hoc psalmo, quomodo quisque Christianus debeat esse in sabbatho cordis sui, id est, imitatione & tranquillitate & puritate conscientiæ non perturbatus, hoc est, psalmus iste docet qualiter quisque debeat in corde suo sabbathizare.

a ¶ Propter futurum seculum Christiani sumus, ideo quocunque modo se habent præsentia, grati sumus consolationi Dei per blanda, & iustitiæ per aspera; dicentes, Bonum est confiteri. ¶ Iustum & iucundum.
b ¶ Voce. ¶ Opere.
a ¶ Prædictis duobus duo alia reddit. Q. bonum est confiteri & psallere. ¶ Ad quam rem?
a ¶ Q. quando bene est, lauda misericordiam. ¶ quando bene est, quod est misericordia Dei. b ¶ Quando male est, lauda veritatem, quia iuste flagellat. ¶ Non crudelitatem. c ¶ In aduersis.
a ¶ Decem præceptorum, quorum obseruantia spiritus hominis viuificatur. b ¶ Spiritu viuificato.
c ¶ Verbo. ¶ Cum gaudio in carnis mortificatione, & actualibus rebus. d ¶ Opere.
e ¶ Iam bonum, quia hoc in me fecisti.

Avgvstin. Bona præsentia à Deo nobis donata, consolatio sunt: cum desunt, iustitia est. Consolatur enim nos Deus, & emendat: in vtroque ergo simus ei grati, dicentes, *Bonum est confiteri. &c.*

d *In decachordo.* Avgvst. Psallit, qui cum hilaritate bene facit. Qui cum tristitia, de eo fit, non ipse facit: & portat psalterium, non cantat in eo.

Avgvstin. *In decachordo.* Si bene loqueris tantùm, canticum est sine cithara; Si operaris, & non loqueris: cithara est sine cantico; & ideo bene loquere & benefac.

e *Quia delectasti.* Avgvstinvs. Vnde Apostolus: *Ipsius figmentum sumus creati in fide & in operibus bonis*: nisi enim te reformaret Deus ad bona opera, non nosses nisi peccatum: vnde in euangelio, *Qui loquitur mendacium, de suo loquitur.* Omne enim peccatum, mendacium est, quia contra legem & veritatem: ergo qui loquitur mendacium, de suo loquitur, id est, de suo peccat qui peccat; sed qui loquitur veritatem, de Deo loquitur, quia solus *Deus verax, omnis homo mendax.* Hæc est bona confessio. Sed quid de his, qui malè viuunt & florent, tamen perturbatur animus, & perdit sabbathum, quia videt se in decem operibus legis, & mala pati, alium sine his florere: vnde ait, *Quam magnifi. sunt.*

Ephes. 2. b.

Ioan. 8. f.

☞ *In factura*

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs XCI.

BOnum est confiteri domino. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo, & in translatione Hiero. & in translatione communi*: Psalmus cantici in die sabbathi. *Et secundum Hebræos Moyses fecit hunc psal. decantandum in die sabbathi, quæ celebris est apud Hebræos, in memoriam beneficij creationis, secũdum quod dicitur Gene. 2.* Et benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum, &c. *Et diuiditur psal. iste in tres partes, quia primo Psal. inducit pro beneficio creationis ad gratiarum actionem, secundo ostendit ingratorum punitionem, ibi*, Vir inspiẽs; *tertio gratorum promotionem, ibi*, Et exaltabitur. *Circa primum dicitur,*

1 Bonum est confiteri domino, *Scilicet confessione laudis diuinæ: & quia talis confessio non solum fiebat simplici verbo: sed aliquãdo cum cantu solenni, & potissimè in die sabbathi, ideo subditur.*

2 Et psallere nomini tuo altissimè, &c. *Id est, ad gloriam nominis tui, ad quam debet talis laus ordinari, non ad lucrum temporale principaliter: licet ministri Dei secundario possint intendere ad victum suum, & vestitum secundùm decentem statum.*

3 Ad annuntiandum mane, *Id est, tempore prosperitatis,*

4 Misericordiam tuam, &c. *Quia quidquid prosperi habemus, venit ex Dei misericordia.*

5 Et veritatem tuam, &c. *Id est, iustitiam tuam.*

6 Per noct. &c. *Id est, tempore tribulationis, quia quidquid asperi nobis contingit, ex veritate diuinæ iustitiæ procedit. Vel potest hoc referri ad solennitatem sabbathi, in qua sacerdotes & Leuitæ non solùm canebant diuinas laudes de die, sed etiam de nocte, pro aliqua eius parte. Et quia non solùm canebant laudes diuinas vocibus humanis, sed etiam musicis instrumentis, ideo subditur.*

7 In decachordo psalterio, &c. *Id est, decem chordarum.*

8 Cum cantico, &c. *Quod fiebat voce humana.*

9 In cythara. *Quia varijs instrumentis vtebantur in canticis diuersis. Et ratio motiua huius cantus tangitur, cùm dicitur,*

10 Quia delectasti me domine in factura tua. *Quia creaturæ à Deo productæ, sunt causa exultationis & delectationis homini: Tum quia creaturæ corporales facta sunt in eius obsequium. Tum quia per gradus creaturarum animus hominis eleuatur ad Deum cognoscendum & amandum, veruntamen quia homo rationes creaturarum non potest perfectè attingere, secundum quod dicitur Ecclesia. 1. b.* Cunctæ res difficiles nec est qui possit eas explicare sermone: *ideo subditur admiratiuè.*

☞ Quam

MORALITER.

✠ 1 *Bonum est confiteri domino.* Psal. istum fecit Moyses, secundum Hebræos, ad cantandum in die sabbathi pro beneficio creationis. Allegoricè verò potest exponi pro solennitate diei dominicæ, quæ succedit diei sabbati, & primò inducimur ad Dei laudem pro beneficio resurrectionis inchoatæ in Christi resurrectione, cum dicitur, *Bonum est confiteri domino.* Oratione secreta:

2 *Et psallere, &c.* Voce publica.

3 *Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, &c.* Nam de die dicuntur aliquæ laudes diuinæ, & aliquæ de nocte.

7 *In decachordo psal.* Per hęc instrumenta in no.te. significantur bona spiritualia: vt per psalterium decachordum, impletio decem mandatorum, & per cytharam triangularem, sanctæ trinitatis fides, quæ requiruntur in debitè laudantibus Deum.

10 *Quia delectasti me in factura tua, etc.* Id est, in humanitate Christi, in vnitate suppositi tibi coniuncta.

a *In factura tua.* CAS. HIER. Et in decore ipsius mundialis fabricæ, & in obedientia, & in dispositione, & in causis, & in effectibus, & in operibus manuum, quibus vtor, vel quæ miror.

b *Quam magnificata sunt.* CAS. HIERON. in substantia, & in forma, & in vi, & in cæteris, *nimis profundæ sunt cogitationes tuæ*, quibus talia fecisti, & regis.

c *Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.* ✠ EVTHYM. Inscrutabiles, inquit, ac inuestigabiles se B nobis esse demonstrarunt cogitationes tuæ, & consilia tua impenetrabilia. Videtur autem consimilis sententia illa Pauli, *ô profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius atque inuestigabiles viæ eius.*

d *Vir insipiens, &c.* Si Christū bene scis, cætera nescis C CASSIOD. Me delectasti in operibus, si sed *vir insipiens non cognoscet*, & stultus, qui si scit, non cauet sibi, *non intelligat hæc*, quæ dixit, vel quæ dicit post.

CAS. Summum genus scientiæ est scire Deum tanta præstare, quæ humanus sensus non valet attingere.

Insipiens est, qui cœlesti sapientia vacuus, humanis versutijs plenus est; qui non scit opera Dei, quia casu putat omnia agi. *Stultus* est brutus, qui nec secularia nouit.

e *Cum exorti fuerunt.* CASS. Malos asserit perituros, vt metus sit cæteris. Ordo verborum talis. Quasi dicat, *Stultus non intelliget hæc*, scilicet *vt* (id est qualiter) *peccatores intereant in seculum seculi*, id est, sine fine, *cum ipsi peccatores exorti fuerint, &c.* D

CASS. Hic florent breui tempore, vt fœnum in iudicio apparebunt omnibus (quod non hic) non quidem ad gloriam, sed vt semper intereant: tu Christe in æternum permanebis, nō vt Iudæi putauerunt te communi scilicet sorte mori.

f *Tu autem altissimus.* AVGVSTIN. E

a ¶ Aug. in eo, quod in me facis. ¶ Tu fecisti, si bene ago. b ¶ Et deinde.

a delectasti me domine in factura tua, & in operibus manuum † tuarum exultabo. Quam magnificata sunt opera tua domine

a ¶ Si quid boni ago, de te exulto. ¶ Non in mea fœlicitate. ¶ Quia.

b nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens

a ¶ Vt mali floreant, boni laborent. Q.d. ideo, quia illi alieni, hi filij. b ¶ Sed. c ¶ Alias imprudens, qui non prouidet in futuro.

c non cognoscet, & stultus non intelliget † hæc. Cùm † exorti

a ¶ Aug. Qui nescit se cedi, vt sit hæres, dimisso exhæredato, cui parcitur à flagello. b ¶ Scilicet. ¶ Postquam. c ¶ Excreuerunt in temporalibus.

d fuerint peccatores, sicut fœnum, & apparuerint omnes qui

¶ Sine fine.

e operantur iniquitatem. Vt intereant in seculum seculi, tu

a ¶ An interibunt. ¶ Blasphemi & amicus mundi, inimicus est Dei, scilicet qui adulterat amore seculi.

f autem altissimus in æternum domine. Quoniam ecce ini-

a ¶ Repetit. b ¶ q.d. Iam video. c ¶ Qui modo florent.

g mici tui domine quoniam ecce inimici tui peribunt, &

a ¶ A grege domini separati. ¶ Sunt inimici.

h dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. Et exal-

a ¶ Fortitudo vnitatis, quæ tunc sublimis erit. b ¶ Monarcha, mens. ¶ c Quando. ¶ Totum quod patitur ecclesia, iuuentus est, nouissima sunt senectus, quæ in lætitia erunt.

i tabitur sicut vnicornis cornu meum, & senectus mea

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

ea exoriētur

F

Sup. 11.

g *Et exultabitur.* AVGVSTIN. Etsi ipsi peribunt, quæ tibi spes qui pateris? *exaltabitur*; aliquando vnicornis superbiam significat, sicut ibi, *Et à cornibus vnicornium humilitatem meam*; Aliquando exaltationem *vnitatis*, sicut hic, quia vnicornis exaltabitur, omnes hæreses peribunt.

h *Et senectus mea in oleo pingui.* ✠ EVTHYM. Per oleū hilaritatem

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quam magnificata sunt opera tua domine. *Et ex hoc apparet magnitudo diuinæ potentiæ.*

2 Nimis profundæ factæ sunt cogitationes. *Quia diuina secreta non possunt attingi ab aliqua creatura virtute propria, & non solum prout sunt in Deo sed etiam prout sunt in effectibus mirabilibus. Nullus enim vnquam per rationem inuestigare potuit in particulari qualitatem magnetis, qua ferrum attrahit; & ideo dicitur, quòd hoc habet à tota specie, quia proprietas illa sequitur speciem magnetis; sed quæ sit illa, ignoratur, & idem est de virtutibus aliarum rerum occultis: & consideratio talium debet inducere hominem ad admirationem & laudem conditoris.*

3 Vir insipiens non cognoscet. *Hic consequenter ostendit ingratorum punitionem, & primò tangit eorum vitium, dicens,* Vir insipiēs non cognoscet, *Dicitur autem* insipiens *ille qui non sapit beneficium suæ creationis, & iste meritò tanquam ingratus repellitur à beneficio diuinæ illustrationis, & ideo subditur,*

4 Et stultus non intelligit hæc. *Id est, intra se non legit diuina beneficia meditando, ex quo meretur à Deo puniri, propter quod subditur,*

5 Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum. *Quod citò arescit & desiccatur.*

6 Et apparuerint. *Modico tempore florentes temporali prosperitate.*

7 Omnes qui operantur iniquitatem, &c. *Quos Deus aliquando permittit prosperari temporaliter, propter aliquod modicum bonum ipsorum, quod non meretur æternam mercedem, sed tantum temporalem, ideo subditur,*

8 Vt intereant in seculū seculi, &c. *Id est, æternaliter propter suas iniquitates, quod procedit ex alto Dei consilio, ideo subditur.*

9 Tu autem altissimus in æternum domine, &c. *Et per consequēs potens prout, & quando, & quandiu placuerit tibi, iniquos multiplicitur punire, ideo subditur,*

10 Quoniam ecce inimici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, &c. *Et patet sententia ex dictis.*

11 Et exaltabitur. *Hic consequenter describitur gratorum promotio, & primò quantum ad temporale dominium, secundo quantum ad diuinum obsequium, ibi,* Plantati. *Circa primum dicitur,* Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum, *quod fuit impletum tempore Iosue, quando triginta & vnus reges fuerunt à populo Israel debellati, vt habetur Iosue* 12.

12 Et senectus mea, *In Hebræo habetur,* Et linitio mea in oleo ramoso, *id est, abundanti, & hoc fuit impletum tempore Dauid, qui fuit linitus, id est, vnctus in regem* oleo ramoso, *id est, abundanti, quia ter fuit inunctus. primo per Samuelem* 1. *Reg.* 16. *secundo super tribum Iuda* 2. *Regum* 2. *& tertio super totum Israel* 2. *Regum* 5. *Et ad eandem sententiam reducitur litera Hieron. quæ talis est,* Et senectus mea in oleo vberi, *& vocatur tempus Dauid* senectus *respectu temporis sub Iosue, quia multi anni fuerunt intermedij. Ad eandem sententiam reducitur litera communis.* Et senectus mea in misericordia vberi, *quia Dauid suscepit vnctionem regni à Deo nō solùm pro persona sua, sed etiam pro filijs ab eo descendentibus: vt habetur* 2. *Regum* 7. *& hoc processit ex magna Dei misericordia, quæ per oleum designatur in scriptura.*

✠ Et despexit

MORALITER.

✠ † *Et in operibus manuum tuarum exultabo, &c.* Nam in creaturis relucet bonitas diuina, & sic sunt deuotionis & lætitiæ causa; ideo dicitur.

1 *Quam magnificata sunt opera tua domine nimis, &c.* Nullus enim potest ea ad plenum inuestigare.

3 *Vir insipiens, &c.* Hæc est pars secunda, in qua ponitur ingratorum punitio, cùm dicitur, *Vir insipiens, &c.* Id est, non sapiens æterna: quia non cogitat nisi temporalia, nec per consequens appetit, petit, quia non amatur nisi cognitum.

5 *Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & apparuerit om. &c.* Id est, ad tempus modicum.

8 *Vt intereant in seculum seculi, quoniam ecce inimici tui peribunt.* Cum diabolo & angelis eius.

11 *Et exaltabitur.* Hæc est tertia pars in qua ponitur gratorum retributio, cum dicitur. *Et exaltabitur sicut vnicor. cornu meum.* Id est, potestas ad repellendum malum.

12 *Et senectus mea in mi. vberi.* Id est, in plenitudine spiritualium bonorum.

† *Et desp.*

tem denotauit, vnde alibi dicitur, *vt exhilaret faciem in oleo*, cognoui, inquit, cornu meum exaltandum esse, atque ideo futurum spero vt senectus mea in pingui, hoc est, in multa hilaritate verſetur, vtque iucundè ac ſine mœrore extremum illud vitæ meæ tempus agam, futurorum ſpe conſolatus.

a *Et deſpexit.* AVG. & ideo iam nunc deſpexit, & audiet à veritate intus.

b *Et ab inſurgentibus.* CAS. Vel, inſurgentes in me, malignantes audiet in nouiſſimo: quando ſe increpabunt, dicentes, *Quid nobis profuit ſuperbia & diuitiæ?*

c *Auris mea.* AVG. Stantis ad dexteram, audiet in futuro, hoc ſcilicet, *Ite maledicti in ignem æternum.* A quo malo auditu iuſtus non timebit. Ecce hoc iſtis, *Quid de iuſtis?*

d *Iuſtus vt pal.* Illi vt fœnum. Iuſtus vt palma, pro altitudine, & quia radix aſpera, pulchra coma in ſummo & fine, & tardè fructum facit; ita & iuſtum hic aſperat labor, quem in ſupernis pulchritudo immortalitatis coronabit, & quaſi tardè poſt longos labores mercedem operum recipiet.

Iuſtus vt palma. CASS. Tertia pars. Iuſtos florere, vt hac promiſſione deuote gaudeant.

e *Cedrus.* AVGVSTIN. Palma & cedrus, hæ arbores non areſcunt æſtate, vt fœnum.

✠ EVTHYMIVS. Eſt autem cedro coma copioſa ac multiplex, alias etiam ſimilitudines habet iuſtus ad palmam, nam quemadmodum modica illius arboris pars terræ infigitur & tota pene

a ¶ Aug. dum in aliquo probat, & inuenit inimicos, qui viſi ſunt amici.

a in miſericordia † vberi. Et † deſpexit oculus meus 1
b inimicos meos, & ab inſurgentibus in me malignanti- 2
a ¶ Operantes mala. b ¶ De. ¶ Præſcia & præsuta. ¶ Quid. a ¶ Imputribilis, ſtola immortalitatis candidus.
c d bus audiet auris mea. Iuſtus vt palma florebit, † ſicut cedrus 3 4
a ¶ Candidatio interpretatur. ¶ Ideo. ¶ Nunc. ¶ Eccleſia. ¶ Cœli.
e f Libani multiplicabitur. Plantati in domo domini, in atrijs do- 5 6
a ¶ Nonne iam hic florent? b ¶ Hic aliquid, ibi plus.
g mus Dei noſtri florebunt. Adhuc multiplicabuntur in ſene- 7
a ¶ Interim. b ¶ Alias, tranquilli. Ecce ſabbathum, non eos mouet fœnum. Cedrus enim & palma nec in tempeſtatibus curuantur, ſed tranquillæ ſunt. c ¶ Quid? ¶ Qui dicit non recte omnia agi fœnum; qui in ſabbatho eſt, contra annuntiat.
h cta vberi, & bene patientes erunt vt annuntiet. Quoniam re- 8
i ctus dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo. 9

penè à terra in cœlum eleuatur: ità & iuſtus cor ſuum à terrenis in cœlum attollit, & quemadmodum palmæ fructus à feris diripi non poſſunt: ſic etiam iuſti viri opera à dæmonibus perdi nequeunt, aduerſante nimirum in vtroque rerum ſublimitate. Multo præterea tempore vtrique opus eſt ad perfectionem. Cum cedro etiam iuſtus ſimilitudinem retinet, quia ſicut cedrus bonum exſe odorem emittit, & incorruptibilem materiam habet, & ramorum copia abundat, & vmbram conſequenter multam facit: ita & iuſtus bono virtutum odore plenus eſt; & cùm ſemel purgatus fuerit ab omni labe, incorruptibilis permanet, & filios quam plurimos ex ſe ſpirituales, nõ ſecus ac ramos quoſdam generat, & multorum etiam indigentium efficitur protector.

f *In atrijs domus.* CAS. *Atrium*, initium manſionis; *domus*, interior. *In atrijs* ergo *florebunt*, id eſt, in ipſo reſurrectionis initio, dum audient, *Venite benedicti patris mei.*

g *Adhuc multiplicabuntur.* CASSIOD. Eccleſia magis incipiet eſſe vberrima, cum ad finem ſeculi erit perducta: tunc enim paſſionibus electorum citò implebitur numerus beatorum. Et accipitur hic aliter *ſenectus*, quàm ſuprà.

h *Annuntient.* CASS. Hic, vel, dum præmium capient annuntiabunt, quod iuſtus, qui ſuis promiſſa compler.

i *Et non eſt ini. in eo.* AVGVST. vt hic permittat pati pro ſe, quos non ibi ornet. *Et rectus*, qui remunerat, non iniquus vt fraudet præmio, ſed benignus vt accumulet.

☞ GLOSSA

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et deſpexit oculus meus inimicos meos, &c. *Quia Dauid confidens de Dei adiutorio, inſultum Philiſthinorum & aliorum aduerſariorum ſuorum reputauit pro nihilo.*

2 Et ab inſurgentibus, &c. *Quaſi dicat, talis rumor tangit aures meas tantummodo, & non cor, quod contigit in Dauid non ex ſuperbia, vel præſumptione de virtute propria ſed ex diuina confidentia.*

3 Iuſtus vt palma florebit, &c. *Vocat Moyſes ipſum Dauid iuſtum, quia Deo acceptus fuit, & floruit in fama & virtute, & etiam in ſublimitatis honore, ideo ſubditur,*

4 Sicut cedrus Libani mul. *Quia cedrus valde inaltatur.*

5 Plantati, &c. *Hic conſequenter deſcribitur exaltatio populi quantum ad cultum diuinum, qui tempore Dauid valde fuit augmentatus per ipſum, quantum ad ordines ſacerdotum & Leuitarum, vt habetur 1. Par. al. pome. 23. vſque ad 27. excluſiuè, & hoc eſt quod dicitur,* Plantati in domo domini. *Id eſt, ſacerdotes & Leuitæ ad diuinum cultum ibidem deputati.*

6 In atrijs domus Dei no. flo. *Quia in atrio ſacerdotum hoſtias immolabant, & in alijs atrijs legem docebant.*

7 Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi. *Quia non ſolùm in iuuentute multiplicabantur in bonis operibus, ſed etiam in ſenectute.*

8 Et bene patientes erunt. *Id eſt, bona recipientes à Deo. Secundum enim Philoſophum beneficiatus dicitur, bene paſſus à benefactore. Et hoc ſonat litera Hieron. clarius, quæ talis eſt:* Adhuc in ſenectute fructificabunt pingues, & frondentes erunt, *id eſt, in pinguedine gratiæ bona opera producentes.*

9 Vt annuntient quoniã rectus dominus. *Hic incipit verſus vltimus in Hebræo, & in tranſlatione Hieron. quæ ſic habet.* Annuntiãtes, quia rectus dominus, *& eſt ſenſus, quod non ſolũ in iuuentute ſed etiã in ſenectute annuntiarent populo conſtanter iuſtitias domini rectas.*

✠ NICO-

MORALITER.

✠ 1 *Et deſpexit oculus meus ini.* Dæmones, & homines malos.

2 *Et ab inſurgenti. in me au. auris mea.* Scilicet corporis; ſed non cordis, quia non terrebor ab eis.

3 *Iuſtus vt palma florebit.* Quæ eſt aſpera in ſtipite, & dulces fructus habet in ſummitate: & ſic iuſtus incipit ab aſperitate pœnitentiæ, & conſummat in dulcedine conſolationis diuinæ.

4 *Sicut cedrus Libani mul.* Cedrus enim eſt arbor altiſſima & fœcunda, ideo ſignificat iuſtum perfectum in vita contemplatiua, & actiua.

5 *Plantati in domo, &c.* Id eſt, radicati in fide formata charitate.

6 *In atrijs domus Dei noſtri flore.* Id eſt, in eccleſia militante viuent honeſtè.

7 *Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi, &c.* De bono in melius procedentes vſque in finem.

8 *Et bene patientes erunt, &c.* Quia patientia conſummat, Iacobi primo a. *Patientia opus perfectum habet.*

9 *Vt annuntient.* Illud quod ſequitur, *Quoniã rectus dominus, &c.*

† MORA-

ADDITIO I.

In pſal. 91. Bonum eſt confiteri domino, & pſallere, &c. *vbi dicitur in poſtilla.* Et ſecundum Hebræos Moyſes fecit pſal. *iſtum.*

Dictum eſt ſuprà, quod non omnes Hebræi ſunt illius opinionis, imò plurimi eorum attribuunt iſtum pſalmum, ſicut & omnes alios, ipſi Dauid, & quia frequens repetitio vnius & eiuſdem eſt faſtidioſa, idcirco de cætero non intendo aliquid addere circa authoritatem pſalmorum, niſi aliquid vtile allegetur in ſequentibus.

ADDITIO II.

In eodem pſalmo. *vbi dicitur in poſtilla.* Vir inſipiens. Hic conſequenter oſtendit, &c.

Hoc quod dicit Pſalmi. Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc: *videtur pertinere propriè ad defectum cognitionis ſeu intelligentiæ: non autem ad defectum gratitudinis, prout dicit poſtillator, de quo in litera huius pſalmi non videtur fieri aliqua mentio; vnde circa hoc aliter videtur dicendum.*

Pro quo ſciendũ eſt, quod Pſalmiſta in præcedenti verſu nõ ſolùm profitetur productionẽ rerũ à Deo, de qua dicit, Quàm magnificata ſunt opera tua domine: *ſed etiã prouidentiam & gubernationem rerum ab ipſo Deo, de quibus dicit,* Nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. *Ad perfectionem enim prouidentiæ pertinet omnia intima & particularia cõſiderare, quod requirit profundas cogitationes; & ideo dicit,*

Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. *Scilicet, circa res gubernandas, sed sicut fuerunt aliqui, vt Platonici, qui diuinam prouidentiam amouerunt à singularibus generabilium, & corruptibilium, propter eorum instabilitatem, vt Aug. narrat. 8. de ciuitate Dei. sic etiam fuerunt multi, qui amouerunt prouidentiam diuinam circa res humanas, propterea quod videbant in hoc mundo quamplurimos iniustos florere & prosperari, similiter & iustos sæpe magnas pati aduersitates, ex quo concludebant, quod talium prouidentia seu gubernatio non pertineret ad Deum, qui summe iustus est. Et iste erat error dicentium de Deo Iob 22. b.* Super cardines cœli perambulat, & nostra nō considerat, *& quia talium ratiocinatio est stulta, idcirco dicit Psal.* Vir insipiens non cognoscet hæc. *Id est, non cognoscet, quod cogitationes Dei circa res humanas gubernationē sunt profundæ & validæ. Et reddens causam, quare stultus hoc non intelligit, subdit*, Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum, *Id est, multiplicantur in hoc seculo, plusquā alij (iuxta illud Eccl. 1. d.* Stultorū infinitus est numerus) Et apparuerunt omnes qui operantur iniquitatē, *hoc est, quod non solùm multiplicantur numero, sed etiam prosperantur florentes, & hoc est motiuum insipientis & stulti prædicti, quo nititur amouere diuinā prouidentiam seu gubernationem ab huiusmodi rebus humanis: quod quidē Psal. reprobat, cum dicit*, Vt intereant in seculum seculi, *hoc est dicere, talis multiplicatio & prosperitas non est reputanda: eò quod tales, licet modo floreant, interibunt tamen* in seculū seculi, *scilicet in vita futura. Cuius ratio est, quia Deus, qui est altissimus, & potentissimus, in æternum non permittit talia impunita; vnde sequitur*, Tu autem altissimus, &c. Quoniam ecce inimici tui, &c. *vsque ibi*, Qui operantur iniquitatem.

Consequenter tractat Psal. de istis, qui licet quandoque suppriman-
tur, finaliter tamē quasi triumphaliter eleuantur: de quibus dicit, Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum. *Cuius ratio est, quia dicitur 1. Ioan. 5. a.* Hæc est victoria, quæ vincit mundum fides nostra. *Et quia quandoque contingit, quod magna pars vitæ iusti sit in tribulatione, dicit quod etiam tales in senectute sæpe reflorent, & de hoc dicit*, Et senectus mea in misericordia vberi, *qui quidem iusti sæpe videntes punitionem malorum, lætantur ex manifestatione diuinæ iustitiæ, eo*
Sup. 57 b. *modo quo dicitur*, Lætabitur iustus cum viderit vindictam. *Et de hoc dicit*, Despexit oculus meus, &c. *Et quia quandoque hæc vindicta non videtur, sed auditur, ideo dicit*, Et ab insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea, *supple vindictam, seu punitionem eorum.*

Consequenter ostendit per exemplum differentiam, quam posuerat inter iustos & impios, dicens: Iustus vt palma florebit. &c. *Q. d. sicut inter plantas sunt quædam, quæ citò florent, & citò arescunt, sicut fœnum & huiusmodi: & sunt quædā aliæ, quæ non ita cito florent sed paulatim, & tales solidæ & rectæ crescunt in altum sicut palma & cedrus: Sic inter homines quandoque contingit, quod impij exorti sunt sicut fœnū, quod modicæ durationis est: iustus autem sicut palma & sicut cedrus. Et ideo sicut assimilauit primo peccatores fœno, di.* Cum exorti fuerint peccatores vt fœnum: *sic modo assimilat iustos palmæ & cedro,* &c. *di. &c.* Iustus vt palma, &c. *Est etiam alia differentia inter plantas ex loco vbi plantantur, quia quædam loca sunt magis apta ad fructificandū quam alia, & ideo dicit de iustis*, Plantati in domo domini, *hoc est dicere, non solum iusti habent excellentiam ex parte sui, sed etiam ex loco vbi plantantur, Quia* in domo domini, Et in atriis domus Dei, *Scilicet in gratia & virtutibus, quæ pertinet ad iustos in quibus Deus habitat.*

Consequenter, quia circa punitionem impiorū ostenderat q̄ erant in æternum puniendi, & hoc cum dixit, Vt intereant in seculum seculi: *nunc autem dicit, quod iusti in alia vita principaliter præmiabuntur, & hoc est quod dicit*, Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi, *vnde per senectam recte posset intelligi vita futura, quæ vltimum locū tenet in duratione humana, quæ quidem senecta in viris iustis vberrima est, iuxta illud*, Inebriabuntur ab vbertate domus tuę. *Et notāter dixit*, Adhuc *Q. d non solū in hac vita quādoque præmiantur iusti, sed principalius in futura. vnde notanter subdit*, Et bene patientes erunt, *quia in actibus beatificis iusti solum passiue se habent: visio enim, in qua principaliter consistit beatitudo, similiter & gaudium seu lætitia, qui talem visionem consequuntur, non nisi quædam passiones sunt. De visione enim manifestū est, quod videns nihil agit in visam rem, sed è contra. De gaudio vero & lætitia seu delectatione patet per Aug. 14. de ciu. Dei, qui eas numerat inter cæteras passiones animę, vnde propriissime & valde notabiliter dicit*, Et bene patientes erunt: *& quia iusti in illa vita beata ex consequenti habent quādam actionem, scilicet laudare Deum, iuxta illud Esa. 62. b.* Super muros tuos Ierusalem: *idcirco dicit*, Vt annuncient quoniam rectus dominus noster, & non est iniquitas in eo, *vbi li* vt, *cum dicitur*, Vt annuntient, *tenetur non causaliter, sed consecutiue. Et est sensus, quod tales in senecta vberi bene patientes modo prædicto continue annuntiabunt rectitudinem diuinæ iustitiæ, circa præmium bonorū: & quod nō est in eo iniquitas, scilicet circa punitionē malorum: licet enim multa alia de attributis essentialibus diuinis & eius effectibus circa creaturas sunt laudāda: tamē de rectitudine iustitiæ, & de amotione iniquitatis facit mentionem, vt concludat insipientiā stulti supradicti, qui diuinam gubernationē amouebat ab humanis actibus, ex iniustitia, quæ in eis apparebat, vt supra dictū est: ostēdens q̄ in alia vita finaliter demōstratur, q̄* rectus est dominus, &c. *Si autem obiciatur contra prædicta de hoc quod dicitur Eccl. 9. a.* Vniuersa æquè veniunt iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, &c. *Ex quo patet, quod ista bona tēporalia indifferēter se habent ad bonos & ad malos, quod etiā sæpe videtur per experientiā: Cuius oppositum videtur annuere Psal. in quibusdā versibus huius psal. vt dictū est: Ad hoc dicendū secundū Tho. prima secundæ. q. vlt. ar. vl. in cor. q. quod Deus tantum dat iustis de bonis tēporalibus, & etiā de malis, quantum eis expetit ad perueniendū ad vitā æternā. Malis autem quandoque permittit euenire bona temporalia vt eis inuoluantur in pœnā peccatorū: vnde Psal. in hoc loco loquitur de iustis, quibus Deus aliquando exhibet bona tēporalia, vt inde adiuuentur ad consecutionem spiritualium. eo modo, quo dicitur in Psal.* Timentes autem dominum non minuentur omni bono.

Nota quare Deus dat bona temporalia iniuste.

Notandum etiam quod iste psal proprie pertinet ad diem sabbathi. In
Sup. 53. b. *ipsius enim exordio tractat de sabbatho legali, quod ad memoriam creationis rerum fuit principaliter à Deo institutum, vt patet Exod. 20. b. de quo dicit*, Delectasti me domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo: *& sic reddit gratias de creatione rerum, ad quod sabbathum illud institutū fuit. In fine autē psal. tractat de sabbatho vltimo & finali, in quo est vera requies animarum, & in quo sancti* bene patientes *laudes diuinas indesinenter annūtiabunt, de quibus dicit*, Adhuc multiplicabuntur, &c. *&* bene patientes erunt vt annuntient, &c. *vt supra expositum est.*

REPLIC. Circa psal. Bonum est cōfiteri. *Et* Dominus regnauit, decorem indutus, &c. *diuersificantur postillator & Burg. in applicatione non in sententia veritate.*

GLOSSA ORDINARIA.

☞ a *In diem, &c.* AVG. In die ante sabbathum, id est, sexto die, A quo factus est homo ad imaginem & similitudinem Dei, factis
Gene. 1. a. omnibus quæ erant valde bona, requieuit sabbatho, præsignans quod requiescemus in Deo, si faciamus bona opera, quæ cum labore fiunt; in quo deficeret homo, nisi spes quietis teneret. Et quia hæc a opera finem habēt, sextus dies, quo B fiunt, habet vesperam; sabbathum non habet. Vel, sexto die fecit Deus hominem, sexto seculo venit reformare: In sexto die non legitur fundata terra, sed mystice dicitur, cum homo fundatur immobilis fide, tunc fit homo ad imaginem Dei, quod significat sextus dies.

a ¶ Ista. ¶ Diuina. ¶ Est. b ¶ Christo. c Id est sextum diem, id est Deo, eo quod fecit sexta ætate seculi significata per sextum diem.

Lāus cantici ipsi Dāuid, in diē ante sabbathum, quando fundāta est terra.

a ¶ Homo in fide. ¶ Non ad historiam. ¶ Ecclesia.

✠ BEDA. Laudat in hoc psalmo propheta exultanter & deuote quendam regem victorem, de cuius laude omnibus est C exultandum, quia omnibus de victoria eius est aggratulandum, & ideo intitulatur *laus ipsius cantici Dauid.* Ad laudem enim pertinet deuotio, ad canticum verò exultatio. Laus dico cantata in die, in consideratione diei ante sabbathum. *Quando fundata est terra*: quinta feria, (vt in libro Geneſis legitur:) *Fecit* D *Deus omnia irrationabilia animalia*: Die vero ante sabbathum, id est, sexta feria fecit hominem; in septima vero *vidit, quia cuncta quæ fecerat erant valde bona & requieuit ab omni opere suo quod patrauit.* Nec sine causa isti dies dispositi fuerunt: sed quia taliter & secula cursura erant antequam nos requiescceremus in Deo. Si autem bona opera facimus, vere in ipso requiescemus E ad hoc enim exēplū dictū est, quia vidit bona cuncta quæ fecerat & requieuit die septimo. Non autem ideo requieuit, quod fatigaretur vel lassaretur, iuxta illud, *Pater meus vsque modo operatur & ego operor*: & tamen nunquam fatigatur, quia omnia cū tranquillitate facit. Iuxta quod Salomon dicit, *Tu Domine sabbatho cuncta cum trāquillitate iudicas.* Nos autem bona opera quæ facimus, non sine labore, facimus, quandiu in requie promissa nondum in re, sed tantum in spe sumus. Si autem non essemus in spe, deficeremus in labore. F Quando autem erimus in requie, gaudebimus sine fine. Vnde etiam dies sabbathi non dicitur vesperum habere, quia requies nostra nullum habebit terminum.

PSALMVS XCII.

A 2 *Dominus reg. &c.* Cass. Laus Christi hic cantatur demonstratiuo genere. Primus locus laudis à pulchritudine eius. Secundus à fortitudine, ibi, *Indutus*; Tertius ab operibus, ibi: *Etenim*. Quartus à potestate, ibi, *Parata*. Quintus à laudibus vniuersitatis, ibi, *Eleuauerunt*. Sextus à veritate dictorum, ibi, *Testimonia*. Septimus à laude domus, ibi, *Domum tuam*.

b *Decorem indutus.* Avgvst. Christus decorus his, quibus placent bona; fortis, contra detractores; sic fit homo immobilis per for. & est orbis qui non commouebitur.

Decorem induit. Cas. Id est, pulchritudinem suæ maiestatis ostendit his, quibus placebat; vt in monte Thabor coram tribus discipulis resplenduit; *Fortitudinem*, vt quando venientes eum capere, corruerunt. Amicis ergo *decorem*, inimicis *fortitudinem* ostendit: his *præcinxit se*, vt quasi expeditus & promptus esset, subiugando sibi mundum. *Sedet* ad dexteram patris, vel in fidelibus *extunc*, id est, ab incarnatione, quando homines docuit.

✠ Evthym. Hoc est, gloriam & potestatem eiusmodi demonstrauit, quæ decentissima illi erat, etiam vt Deo. Vel aliter: Dominus carni quidem mortuus, *decorem* non habebat nec speciem; iuxtà prophetæ testimonium, verùm resurgens, *decorem*, quem antea non habebat, indutus est.

c *Præcinxit se.* Non ait. Cinxit, vel succinxit, vel accinxit, sed præcinxit. Cingimur enim operaturi, accingimur pugnaturi, succingimur ituri, præcingimur ministraturi.

Avg. Cinctio ergo opera significat, quia cingit se aliquis operaturus. Accingeris, quando aliquid tibi adiungis, vnde. *Accingere cingere gladio tuo circa femur*, id est, in carne vigeat gladius, id est, spiritus Dei in veritate sermonis. Sed cingeris, cum ante te aliquid ponis. Fragilis est superbia, & omnis fortitudo est de humilitate. Loquens ergo de fortitudine dixit, *præcinxit se* humilitate, vnde, *Præcinxit se lintheo, & lauit pedes discipulorum*: quia tunc humilis dans exemplum humilitatis, humilitatem docuit, sicut ipse dixit, *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*. Vt, detrahit quis tibi absēti, quod quia non sentis, non est tibi opus fortitudine. Detrahit etiam præsenti vbi opus est, vt præcingas te fortitudine, id est, patientia ne iriscaris, quia *melior est qui vincit iram, quàm qui capit ciuitatem. Præcinxit*,

Cassiod. cœtu angelorum ascendēs, vel strenuitate operandi.

d *Etenim firmauit.*

Ioan. 13 d. Matt. 11. d. Prou. 16. d.

PSALMVS XCII.

¶ Christus. ¶ Innotuit. a ¶ Primus locus à pulchritudine.
¶ Quantum ad eos, quibus placebat, & eum laudabant.
b ¶ Secundus locus à fortitudine.
¶ quantum ad eos, quibus displicebat, & qui ei detrahebant.

a b c D Ominus regnauit, decorem † indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & † præcinxit se. Etenim † firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.

a ¶ Tertius locus ab operibus. ¶ In toto orbe parauit qui non commouebitur
¶ In toto orbe sunt stabiles, sunt & mobiles paleæ.
b ¶ Fide. c ¶ Credens in Christum paratus non mollescere linguis laudantium, nec frangi linguis vituperantium.
d ¶ Vlla concussione.

d Parata sedes tua extunc, à sæculo tu es. Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suam.

a ¶ Apostoli. ¶ Impleti misso spiritu. Vel, dum firmaret orbem terræ, philosophi leuauerunt contra Deum vocem contradictionis, & fluctus persecutionem. Concitatos à vocibus aquarum id est, populorum. b ¶ Dicentes vocati ad concilium. Non possumus non loqui, quæ vidimus, & quæ audiuimus.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

† cōfirmauit. † induit † præcinctus est

Matt. 17. a. Ioan. 18, a.

f Avgvst. quartus locus, à potestate. Cas. Est ab incarnatione, quando veniens Christus homines docuit.
b Anima tranquilla, humilis, vnde: Spiritus meus requieuit super humilem & quietum.
¶ Quia sedes ad dexteram patris scilicet vel in fidelibus. c ¶ Tamen ab æterno. d ¶ Prope.
e ¶ Quintus locus, à laude vniuersitatis. ¶ Fortiter & alte locuti sunt: primo timuerunt.

Eleuauerunt flumina vocem. Avgvst. quia discipuli audientes eleuauerunt vocem omnes vnanimes ad Deum dimissi à concilio Iudæorum. Apostolis autem leuantibus vocem, multi crediderunt, & impleti sunt spiritu sancto, & ipsi clamauerunt, vnde, *à vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris*, id est, sæculi, quod cœpit irasci, vel persequi.

☞ *Eleua.*

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs XCII.

Dominus regnauit, &c. *Huic psal. præmittitur talis titulus in translatione communi.* Laus cantici ipsi Dauid in die ante sabbathum, quando fundata est terra. *Et fuit iste titulus appositus ab aliquo doctore, pro sua voluntate, seu imaginatione: quia in Hebræo & in translatione Hiero. nullus omnino est titulus, nec iste psalmus factus fuit à Dauid secundum Hebræos, sed magis à Moyse, vt suprà dictum est. Et dicit Ra. Sa. quod psal. iste loquitur de tempore Messiæ, cui subiicienda sunt regna mundi, & tunc Iudæi hoc videntes dicent,* Dominus regnauit, decorem indutus est, &c. *Quod autem dicit hunc psal. loqui de regno Christi, verum est, quia de ipso prophetauit Moyses, secūdum quod dicit saluator Ioan. 5. g.* Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit & *Luc. vl. d.* dicitur. Et incipiens à Moyse, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturas, quæ de ipso erant. *Quod autem dixit Christum venturum, est falsum & erroneum, quia iam diu est quod venit, & regna mundi sibi subiecit per fidem eius in omnibus regnis publicatam: quam aliqui in omnibus regnis suscipientes venerunt ad Christi obedientiam, & sic litera huius psal. iam impleta est in regno Christi. Et secundum hoc psal. iste diuiditur in tres partes, quia primo describitur regni Christi inchoatio, secundo eiusdem impugnatio. ibi,* Eleuauerunt flu. *Tertio eius confirmatio, ibi,* Mirabiles. *Circa primum dicitur.*

1 Dominus. *Scilicet Iesus Christus, verus homo, verus Deus.*

2 Regnauit *Quia in sua resurrectione potestatem super omnem creaturam accepit, propter quod dicit Matth. vl. d.* Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

3 Decorem indutus, &c. *Iudumentum enim diuinitatis est, vel fuit humanitas Christi, secundum quod dicitur Philip. 2. a.* In similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus vt homo; *& hoc indumentū ante resurrectionem fuit passibile, & mortale, & deturpatum in passionem, secundum quod dicitur Esa. 53. a.* Nō est ei species neq; decor *sed in resurrectione fuit gloriosum, & sic decoratum.*

4 Indu. est domi. forti. *Quia istud indumentum factum est immortale & impassibile.*

5 Et præcin. te. *Quia tanquam fortis præcinctus, in inferno detentos potenter eduxit, & ad cœlestia deduxit, secundum quod dicitur suprà psal. 67.* Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti, &c.

6 Etenim firmauit orbem. *Id est, stabilem fecit, (quamuis sit de nihilo) virtute suæ deitatis. Quasi dicat non est mirum si fecit prædicta, cum sit tanta virtutis.*

7 Parata se. tua extunc. *Quia à creatione cœli empyrei parata est sedes hominis Christi ibidem super angelos.*

8 A sæculo tu es. *Secundum quod dicitur Hebræ. 13. b.* Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula.

9 Eleua. flu. do. *Hic consequēter describitur impugnatio regni Christi, quod primò fuit impugnatum per principes sacerdotum volentes impugnare Christi resurrectionē, & ascensionem, & Christi regni prædicationem, vt habetur Act. 4. & in pluribus alijs locis, postea per imperatores Romanos & alios tyrannos, qui vbique terrarum extirpare nitebantur populum Christianum, vt sic de Christi regno non esset amplius memoria in terra, & hoc est quod dicitur.* Eleua. flu. *Id est, potentes huius mundi, qui per flumina designantur, vt magis patebit infrà.*

10 Eleua. flu. vo. su. *Quod fuit impletū, quando imperatores Romani & alij tyrāni, voce publica præcipiebāt Christianos vbique exterminari.*

☞ Eleuaue-

MORALITER.

✠ 1 *Dominus regnauit.* Sicut dixi in expositione literali, psal. iste est prophetia de regno hominis Christi, quod incipit quodammodo in sua resurrectione, propter quod tunc dixit, *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.* Matt. vl. d. Et sic exposui, nec occurrit mihi alius sensus spiritualis conuenientior hic ponendus.

☞ A 2 *Eleua.flu.fluct. suos, &c.* CASSIOD. Hoc deest in alijs,& in editione septuaginta,quam AVGVSTINVS exponit.*A vocibus aquarum multarum* factæ sunt *mirabiles elationes maris.Aqua* sunt gentes, quæ Deum laudant; vnde *mare*,id est, seculum multum ascendit, cum in mandatis Dei firmatur. Sed vt hæc omnia ad Deum referantur, qui facit omnia bona, addit, *mirabilis in altis Dominus.*

B † voces suas.

a Eleuauerunt flumina † fluctus suos, à vocibus aquarum

a ¶ Alias suspensuræ, quibus cœpit irasci & persequi fideles. b ¶ Seculi. c ¶ Sed.
¶ Ambulat super aquas maris, id est,super capita potestatum & regum terrenorum,quos subiugat & premit,vt sit pax ecclesiæ.

multarum.Mirabiles elationes maris,mirabilis in † altis domi-

b *Testimonia.* AVGVSTINVS. Quia

C † creditum

† sanctificatio.

mirabilis elatio maris, & mirabilis in altis dominus : Testimonia tua sunt nimis credibilia,

b nus, testimonia tua † crēdibilia facta sunt nimis dōmum

a ¶ Ergo. ¶ Sextus locus à veritate dictorum. b ¶ Ratione,autoritate,miraculis. c ¶ Septimus locus à laude domus.
¶ Quid de his omnibus factum, domus, quam decet sanctitudo, id est,aduentus tui benedictio, quod est decus ecclesiæ æternum. a ¶ Per totum orbem,qui non commouebitur. b ¶ Simulti cadunt domus stat multo tempore.

tuam decēt † sanctitudo domine in lōngitudine dierum.

D Ioh.16.g.

In me pacem, in mundo pressuram habebitis. Cum ergo viderent pressuras, sperabant, & coronas ex prædictione.

CASSIODORVS. *Testimonia.* Vel ita. Seculum firmatum est in mandatis Dei & gentes laudent. Et cum hæc ita sint, *Testimonia* prophetarum facta sunt *nimis credibilia*, id est,facta sunt vera.i. in Christo impleta. Cantatur iste psalmus in matutinis laudibus ante alios,quia Christi laudē,& laudis locos pleniſſimè, licet breuibus verbis,continet.

E

1 2 3 † excelsis

F

4 5 6

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Eleuauerunt flumina fluctus suos,&c. *Id est persecutiones suas atroces cōtra Christianos : per talem paraboIam loquitur Esa.8. b.* Adducet dominus super eos aquas fluminis fortes, & multas, regem Assyriorum.

2 Mirabiles ela.ma. *Hic consequenter describitur regni confirmatio, quæ facta est per duo specialiter : Primum est, quia inter persecutiones atrocissimas tyrannorum maximus creuit numerus Christianorum, vt patet ex gestis apostolorū & martyrum, & chronicis temporum, & hoc est quod dicitur.* Mirabiles elationes maris, &c. *id est persecutiones potestatis secularis contra fidem catholicam.*

3 Mirabilis in al.dominus,&c. *Qui fecit eam maximè crescere in persecutionibus. Secundum fuit multitudo & magnitudo miraculorum in testimonium veritatis prædicatæ per apostolos, alioſque Christi discipulos, secundum quod Mar.vltimo d.dicitur.* Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. *Id est miraculis sola diuina virtute factis; & ideo erant testimonia certa veritatis, cum Deus non possit esse testis falsitatis; & hoc est quod dicitur.*

4 Testimonia tua. *Per opera sola diuina virtuti possibilia.*

5 Credibilia facta sunt ni.&c. *Id est magis quam prima principia scientiarum acquisitarum; quia illa accipiūtur ex experientia sensuum, qui possunt falli, & deludi, vt frequenter repertum est, sed veritas diuina non potest fallere, neque falli.*

6 Do.tu.decet sanctitudo. *Quia domus Dei,quæ est ecclesia militās, permanebit in sanctitate fidei, vsq; ad finem mūdi : & in ecclesia triumphāte,non recipitur aliud,nisi sanctum,secundū quod dicitur Apoc.21.g.* Non introibit in eā aliquid coinquinatū, & durabit in æternum.

ADDITIO I.

In psal.92. Dūs regnauit. *vbi dicitur in Postil.* Et præcinxit se.

Impugnatio regni Christi principaliter est duplex: Nam aut per falsam seu hæreticam doctrinam, & de hoc propriè dicitur. Eleuauerunt flumina vocem suam: *quia tales aduersarij per verba, quæ vocibus exprimuntur, propriè impugnant doctrinam Christi. Impugnatur etiam per persecutiones atroces,seu tyrannicas, & de hoc intelligitur.* Eleuauerunt flumina fluctus suos, *quia non solum vocibus sed tumultuosis persecutionibus eam impugnant.*

ADDITIO II.

In eo.psal. *vbi dicitur in postil.* Etenim firmauit orbem terræ.

Continuando expositionem huius psal. ad literam de regno Christi, prout postil.ait, & bene,secundùm hoc cum dicitur. Etenim firmauit, orbem terræ,qui non commo. *melius exponitur de fundatione ecclesiæ,quæ orbis terræ dicitur,iuxta illud Sap.1.b.* Spiritus domini repleuit orbem terrarum. *Quæ quidem expositio correspondet autoritati Psalmistæ per postil.alleg.scilicet,* Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. *Ibidem enim subditur immediatè.* Accepisti dona in hominibus: *per illa enim dona spiritussancti data à Christo in hominibus.fuit ecclesia fundata, iuxta illud Prouerb.9.a.* Sapientia ædificauit sibi domum,&c. *Et infrà,* Excidit columnas septem. *Vnde sicut psalmista in illa autoritate.* Ascendens in altum, *postquam fecit mentionem tionem de eductionè captiuitatis ab inferno, statim subiunxit Christus de fundatione ecclesiæ modo prædicto.Sic pari forma in hoc loco,postquā fecit mentionem de huiusmodi deductione,cum dixit.* Et præcinxit se, *scilicet fortitudine,ad deducendum detentos in inferno; statim subdit de fundatione ecclesiæ dicens.* Etenim firmauit orbem terræ. Psal67.d.

ADDITIO III.

In eo.psal.92. *vbi dicitur in postil.* Mirabiles. Hic consequenter describitur regni Christi confirmatio.

Litera Hebraica in hoc loco sic sonat, Plus quam voces aquarum multarum. Et quàm mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus, *id est,mirabilior. & totum est vnus versus in Hebræo, cuius sensus est,quod mirabilior est dominus,id est, Christus fortitudine indutus in altis,quā voces aquarū multarū,& elationes maris,quæ sunt duæ impugnationes regni Christi supradicta.Et ratio est, quia Christus vincit omnes prædictas persecutiones,sic vt ecclesia per ipsum firmata,nō cōmoueatur,quod cedit in magnū testimonium fidei : & ideo subdit,* Testimonia tua credibilia facta sunt nimis ; *& quæ sint illa testimonia declarat,dicens.* Domum tuam decet sanctitudo, &c. *scilicet quod domus Dei,quæ est ecclesia,non obstantibus impugnationibus prædictis, remanet in sua sanctitate vsque in finem seculi duratura, iuxta illud Matth.vlti.d.* Ego autem vobiscum sum,&c. *& de hoc dicit.* Domine in longitudine dierum. *prout in postil.*

Fidei testimonium magnum.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psalmus Dauid.* AVGVST. Infirmis,qui & murmurant corde in Deum, vel verbis, videtur Deus hic præsentia negligere, vbi indiscretè bona & mala, bonis & malis dantur, & amplius bona malis mala bonis. Vel, videtur æquè bonos & malos habere vel amplius malis fauere : propter hoc homines, vel agunt mala apertè similes leoni; Vel, si timore hominum non audent, intus habent similes lupo, & inuēta occasione non mali fiūt, sed quod erant, produnt. Lupus & leo non similiter nocent, sed similiter cupiunt: Æqua voluntas,sed ille timet carnem,iste non timet;hos murmurantes corde, vel erumpentes in dicta, vel in facta, curat hic psalmus,totus docens patientiam.

a ¶ Est .b ¶ Habitus. ¶ Id est agens de patientia sanctorum,qui significantur per luminaria facta quarta sabbat.

a Psalmus Dauid quarta sabbathi.
b

b *Quarta sab.* AVG. Quo die fecit Deus luminaria, *solem in potestatem diei, & lunam & stellas in potestatem noctis*; hi sunt sancti, qui lucent *in medio nationis praua*, sine murmuratione fixi in cœlo,vnde despiciunt,quæ in terra fiunt. Primò assumens propheta querimoniam infirmorum,cur peccatores gloriantur, præmittit vnde saluētur, quia dominus est in eos vindicaturus, vnde monet ad patientiam.

✻ BASILIVS & THEODORETVS. Patet,inscriptionem quosdam alios apposuisse, & nec Vatem, nec eos, qui hunc psalmum à principio exposuerunt. Argumentum verò huius psalmi hoc est. Multi Iudæorum & principes & Reges iniquitatem dilexerunt, & iniustè iudicantes sententiam proferebant, homicidiaque patrare audebant, innocentium sanguinem muneribus vendentes: hos beatus Esaias accusauit, *Audite*, inquiens, *Principes Sodomorum*; Et rursus, *Principes tui infideles diligunt munera. sequuntur retributiones, orphanis non iudicāt, causa viduæ non ingreditur ad illos*, non modo infimulauit, verumetiam commonefecit, *Iudicate orphano & defendite viduam.* Hanc etiam accusationem beatus Abacuc factitauit, colloquium Deo afferens, dicebat. *Facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem, & impius deuoret iustum.* Sic etiam admirabilis Ieremias, atque etiam reliqui vates,horum iustitiam arguebāt. Hæc à longè propheticis oculis diuinus Dauid præuidens, hunc conscripsit Psalmum, vt per symphoniæ harmoniam, quæ in diuino templo fiebat,homines illius temporis vtilitatem perciperēt. Cæterum Dei prouidentiam edocet,& supplicium,quod hinc oritur ijs,qui iniquè viuere decreuerunt, format sanè psalmum ex persona piorum hominum, qui hæc ab illis patiuntur. Isai.1. Ibidem. Abacuc.

☞ PSAL.

PSALM. XCIII.

a *Deus vl.do.* Ne festines alium punire si te læsit; sicut nolles puniri alio rogante, quem læsisti: & si ille peccat in te, ne pecces deterius blasphemans Deum, nec optes vindictam; quæ si venerit, forsan te prius inuenier.

b *Libere egit.* Avg. Tempore infirmitatis, vt quãdo in te nplo docuit, tanquam potestatem habens: quia nec veritati eius, nec potestati eius potest obuiari.

B Et quia ita tunc, nũc *Exaltare, quia, Vsquequo peccatores.*

Matt. 13.

c *Effabũ.* Cassio. Exponit eorum peccata, *Effabuntur.* omnes prauas cogitationes efferunt, vel publicas persuasiones. *Et lo.* sunt iniqui, id est, priuatas persuasiones ne ꝓ tempus vacuum sit à culpa: procedit exaggerando, *Loquentur omnes qui operantur*, &c.

Effabuntur, aliis Respondent. Avg. id est, habent quod respondeant iuste arguenti dicentes, Cur non facerem quod libet? Ego felix, iustus vester miser est, Et hoc respondendo loquuntur iniqui dicentes. Deum non curare hæc.

d *Viduam & adue.* Cassio. Hos Deus tuetur, & præcepit adiuuari, & ita maius crimen Vel, typice, per viduam illi significantur, quibus error maritus mortuus, *aduenas* dicit &, qui nõ quærunt hic manẽtem ciuitatem; Et *pupillos*, sine patre diabolo, & matre concupiscentia.

e *Nec intelliget.* Avgvstinvs. Quasi, non attẽdet ista, negligit ista, nec attendit vt videat, nõ me curat Deꝰ quid agã.

f *Intelligite.* Cas. Secunda pars; contra blasphemos inuehitur, ostendens, Deum hęc scire & curare, prudenter & iustè de malis, quibus fodit urfouea, & bonis, qui patientes efficiuntur disponendo. Quod consilium suum malis incognitum, suis amicis aperit.

† Respondent.

† nunc qui

PSAL. XCIII.

a ¶ Non putabatur vindicare in malos, sed verè vindicat, quia.
b ¶ Repetit vt amplius confirmet. c ¶ Alias fidenter.
¶ In carne loquens nulli pepercit, vitia omnium medicus secuit. Quid ergo in iudicio faciet, vtique qui iudicandus non pepercit eis in verbo: iudicaturus, non parcet in facto: & si quia fidenter egit, occiderunt eum Iudæi. Exaltare, vt iam contra te nihil possint.

1 Deus vltionum dominus, Deus vltionum liberè 2
egit. Exaltare qui iudicas terram redde re- 3
a ¶ Non his, qui pœnitent. b ¶ Reddes. ¶ Sed quando, quærit pro te, vt in illo 4
inueniasquod nescis. 5
tributiõnem superbis. Vsquequo peccatores domine, vsque- 6
a ¶ Cas. Repetio dolorem expectationis significat, quia bonis grauis est iactantia malorum. 7
b ¶ Non modo placebunt. c ¶ Palam dicent.
d ¶ Contra Deum, dicentes, Non curat hæc, vel placent ei quæ facimus.
quõ peccatores gloriabũntur? † Effabũntur & loquẽntur 8
a ¶ Exaggerat. b ¶ Etiam. c ¶ Non solum loquuntur. d ¶ Hanc scilicet. 9
iniquitatem, loquẽntur omnes qui operãntur iniustitiam.
a ¶ Iustos, in quos volunt superbire. b ¶ Determinat populum.
Põpulum tuum domine humiliauerunt, & hæreditãtem 10
¶ Hæc est populus. ¶ Non perdiderunt. a ¶ Peregrinum. 11
tuam vexauerunt. Viduam & aduẽnam interfecerunt, 12
a ¶ Ecce blasphemiam. b ¶ Augustinus. Hoc dicit quia modo tacet non vindicando & putat ei placere. 13
& pupillos occiderunt. Et dixẽrunt: Nõn videbit 14
a ¶ Vel, si videt, non apponet cordi, non curat. b ¶ Id est Christianorum, de quo non deberent hæc dicere, 15
c ¶ Vos mali ita dicitis. ¶ Sed o peccatores. d ¶ Aug. Qui estis, quorum pedes nutant æmulando prosperantes in malis.
dominus, nẽc intelliget Deus Iacob. intelligitẽ † insi- 16

☞ *Stulti*

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs XCIII.

Deus vl. *Huic Psal. præmittitur talis titulus in translatione communi.* Psal. Dauid quarta sabbath. *Sed videtur appositus ab aliquo expositore, quia in Hebræo & in translatione Hie. nullus penitus est titu. nec ex litera huius psal. aliquid apparet, vnde debeat appropriari ad decantandum in quarta die sabbathi, id est, quarta die à sabbatho, quæ est tertia dies creationis mundi, in qua distincta fuerunt elementa, vt habetur Ge. 1. Item secundum Heb. Dauid non fecit hunc psal. sed Moyses, vt dictum est. De materia vero huius psal. dicunt Hebræi, quod loquitur de captiuitate ista, in qua sunt modo per diuersas partes orbis dispersi, in quibus sustinent opprobria multa & afflictiones maximas à Christianis, à quibus expectãt liberari per regem Messiam venturum: & ideo dicunt, quod Moyses hoc præuidens in spiritu fecit hunc psal. interpellans diuinam vindictam ad populi Israel liberationem. Sed hoc fundamentum est erroneum, quia aduentus Christi iam transiit in præteritum, sicut frequẽter dictum est: & ideo quantum mihi videtur saluo meliori iudicio dicendum, quod in hoc psalmo Moyses intendit reuocare populum Israel à quodam errore postfero currente tempore suo. Circa quod sciendum, quod circa diuinam prouidentiam aliqui errauerunt dicentes, quod ista inferiora corruptibilia propter eorum variabilitatem non subiacent diuinæ prouidentiæ: & maxime actus humani, quia non videbant qualiter infallibilitas diuinæ prouidentiæ stet cum libertate arbitrij: in quorum persona dicitur Iob 12. b.* Nubes latibulum, eius, circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. *Et iste error est valde periculosus, vel pernicious, ex hoc enim sequitur quod homines sine freno currant ad vitia, pro bonis vel malis suis actibus non expectantes pœnas aliquas vel præmia: propter quod fuit cura sanctis hominibus hunc errorem extirpare. Quod autem iste error cucurrerit tempore Iob, patet, quia allegatur. li. Iob. ca. prædicto quasi currens illo tempore & per consequens tempore Moysi, qui fuit ei contemporaneus, qui Elin Husites, qui fuit vnus de quatuor amicis Iob contra eum disputantibus, secundum communem opinionem dicitur fuisse Balaam, de quo certum est, quod fuit contemporaneus Moysi. vt patet Nu. 22. Ex quo sequitur quod Moyses & Iob fuerunt contemporanei: & per consequens error prædictus currebat tempore Moysi, & aliqui de populo Israel erant hoc errore infecti, quia erant ad mala proni, vt patet ex libris Moysi, propter quod Moyses videtur fecisse hunc psal. ad reuocandum eos ab errore prædicto, quod facit ostendendo punitionem malorum manifeste factam à Deo, quod verũ non esset, nisi eius prouidentia prouidẽtia ad ista inferiora & ad actus humanos se extẽderet. Et secundum hoc psalmus iste in duas partes diuiditur, quia primo ostenditur propositum in punitione Ægyptiorum, quã filij Israel viderant: Secũdo in punitione Iudæorum, quam ipsi experti fuerant, ibi,* Quis consurget mihi: *Prima in tres, quia primo prædictus error in Ægyptiis fuisse ostẽditur: secundo à filiis Israel excluditur, ibi,* intelligite insipientes in populo: *& tertio ex dictis quoddam corre arium concluditur ibi,* Beatus homo. *Circa quod primo dicit Moyses,* 1 Deus vltio. *Id est, punitionum iuste procedentiũ.* 2 Domi. *Quia est iudex superior omnibus.* 3 Deus vl.li. eg. *Quia non est subditus alicui legi: & ideo potest parcere à pœna, secundũ quod sibi placet, cuicunque delinquenti, nec facit in hoc iniustitiam alicui: & ideo super punitionem malorum deprecandus est, propter quod subditur deprecando.* 4 Exaltare: *Ostendendo tuam potentiam,* 5 Qui iudicas ter. *Inferendo peccatoribus pœnã.* 6 Redde retri. su. *Id est Ægyptiis, ex superbia nolẽtibus obedire tuis mãdatis de dimissione populi Israel, vt patet in Exo. à quinto ca. vsq; ad. 13. c. inclusiue, Et sciẽdũ quod Moyses in hoc loco loquitur pro tempore, in quo filij Israel in Ægypto detinebãtur, per quem modũ prophetæ frequenter de præteritis loquuntur: ideo subditur,* 7 Vsquequo pec.do. *i. Aegyptij idolalatriæ dediti.* 8 Vsqueq. pec.glo. *Detinentes populum in seruitute vili.* 9 Effabun. & lo. ini. *Sicut Pharao Exo. 5. a. dixit iniquis,* Quis est Deus, vt audiã vocẽ eius, & dimittã Israel? Nescio dñm, & Israel non dimittã. 10 Popu. tu. hu. *In operibus duris luti & lateris. Exo.* 11 Et hæ. tu. *i. filios Israel (qui sunt hæreditas tua, secundũ illud:* Hæreditas autẽ mea Israel) Isaiæ. 19
12 Vexaue. *Intantũ quod vitã eorũ ad amaritudinem perduxerunt Exo. 1. c.* 13 Viduam & adue. interfe. &c. *i. personis, quibus deberẽt compati, non pepercerũt: quod patet ex hoc quod pueros natos statim in flumine proiici præceperũt: &, sic nullã crudelitatẽ exercere cõtra populũ Israel horruerunt, Et causa huius subditur,* 14 Et di. *Corde suo tenẽdo, & ore proferẽdo.* 15 Non vi. *Quia tenebãt quod diuina prouidentia nõ se extenderet ad ista inferiora, vt prædictũ est & sic sine freno timoris Dei faciebãt horribilia.* 16 Intel. *Hic consequenter hunc errorem excludit à populo Israel, qui diu moratus fuit cũ Aegyptis, & sic plures eorum erant infecti erroribus & vitiis: Quod patet ex hoc, quod post vocem domini loquẽtis eis in mõte Sinai Exo. 20. cito declinauerũt ad idololatriam per fabricationem vituli, & adorationem Exod. 32. & ideo errorem talium arguit Moyses, dicens,* intelligite insipientes in populo, &c. *i. vos de populo Israel, qui ex his infecti errore Aegyptiorũ, intelligite efficaciam diuinæ prouidentiæ ad omnia se extendentis.*

☞ Et stulti

MORALITER.

✠ i *Deus vltionem.* Psalmum istum fecit Moyses ad reprobandum errorem, qui tunc currebat, scilicet quod Dei prouidentia ad actus humanos se non extendit, quod est valde pernitiosum: quia tollit meritum, & demeritum, pœnam futuram & præmium, & sic sensus literalis est simpliciter moralis.

a ¶ Caſ. Qui publicè docent, quod malè didicerunt. ¶ In numero populorum.
b ¶ Improuidi & ſi ſcitis. ¶ Neſcii. c ¶ Iſtud.
¶ Artifex rerum nulli creaturarum tantum tribuit, quantum in ſe eſſe cognoſcit.
d ¶ Qui tibi fecit, vnde audias, non habet, vnde audiat

a pientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantauit
a ¶ Non dico non habet aurem, quia virtutes has habet, ſed non membra. ¶ q. d. vtique conſideraret:
aurem, non audiet, aut qui finxit oculum, non conſiderat?
a ¶ Ipſe neſcit, qui te ſcire facit? quaſi: Abſit hoc.
c Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem ſcien-
a ¶ Verè ſcit, quia. b ¶ Etiam. c ¶ Ideo has relinquit, vt comprehendatis cogitationes Dei, quæ ſapientes ſunt, quas comprehendit, qui eſt in firmamento cœli.
tiam? Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ
a ¶ Vt puerum per tribulationes. b ¶ Non de vanitate.
ſunt. Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege
a ¶ Vt adultum. b ¶ Vt patienter ferant, quicquid hic agitur, ſicut luminaria cœli placide peragant curſus ſuos, quicquid in terra agatur, vel ab hominibus in eis id eſt, contra ea dicatur. c ¶ Quibus florent mali, laborant boni.
tua docueris eum. Vt mitiges ei à diebus malis, donec fo-
a ¶ Si illi fouea foditur, quid mihi qui laboro? ¶ Mitiges. b ¶ Vt abiectum. ¶ Etſi exercet, vt det hæreditatem.
diatur peccatori fouea. Quia non repellet dominus plebem
¶ Vt inadiutam.
ſuam, & hæreditatem ſuam non derelinquet. Quoadusque
¶ Modo iuſti, & ideo iudicaturi. b ¶ Tunc iudices? Sed ne dubites qui ſunt iſti, quærit & ſoluit: omnes qui recto corde, qui ſine errore.
c ¶ Alias, & quæ habent eam, id eſt, iuſtitiam ſunt omnes recto corde, id eſt, hoc volunt quod Deus vult, ſcilicet expectare malos, & huiuſmodi. Sed quomodo ego ero rectus, cui tot obſunt?
iuſtitia conuertatur in iudicium, & qui iuxta illam? omnes qui

a *Stulti*, CASSIOD. Qui apertè blaſphemant, dicentes, Deum non videre. Vel ita: Vos *inſipientes*, id eſt, neſcij intelligite, qui iam bene viuendo eſtis *in populo*, id eſt, in numero bonorum. *Et vos ſtulti*, id eſt, improuidi, & ſi ſcitis, *aliquando ſapite*.

b *Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non conſiderat?* ✠ BASIL. & THEODOR. Validam admodum doctrinam ſyllogiſmi inſtar attulit. Qui ex cœno ait oculum finxit, quique videndi viam ipſi largitus eſt, aureſq; ſimiliter formauit; ipſe, inquam non videt & non audit, ſed horum opifex his viribus priuatus eſt, quas aliis largitus eſt?

c *Qui corripit gent.* AVGVSTI. Quotidie pro originali, nónne arguet pro ſupradictis? Vel,

Qui erudit. AVGV. Propter quam eruditionẽ miſit filiũ ſuum Deus, & ante ipſum, & poſt ſeruos, id eſt, apoſtolos & prophetas. Non ergo iudicabit, quibus ſermonem præmiſit. Magiſter in ſchola erudiens, committit tibi, vt reddas: ſic Deus exiget quod ſeminauit. Qui enim modò accipimus, poſtea ſtatuemur ante magiſtrum, vt reddamus rationem de omnibus, vnde Apoſtolus, *Omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque, &c.* Rom. 14.

d *Dominus ſcit.* AVGVSTINVS. Tu verò neſcis cogitationes Dei, quoniam iuſtæ ſunt; ſed amicis factis prodit Deus conſilium ſuum, cur malis parcit.

e *Quoniam vanæ ſunt.* AVGVSTINVS. Talium cogitationes vanæ ſunt, quod ipſi per ſe non poſſunt ſcire, ſed dominus nouit eſſe vanas.

f *Beatus homo.* CASSIOD. Iſti ſunt vani, ſed beatus qui cœleſti doctrina firmatur. Et hi, qui ſic eruduiuntur, ſunt quaſi luminaria in cœlo. Lex enim Dei cœlum eſt, in quo luminaria fixa, id eſt, ſancti, meditando in lege, ne moueri queant. De hoc cœlo alibi dicitur, *Extendit cœlum ſicut pellem.* Hic enim liber Dei, vt pellis extenditur, vt in eo legatur, quod modò neceſſe eſt diſciturus hominibus; cum autem in futuro omnes ſcient Deum *cœli & liber plicabuntur.*

g *Et de lege tua, &c.* AVGVST. Ex lege diſce patientiam, *donec fodiatur*, non eſt tuum ſcire quomodo, & cur fodiatur illi. Pſa 34 a.

h *Vt mitigetur à diebus malis.* ✠ EVTHYMIVS. Ita vt in diebus afflictionis mitis fiat, & patiens, & nõ ægrè ferat, neque indignetur aduerſus labores: ſed ex tua lege cognoſcat, quòd ij, qui calamitates ſuſtinent, ad propriam vtilitatem & commodum vexantur; quodque contrà ij, qui eos affligunt, cõdignas aliquãdo criminibus ſuis pœnas dabunt.

i *Donec &c.* AVGVSTINVS. Fœlicitas malorum *fouea* eſt; labor bonorum flagellum patris; fœlicitas eſt *fouea*, quia cum parcit Deus per impunitatem, fit homo elatus, & cùm putat ſe altum, cadit.

k *Fodiatur fouea.* AVGVST. Ecce conſilium Dei: ideo parcit malis, vt *fodiatur fouea eis.* Adhuc foditur, & tu iam vis ſepelire eum: nimis feſtinas.

l *Peccatori fouea. &c.* AVGVSTINVS. Non omni, ſed ſuperbo, vt ſupra: *Reddet retributionem ſuperbis.* Scilicet, non publicano confitenti, ſed Phariſæo. Superbus eſt, qui non humiliatur ad pœnitentiam: deinde qui ſibi dat bona, ſi quæ habet, vel ſi ea Deo tribuit, inſultat eis, qui non habent, & ſe ſuper eos extollit. Ergo prius humiliare ad pœnitendum, poſt, ſi bene viuis, age gratias ei, à quo habes, nec alium deſpicias.

☞ *Qui conſurget.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ſtulti aliquando ſapite, &c. *Id eſt, ex quo eſtis ſeparati ab Aegyptijs, veritatem circa diuinam prouidentiam cognoſcite. Sapientia enim eſt cognitio de diuinis.*

2 Qui plantauit aurem non aud. &c. *Quaſi diceret, hoc eſt abſurdum, quod homines corruptibiles cognoſcãt iſta inferiora, & Deus ignoret: quia quicquid perfectionis eſt in iſtis inferioribus, totum præexiſtit eminentius in prima cauſa: propter quod Philoſophus 1. de Anima arguens contra Empedoclem, ducit eum ad inconueniens, quod Deus aliqua ignoraret, quæ inferiores cognoſcunt, ſcilicet litem, quia dicebat ſimile ſimili cognoſci, iſta autem inferiora dicebat compoſita ex amicitia & lite, ſed in ſuperioribus non habet locum, nec per conſequens cognitio litis.*

3 Qui corripit gen. *Id eſt qui Aegyptios Gentiles corripuit, nobis videntibus terribiliter puniendo.*

4 Non arguet. *Similiter opera veſtra mala? q. d. imõ.*

5 Qui docet hominem ſcientiam, &c. *Id eſt, Deus à quo eſt omnis ſcientia; quaſi dicat, quomodo ignorabit illud quod homo ſcit?*

6 Dominus ſcit cogitationes hominum, &c. *Quaſi dicat, etiam cogitationes intra mentem latentes ipſe cognoſcit vſque ad minima.*

7 Quoniam vanæ ſunt, &c. *Id eſt, ad malum prona ſecũdum quod dicitur Geneſis 8. d.* Senſus & cogitatio cordis humani in malum prona ſunt.

8 Beatus homo quem tu erudieris domine, &c. *Hic quoddam correlarium concluditur ex dictis, ex quo enim cogitationes hominum vanæ ſunt, & ad malum prona, cito declinant ad errores, niſi adſit diuina correctio: ideo dicitur,* Beatus homo quem tu erud. do. *Ipſum illuſtrando in mente.*

9 Et de lege tua docueris eum. *Id eſt, docueris eum ad ſequendum dictamen legis naturalis, quæ eſt quædam impreſſio diuinæ legis in nobis: & cum hoc inſtruxeris eum de lege à te data in monte Sinai, & de lege per te danda in Euangelio, de cuius datione futura habuit Moyſes notitiam, propter quod dicit ſaluator Ioan. 5. g.* Si credideritis Moyſi, crederetis forſitan & mihi.

10 Vt mitiges ei à diebus malis, *Id eſt, diuinæ vltionis peccata punientis.*

11 Donec fodiatur peccatori fouea. *Id eſt, mors corporalis, per quam corpus ponitur in foſſa terræ, & mors æternalis, per quam ponitur anima in fouea gehennæ, vſque ad diem iudicij, in quo ſimul corpus, & anima ponentur in gehenna.*

12 Quia non repellet dominus plebem ſuam. *Id eſt, mandatis ſuis obedientem.*

13 Et hæreditatem, &c. *Quæ in fidelibus adhærentibus ſibi conſiſtit, quos in præſenti fouet per gratiam, & in futuro per gloriam: ideo ſubditur,*

14 Quoadusque iuſtitia, *Scilicet diuina:*

15 Conuertatur in iudicium. *Id eſt, ponatur in executione in extremo iudicio, in quo omnia reducentur ad debitum ordinem iuſtitiæ.*

16 Et qui iuxta illam? *Id eſt, qui tunc ſecurè poterunt expectare terrorem diuinæ iuſtitiæ: reſpondet,*

17 Omnes qui recto ſunt corde. &c. *Propter quod ſaluator loquens de extremo iudicio dicit apoſtolis, Lucæ 21. e.* His autem fieri incipientibus reſpicite, & leuate capita veſtra, *id eſt, exhilarate corda veſtra, vt exponit beatus Gregorius, & Sapientiæ 5. a. dicitur.* Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt, *&c.*

Quis con-

☞ a *Quis consurget.* CASSIOD. Tertia pars, vbi dicit quòd fluctuatio sit iustis, & fluctus sæculi, id est, mala per iniquos, vt puncti clament ad Deum, & nihil aliud eis placeat, & tunc gratior fit liberatio.

AVGVSTINVS. Quis *consurget*, quasi dicat, vndique multi suadent mala, nescientes quomodo iustè hæc mundana regat Deus. Sed *quis consurget*? quasi, fluctuo, propè vincor, quocunque respicio, occurrunt mihi mala, sed vnde vincam? *Nisi quia dominus.*

b *Stabit mecum, &c.* CASSIODORVS. In acie patiēs: Sed quia ille vincit, qui vim sustinet; perdit, qui ferit.

c *Nisi quia dominus.* CASSIODO. Vanis persuasionibus poterat decipi, nisi dominus liberaret.

✠ EVTHYM. Penè, inquit, periissem, animæ, aut ipsius etiā corporis morte, si periclitanti mihi dominus opem non tulisset. Per *infernum* autem possumus peccati foueam intelligere.

d *Adiuuabat me.* Sicut Petrum liberauit dominus super aquam ambulantem, ne mergeretur, qui domino dixit, *Domine si tu es, iube me venire ad te.*

Matth. 26. f AVG. Vt Christus sua potestate calcat capita superborum & fluctus sæculi: ita iussu eius Petrus, id est, ecclesia, sed ex humana infirmitate titubat, & clamat, *Domine, pereo*: & misericordia manum porrigit, sicut dominus Petro dicit, *Modicæ fidei cur dubitasti?* Pericula dulciorem faciunt libertatem, vnde subdit, *consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.*

Ibidem.

e *In corde.* AVGVS. Salubres cogitationes significat, vt scilicet cum æternas retributiones cogitaret, mala temporalia despiceret.

f *Nunquid adhæret.* AVGVSTIN. Nemo iniquus sedet tecum; Et cum nihil his tecum, ad quid ergo fiunt? vt de eis pungas, & puncti ad te clament, & demum hi pereant; quæ his tribus versibus subsequentibus ostenduntur.

g *Sedes iniquitatis.* CASS. Est possessio mundi, cum amore, quæ non hæret Deo, qui suos præcipit hæc fugere.

¶ Prome. ¶ Dæmones.

a recto sunt corde. Quis † consurget mihi aduersus malignā- 1
a ¶ Q.d. Nullus. Nisi do. &c. b ¶ Persecurabit.

b tes, aut quis † stabit mecum aduersus operantes iniquita- 2
a ¶ Homo non potest, sed dominus, quod per effectum ostendit.
b ¶ August. Iam nutabat, iam propè consentiebat malis. ¶ Benè consensit, vel consenserat impijs.

c tē? Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in 3 4
a ¶ In foueā, quæ paratur peccatori. b ¶ August. Ecce quomodo confessionem amat
Deus, confitere motum & euadis. ¶ Cass. mox vt culpa iudici non negatur, liberat.
c ¶ Contra motionem, misericordia. ¶ Et. ¶ Contra mala sæculi consolatio; quæ tunc lætior.

infernō anima mea. Si dicebam, mōtus est pes meus, miseri- 5
a ¶ Multi dolores & amari, sed multæ consolationes, & suaues non desunt laboranti. 6

d cordia tua domine adiuuabat me. Secundum multitudinem 7

e dolorum meorum in corde meo, † consolationes tuæ lætifi- 8
a ¶ Et si corpus vritur. ¶ Sed.

f cauerunt animam meam. Nunquid adhæret tibi sedes ini- 9
g a ¶ Id est, facis. ¶ Alias formas. b ¶ Alias laborem. c ¶ August. Ita fingis, de malis nos exercens, & erudis. ¶ Quia verā non possunt, falsa crimina obiiciunt.

h quitatis, qui fingis dolorē in præcepto. Captabunt in animā 10
a ¶ Cum animam non possunt. b ¶ Quod sceleribus competit. 11

i k iusti, et sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus 12
a ¶ Vt securus sim. b ¶ August. Ne in spe deficiamus, sed sperata consequamur. 13

est mihi dominus in refugium, & Deus meus in † adiuto- 14
a ¶ Nondum venit res. b ¶ Hoc sine omnis dubitatio curatur, nam non negligit Deus, sed opportuno tempore retribuit.

rium spei meæ. Et reddet illis iniquitatem ipsorum, & in 15

h *Qui fingis.* AVG. Ex hoc intelligo, quod nō hæret tibi iniquus quia nec nobis pepercisti. Modo incipit iudicium à domo Dei, & si flagellantur filij quid debent sperare serui nequissimi? Si initium à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Euangelio? Et item: *Si iustus vix saluabitur; impius & peccator vbi parebunt? Fingis, formas.* Dolor enim alius formatus, alius informis: Formatus qui erudit & emendat, & ille dolor est præceptum; Sed alter est informis.

E 1. Petri. 4. d.

† exhortationes. Dolor duplex

Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto. ✠ THEODORETVS. Manifestius autem Symmachus: *Non coniungetur sibi sedes ærumnæ, quæ fingit calamitatem contra præceptum.* Non patietur, inquit, vt cum iniustè iudicantibus particeps iniustitiæ sit, qui pugnantem tuis præceptis sententiam proferunt, & miserias, quæ hinc procedunt, sustinēt. Sedem enim doloris & iniquitatis, iniustos vocauit iudices, qui laborem & calamitates metūt, nimirum iniustitiæ fructum.

F † auxilium

i *Dolorem.* AVG. Id est, de dolore vel labore præceptum nobis facis, vt ipse dolor vel labor præceptum fit nobis. Labor, pretium est regni Dei, quo ipsum venale ematur. Idcò præcepit Deus laborem & dolorem, vt non sit homo sine timore, ne amet aliquid aliud, oblitus veri boni. In tranquillo enim dormit Christus, & tunc surgit fluctus, in quo excitatur.

k *Et factus est mihi dominus in refugium, & Deus meus in adiutoriū* ☞ *spei meæ.*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Quis consurget. *Hic consequenter ostendit diuinā prouidentiam se extendere ad actus humanos per punitionē Hebræorū, qui licet pluries fuerint puniti in deserto, tamen fuit ibi duplex notabilis punitio: Vna pro adoratione vituli; alia pro rebellione communi, qua populus voluit in Ægyptum reuerti. Secunda ponitur ibi,* Nunquid. *Circa primum sciendum, quod prima punitio facta est de præcepto Moysi, Exo. 32. f. vbi dixit,* Si quis est domini, iungatur mihi, *& postea subditur.* Ponat vir gladium super femur suum, & occidat vnusquisque fratrem & amicum & proximum suum, &c. *& subditur,* Et ceciderunt in die illa quasi 23. millia: *& hoc est quod dicit hic Moyses loquens in persona propria de præterito, per modum præsentis vel futuri, quod frequenter fit in prophetis, dicens,*

Quis consurget mihi aduersus malignātes. *Id est, aduersus incitantes multitudinem populi ad fabricationem vituli. Fuerunt enim ibi aliqui incitantes alios, & isti fuerunt pessimi.*

2 Aut quis stabit mecum, &c. *Id est, aduersus sequentes prædictorum insligationem.*

3 Nisi quia dominus adiuuit me, *Id est, nisi mihi affuisset Dei auxilium speciale,*

4 Paulom. hab. in infer. anima mea. *Id est, vita mea. Et accipitur hic* infernus *pro fossa, vel sepultura, & est sensus, fuissem mortuus & sepultura traditus, vnde litera Hebraica sic habet,* Habitasset in tacitur-nitate anima mea, *quia per mortem aufertur loquela: Aaron enim timore mortis, quæ sibi imminebat à populo, fecit vitulum, & libentiùs populus Moysen interfeciſſet, quando contriuit vitulum in puluerem, Exod. 32. Nisi fuisset repressus diuina virtute timorem ei incutiente, vnde subditur,*

5 Si di. mo. est pes meus. *Id est, ex quo disposui discedere de monte Sinai ad præceptum domini, dicentis mihi, Exod. 32. b.* Vade, descende, peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti.

6 Misericordia tua, &c. *Id est, extunc fui certificatus, quod per tuā misericordiam me protegeres à populi furore, ideo subditur.*

7 Secun. mult. do. *Id est, quos sustinui propter peccata populi in adoratione vituli, propter quod dolore & iracundia motus Moyses proiecit tabulas, & fregit eas ad radices montis Exod. 32.*

8 Consolar. tuæ. *Quando post multam precum instantiam dominus preces Moysi acceptauit, & nouas tabulas testamenti sibi dedit, Exo. 34.*

9 Nunquid adhæ. *Hic ponitur secunda punitio notabilis Hebræorū, ex qua ostenditur, quod diuina prouidentia se extendit ad regimē actuū humanorum, & ista punitio fuit quando populus territus verbis exploratorum voluit reuerti in Ægyptum, Num. 14. reputās quod non posset implere Dei præceptū de transitu ad terram promissionis propter multitudinem & magnitudinem populorum ibidem habitantium; & propter hanc rebellionem exploratores, qui populum terruerant percussi fuerunt morte repentina à domino, & sententia mortis diffinita fuit à domino super omnes, qui numerati fuerant in exitu de Ægypto à 20. annis & suprà, ita quod mortui sunt in deserto omnes, præter Iosue & Caleb filiū Iephone, vt ibidem habetur: & ex ista punitione & præcedenti, debuerūt filij Israel ab errore supradicto renocari, & hoc est quod dicitur,* Nūquid adhær. tibi se ini. *Id est, habitatio in malo.*

10 Qui fingis. *Id est, falso dicis te præceptum domini non posse adimplere de ingressu terræ ab eo promissæ. Et quia ex sua obstinatione in malo voluerūt Moysen & Aaron, Iosue & Caleb lapidibus obruere Num. 14. ideo subditur,* 11 Captabunt. *Scilicet captauerunt:*

12 In animam iusti. *Id est, iustorum, volentes eos interficere; sed quia defensati fuerunt protectione diuina, secundùm quod ibidem dicitur,* Cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus vellet obruere vel opprimere; *apparuit gloria domini, &c. ideo subditur,*

13 Et fact. est &c. *Id est, mihi & alijs tribus mecum existentibus.*

14 Et red. il. ini. ip. *Quia exploratores, qui terruerant populū, statim percussi fuerunt morte repētina.* 15 Et in malitia. *Quia alij eis ac-*

✠ *quiescentes*

spei mea. AVGVST. A Quare? quia si non periclitareris, non quæreres refugium: pungeris

a ¶ Non secundum quod de eis nobis præstat, sed secundum quod intenderunt.
b ¶ A suo regno separabit: vbi incomprehensibilis miseria.
¶ In quam. ¶ Qui poterit.

malitia eorum dispĕrdet eos, dispĕrdet illos dñs Deus noster.

pungeris dolore, vt quæras remedium; recedit spes sæculi & venit spes Dei. D

NICOLAVS DE LIRA.

quiescentes vagabundi fuerunt per desertum, quousque prostrata sunt ibi cadauera eorum, vt ibidem habetur; & ideo subditur,

1 Dispĕrdet illos. *Cuius prouidentia ad omnia se extendit quantuncumque minima.*

ADDITIO I.

In psalm. 93. Deus vl. *Vbi dicitur in Postilla.* Et ideo quantum mihi videtur.

Error iste circa diuinam prouidentiam non solùm tempore Moysi vel Iob cucurrit, sed etiã in alijs varijs, & diuersis, & quasi in omnibus temporibus occurrit: præsertim in his qui fide carent, qui non solùm diuinam prouidentiam negant, sed etiam ipsum Deum asserunt non esse iuxta illud, Dixit insipiens in corde suo, non est Deus: *tempore etiam prophetarum, qui longe post Moysen fuerũt, in ipso populo Israelitico hic error manifestè viguit, legitur enim Ezech. 8. c. de Israelitis idola colentibus qui dixerũt:* Dominus non videt nos, dereliquit dominus terram. *In quo expressè negabant prouidentiam diuinam circa ista inferiora, vnde non oportet Psalmum istum appropriare illis qui fuerũt tempore Moysi. Superfluum etiam videtur Moysi ad reuocandum hunc errorem aliquem Psalmum ordinare, cum in tota lege Mosaica hoc docetur duplici modo: Primo historialiter, vt patet de primis parentibus à Deo punitis propter transgressionem præcepti, Gen. 3. Similiter & de Cain à Deo punito propter fratricidium, Gen. 4. Similiter de generatione diluuij à Deo destinata propter peccata, Gen. 6. Item de Sodomitis diuina iustitia submersis, Gen. 19. & sic de aliis quamplurimis in pentateucho contentis. Ex quibus ostenditur, quod Deus per suam prouidẽtiã*

B *iustissimam punit reprobos, & præmiat bonos. Secundo patet hoc ex lege Mosaica, & ex præceptis diuinis, quę in ea dãtur, quę omnia dãtur in timore & amore diuino & in pœnis & præmiis à Deo promissis, seu cõminatis hominibus, secundũ diuinã prouidentiã, vt patet cuilibet intuenti. Nõ ergo videtur hic Psal. ex hoc Moysi appropriari, sicut nec Ægyptiis: sed melius videtur dicendũ secũdum gloss. cui etiam concordant præcipui expositores Hebræorum, scilicet quod iste Psalmus loquitur generaliter contra omnes malefactores, postponentes diuinum timorem ex incredulitate diuinæ prouidentiæ, siue sint de populo Israelitico, siue de alijs nationibus. De Manasse enim rege Iuda, de quo legitur 4. Reg. 21. quod impleuit Ierusalem sanguine innocentum ab ore vsque ad os, proprie possunt verificari quæ dicuntur in hoc Psalmo scilicet:* Viduã & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt. *Quod autem hoc fecisset ex incredulitate diuinæ prouidentiæ, patet 2. Paralip. 33. Vbi de ipso Manasse post*

naasse post eius pœnitentiam legitur: Cognouit Manasses, quoniam dominus ipse est Deus. *Ex quo patet, quod ante hoc non cognoscebat dominum esse Deum, nec per consequens prouidere humano generi: & sic de multis alijs tam paganis, quã infidelibus, seu hæreticis, & etiam falsis Christianis contingit sæpe in multis & in diuersis partibus, & non tantum in vno tempore, seu in vna generatione, vel regione determinata: & ideo dicit Psalmista,* Vsquequo peccatores domine, vsquequo gloriabũtur? *Quod exponens Ra. Abenhazra dicit, & bene, quod per iterationem* vsquequo, *intelligitur assiduitas huius peccati, & eius frequentia in multis & variis temporibus. Ad quam sententiam facile adaptatur litera, prout continetur in Postilla, specialitate mutuata ad generalitatem. Et notandum, quod licet in hoc Psalmo nullus ponatur titulus in Hebraico, nec in translatione Hieronymi, tamen verum est quod iste Psalmus inter Hebræos legitur in qualibet quarta feria. Ratio autem quare quarta feria approprietur: habetur in glossa, vide ibi.*

ADDITIO II.

In eodem Psalmo 93. *Vbi dicitur in Postilla.* Quoadusque iustitia, scilicet diuina.

Hebraica litera in hoc loco non habet illud relatiuum qui, *sed sic, &* iuxtà illam omnes recto sunt corde, *& intelligitur plane non admiratiue, sed sic,* Quoadusque iustitia, *id est, diuina,* conuertatur ad iudicium, *scilicet in executione extremi iudicij,* Et quoadusque iuxtà E illam, *scilicet iustitiam,* sunt omnes qui recto sunt corde, *vnde li &, cùm dicitur,* Et iuxtà illam, *iterum repetit li,* quoadusque, *sicut in scripturis sæpe contingit, &c.*

REPLICA. Circa Psalmum: Deus vltionum, *diuersificantur, quia Postil. applicat peccata & eorum pœnas correspondentes ad speciales populos & ad specialia tempora. Burgensis autem & Glossa magistralis generaliter applicant ad omnia tempora, &c. quæ applicatio videtur moralis, quia sic in tota sacra scriptura specialia vitia reprehenduntur & punita describuntur, quatenus talis punitio cunctis sit morale exemplum, ne ad similia vitia defluant, & similem punitionem incurrant. Nec est inconueniens Moysen, vel quemcunque certis scripturis generaliter aliquid facere, & per decantationem carminis vel Psalmi ad specialia applicare, & per ea soluuntur obiectiones Bur. in propositio.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Laus.* CASSIODORVS. Deuotionem: *Cantus.* hilaritatem significat.

PSAL. XCIIII.

b VEnite *exulte.* ✠ BASIL. & THEOD.

a ¶ Ista. b ¶ Deuotionis & hilaritatis.
¶ Pit. ¶ Id est, Christo.

Làus cântici ipsi Dauid.

PSAL. XCIIII.

a ¶ Qui longe estis, per dissimilitudinem. b ¶ Mente,
c ¶ Non in sæculo, voce. d ¶ Q.d gaudium tantum sit, quod verbis dici non possit, quod tamen intus conceptum vox extra testatur.

VEnitè, exũltemus dõmino, iũbilemus

THEODORETVS. Iosias Rex admodum pius fuit. Hic cum vidisset maiorẽ partem populi Idolorum cultum, amplexam, præcepit vt omnes Idolorum sacerdotes necarentur, & horum aræ radicitus conuellerentur, 1 2 & F

NICOLAVS DE LIRA.

C PSALMVS XCIV.

VEnite exultemus domino, iubilemus. *Huic Psalm. nullus omninò titulus præponitur in Hebræo, nec in translatione Hieronym. iuxtà Hebræum. Et secundùm Hebræos iste Psal. factus est à Moyse circa finem vitæ suæ, quando mortui fuerant in deserto omnes, qui post exitum de Ægypto numerati fuerant à viginti annis & suprà, præter Caleb & Iosue, vt dictum est præcedenti Psal. In quo Psal. inducit filios mortuorum, de quibus dixit dominus, Num. 14. Quòd ingrederentur terram promissionis loco patrum suorum, ad Dei laudem & obedientiam, ne ex rebellione & inobedientia impedirentur ab ingressu terræ promissionis, sicut & patres eorum. Et litera huius Psalmi ad hoc faciliter potest applicari. Sed Apostolus ad Heb. 3. & 4. ponit magnam partem huius Psal. scilicet ab illo loco:* Hodie si vocem eius audieritis, *vsque ad finem, dicens quòd hoc dictum fuit à Dauid, ad quod sequitur quòd est author totius Psal. Dicit etiam ibidem Apostolus, quòd Psalmus iste non loquitur de ingressu terræ promissionis, qui iam ante annos multos transierat tempore Iosue, sed de ingressu terræ viuentium aperiendo aperiendo per Christum tempore gratiæ, quia per suam benedictam passionem amouit impedimentum. Et secundùm hoc Psal. iste in tres partes diuiditur, quia primò populus maximè Hebraicus, secundùm intentionem Apostoli ad Christi laudem inducitur; secundo ad hoc multiplex ratio adducitur, ibi,* Quoniam Deus magnus; *tertio principalis intentio concluditur, ibi,* Hodie si vocem eius aud. *Circa primũ Dauid dicit, præuidens Christi aduentum, in quo erat exultandum, vnde in eius natiuitate angeli exultauerunt, Luc. 2. b.* Facta est cum angelo multitudo cœlestis exercitus vel militiæ laudantium Deum, &c. *& multò fortiùs homines debebant exultare: Tum quia venit in natura humana assumpta, non in angelica, secundùm quod dicitur ad Heb. 2. b.* Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ, *Tum quia venit satisfacere pro peccato generis humani, non angeli, quod est irremediabile. Dicit igitur,*

1 Venite, *Non passibus corporis, sed affectibus mentis, per fidem & deuotionem.*

2 Exultemus domino. *Non solùm interius, sed etiam exterius deuotionis signo, quod notatur cùm dicitur,* Exultemus & iubilemus, *quia exultatio*

MORALITER.

1 *Venite exultemus.* Psalmum istum literaliter exposui de ingressu terræ viuentium, quo priuantur mali Christiani, propter quod non est hic alius sensus spiritualis ponendus.

✠ *MORAL.*

☞ tur,& effossis sepulchris sacerdotum,qui iam decesserant,horum
A ossa in ipsis dæmonum aris comburerentur. Deinde vniuersum
†Reg.22. populum coactum commonefecit, vt pœnitentiam agerent, Deumque placarent & hoc pacto declinarent perniciem intentatam, quandoquidem Olda prophetissa grauiora & difficilia toti populo prædixit. Hæc igitur cũ beatus Dauid prophe-a
ticis oculis à lõgè præuidisset, hunc b
†illi cõscripsit Psalmum, c
in illorum vtilitatẽ, d
& in omniũ hominum doctrinã. Formatus est verò Psalmus ex persona Iosię, e
& Dei sacerdotũ. f
B CASSIODOR.
†aridam. De tempore gratiæ, g
quo intratur in requiẽ, propheta laudes Dei describens, h
primò inuitat Iudęos, i
quos præuidebat posse resistere k
Christo. l
† manuum. a *Faciem eius, &c.* AVGVSTINVS. CASSIOD. Conspectum venturi iudicis, ne quid tunc in nobis sit diseutiendum. m
b *In confessione.* AVGVST. Illum laudantes, nos accusantes: n
C quæ sunt vota distincta, de quibus alibi, *Reddam tibi vota mea, quæ distinxerũt labia mea.* Distinguit ergo, qui Deũ laudat, & se accu-
Supra 65. c. sat. Gemina enim cõfessio est, scilicet laudis & peccati, & cõfessio peccati ad laudẽ pertinet ignoscentis, de qua laude Psal. agit.
c *In Psalmis iubilemus.* AVGVST. Quæ dicimus in Psalmis, vel facimus, sentiamus in iubilatione.
d *Super omnes Deos.* AVG. Vel magis Deos homines dicit, super quos rex est, non super dæmonia.
e *Quoniam non rep. pl. suam.* AVG. Id est, Iudæos, qui propriè sua plebs, cuius si rami fracti, tamen ipsa arbor oliua manet, de qua apostoli & multi alij, & ipse Christus, inde Apostolus testimoniũ accepit.
f *Quia in manu eius &c.* CASSIO. Post magnitudinem dominì prædictam, venit ad clementiam.
g *Mare.* AVGVST. Mundus; cuius fluctus termino artat Deus, non permittens nos tentari suprà id quod possumus; qui fluctus etiam prouentum nobis faciunt, Deo id agente, nec scandala tibi nocent, quæ mensuram à Deo accipiunt.
D 1.Cor.10.c

¶ Iesu. a ¶ Quia venturus est. ¶ Ne inimicus accusando præueniat.

Deo salutari nostro. Præoccupemus faciem eius in confes- 1 2

a ¶ Auguſt. Hæc ſunt, quæ pertinent ad laudem cantici huius. ¶ Summa poteſtate.

sione, & in Psalmis iubilemus † ei. Quõniam Deus magnus 3 4

¶ Vacat in pleriſque.

dominus, & rex magnus super omnes Deos, quoniam non 5

a ¶ Lapis angularis, & alios in ſe coniungit.

repellet dominus plebem suam. Quia in manu eius sũt om- 6 7

¶ Id eſt, gentes. a ¶ Terrenæ poteſtates, quæ prius aduerſæ, vel angeli. b ¶ Item ideò iubilemus.

ne fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt. Quõniam 8

a ¶ Domino. b ¶ Mundus. c ¶ Hoc addit, vt ſcias ſubeſſe.

d ¶ Aridam terram, quæ recipit imbrem, & fructificat, quam non ſinit fluctus operire.

ipsius est mare, & ipse fecit illud, & †siccam manus eius †for- 9 10

a ¶ Tanta facit, ergo venite. ¶ Prius. ¶ Aug. Repetit Præmiſſam admonitionem. Quaſi commemoratis à me laudibus nolite longè ſtare. b ¶ Quod plus eſt. c ¶ Cum humilitate. ¶ Corde.

mauerũt. Venite adoremus, & procidamꝰ, & plõremus † ante 11 12 13

a ¶ Qui opus ſuum non ſpernit. b ¶ Ideo adoremus. c ¶ Qui adorandus eſt.

d ¶ Nos autem quid ſumus, vt ſecuri ei ploremus & procidamus. Ecce.

dñm qui fecit nos, quia ipse est dominus Deus noster. Et nos 14 15

a ¶ Ergo. ¶ Tempore gratiæ.

populus pascuæ eius, & oues † manus eius. Hodie si vocem 16 17 18

h *Venite adoremus.* CASSIODOR. Prius rudes vocauit ad exultationem: iam ostensa gloria Dei, vocat ad pœnitentiam, quod durius est.
i *Ploremus.* AVGVSTINVS. Si fortè de peccatis, quæ vos longè fecerunt, soliciti estis, plorate: lachryma extinguit flammam peccati, quæ in conscientia ardet. E
†finxerunt.
k *Qui fecit nos.* AVGVSTINVS. Ecce magna fiducia: à te enim deficere potes, tu te reficere non potes, ille reficit, qui te fecit.
†ante eum.
l *Quia ipse est Deus noster & nos populus Pascuæ eius & oues manus eius.* ✻ EVTHYMIVS. Per *populum* prudentiores quosque intelligit, & per *oues*. eos qui minus prudentes sunt. Et *populus* quidem dicitur vt regis, *oues* autem vt pastoris. Appellamur autem *populus pascuæ* veluti qui ab eo educamur, & pascimur, & F illius regimur prouidentia, *Oues* verò *manus eius*, tanquam qui ab eo dirigimur, & manu quodammodo è periculis in tutum educimur.
m *Et nos populus, &c.* AVGVST. Elegãter ordo verborum mutatus, Non dixit oues pascuæ, & populum manus eius, vt ipsos intelligas oues, qui sunt populus, oues manus, non quas eminus, quia sunt, & oues quas non fecimus, sed ipse gratia sua nos oues fecit.
n *Hodie si vocem, &c.* CASSIODORVS. Nos autem populus, & oues. Sed his omnibus proponitur conditio, *si vocem eius audieritis*, quam vocem subdit, *Hodie.*

☞ *Nolite obdu-*

NICOLAVS DE LIRA.

quia exultatio dicitur quasi extra saltatio: Quod fit, quando mentis deuotio resultat exterius in sensibili signo. Similiter iubilus dicitur cordis gaudium ita intensum, quod non potest interius contineri, quin appareat in signo exteriori.

1 Deo salutari nostro, *Id est, ad laudem Iesu Christi, qui est Deus verus, & nostra salus; propter quod fuit sic nominatus, Matth.1.d.* Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim interpretatur saluator.

2 Præoccupemus faciem eius in confess. *Suæ Deitatis, & humanitatis. Et dicit,* Præoccupemus, *id est, sentationem diaboli, ab hac cõfessione uitentis nos impedire, anticipemus.*

3 Et in Psalmis, *Id est, laudibus deuotis,*

4 Iubilemus ei, &c. *Hic consequenter ad propositum multiplex ratio adducitur, & primò ex regia dignitate, cum dicitur.*

5 Quoniam Deus magnus dom. *Quasi diceret, bene debemus iubilare Christo, quoniam ipse est Deus, & per consequens* magnus dominus.

6 Et rex magnus super omnes Deos, *Id est, sanctos angelos, prophetas, Dei amicos: qui in scriptura dicuntur* dij *participatiue: Secundo ex eius potestate, cum dicitur,*

7 Qui in manu eius sunt omnes fines terræ, &c. *Id est, in eius potestate, qua potest eos ad nihilum redigere; quod probat consequenter, dicens,*

8 Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, *Congregans aquas in vnum locum, Gen.1.*

9 Et siccam, *Id est, partem terræ aridam.*

10 Manus eius formauerunt. *Per hoc enim quod congregauit aquas in vnum locum, qui dicitur oceanus, apparuit pars terræ aquis discooperta, Gen.1. & hoc propter habitationẽ hominum & animalium. Tertio adducitur ratio ex beneficiis humanæ naturæ collatis specialiter, inter quæ primum est creatio hominis ad imaginem Dei, quod non conuenit aliis corporalibus creaturis, & in recognitionem huius dicit,*

11 Venite adoremus, *Adoratione latriæ,*

12 Et procidamus, *Humiliter adorando:*

13 Et ploremus, *Peccata nostra confitendo,*

14 Ante dominum, qui fecit nos. *Ad imaginem & similitudinem suam.*

15 Quia ipse est dominus Deus noster, *Dans se nobis per suam benedictam incarnationem. Secundum beneficium est diuinæ gubernationis, quæ speciali modo se extendit ad humanam naturam vltra bruta animalia, propter quod dicit Apostolus 1.Cor. 9. b.* Non est cura Deo de bobus, *& quantum ad hoc dicitur.*

16 Et nos populus Pascuæ eius. *Quia nobis prouidet speciali modo, potest etiam hoc referri ad populum Hebraicum, quem Deus pauit manna quadraginta annis in deserto, & ad populum Catholicum, quem in ecclesia pascit quotidie Eucharistia sacramento.*

17 Hodie, *Hic consequenter concluditur intentum principale, quod secundum Apostolum, est inducere populum, maximè Hebraicum, ad obediendum Christo humiliter & deuote, ne impediatur ab ingressu terræ uiuentium: sicut patres eius impediti fuerunt ab ingressu terræ promissionis propter rebellionem ipsorum. Et circa istam conclusionem primo ponitur monitio, secundo adducitur exemplum, ibi.* Sicut in irritatione, *& tertio pœna illata exprimitur, ibi.* quadraginta annis. *Circa primum dicitur,* Hodie, *id est, tempore gratiæ; quod vocatur dies, Rom. 13.b.* Nox præcessit, dies autẽ appropinquauit, &c. *Vbi, per* noctẽ, *intelligitur vetus testamentum, & per* diem *nouum.*

18 Si vocem eius audieritis. *Et accipitur hic* si, *pro* quia. *quia vox domini audita est in lege noua, quæ data est à Deo in carne apparente, vetus autem testamentum fuit datum per angelum loquentem in persona Dei. secundum quod dicitur Act.7.e.* Hic Moyses, &c. *& subditur:* Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sinai,

☞ Nolite obdu-

a *Nolite obdurare.* CASSIODOR. Iam ipse Christus monet, ne obdurentur, ne contingat eis, vt patribus.

b *Sicut in irritatione.* CASSIOD. Maiestas Christi loquentis, obstinatos terret per patrum similitudinem, vt vel sic molleſcerent. Vel, in persona prophetæ, sub alia distinctione legi potest sic, Q.d. Quia populus, oues Dei sumus. Ergo. Hodie, id est, semper, *Si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Sicut patres vestri fecerunt, *In irritatione*; in persona Christi loquitur hic prophetа. *Irritatione* dico facta, *Secundum diem* id est, in die, *Tētationis facta in deserto*; tūc similes illis eritis, si duri fueritis. Culpa parentū repetitur, vt vindicta timeatur.

c *Quadraginta ann.* AVGVST. Per quadraginta annos omnia sęcula significat. Constat enim ex denario, qui est primus limes numerorum, & ideò plenitudinem significat; & ex quaternario, qui ad quatuor tempora refertur. Vnde & dominus in huius numeri sacramento quadraginta diebus ieiunauit, quando tentatus est, & quadraginta diebus cum discipulis suis post resurrectionem fuit, significans se nobis adesse consolatorem & adiutorem in huius peregrinationis & tentationis tempore; sicut ipse ait, *Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*

d *Ipsi verò non cognouerunt vias meas.* ✠ EVTHYMIVS. Per vias Dei sæpenumero apud scripturam diuina inuenimus præcepta significari, eò quòd iter nobis sunt, quo perueniamus ad Deum. Cognitionē verò hic, non eam dicit, quæ legendo paratur, aut meditando: sed illam, quæ per opera ipsa demonstratur.

✠ BASILIVS & THEODORETVS. Hi autem iuratas minas noluerunt attendere, neque commi-nationes pœnitentia finire voluerunt: propterea terram patribus promissam minimè consecuti sunt. Nam illam terram, eius requiem appellauit: vel secundum alios. Interpretes, quietem, Quoniam enim in solitudine iter facientes, frequentes loci mutationes faciebant, præeunte tabernaculo, in quo Deus habitare existimabatur: in terra vero promissionis & ipsi ab itinere cessarunt, & tabernaculum in præscriptis locis fixum fuit, iure *requiem* promissionis terram nuncupauit. *Vias*, autem Dei, gubernationes appellauit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nolite obdurare corda vestra, *Legem Euangelicam repellendo, obduratio enim cordis humani in malo, non prouenit primo ex parte Dei, sed ex parte liberi arbitrij hominis à Deo se auertentis: & ideo cōsequenter iuste Deus retrahit gratiam suam cormollificantem, & sic in infidelitate & malo obdurat.*

2 Sicut in irritatione. *Hic consequenter ad propositum adducitur exemplum de illis, qui territi verbis exploratorum, rebelles fuerunt domino & Moysi, & voluerunt reuerti in Ægyptum Num.14. & hoc est quod dicitur*, Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto. *Id est*, Nolite obdurare corda vestra, *sicut fecerūt in deserto. Vocatur autem illud peccatum* irritatio *domini, quia viderant tot mirabilia eius in transitu maris rubri, & aliis mirabilibus, quod nullo modo debebant dubitare de impletione promissionis diuinæ; sed quod absque difficultate introduceret eos in terram promissionis.*

3 Vbi tentauerunt me patres vestri. *Multoties, vnde dicitur Num.* 14.d. Iam tentauerunt me per decem vices.

4 Probauerunt & viderunt opera mea. *Id est, tot viderunt opera mea mirabilia, quòd nullo modo deberent facere talia.*

5 Quadraginta annis offensus fui generationi illi. *Hic consequēter ponitur pœna debita, quia quadraginta annis fuit populus Israel impeditus ab ingressu terra promissionis, in quibus omnes mortui fuerūt in deserto, qui viderant mirabilia Dei, & increduli fuerant; vt dicitur, Num.* 14. *& hoc est quod dicitur*, Quadraginta annis offensus fui generationi illi, *Retardans eos ab impletione promissi.*

6 Et dixi: Semper hi errant corde. *Et talis error erat affectatus, & sic non alleniabat, sed magis aggrauabat.*

7 Et isti non cognouerunt vias meas. *Id est præcepta mea, in quibus debebant ambulare, & hoc malitia ipsorum eos excæcante.*

8 Vt iurauī. *Id est, irreuocabiliter diffiniui.*

9 In ira mea, *Id est, in effectu vindictæ meæ.*

10 Si introibunt, *Id est, non introibunt.*

11 In requiem meam. *Id est, in terram promissionis, in qua dedit Deus filiis Israel quietem. Et quia illa fuit figura quietis bonorum in patria, (quia* omnia in figura contingebant illis. 1. *Cor.* 10.c.) *ideo per hoc intendit Dauid inducere populum, maxime Hebraicum, ne per rebellionem ad Christum prohibeantur ab ingressu terræ viuentium, vbi est quies beatorum.*

NICOL.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psalmus Dauid.* CASSIODORVS. In veteri testamento legitur, quod domus Dei, id est, templum à Babyloniis destructum, post septuaginta annos captiuitatis (quando filij Israel permittente Cyro rege redierūt Ierosolymam sub Zorobabel & Iesu sacerdote magno) reædificatum est; per quam reædificationem intelligitur spiritualis reædificatio templi, de quo dicit Apostolus, *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Hoc templum per peccatum à diabolo subuersum est, & homo in lege peccati & mortis captiuatus: sed per Christum reædificatur toto orbe, & homo à captiuitate, ne pereat, liberatur, de qua spirituali, non illa actuali agit hic Psalmus.

1. Cor. 3. d.

✠ EVTHYMIVS. Caret etiam hic Psalmus inscriptione apud Hebræos. Quare autem à septuagesimo inscriptus fuerit laus cantici, in superiori Psalmo tradidimus. Et per ædificationem domus, quæ facta est post captiuitatem, iuxta historiam, templi renouationem intelligimus, quæ facta est à rege Zorobabel, Iuxta Anagogen vero, assumptæ humanitatis habitaculum, in quo Dei filius post captiuitatem illam habitauit, quia diabolus hominem olim captiuauerat, & de qua alibi dictum est, *ascendisti in altum, captiuasti captiuitatem*, vel ipsam etiam Ecclesiæ constitutionem, quam magnus ac sapiens ille architectus ædificauit. Cum enim hæc omnia futura esse præuidisset beatus Dauid, exhortatur ac mandat, vt condignas pro tantis beneficiis gratiarum actiones canamus Deo.

PSALMVS

Psalmvs XCV.

a *Cantate domino.* Cassiodor. Præmonuit Iudæos in præcedenti Psal. vt deposita duritia, Christum crederent: sed quia erat mansura, nunc omnes gentes monet; Secundus Psalm. de vtroque aduentu. Primùm ad prælatos loquitur, vt ipsi cantent & annuntient.

b *Canticum nouum.* Avgvstin. *Vetus* cantat cupiditas, *nouum* charitas, quæ ipsa est nouum canticum. *Cantare* est ædificare: Paries dealbatus est hypocrisis, quæ foris lucet, intus lutum est, de isto dicitur pariete non coniuncto alijs, sed singulariter erecto, vbi si ostium facias, quisquis intrauerit, foris est.

c *Domino & bened.* Hieron. Cass. Ter domino, ad distinguendam personarum trinitatem; quia laus Christi honor est trinitatis. Et est figura epimone, id est, crebra repetitio sententiæ, quæ exaggerat in laudem vel vituperationem.

d *Annuntiate.* Ad prælatos loquitur, annuntiate, quia sic crescit ædificatio domus.

e *De die in diem.* Cassiodorvs. Vetus & nouum Testamẽtum dies sunt, qui ęterno sole clarescunt, illud prænuntiat, hoc factum indicat.

Hieron. Annuntiat ergo de die in diem, qui vtriusque testamenti authoritate vtitur. In annuntiatione saluatoris illa duo testamenta, tanquam duo dies, vnam lucem faciunt. Non lucet vnum sine altero: Ideoque in Leuitico, *Omne animal, quod findit vngulam, & ruminat, mundum est*, id est, quod duas vngulas habet, quia mundus est qui duo testamenta seruat, quibus affectuum nostrorum pedes à vitiorum spinis muniuntur.

f *Magnus dominus.* uulus s par-

PSALMVS XCV.

a ¶ Ad omnes gentes communiter loquitur. b ¶ Patri.
c ¶ Quod cantat, qui amat. ¶ Exuentes veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum.

Antâte dôminо canticũm nouum, cantate 1
a ¶ Filio. b ¶ Omnes homines, vnde domus ædificatur. c ¶ Spiritu sancto
dôminо omnis terra. Cantate dôminо, & 2 3 4
a ¶ Vt dicatis salutare. b ¶ Quod est Iesus. c ¶ Sic crescit ædificatio. ¶ Ad prælatos loquitur. d ¶ Continuè vel de filio in patrem, vel de veteri testamento in nouum.
benedicite † nômini eius, annũnciate dę die in diem salutare 5 6
a ¶ Vbique. b ¶ Prætermissis Iudæis pro contumacia. c ¶ Non vestram. d ¶ Non quibusdam gentibus.
eius. Annũnciate † inter gentes gloriam eiũs, in omnibũs po- 7
¶ Potentia. a ¶ Etsi homo Christus. b ¶ Bonitate.
pulis mirabilia eius. Quoniam magnus dôminus, & laudabilis 8 9 10
¶ Non potest dici. a ¶ Aduersis sibi & suis, qui territus fuit inter homines. b ¶ Quos colebant gentes, dum in captiuitate erant. ¶ Laus per comparationem.
nimis, terribilis est super omnes Deos. † Quoniam om- 11
a ¶ Quia parum erat esse super dæmonia. b ¶ Vbi habitare non possunt dæmonia ad literam. ¶ Cas. Hæc est vtilitas quæ venit omnibus cantantibus. ¶ August. Confitendo, de fœdo sit homo pulcher. Si amas pulchritudinem, confitere, vt sic sis pulcher, id est, iustus, & ideò prius dicit: Confessio, & post pulchritudo.
nes dij gentiũ dæmonia, dôminus autẽ cœlos fecit. Cõfessio 12 13

† nomen

† in gentibus.

† 26. q. 7. c. qui sine. Leui. 11. a.

NICOLAVS DE LIRA.
Psalmvs XCV.

Cantate domino. *Huic Psalmo præmittitur talis titulus in translatione communi:* Psalmus Dauid, cum domus ædificabatur post captiuitatem. *Et secundùm istum titulum Dauid fecit hunc Psalmum, secundum autem Hebræos, Moyses fecit hunc Psalmum, vt dictum est suprà Psal. 89. Sed hæc varietas authoris non multum refert ad propositum: quia vterque, scilicet Moyses, & Dauid spiritum prophetici habuit, & de Christi mysterijs prophetauit, vt patuit per prædicta. Sed de materia huius Psalm. à qua dependet intellectus literalis, est magis curandum. Et secundum titulum istum Psalmus iste est diuinarum gratiarum actio seu diuina laudatio de reædificatione templi post captiuitatem Babylonicam tempore Zorobabel, vt habetur 1. Esdræ 1. Sed hoc dictum impugnat Hieron. per hoc, quod dicitur in principio huius Psal.* Cantate domino canticum nouum, &c. *Quod non legitur tunc factum, sed magis cantauerunt canticum antiquum, secundum quod dicitur 1. Esdræ 3. c.* Steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, & Leuitæ filij Asaph in cymbalis vt laudarent Deum per manum regis Dauid, *Id est per cantica ab eo facta, vt ibidem fuit dictum: à tempore vero Dauid vsque ad illam reædificationem fluxerunt quingenti anni, vel circiter: quia primum templum fundatum quarto anno Salomonis stetit 410. annis, & tempus captiuitatis duranit septuaginta annis. Item per hoc quod subditur,* Annuntiate inter gentes, &c. *Gentiles non fuerunt admissi ad illam reædificationem, sed magis repulsi, vt habetur 1. Esdræ 4. Præterea in Hebræo, & in translatione Hieronym. nullus penitus est titulus, & ideo prædictis titulus videtur appositus ab aliquo expositore, secundum imaginationem suam, literam huius Psal. ad dictum ædificium applicante. Rab. Sal. vero dicit, quod hic Psal. loquitur ad tempus futurum, & vocat tempus futurum tempus Messiæ, quod ipse & alij Iudæi dicunt esse futurum, & tunc ædificabitur eis templum nobilissimum, in quo fient illæ laudes & oblationes, quæ videntur tangi in hoc Psalm. cum dicitur in principio:* Cantate domino, &c. *& postea in medio subditur,* Tollite hostias, &c. *Sed istud secundum est erroneum, scilicet quod Christus sit venturus in mundum, & reædificaturus materiale templum, sicut frequenter superius expressum est. Sed primum est verum, quod iste Psalmus loquitur pro tempore Christi, quod proprie incepit à principio prædicationis Euangelij, & extunc incepit templum reædificari per Christum, non ex lapidibus insensibilibus, sed ex Christi fidelibus, qui sunt lapides viui in ædificio cœlestis Ierusalem collocandi. Et secundum hoc Psalmus iste diuiditur in duas partes, quia primo Psal. inducit ad Christi præconium: & secundo ad eius debitum obsequium, ibi,* Confessio. *Prima in duas, quia primo inducit ad actum præconij, secundo ad diuulgationem Euangelij, ibi,* Annuntiate, &c. *Circa primum dicitur,*

1 Cantate domino, *Id est, domino Iesu Christo, qui est* rex regum & dominus dominantium, *Apoc. 19.*

2 Canticum nouum. *Ad nouum enim testamentum pertinet canticum nouum, secundum quod dicitur,* Nouus rex, noua lex, noua gaudia, *vnde & angeli nouum canticum cantauerunt in natiuitate Christi Lucæ 2. b.* Gloria in al. Deo. &c.

3 Cantate domino omnis terra, *Id est, omnes habitatores terræ, quibus aduentus Christi fuit causa lætitiæ.*

4 Cantate dom. *Repetitio est eiusdem ad maiorem excitationem, sicut solet fieri in canticis.*

5 Et benedi. *Gratias agendo de tanto beneficio.*

6 Annuntiate, &c. *Id est, continuate huiusmodi laudem.*

7 Annuntiate inter gentes. *Hic consequenter Psal. inducit ad prædicationem Euangelij, quæ facta est non solum Iudæis, sed etiam Gentilibus per orbem dispersis; & hoc est quod dicitur hic,* Annuntiate inter gentes gloriam eius, *Id est, gloriam suæ resurrectionis, & ascensionis, & alia ad fidem pertinentia.*

8 In omnibus. *Id est, opera miraculosa Christi, quæ annuntiauerunt apostoli aliique Christi discipuli, non solùm verbo sed etiam facto, facientes miracula in nomine & virtute Christi: secundum quod dicitur, Marci vlt. d.* Illi autem profecti prædic. vbique, domino cooper. & ser. confir. sequentibus signis.

9 Quoniam magnus dominus. *Q. d. Non est mirum, si talia fiunt virtute eius, quia magnus est in potentia, cuius magnitudinis non est finis:*

10 Et lau. ni. *Quia transcendit limites cuiuscunque creatæ virtutis, propter quod dicitur Eccles. 43. a.* Magnificate eum, quantum potestis: *maior est enim omni laude.*

11 Terribilis. *Quia terribilis est dæmonibus, qui pro diis colebantur in idolis à Gentilibus, ideo subditur,* Quoniam omnes dij gentium dæmonia.

12 Dominus autem cœlos fecit: *Non autem dij gentium.*

13 Confessio. *Hic consequenter Psal inducit ab obsequium Christi debitum: & secundo adducit ad hoc motiuum, ibi,* commoueatur. *Ad debitum autem obsequium Christi, primo requiritur interior & exterior munditia, quia ipse est* sanctus sanctorum, *Dan. 9 & quantum ad hoc dicitur:* Confessio, *Qua tolluntur immunditiæ interiores.*

Et pulchritudo

MORALITER.

1 *Cantate domino.* Psalmus iste ad literam loquitur de primo aduentu Christi, quo venit in mundum ad iudicium discretionis per prædicationem suam, & discipulorum suorum, & sic exposui literaliter, propter quod non videtur mihi nunc alia spiritualis expositio requirenda.

MORA-

fecit & angelos, tunc & apostolos, qui dæmonibus imperant.

a *In conspectu.* Tales enim, confitentes scilicet & iusti, ipsum conspiciunt, & conspiciuntur ab eo.

b *Sanctimonia & magnificentia.* Avgvst. Q. d. Qui vult esse magnificus & potens, vt sunt angeli, prius fit sanctus, quod fit ex eo sanctificante: Nō enim per te potes esse sanctus. Eo ergò sanctificante, aliquis fit sanctus, & ita magnificus.

c *Afferte domino pa.*

B Cassiodor. Secunda pars, vbi ad subditos loquitur.

Domino. Non sit spes in homine, non in Baptista; *Maledictus enim qui ponit carnē brachium suum. Patriæ*; vt nullus excipiatur, indigena, vel peregrinus.

d *Gloriā.* Cas. Quoniā benè conuersatur homo, in quo C glorificatur Deus.

e *Honor.* Cùm de bonis gratia refertur, vnde, *Non est inuentus qui daret honorem Deo, nisi hic alienigena.*

f *Tollite hostias & introite, &c.* ✠ Basilivs & Theodor. *Hostias*, rationis compotes dicit, quas continuè à sacerdotibus afferri videmus: *atriorum* verò multitudinem, Ecclesias declarat; atqui Iudæis non hoc imperauit, ne quis legis sacrificia suspicetur, sed patriis *gentium* præcepit, quæ noui testamenti sacrificia in Ecclesiis afferunt. De his & per alium Vatem Deus locutus est, cum Iudæis colloquens, *Non est voluntas mea in vobis, & hostiam ex manibus vestris non accipiam: quoniam ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum inter gentes, & in omni loco sacrificium*

Malach. 1.

crificium affertur nomini meo & hostia pura.

g *In atria.* Cassio. *Atria*, prophetæ vel Apostoli, quibus itur ad dominum; de atriis, prophetis, vel Apostolis, venitur in atrium Catholicæ Ecclesiæ, vbi maiestas adoratur.

Avgvstinvs. Vel, introite in atrio, id est, in doctrinam prophetarum & apostolorum.

h *Adorate dominum in atrio, &c.* Id est, in Ecclesia Catholica, vel per *atria*, prophetiam; per *atrium* Euangelium.

i *Cōmoueatur.* Omnibus admonitis moueri optat. Q. d. introite & adorate vos boni. *Terra autem &c.*

Basilivs & Theodor. Porrò Aquila, *Parturite à facie eius vniuersa terra*, dixit: sic etiam Symmachus. Similia sunt hæc his, quæ à Vate Isaia dicta fuere, *Ob timorē tuū domine, in vtero concepimus & parturiuimus, & peperimus ſpiritū ſalutis tua, quem fecimus ſuper terram.* Hic igitur propheticus sermo adhortatur gentes, quæ salutis semina acceperunt, vt pietatem parturiant & pariant & commoueantur à pristino statu, & in diuinis rebus firmentur & figantur.

Esaiæ 26.

k *Vniuersa ter.* Cas. Non pars aliqua: Ne quis ergo dicat, *Ecce hic Christus, ecce illic*, subdit, *Etenim correxit orbem terra*, &c.

l *Dicite in genti.* Cas. Quod regnauit & correxit, & iudicauit.

m *Regnauit.* Alia litera: *Regnauit à ligno.* Avg. crucis, quo transit homo *mare*, & fit *orbis* qui non mouetur.

Mat. 13. c.

n *Populos in æquitate, &c.* Alii addunt, *Et gentes in ira tua*

☞ Cassiod.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et pulchritudo, *Id est, munditia exteriores appositæ.*

2 In conspectu. *Id est, in cultu ipsius; hoc dicitur ad excludendum immunditias, quæ fiebant in cultu Gentilium: sicut in sacris Priapi viri & mulieres incedebant nudi, & fiebant ibi aliæ vilitates, quas non facerent modo meretrices. Similiter in cultu veteris legis erant aliquæ immūditiæ corporales in effusione sanguinis animalium immolatorum, quæ non sunt in cultu nouæ legis, vbi offertur corpus & sanguis Christi sub speciebus panis & vini.*

3 Sanctimonia, *Id est, applicatio ad diuina.*

4 Et magnificentia. *Id est, in cultu nouæ legis, qui* sanctificatio *dicitur, eò quod sanctificat cultores, quod non faciebat cultus veteris legis: propter quod dicit Apostolus Heb. 10. a.* Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata, ideò *subditur*, Sanctificati sumus per oblationē corporis Iesu Christi. *In hac igitur sanctificatione est magnificētia, quia in eucharistia totus Christus cōtinētur, quo nō potest aliquid maius cogitari ratione suæ Deitatis, ideo subditur,*

5 Afferte domino patriæ gen. *Ad fidem Christi conuersarum.*

6 Afferte domino gloriam & hono. *Secundùm commentatorem 1. Ethicorum.* Honor *est reuerentia exhibita alicui in testimonia suæ bonitatis, etiam si fiat in secreto, siue coram paucis, Tunc est* gloria, *quādo exhibetur ei palam corā multis: per hoc enim inducimur ad exhibendum reuerentiam domino nostro Iesu Christo in publico, & secreto.*

7 Tollite hostias. *Id est, laudibus diuinis extollite corpus & sanguinē Iesu Christi sub speciebus panis & vini, quæ dicuntur* hostiæ *in plurali, quia licet sit vnum sacramentum perfectè, tamen sunt ibi duæ consecrationes distinctæ, quarum vna alteram non expectat. Item quia hoc sacrificium omnibus sacrificiis & oblationibus veteris legis variis & multiplicibus succedit, tanquam perfectum imperfectis.*

8 Et introite in atria eius. *Id est, loca cultui Christi dedicata: quia tamē in omnibus est vnica ecclesia, ideo subditur,* Adorate dominum in atrio sancto eius.

9 Commoueatur. *Hic consequenter adducit ad hoc motiuum præcipuum: & secundo subditur exultatio fidelium, ibi,* Lætentur cœli. *Circa primum,* Commoueatur à facie eius vniuersa terra. *Id est, habitatores terræ moueantur coram Christo motu timoris, & reuerentiæ. Cuius causa subditur, cum dicitur,*

10 Dicite in gen. *Quia* dominus, *scilicet Iesus Christus.*

11 Regnauit. *Id est regnum super totam creaturam accepit in sua resurrectione & ascensione, secundum quod dicitur Matth. vlt. d.* Data est mihi omnis potestas, &c. *& Mar. vl. d.* Et dominus quidē Iesus postquā locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei.

Avgvst. & Cassiod. *Hic addunt dicētes,* quia dominus regnauit à ligno, *sed hęc additio* à ligno, *non est in Hebræo nec in Græco nec in translatione Hieron. loquēdo de trāslationibus eius quas vidi, & ideo credo q̄ assumptum sit de translat. Theodotionis, vel Symmachi, vel alicuius alterius, quia plures fecerunt diuersas translationes. Et quia Christus exultationem regni meruit per suam passionem in cruce (secūdùm quod dicitur Philip. 2. a.* Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum) *ideò aliquis translatorū hoc addidit,* à ligno, *scilicet crucis, & secūdùm hoc dicitur in hymno ecclesiastico.* Impleta sūt quæ concinit Dauid fidelis, carmine, dicens in nationibus regnauit à ligno Deus, *& patet quod iste hymnus procedit secundùm opinionem Augustini, dicentis, quod Dauid fecerit hunc Psal. & omnes alios.*

Dominus regnauit à ligno

12 Etenim. *Ab errore idololatriæ, quæ à tempore prædicationis Christi & apostolorum cœpit cessare, secundùm quod prædictū fuit Zach. 3. a.* In illo die perdam nomina idolorum de terra.

13 Qui non com. *Scilicet a veritate Christiana fidei, quę stabit vsque ad finem mundi, quantumcunque tribulationibus impellatur.*

14 Iudicabit. *Quod intelligitur de iudicio discretionis, quod à tēpore Christi incipit: quia per prædicationem eius, & suorum discipulorum, aliqui vocati sunt ad fidem, alij in infidelitate dimissi, iusto Deo iudicio, sed nobis occulto. De quo dicit Saluator. Ioan. 12. c.* Nunc iudiciū est mundi. *Iudicium autem discussionis pro pœnis & præmijs reddēdis expectatur in fine mundi, & de isto duplici iudicio est nonus Psalm sicut dictum fuit suprà in Psal. illo.*

15 Lætentur. *Hic consequenter ponitur exaltatio fidelium, quia aduentus Christi in mundum non solùm fuit causa exultationis fidelibus, sed etiā creaturis omnibus: & hoc est quod dicitur,* Læt. cœli. *Id est, ciues cœli, cuiusmodi sunt angeli sancti, qui in natiuitate Christi cātauerunt canticū lætitiæ, vt dictū est in prin. huius Psal. Cœli etiam materiales lætati sunt, quia Christo nato stellam nouam miserunt, Matth. 2.*

16 Et exultet ter. *Id est, principes terræ, quod impletum est, quando reges venerunt Christum natum adorare, Matth. 2. b.*

17 Commoueatur, &c. *Id est, mare & eius vnda sibi reuerentiam*

exhibebant,

CASSIOD. Populos ergo, id est, bonos iudicabit in æquitate, gentes vero, id est, malos in ira sua.

a *Tunc exultabunt.* CASS. HIERON. Tunc quando corriget, vel, hæc omnia de secundo aduentu. *Mare. seculum, & plenitudo eius commo.* ad gaudium in secundo aduentu, quod erit, quia gaudebunt campi, & omnia quæ in eis, vt in litera *Tunc*, id est, in secundo aduentu *exultabunt omnia ligna syluarum*, id est, gentes conuersæ, quæ fuerunt inuentæ in campis syl. à facie domini, quoniam venit, id est, veniet iudicare terram.

a ¶ Seculum. Aug. Omne seculum concitatum est contra ecclesiam, cum dilataretur toto orbe. Vel commouea tur in melius, vel, ad gaudium in secundo aduentu.
b ¶ A maximo ad minimum. c ¶ Omnes lenes, mites: æqui. d ¶ Omnes vires, sensus, ratio.

ueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi & omnia

a ¶ Quia præcisi ab oleastro, & inserti in oliuam. b ¶ Pagani, gentes.
¶ Abscissa in ædificium ecclesiæ modo domus Dei.

quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à

a ¶ Alias, ante faciem. b ¶ Id est, postea venturus est iudicare viuos & mortuos.

facie domini, quia venit, quoniam venit iudicare terram

a ¶ Venit iudicare, & vere iudicabit. ¶ Enim b ¶ Non partem.
c ¶ Aug. Quid verius, & æquius quam electos secum congregare ad iudicandum cæteros, diuidere hos ad dexteram, qui fecerunt misericordiam, illos, qui non fecerunt, ad sinistram.

†terrarum. Iudicabit orbem † terræ in æquitate & populos in veritate sua.

EVTHYMIVS. Eo quod ex eis sumendum sit salutare crucis lignum.

b *Quoniam venit.* AVGVST. Primo venit in ecclesia, in nubibus, id est, apostolis, & impleuit totum orbem, vnde, *Amodo videbitis filium hominis venientem in nubibus*, cui aduentui qui credit, exultabit in vltimo aduentu.

c *Orbem.* CASSIODOR. Omnem hominem generaliter includit, secundum æquitatem Dei iudicandum. Sed quomodo iudicetur exponit, dicendo, *populos in veritate.* quia in separatione duo erunt populi, quibus dabit sententiam veritatis, vt alij in vitam, alij in pœnas eant.

AVGVSTINVS. *Orbem* dicit omnes filios Adam, id est, omnes homines, qui fuerunt in eo vnus homo, qui tunc fuit in vno loco, sed modo dispersus est per totum orbem, quem ἄδαμ significat secundum Græcam linguam. Quatuor enim literæ sunt in hoc nomine, alpha, delta, alpha, mi: & quatuor partes orbis, has in capite literas habent ἀπαρκτίαν, dicunt orientem, δύσιν, occidentem, ἄρκτον aquilonem, μεσημβρίαν meridiem.

Matt. 26. f.

NICOLAVS DE LIRA.

exhibebant, quod factum fuit; quando mare, & eius vndæ se ei calcabiles præbuerunt, Matth. 14. c.

1 Gaude. cam. *Quod impletum fuit, quando pastores in campis congregati, super gregem suum vigilantes, Christum natum adorauerunt gaudentes, Luc. 2. c.* Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum.

2 Tunc exult. *Id est, signa exultationis erunt.*

3 Omnia lig. *Hoc impletum est in aduentu Christi ad Ierusalem, quando populi cædentes ramos de arboribus sternebant in via clamantes: & di.* Osanna filio Dauid. *Matt. 21. a. in signum exultationis magnæ. Quod autem dicitur* ligna omnia, *hyperbolicè est, sicut dicitur, Omnes de ciuitate cucurrerunt ad spectaculum, licet plures remaneant, quam vadant.*

4 Quoniam venit iudicare terram. *Iudicio, scilicet, discretionis, separando fideles ab infidelibus, vocando electos ad fidem per suam & ecclesiæ prædicationem, propter quod dicit saluator, Ioan. 12. e.* Nunc iudicium est mundi. *iudicium enim discussionis propœnis & præmijs reddendis, de quo agit sequenti Psal. expectatur in futuro.*

5 Iudicabit, &c. *Iudicium enim discretionis, quo aliqui vocantur ad fidem & gratiam, alij non, est valde iustum, licet hoc sit nobis occultum, propter quod dicit Psal. 35. b.* Iudicia tua abyssus multa. *Moraliter potest exponi Psalmus iste, de quolibet fideli, qui est Dei filius per gratiam & adoptionem, sicut Christus est Dei filius per naturam. Et ideo sicut Christo competit iudicium discretionis super alios modo prædicto, ita cuilibet fideli impositum est iudicium discretionis super proprias cogitationes, locutiones, & operationes: vt nulli iniusto consentiat corde, nullum iniustum proferat ore, nec exerceat in opere.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psalmus ipsi Dauid.* Ad literam illud tangit hic, quod mortuo Absalon iniquo filio Dauid, qui viuens patrem persequebatur, Dauid restituta est terra, & in pace regnauit, de quo hic non agitur, sed potius de significato.

AVGVSTINVS. Dauid Christum significat, quem iniqui filij, id est, Iudæi, crucifixerunt, atque regnum abiuerunt ei. Sed *restituta est terra ei*, quando Iudæa, quæ crucifixerat, credidit: & apostoli, qui titubauerant, sunt confirmati, sed & aliæ oues de gentibus sunt adductæ.

Vel, *restituta est terra*, cum caro eius resurrexit, postquam resurrectionem hæc omnia, quæ hic cantantur, facta sunt.

AVGVSTINVS. Præuidentes in spiritu hæc gauisi sunt prophetæ, & si posset fieri, vellent & impleta videre, vnde, *Multi reges & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, &c.* Magna ergo lætitia præsentes implentur in hoc Psal. qui de promissis restitutionis terræ intitulatur, palato namque fidei dulce sapit mel diuinæ promissionis. Luc. 10. c.

a ¶ Est. b ¶ Id est, Christo, cuius laudem & victoriam continet.
c ¶ Id est, Iudæa credidit, vel caro eius resurrexit.

a Psalmus ipsi Dauid, quando terra eius restituta est.

PSAL. XCVI.

a ¶ Qui spretus, & occisus.
b ¶ Rex esse innotuit.

b DOMINVS regnauit,

CAS. Quartus Psalmus de primo aduentu, quo mundus liberatus est.

CAS. Describit primo virtutes domini ostendit omnia restituta ei, & arguit idololatras.

PSALMVS XCVI.

b *Dominus regnauit.* CASSIODOR. Videns propheta superstitiones mundi abundare ante Christi resurrectionem, opponit, *Dominus regnauit.*

AVGVSTINVS. Quis ergo alter colendus est? quasi, nullus: Inde.

☞ *Exultet*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XCVI.

1 DOminus regnauit, &c. *Huic Psalmo præmittitur talis titulus in translatione communi,* Psalmus Dauid, quando terra eius restituta est ei? *& secundum hunc titulum Dauid fecit hunc Psal. secundum Hebræos vero Moyses fecit ipsum, vt dictum est supra Psal. 89. Sed de hac varietate non est magna vis, vt dictum est Psal. precedenti, sed magis curandum est de materia huius Psalm. Et secundum hunc titulum dicunt doctores aliqui, quod Psalmus iste est gratiarum actio ipsius Dauid, quando debellatis Philistheis, qui regnum eius inuaserant, & aliis gentibus circumitu, qui regnum suum molestabant, terra sua fuit restituta in pace & quiete. Sed litera huius Psal. non videtur concordare, cum dicitur* Nubes & caligo in circumitu eius, *& post subditur:* Ignis ante ipsum præcedet, *quia in bellis ipsius Dauid contra aduersarios non legimus apparuisse talia signa. Item Apostolus Heb. 1. allegat scripturam huius Psalmi dictam ad literam de Christo, dicens,* Et cum introducit primogenitum in orbem terræ dicit, Et adorent eum omnes angeli Dei, *quod accipitur ex hoc Psalmo, cum dicitur:* Adorate eum omnes angeli eius. *Apostoli enim allegantes scripturam veteris Testamenti, non semper acceperunt eam de verbo ad verbum, sed sufficit eis aliquando accipere sensum, quamuis*

☞ *hic*

MORALITER.

† 1 *Dominus regnauit.* Psalm. iste loquitur ad literam de secundo aduentu Christi, scilicet, ad iudicium discussionis, quod erit in fine mundi, & sic non est hic alia spiritualis expositio requirenda.

a *Exultet terra.* Quid remanet idolis? quasi, nihil,
b *Insulę.* Totius mundi ecclesiæ.

✲ Evthymivs. Ecclesiæ nimirum, quæ in variis sunt mundi partibus, quæque ab amara & salsuginosa, vt ita dicam, infidelitate, insularum instar eleuatæ sunt; quæque, licet assiduis tentationum ductibus impellantur, fũdamentum tamen, ac solidam in rege suo Christo stabilitatem habent; vel, per *insulas*, simpliciter fidelium omniũ animas intellige, & per *terram* nouam creaturam.

c *Multę.* Non omnes, propter hæreticorum conuentus.

Cassiodorvs. Inde qualis sit dominus primo aduentu dicit.

d *Nubes & caligo.* in. Impiis, qui cœci sunt, nubilosus & caliginosus, quibus nulla claritate splendet, sed bonis,

e *Iustitia & iudicium.* Qui correcti sunt sedes eius. Ante aduentum eius *ignis præcedet*, quia impij pro prædicatione prophetarum ira succensi, de nece eorum tractauerunt, & ad indignationem inflammati in circumitu, quia multi, cum pauci essent prædicatores.

Insulæ. Avgvsti. Ecclesiæ, quia circumlatrantur fluctibus tentationum. Et sicut insula circunstrepentibus fluctibus tunditur, sed non frangitur: ita ecclesia per totum orbem dilatata, persecutiones infidelium patitur, sed non vincitur.

Nubes, &c. Avgvst. Impiis, qui cum non intellexerunt, *Iustitia & iudicium* fidelibus.

Iustitia & iudicium directio throni eius. ✲ Evthymivs. *Throni eius*, pro regni eius, dixit, quod regnum ipse Christus regnans direxit, illud autem verè fuit iustum iudicium, quo & tyrannum dæmonem destruxit, & oppressum tyrannide humanum genus saluauit. Vel aliter: per *iustitiam*, in vniuersum omne virtutis genus intellige; & per *iudicium*, rectitudinem ac discretionem, discretionem; quæ omnia regnante Christo didicimus.

f *Ignis ante ipsum præcedet, &c.* Avgvstinvs. Quasi correcti sunt sedes Dei; antè vero quam in eis sedeat Deus, ignis sancti spiritus præcedit: quod ita ait: *Ignis* charitatis *præcedet ante ipsum.* Iste est bonus ignis, sicut & ille gladius bonus de quo dominus dicit: *Non veni mittere pacem, sed gladium.* Et hic est gladius verbi Dei, qui separat carnali affectu malè coniunctos. *Ignis* verò vrit & inflammat inimicos eius *in circumitu*; id est, per totũ ardet mundum, quod contra Deum est; quo consumpto *apparuerunt fulgura*, vnde subdit: *Alluxerunt.* Vel ita, de duplici igne agit, qui erit ante secundum aduentũ Christi, scilicet, ignis charitatis, qui ardebit in bonis; & ignis iræ & inuidiæ, qui malos consumet, vltimus autem ignis, in quem mittendi sunt mali, non ante, sed post eum erit, iste verò præit, qui est pœna malorum, & salus bonorum, cum enim Christus prædicatur, irascitur prauus, patitur iustus. Ira aduersarium velut ignis comedit, qui tanquam facula consumitur: lignum autem viride pemanet, id est, iustus, qui ardet charitate. Inimici enim, qui idola colebant, incenduntur, si mali sunt, ad consumptionem, si boni ad reparationem.

g *Alluxerunt fulgura.* Avgvst. Nubes viluerunt forma humana, sed fulgor mirandus in verbis, vel factis eorum apparuit: & inde mota est terra.

h *Fluxerunt.* Avgvs. Etsi non modo credit paganus, tamen victus est.

✲ Basil. & Theod. Non tantum subditi, verumetiam ipsi Dynastæ & Reges, ceræ instar, quæ igni admouetur, timore conficientur. Quantò enim plurium rerum regimen habuerunt, tanto maioribus suppliciis succumbent. Quanto autem maius est æs alienum, tanto maior est timor.

☞ *Confundantur*

a ¶ Ideo vel inde. b ¶ Qui habitant insulis. c ¶ Vel ecclesię quæ in medio tentationum stent. ¶ Non omnes. ¶ Impiis.

† incundétur. a exultẽt terra: † lætentur insũlæ mũltæ. Nubes & caligo in cir- 1
a ¶ Bonis, de quibus iustitia, qua ex fide iustificati sunt. Et iudi. quia & de eis, id est, per eos ipse iudicat. 2
b ¶ Charitas sicut gladius.
¶ Ignem veni mittere in terram? & quid volo nisi &c. Gladius separat, ignis vrit: antequam in eis sedeat ignis, spiritus præcedit. 3
4
† directio cumitu eius, iũstitia & iudicium † correctio sedis † eius. Ignis 5
a ¶ Id est, per totũ orbẽ. b ¶ Ardet, quod contra Deũ est, quo consumpto apparuerunt fulgura. Et hoc est,
† præibit. B ante ipsum † præcedet, & inflammãbit in circumitu inimicos 6
a ¶ Insuper. b ¶ Miracula. c ¶ Toti mundo. d ¶ Corde e ¶ Territa.
† Apparuerunt. g eius. † Allũxerunt fulgũra eius ũrbi terræ vidit & cõmmota 7 8
a ¶ Inde. b ¶ Quę idola colebat. c ¶ Superbi, omnis altitudo contra Deum.
d ¶ Ignis fuit Deus duris, mollificans eorum corda ad fidem.
h ẽst terrã. Mõntes sicut cera, fluxerunt à facie domi- 9
a ¶ Etiam gentium. b ¶ Quis fidelium tacet Christum?
c ¶ Prædicatores omnes, quorum cor sursum est.
ni, à facie domini omnis terrã. Annuntiãuerunt cœli 10
¶ Corde.
iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius. 11

Matt. 10. d

E

Ignis quo modo Christi faciem præcedere intelligatur

F

NICOLAVS DE LIRA.

hic non sit magna mutatio in verbo, quia in hoc Psalmo ponitur imperatiuum secundæ personę, cum dicitur, Adorate, *ad Hebręos. i. imperatiuum tertiæ personę. Sciendum est etiam, quod duplex est Christi aduentus, scilicet, in mundum, qui præteriit, & ad iudicium, qui futurus est. Psal. autem iste loquitur de aduentu ad iudicium, & sic intelligitur Apostoli verbũ,* Et cũ introducit primogenitum, *id est, prædicit introducendum ad iudicium, sicut expositus ibidem: tunc enim apparebit in potestate constitutus tanquam primogenitus. In primo autem aduentu apparuit humilis & abiectus. Huic autem sententiæ cõcordat Ra. Sa. in parte dicens, quod hic Psal. loquitur ad futurum, quod vocat tempus Messiæ, sed expectat primum eius aduentum adhuc futurum erroneę, vt frequenter supra dictum est. Patet igitur secundum sententiam Apostoli & Ra. Sa. quod Psal. iste ad literam intelligitur de Christo, non de Dauid, nisi figuratiuè: nec titulus in principio positus valet multum ad oppositum, quia in Hebræo, et in translatione Hier. nullus est omnino titulus, et ideò videtur iste titulus appositus fuisse ab aliquo expositore pro sua voluntate. Dicendum igitur, quod psalmus iste loquitur de aduentu Christi ad iudicium discussionis: sicut præcedens de aduentu eius ad iudicium discretionis. Et diuiditur in tres partes, quia primo describitur ipsius Christi generale dominium, secundò aduentus ad iudicium, ibi,* Nubes; *tertiò exultatio fidelium, ibi,* Audiuit. *Et ista tria se consequuntur ad inuicem, vt videbitur persequendo.*

Diuisio.

Circa primum sciendum, quod Christus in sua resurrectione & ascensione accepit super omnia creata generale dominium, propter quod dixit Matth. vlt. a. Data est mihi omnis potestas, &c. *& hoc est quod dicit,*

Dominus re. *Scilicet, dominus noster Iesus Christus.*

1 Exultet terra. *Id est, habitantes in terra, quia Christus per resurrectionem & ascensionem suam præbuit aliis ingressum ad gloriam.*

2 Lætentur insulæ multæ. *Quia fides catholica prædicata est per apostolos, aliosque Christi discipulos, habitantibus in insulis maris oceani, vt patet de Anglia & Hybernia, & etiã maris mediterranei, vt patet de Sicilia & Cypro & pluribus aliis.*

3 Nubes & caligo. *Quia ad generale dominium sequitur extremũ iudicium, à quo non potest appellari: ideo post Christi dominium, hic consequenter describitur eius generale iudicium, ad quod veniet in magna potestate, et hoc est quod dicitur,* Nubes & caligo. &c. *Christus ascendens in cœlum habuit nubem in obsequium, secundum quod dicitur Act. 1. a.* Videntibus illis eleuatus est; & nubes suscepit eum ab oculis eorum; *& subditur:* Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, *scilicet, ad iudicium: Ex quo innuitur, quod obsequio nubis vtetur, secundum quod dicitur Luc. 21. e.* Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna: *ideo subditur.*

4 Iustitia & iudi. cor. se. &c. *Id est,* correctio *orbis procedens à potestate eius iudiciaria, quæ per* sedem *designatur (eo quod sententia iudicis sedendo datur,) erit* iustitia & iudicium, *id est, recta et irreuocabilis.*

5 Ignis ante. *Scilicet, ignis conflagrationis, qui præcedet iudicium.*

6 Et inflammabit in circumitu inimicos. *Quia data sententia iudicis, reprobi illo igne inuoluentur, & sic in inferno retrudentur.*

7 Alluxerunt fulgura. *Quia ante iudicium fient multæ impressiones igneæ & terribiles, ideo subditur,*

8 Vidit & commota est terra, *Id est, habitantes in ea, qui videntes talia, commouebuntur commotione timoris.*

9 Mon. si. ce. flux. *Id est, fluent, quia loquitur de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ, quia tunc* erunt terræmotus magni per loca, *secundum quod dicitur Matt. 24. a. ex quibus ruent montes.*

10 Annuntiauerunt cœli iustitiam eius, *Quia per signa in cœlo apparentia manifestabitur iudicis aduentus propinquus.*

11 Et viderunt omnes po. gloriam eius: *Quia omnes tam electi, quam reprobi videbunt Christum hominem venientem in potestate & gloria, quę visio erit terribilis reprobis, & delectabilis electis, ideo subditur.*

☞ Confun-

☞ a *Confundantur.* Hoc iam factum est.

A Avgvstinvs. Cessat enim iam idololatria. Et erubescant qui adorant lapides, quia mortui.

b *Adorate.* Avgvst. Cessat ergo adoratio angelorum, sed adorant. Ipsi mali angeli volunt adorari: boni adorant, nec se permittunt adorari. Vel saltem hoc exemplo idololatriæ cessent.

c *Audiunt & lætata.* Cassiodorvs. Secundo post restaurationem terræ omnimoda exultatio, quam nec persecutio interrumpat. ostēditur. *Audiuit Siō*, quod angeli eum adorant, quod annuntiauerūt cœli iustitiam, & viderunt omnes populi gloriam eius, & quod confunduntur adoratores idolorū, & inde lætata est. Iudæa enim prius credebat, se solam pertinere ad Christum: sed iā de sociis gentibus lætatur, vt de Cornelio fratres gauisi sunt quē Petr⁹ baptizauit.

Act. 10. a.

Confundantur omnes qui adorant † sculptilia, & qui glo- †idola.
a ¶ Quæ non habent spiritum.
b ¶ August. Noster Deus qualis, quem & angeli adorant: vni Deo conuenit adoratio, non etiam angelis: nedum idolis, vel dæmonibus.
riantur in simulacris suis, Adorate eum omnes angeli eius: b
a ¶ Quasi, annuntiabunt cœli, & adorabunt angeli. Et Sion au, &c. b ¶ Ecclesia Iudææ.
c ¶ Christi, qui de Iuda. d ¶ Quia non est personarum acceptor Deus, sed omnes accipit, qui ad eū veniunt. ¶ Quod cæcitas contigit in Israel.
audiuit † & lætata est Siō. Et exultauerunt filiæ Iudæ, propter c
a ¶ Quæ illa iudicia. b ¶ Potentia.
iudicia tua domine. Quoniam tu dominus altissimus super d
a ¶ Non Iudæorum tantum Deus, sed & gentium. b ¶ O Christe. ¶ Expositio.
¶ Quia æqualis patri. ¶ Secundum opera. c ¶ Non modo super malos, sed & bonos homines & angelos.
d ¶ Et cum talis, ergo.
omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos. Qui di- e
a ¶ Diabolum cum quo non diligitur Deus. Nemo enim potest duobus dominis seruire.
b ¶ Et si corpora moriuntur. Animam autem non possunt occidere.
ligitis dominum, odite † malum, custodit dominus animas †malignū. f
a ¶ Diaboli- b ¶ Aug. quod si forte quæritis, te perdere lucem istam, ne cures, quia vera lux est tibi, hoc est. c ¶ Fidei.
†seruorum g † sanctorum suorum, de manu peccatoris † liberauit eos. Lux
a ¶ Quibus per omnia placet Deus. b ¶ Ergo. ¶ Perspem.
†iucūditas. orta est iusto, & rectis corde † lætitia. † Lętamini iusti in
a ¶ Non in mundo in quo pressuræ. ¶ Lętati.
¶ Aug. id est, laudate eum, quia memor fuit sanctificare vos: quia nisi vellet, non gauderetis in illo.
domino, & confitemini memoriæ † sanctificationis eius.

d *Et exultauerunt*, Avg. Audierunt apostoli, qui erant in Iudæa fratres, quia gentes receperunt verbum Dei, & lætati sunt & magnificabant Deum.

e *Terram, &c. deos.* Avgvst. Per *terram* & *deos*, peccatores & iustos accipe. Vel, terrenis & cœlestibus significat eum imperare.

Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram. ✠ Evth. Dominus super omnem terram, vel altissimo super terram, quemadmodum etiam super cœlum.

Nimis exaltatus es super omnes deos. ✠ Evthymivs. Eos scilicet, qui dij reputantur, & illi quidem falso exaltati sunt, atque ob errorem: tu autem vere *exaltatus es* ob summam tuam potentiam, quanto igitur veritas errore maior est, tanto etiam tua sublimitas illorum altitudinem superat, exaltatus es autem, hoc est, cognitus es altus esse, conatur autem his verbis propheta summam Dei altitudinem exprimere, valde exaltatum eum esse, dicens, *Super omnem terram, & super omnes Deos.* D

f *Custodit dominus.* Avgvs. Si cum cœperis odisse malignum, subsequantur persecutiones, ne timeas, quia custodit dominus animas sanctorum suorum, de quibus tollendis est vltimum genus persecutionis. E

✠✠ b *Lux orta est iusto, & rectis corde.*

Avg. Forte non habes vnde videas: est enim oculus vnde illa pulchritudo videatur. Nam quomodo est oculus carnis vnde lux ista videatur: ita est oculus cordis vnde illā iucunditas videatur. Forte ille oculus saucius est, sordidatus est, turbatus est ab ira, ab auaritia, à cupiditate, à libidine insensata: turbatus est oculus tuus non potest videre illam lucem. Crede antequam videas: sanaberis & videbis. *Lux orta est iusto, &c.* †erhet eas. †Iucundamini. †sanctitatis. F

Lętitia. Avg. Nō enim verè in miseria sunt sancti, spe iā salui.

✠✠ Idem. Ait enim ipse dominus, *Hęc loquutus sum vobis, vt in me pacem habeatis, in mundo autem pressuram.* Si Christiani estis, pressuras in isto mundo sperate, tranquilliora, & meliora tempora nolite sperare fratres, fallitis vos. Quod vobis euangelium non promittit, nolite vobis promittere. Euangelium hoc dicit, quia in nouissimis temporibus multa mala, multa scandala, multę pressurę, multæ iniquitates, &c. Bonū est tibi vt attendas illum, qui non fallitur, nec fefellit aliquem, qui tibi promisit non hic lætitiam, sed in se: & cum transierunt ista, speres quia cum illo regnabis in æternum, ne, cum hic vis regnare, neque hic habeas iocunditatem, neque illic inuenias. Ioan. 16. Matt. 24.

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Confundantur. *Id est, confundentur.*

2 Omnes qui adorant sculptilia, *Id est, omnes idolatræ, qui tunc maximè confundentur, quoniam creaturis attribuerunt cultum soli Deo debitum, non solùm ab hominibus, sed etiam ab angelis, ideo subditur.*

3 Adorate eum om. ange. *Id est, adorate Christum adoratione latriæ, quia est verus Deus.*

4 Audiuit. *Hic incipit versus in Hebrœo, et in translatione Hieron. vbi describitur exultatio fidelium, quia sicut iudicium extremum erit reprobis terribile, ita iustis erit delectabile: vnde dicitur Luc. 21. e. de illo iudicio,* Aresc̄tibus hominibus præ timore & expectatione, & *post subditur,* his autē fieri incipientibus, respicite & leuate apita vestra, *id est, exhilarate corda vestra, secūdū quod exponit Greg. hom. 1. & hoc dictū fuit apostolis pro omnibus electis. Igitur circa hoc primo ponitur exultatio fidelium, secundo quoddam correlarium, ibi.* Qui diligitis. *Circa primum dicitur,* Audiuit Sion. *id est ecclesia per verbum Christi, & apostolorum, qui prænuntiauerunt iudicium futurum.*

5 Et lætata est Sion. *Quia hoc est materia exultationis pro electis, vt dictum est.*

6 Et exultauerunt fil. *Id est fideles animę & electæ, & subditur causa huius lętitię, cùm dicitur.*

7 Propter iudicia. *Et dicit* iudicia *in plurali, quia non solum iudicium datum pro gloria electorum erit eis causa lętitiæ, sed etiam iudicium datum pro damnatione reproborum: secundùm quod dicitur Psal. 57. b.* Lætabitur iustus, cum viderit vindictam. *Et quia tunc omnia Christo perfectè subijcientur, ideo subditur.*

8 Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram, *Id est, super omnes homines, qui in terra nascuntur.*

9 Nimis exaltatus es su. om. deos. *Id est, angelos sanctos, qui dicuntur dij participatiuè, Dan. 2. b.* Exceptis diis, quorum non est cum hominibus conuersatio.

10 Qui diligitis dominum. *Hic vltimo concluditur quoddam correlarium, quia iudicium extremum terribile erit iniustis, & delectabile iustis, vt prędictum est: ideo Psalmista hortatur homines ad iustitiam, & ab iniustitia retrahit, dicens,* Qui diligitis dominum odite malū, *scilicet, culpa, quod opponitur bonitati diuinæ. Et quod possint peccatū mortale euitare ostendit, dicens.*

11 Custodit dominus animas sanctorum suorum, *Qui in tentationibus recurrunt ad eius auxilium: secundùm quod dicitur 1. Cor. 10. c.* Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod petestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere, *ideo subditur.*

12 De manu peccatoris, *Id est, de manu dæmonis, qui obstinatus est in peccato, & semper homines trahere nititur ad peccatum, & quia hac liberatio fit per gratiam diuinam, ideo subditur.*

13 Lux orta est iusto, *Id est, lux gratię diuinæ.*

14 Et rectis corde lætitia. *Quia lux gratię est quędam arra gloriæ, propter quod repetitur idem, cùm dicitur.*

15 Lætamini iusti in domino. *Quę est lętitia deuotionis.*

16 Et confitemini memoriæ sanctificationis eius, *Gratias agentes dono gratię vos sanctificantis.*

Moraliter. *potest exponi psalmus iste, de quolibet fideli, qui est Dei filius per adoptionem, sicut Christus est Dei filius per naturam, & ideo sicut ad Christum pertinet iudicium discussionis generale, ita ad quemlibet fidelem pertinet iudicium discussionis singulare, propriam conscientiam discutiendo, vt quod ibi inuenerit de male actis, dictis, & cogitatis, sic per pœnitentiam puniat, vt pœnam iudicij futuri euadat, secundum quod dicit Apostolus 1. ad Corinthios 11. g.* Si nosmetipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur.

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Psalmus Dauid.* Cass. Tertius Psalmus eorum, qui de vtroque aduentu agunt: in quibus est causa spei per misericordiam primi aduentus, & timoris per iudicium secundi, hæc, etsi sæpe iterentur, tamen sẽper noua pro verborum & sententiarum varia descriptione.

Psal. XCVII.

b *Cantate domino.* Cassi. Primo ait de ostensione saluatricis dexteræ.

B c *Salua.* Avgvs. Maius est quod totum orbem à morte æterna erexit, quam quod mortuos suscitauit.

†Dominus sanauit ei.

d *Sibi.* Avgvst. Multi saluantur corporaliter, sed sibi, non ei: qui accepta corporali sanitate lasciuiunt, sed qui per fidem intus sanantur,

†ante conspectum.

†Iacob.

C

†Iob 1.d.

ei sanantur, vel se saluant.

†vniuersa.

✻ Basilvs. & Theod. Sæpius diximus, *Manum*, actionem dicere, *dexteram*, vero, bonam actionem. Dicit autem, hominum salutem eius potentiæ esse opus, immensa autem benignitate vtentem, suum quæstum hominum vitam ducere. D Propterea non dixit, *Saluauit ipsum* dextera eius: sed, *Saluauit sibi.* Nam cum ab idolorum errore ipsos liberasset, cumque sublimitatem eius regni ostendisset, salutem impertiit, & hoc manifestius per sequentia declarauit.

Psalmus Dauid. PSALMVS XCVII.

a ¶ Vita & lingua. b ¶ De incarnatione Christi, & hominis redemptione. c ¶ Quia nihil tale mundus audiuit. d ¶ Vnde.

Antãte domino canticũm nouum, quiã mi-

a ¶ Non solum quæ communia sunt, sed & hoc singulare: scilicet, quod Sal. b ¶ Non dicit quid, sed intelligimus orbem terræ: quod fuit magnum miraculum. c ¶ Deo. d ¶ Christus pro mira operatione.

rãbilia fecit. †Sãluauit sibi dẽxtera eius, &

a ¶ Id est, Christus pro fortitudine. b ¶ Vbi ea est dextera, vel brachium. c ¶ Quod & brachium & dextera, id est, Christus, eo quod saluat. ¶ Quibus?

brachiũm sanctum eius. Nõtum fecit dominus salutãre suum

a ¶ Non hic, vel illic, sed. b ¶ Non sub velamine. c ¶ Id est salutare, eo quod iustificat. d ¶ Alias, Memor fuit.

†in conspẽctu gentium reuelãuit iustitiãm suam. Recõrda-

a ¶ Vt homo factus liberaret. b ¶ Quando eum facie ad faciem videbunt. c ¶ Videnti Deum.

tus est misericõrdię suæ, † & vẽritatis suæ domui Isrãel.

a ¶ Ne putes Israel vnam gentem, subdit. ¶ Mente. b ¶ A termino ad terminum. c ¶ Iesum. d ¶ Ergo. ¶ Vbi defecit locutio. ¶ Voce sine verbis.

Viderũt omnẽs †termini terrę, salutãre Dei nostri. Iũbilate

a ¶ Quia omnes viderunt. b ¶ Verbis. ¶ Vbi valet locutio. c ¶ Corde. d ¶ Opere.

domino † omnis tẽrra, cantãte & exultãte & psallitẽ.

e *Salutare, iustitiam.* Avg. Qui saluat, & iustificat.

f *Reuelauit.* Avg. Futura sub velamine prædixerunt prophetæ: sed velamen ablatum est, cùm *veritas de terra orta* est.

g *Misericordiæ, & veritatis.* Avgvstinvs. *Misericordia* est quod promisit, hanc sequitur *veritas*, quia reddidit. Sed cui? *Israel*, id est, qui modo per fidem videt veritatem, post per speciem.

h *Omnes.* Avgvs. Quia nõ quibusdam tantũ datus est Christus.

i *Iubilate.* Cas. Secundo dicit omnibus modis laudandum esse & annuntiandum, quia venit iudex.

☞ *Ducti-*

NICOLAVS DE LIRA. PSALMVS XCVII.

1 Cantate domino. *Huic Psalm. præmittitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hieronym.* Psalmus *sine aliqua additione, & sic per titulum istum non apparet autor psalm. nec eius materia. Secundùm Hebræos Moyses fecit psal. istum, vt dictum est suprà Psal. 90. secundum August. vero Dauid fecit hunc Psal. & omnes alios, sed de hac varietate non est magna vis, vt dictum est Psal. 95. De materia vero huius Psal. dicit Ra. Sa. Hebræus, quod Psal. iste loquitur de tempore futuro, per quod intelligitur tempus Messiæ, quod Iudæi expectant futurum, in quo dicunt multa mirabilia fienda per regem Messiam, id est, Christum, & secundum hoc dicitur in prin. huius Psal.* Cantate domino canticũ nouũ, quia mirabilia fecit, *id est, faciet secundum ipsum, quia scriptura hic loquitur de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ: tempore enim quo factus est Psal. iste, Christus erat venturus in mundum: sed mirabilia ista, quę dicit fienda, tam sunt facta in aduentu Christi, quia quod Dei filius in humana natura apparuit, virgo concepit, & peperit, & cętera mirabilia quę Christus fecit, non solùm sunt mirabilia, sed etiam mirabilissima, & secundum hoc do. nostri exponunt Psal. istum de duplici aduentu Christi, scilicet, in mundũ, & ad iudiciũ generale & vltimum, quod vocatur iudicium discussionis. Sed saluo meliori iudicio videtur mihi, quod conuenienter potest exponi de aduentu Christi in mundum, & de iudicio discretionis, quod incepit à tempore prædicationis Christi & apostolorum, vt supra dictum est, & secundum hoc Psal. iste, & 95. sunt circa eandem materiam, vnde & similiter incipiunt & magnam habent conuenientiam, non solùm in sententia, sed etiam in verbis. Bene enim reperiuntur Psal. plures de eadem materia facti, non solum à pluribus autoribus, sed etiam ab vno autore, vt in superius dictis patuit in Psal. ipsius Dauid. Igitur secundum hoc Psal. iste in duas partes diuiditur. In prima ponitur gratiarum actio de beneficio incarnationis: in secunda de beneficio iudicij discretionis, quo electi sunt ad fidem vocati, secunda ibi,* Iubilate domino omnis terra. *Circa primum dicitur,* Cantate domino, *scilicet, Iesu Christo,* Canticum nouum. *tanquam autori noui testamenti, in cuius ortu nouum canticum cantauerunt angeli, Lu. 2.*

2 Quia mi. fecit. *Nascendo, languidos curando, mortuos suscitando resurgendo, & ascendendo, & Spiritum sanctum in signo visibili mittendo, quo simplices & illiterati fuit notitia scripturarum illuminati, & linguis omnium loquebantur, Actuum. 2.*

3 Saluauit. *Id est, salutem fecit.*

4 Sibi. *Hoc est, ad honorem suum, scilicet, Dei patris.*

5 Dextera eius. *Id est, Christus Dei patris filius, qui dicitur eius virtus. 1. Cor. 1. a.* Prędicamus Christum Dei virtutem, *virtus autem consistit in parte dextera, propter quod & frequenter dextera nominatur in scriptura. Similiter Christus brachium Dei dicitur. Esa. 54. a.* Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini, &c. *Quę scriptura intelligitur ad literam de Christo vt plenius ostendetur, domino concedente, quando ad locum illum veniemus.*

6 Notum fecit dominus. *Id est, Deus pater,*

7 Salutare suum. *Id est, filium suum pro salute mundi humanatum; & sic visibilem factum.*

8 In conspectu gentium, *Id est, fidem catholicam iustificantem, qua per prædicationem apostolorum, & aliorum Christi discipulorum publicata est gentibus dispersis per orbem terrarum.*

9 Recordatus est misericordiæ & ve. *Id est, promissionis facta patribus eius, sicut Genes. 22. promissum fuit Abrahæ:* Benedicẽtur in semine tuo, &c. *qua promissio misericorditer & veraciter impleta est in Christo nato de semine Abrahæ per Iacob, qui alio nomine dictus est Israel, Genes. 32. & quia effectus huius promissionis extensus est ad omnes gentes, ideo subditur.*

10 Viderunt omnes termini terræ. *Per fidem cognouerunt, & per miracula coram eis facta.*

11 Salutare Dei. *Id est, dominum nostrum Iesum Christum, per quem est salus hominum, secundum quod dicitur Act. 4. b. & non est in aliquo alio salus.*

12 Iubilate. *Hic incipit versus in Hebræo, & in translatione Hieronymi vbi ponitur inuitatio gratiarum actionum pro iudicio discretionis, quo electi ad fidem et gratiam sunt vocati, cum dicitur,* Iubilate domino omnis terra, *quia de omnibus terrę partibus aliqui sunt vocati.*

13 Cantate, *Id est, laudate in cordibus vestris.*

14 Et exultate, & psallite, *Id est, signis deuotionis exterius.*

☞ Psallite

MORALITER.

† 1 *Cantate domino canticum nouum.* Psalmus iste loquitur de aduentu Christi ad iudicium discretionis, sicut & cantate primum, & ideo de alia expositione spirituali pertranseo, sicut in illo.

† *MORAL.*

a *Ductilibus, tubę corneę.* Avgvstinvs. Aëris, quæ tundendo producuntur, id est, qui tribulati proficiunt, & sonant laudes Dei. Cornu vero carnem excedit, & sic fit firmum, & capax vocis. Is est qui affectus carnis superat, & libidines, qui non sapit *terram*, sed *ambulat*, & *non secundùm carnem* militat: vt cornu carni hæret, & eam superat.

Hieronym. In tubis ductilibus, argenteis, more Iudæorum. Mysticè, productis sub malleo vniuersæ terræ, id est, diabolo.

Avgvstinvs. Tribulatio, tūsio est, profectus, productio, talis tuba erat Iob, vnde quasi tuba insonuit, dicens, *Dominus dedit, dominus abstulit.*

b *Moueatur.* Avg. Id est, indulcetur mare legis ligno crucis in eò posito.

✠ Evthymivs. Per commotionem etiam hoc loco exultationem intelligit, vt diximus in psalmo 95. ibi. *Lætentur cœli, & exultet terra, cōmoueatur mare, & plenitudo.* Vide quod illic exponendo diximus. Per plenitudinem vero maris, quidā pisces intellexerunt, qui illud replent, quasi ipsi etiam pisces ad lætitiam, atque ad gaudium aduocentur.

Avg. *Et plenitudo eius*, vniuersa legis sacramēta. *Orbis terrarum* Gentilitas ad conuersionem moueatur. *Qui habitant*, vt quæ figuratè dixit, de hominibus accipias. *Vel mare*, id est, sæculum *moueatur* terrore iudicij, vbi impij timent. *Plenitudo*, multitudo hominum peccatis plena, quia ibi multa peccata. *Orbis*, quia ipse vertetur in nouam faciem, sed *Flumina, &c.*

✠ Basilivs & Theodoretvs. Hic montes appellauit eos, qui excelsam & sublimem habent mentem, supra quos Dei ciuitas ædificata est, *Non potest*, enim, inquit, *ciuitas abscondi supra montem posita.* *Et fundamenta eius in montibus sanctis*, Hos inquit, lætari & exultari, Dei & Saluatoris nostri aduentum scientes, expectantes enim laborum præmia, gaudent, iudicis iustitiam, scientes.

c *Terram.* Cassiod. Id est, omnem peccatorem.

d *Orbem terrarum.* Omnes terrenos.

e *In iustitia.* Avgvstinvs. Quia non meruerunt misericordiam.

f *Populos.* Cassiod. Fideles de Iudæis & gentibus, qui capient æqua meritis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Psallite. *Recitando ore Psalmos à prophetis ad Dei laudem factos. Et quia iste Psal. tempore ve.te. cantabatur à Leuitis pro expectatione alicui beneficij, qui talia cantabant non solum vocibus humanis, sed etiā musicis instrumentis: ideo subditur.* Psallite domino in cythara, &c.

2 In tubis ductilibus, *Id est, cum martello factis.*

3 Et voce tubæ corneæ. *Quia aliquando vtebantur instrumentis de cornibus animalium factis, maxime in festo tubarum, quod celebrabatur in principio septimi mensis.*

4 Iubilate in con. *Scilicet, Christi, qui est* rex regum & dominus dominantium, *Apo. 19. c.*

5 Moueatur mare, *Ad eius reuerentiam: quod factum fuit, quando pedibus eius se calcabile præbuit.*

6 Et ple. eius. *Id est, habitantes in insulis maris, quorum multi conuersi sunt ad fidem, vt dictum est Psal. præced.*

7 Orbis terrarum, &, *Pro*, id est.

8 Qui habitant in eo. *Quia non solum de insulis maris, sed etiam de terris omnibus aliqui sunt conuersi ad fidem.*

9 Flu. plau. *Id est, habebunt occasionem exultationis, si haberent sensum: & hoc fuit impletum, quando Christus tactu sanctissimæ carnis vim regeneratiuam dedit aquis in baptismo.*

10 Simul mon. exul. *Id est, causa exultationis erunt, quod fuit impletum, quando Christus in montibus legem euangelicam prædicauit, & ibi miracula fecit, vt habetur Mat. 5. & Ioan. 6. & in pluribus locis, & quia per suam prædicationem cœpit vocare electos ad fidem, quod pertinet ad iudicium discretionis, ideo subditur pro causa prædictę exultationis, seu gratiarum actionis.*

11 Quoniam venit. *Et quia istud iudicium est iustum, quamuis sit nobis occultum, ideo subditur.*

12 Iudicabit orbem terrarum in. *Psalmus iste moraliter potest exponi eodem modo, sicut & 95. quia sunt de eadem materia, vt dictum est in principio huius psalmi.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psalmus Dauid.* Avgvstinvs. Propheta describit Christum regem bona dantem, cui antiqui seruierunt: his tribus, tres admonitiones subiicit, Monet, vt Christum tanquam Deum adoremus, & velut regem exaltemus. Hæc autem de Christo futura sub velamine prædixerunt prophetæ, vt quibusdam figuris rerum tegerēt sentētias suas. Sed velamen ablatum est, cum *veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit.* Psal. 4[illegible]. b

a Psalmus Dauid Psal. XCVIII.

a ¶ Christus, cum post resurrectionem prædicaretur, irati sunt qui colebant idola. b ¶ Si prius humilis. ¶ Vel bit.

Dominus regnauit, b

Psalmvs XCVIII.

b *Dominus reg.* Cassiodorvs. De potentia & regno Christi, vt in homine adoretur.

Cas. Ostendit Christum regnantem, & (quicunque repugnet) altum super omnes, vnde ei cedere monet.

☞ *Irasca.*

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs XCVIII.

1 Dominus regnauit. *Huic psalmo nullus titulus præponitur in Hebr. nec in translatione Hieron. Dicunt autem Heb. quod Moyses fecit ipsum, vt dictum est psal. 90. Sed hoc non videtur verum quia in hoc psal. dicitur, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, &c. & subditur*, Ipsi inuocabant dominum, & exaudiebat eos, *& sic autor huius psalmi videtur loqui de ipsis, tanquam de præteritis:* ✠ *propter*

MORALITER.

1 *Dominus regnauit.* Sicut dixi in expositione literali, Psalmus iste loquitur ad literam de regno Dauid, qui fuit figura Christi, propter quod exponendus est spiritualiter de regno Christi, sic: *Dominus regnauit.* Id est, Iesus Christus ad patris dexteram exaltatus, Mar. vltimo d. *Assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei.*

☞ A a *Irasca.* Cas. Irrisio. Secure concedi potest vt irascantur, quia non sunt vltra nocituri, permittendo, dicit non imperando.

✻ Evthymivs. Scribit Matthæus, quod *nato Domino, Magi ab oriente venerunt Hierosolymam dicentes, vbi est, qui natus est rex Iudæorum? quodque audiēs ea Herodes rex, turbatus est, & vniuersa Hierosolyma cū eo.*

Hoc igitur mysterium præuidens beatus Dauid, dicit, Dominus rex natus est. Ipse enim dominus B de se dicebat, *tu dicis quia rex sum ego, ego in hoc natus sum, &c.* irascantur igitur Iudæorum populi.

b *Sedet su.* Cass. Contra eum nihil potest terra, etsi ipse fuit in terra vbi passus est iram populi.

a ¶ Quia inde bona. ¶ Quantuncunque velint. b ¶ Ille regnauit.
¶ Vel sedes. c ¶ Angelicas potestates. d ¶ Idem, quod, irascantur populi.

a b iascantur pōpuli, qui sedet super cherūbim † mouea[d]tur ter-
a ¶ Ecclesia. ¶ Si tues de ecclesia: & in te magnus, super omnes qui irascuntur
c d ra. Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes
a ¶ Gentium. b ¶ Iam ergo & ipsi populi, qui prius blasphemi.
c ¶ Famæ & gloriæ tuæ. d ¶ Iam.
e f pōpulos. Confiteā[b]ntur nōmini tuo māgno, quoniam
a ¶ Ipsum nomen ¶ Potentia qua punit. b ¶ Bonitate, qua parcit.
c ¶ Ne quis de misericordia præsumat, quia cuique reddet pro meritis, si ergo, quæritis iusti esse, ipse est qui facit, quia dirigit vnde subdit, Tu parasti, &c.
g h tērribile & sanctūm est, & honor regis iūdicium diligit.

c *Cherubim.* Avg. Plenitudo scientiæ interpretatur, quæ est charitas. Plenitudo scientiæ legis, quæ est sedes Dei, erit & in te, si charitatem habueris, contra quam nihil possunt irati. Quid enim terra contra cœlum? C

d *Do. in Sion.* Avg. Si non intelligis, quid est super Cherubim? hoc vide, quia *in Sion magnus.* Sion est anima, quæ Deum speculatur.

✻ Evthymivs. Iuxta historiam Christus magnus fuit in Hierusalem, docens & efficiens miracula: *Egrediebatur* enim inquit, *fama de eo.* Item alibi: *Exijt fama statim in omnes finitimas regiones.* Et rursus: *Exijt fama eius in totam Syriam,* iuxta Anagogen vero, *magnus est dominus in, &c.* Sion quippe interpretatur terpretatur specula. Fideliū autem ecclesia nō immerito specula appellatur, cum fideles, qui in ea versantur (vt ait Apostolus) non terrena solum, se cœlestia contemplentur. In hac igitur ecclesiæ specula Christus excelsus est super omnes homines, vtpote, qui non tantum homo est, sed etiam Deus. Vel, *magnus in Sion,* excelsus autem in omnibus gentium populis, vt sit sensus, quod Christus magnificatur inter Iudæos & inter gentes, hoc est, in ijs fidelibus, qui ex circumcisione sunt, atque in ijs qui ex gentibus. Nam quod ait, *Super omnes* non solum significat supra omnes, sed etiam in omnibus. D E F

1 2 3 4 5 6 7 8 9 † commoueatur.

e *In Sion ma.* Cas. Quis dominus, exponit. *In Sion* natus. *Magnus,* ne pro passione vilescat. Vel, tamen dominus magnus in Sion Iudæorum, & super populos gentium.

f *Magno.* Avgvst. Paruum erat quando irascebantur, id est, paucis diffamatum, sed iam in omni terra dilatatum.

g *Terribile.* Avg. Quia etsi crucifixus, prædicatur iudex venturus, & non errabit in iudicio.

h *Et honor regis.* Cass. Exponit quomodo debent confiteri. *Honor regis,* est gloriosa prædicatio, *iudicium* discretionem exigit, non leui voluntate colendus est, sed fixa deliberatione, quod ab ipso est, vnde subdit, *Tu parasti dire.* Vel, *honor regis,* est damnatio nocentium, vnde regis gloria augetur.

☞ *Tu pa-*

NICOLAVS DE LIRA.

✻ *propter quod Psal. iste videtur esse factus non solum post tempus Moysi, sed etiam post tempus Samuelis, & ideo doctores nostri dicunt ipsum esse factum à Dauid, qui Samueli superuixit, & dicunt quod fecit psalmum istum de regno Christi. Sed saluo meliori iudicio ista expositio videtur mihi magis mystica, quā literalis: quia in hoc Psal. fit inuitatio ad Dei cultum secundùm modum veteris legis, vt patebit prosequendo, qui modus non habet locum in Christi regno. Rab. Sal. vero dicit, quod Psa. iste loquitur de regno Messię, qui debellaturus est reges Gog & Magog, & multos alios populos cum eis, secundum quod videtur prętendere dictū Exech. 39. & tunc regnum mundi pacificè obtinebitur à Iudęis. Sed hoc dictum est erroneum, Tum quia aduentus Messia transijt in præteritum, Tum quia secundum dictum Aug. 20. de ciuita. Dei 11. cap. & aliorum sanctorum, Gog & Magog de quibus loquitur Ezechiel, non sunt aliqui populi determinati: sed sunt persecutores ecclesię à diabolo ad hoc inducti, & inducendi, maxime circa finem mundi. Igitur saluo meliori iudicio Psal. iste mihi videtur esse factus à Dauid ad inducendum populum ad diuinum cultum: de quo fuit valde solicitus, vt patet 1. Paralipomenon. & 2. Regum, et hoc fuit postquam debellatis Philistheis, & aliys contra regnum eius insurgentibus, ipse adduxit arcam domini in monte Sion intra tabernaculum, quod ei tetenderat, & constituit ibi sacerdotes & Leuitas ad cultum Dei celebrandum, vt habetur 1. Paralip. 16. & secundùm hoc Psal. iste in duas partes diuiditur, quia primò Dauid incitat populum ad cultum diuinum, secundo ad hoc recitat exempla sanctorum patrum, ibi,* Moyses. *Prima in duas, quia primò Dauid declarat constitutionem sui regni, secundò inducit ad laudem Dei, ibi,* Confiteantur. *Circa primum dicit.*

Dominus regnauit, Id *est, regnare me fecit, per talem modum dicit dominus Gen. 22. cap. ad Abraham,* Nunc cognoui, quod timeas Deum, *id est, cognoscere feci. Quod enim dominus fecerit regnare Dauid, patet 2. Regum 7. b.* Hæc dicit dominus exercituum, Ego te tuli de pascuis sequentem greges, vt esses dux super populum meum Israel: *propter quod regnum Dauid dicitur regnum Dei. 1. Paralip. 29. f.* Seditque Salomon super solium domini in regem, pro Dauid patre suo.

1 Irascantur populi. *Quia Philisthæi audita vnctione Dauid fuerunt irati, & conati sunt regnum eius destruere. 2. Reg. 5. & similiter alienigenæ, qui erant in circuitu Iudęę, sed quia fuerunt debellati à Dauid magis virtute diuina, quàm humana, ideo subditur.*

2 Qui sedet super Cherubim. *Hoc dicitur, quia propitiatorium sustentabatur ab ipsis cherubim, vt dictum fuit, Exod. 25. & dicebatur sedes Dei, eo quod inde dabantur diuina responsa.*

3 Moueatur terra. *In translatione Hieronymi habetur,* Concutiantur terra. *id est, habitantes in terra inimicorum nostrorum concutiantur timore, & nobis subijciantur. Et quod hoc sit decens fieri allegat, dicens.*

4 Dominus in Sion magnus. *id est, ille, qui à nobis colitur in monte Sion, est magnus dominus.* Et excelsus super omnes populos

5 Confiteantur nomini. *Hic consequenter Dauid inducit populum ad cultum Dei, dirigens sermonem ad Deum, dicens,* Confiteantur nomi. tuo ma. *confessione debitę laudis.*

6 Quoniam terribile. *Id est, venerabile, sicut Ge. 28. d.* Quàm terribilis est locus iste, &c.

7 Et sanctum est. *Formaliter & effectuè, quia omnis sanctificatio fit in Dei nomine.*

8 Et honor re. *In Heb. & in translatione Hieron. habetur,* Et imperium regis, *& in idem redit, quia obedire imperio Dei, est eum honorare.*

9 Iudicium diligit. *Id est, equitatem, sicut patet in ve. & no. te. vbi eam fieri præcipit.*

✻ Tu

MORALITER.

† 1 *Irascantur populi,* Scilicet, Iudæi & imperatores Romani, qui conati sunt multipliciter extinguere nomen Christi. Et ponitur hic optatiuus pro indicatiuo, cùm dicitur, *Irascuntur populi.*

2 *Qui sedet.* Id est, super ordines angelorum, non solum in quātum Deus, sed etiam inquantum homo.

3 *Moueatur terra.* Id est habitantes in ea, ad credendum tibi, & fideliter seruiendum,

4 *Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos,* Scilicet, in ecclesia triumphante, & militante.

5 *Confiteantur nomini.* Confessione laudis.

6 *Quoniam terribile.* Scilicet malis.

7 *Et sanctum est.* Bonis.

8 *Et honor regis.* Christi.

9 *Iudicium diligit.* Id est, executionem iustitiæ requirit.

† *Tu*

a *Tu paraſti directiones.* ✠ BASIL. & THEOD. Nam veluti iuſtus Rex rectam, & iuſtam ſententiam protulit, cum Iſraelem à potentia, quæ erat contra eos, qui ſeruiebant, liberauerit. Cæterum ſecundum aliam vaticinationem ſic intelligendum eſt: Oſtendiſti promiſſionis tuæ veritatem, cum pollicitationes, quæ maioribus Iſraelis factę fuerint, perfeceris, cumque per ſemen Abrahæ ſalutem largitus fueris.

b *In Iacob.* AVGV. Non ſolum patriarcha, ſed populo, quę ſignificat.

c *Tu feciſti.* Hæc, quæ alius non poſſet.

d *Exaltate.* CASS. Secunda pars monet adorare eum, quia patres eius *fuerunt.* Quaſi, quia hæc facit nobis, ergo Exaltate.

e *Scabellum.* AVG. *Terra ſcabellum pedum eius* dicit ſcriptura: hæc ſine impietate à verbo Dei aſſumpta adoratur, & quia nemo carnem eius digne manducat, niſi prius adoret, ſed non terram intuetur, qui adorat, ſed illum potius, cuius ſcabellum eſt, per quem adorat: vnde ſubdit, *quoniã ſanctus eſt*, in cuius honore ſcabellum adorat.

f *Pedum.* CAS. *Pedes*, indefecta ſtabilitas deitatis.

Et adorate ſcabellum. ✠ EVTHYMIVS. *Scabellum pedum* Chriſti, vt Dei terram delegimus, *cœlum* inquit; *thronus mihi eſt, & terra ſcabellum pedum meorum.* Scabellum vero pedum Chriſti, vt hominis, montem Golgotha eſſe dicemus, in quo fuit crucifixus, vel, ipſam etiam crucem, in qua illius pedes clauis confixi ſunt.

g *Sanctum.* Vt diſcernas corpus à deitate, etſi vna perſona.

h *Moyſes.* CAS. Sacerdos, quia ſi non hoſtias, populi vota obtulit, & pro populo ſupplicauit.

✠ BASLIVS & THEODORET. Non temere aliis prætermiſsis vatibus, de hiſce tántum mentionem fecit, ſed vt innatum Iudæorum furorem, & tyrannidem doceret: etenim Moſis, & Aaronis tempeſtate ſacerdotium ſubripereconati ſunt:

a ¶ Tortis. b ¶ Has ſcilicet. c ¶ Aug. Vt diſcernamus inter bonum & malum. d ¶ Cum bonum ſequimur, malum vitamus.

a b c d e f g h Tu pàraſti † dirẽctiones, iũdicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti. Exãltate dõminum Deum noſtrum, & adõrate ſcãbellum pedum eius, quoniam ſanctũm eſt. † Mõyſes & Aarõn in ſacerdõtibus eiũs, & Samũel † inter eos qui inuocant nomen eius. Inuõcabant dõminum, & ipſẽ exãudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos. † Cuſtodiebant teſtimonia eius, & † pręceptum † quod dedit illis. Domine Deus noſter tu † exaudiebãs eos, Deus tu prõpitius

a ¶ Ergo. b ¶ Chriſtum ſecundum quod Deus. ¶ Qui facit iudicium & iuſtitiam in vobis c ¶ Eouſque exaltare, vt adoretis, & hoc eſt. d ¶ Corpus Chriſti, ſed propter ipſum, cuius eſt.

a ¶ Alias, ſanctus eſt. b ¶ Magni iſti, qui cum prædicauerunt. ¶ Legiſlator. c ¶ Summus ſacerdos.

a ¶ Hos imitamini b ¶ Chriſti. c ¶ Qui de Ephraim. Vnde non fit ſacerdos, & ideo inter inuocantes ponitur, non inter ſacerdotes.

a ¶ Iam tunc. b ¶ Chriſtum. c ¶ Qui nunc loquitur in homine. d ¶ Tantum valet ſincera oratio.

a ¶ Per figuras in nube obſcura: ſed illa dicta quendam manifeſtum deſignant, ſcilicet, Chriſtum. ¶ Qui tanti erant. ¶ Ideo.

a ¶ Caſ. In iuſtis petitionibus. b ¶ Caſ. Condonando eis, ne nocerent peccata in futurum.

1 Et Samuelis tempore, diuinum regnum
2 aſpernati, humanum
3 adamarunt. Docet
4 igitur diuinus ſermo
5 eos nihil noui facere
6 ſi contra Saluatorem
7 rabie perciti ſunt, ſa-
8 lutaréque eius regnũ
9 non admittũt: quan-
10 doquidem à princi-
11 pio inſania fuit ipſis
12 familiaris:
13 i *Columna.* CAS-
14 SIODORVS: Fortitudo & decor domus. In hac ſpecie
15 loquebatur, quę nũtiabat eccleſiam, vel
16 carnem ſed tunc in nube, modo apertè per filium.

k *Nubis loquebatur ad eos.* CASSIODORVS. Ad eos ergo tunc in nube, qui iam nobis loquitur in ſcabello, id eſt, in carne aſſumpta aperte.

l *Teſtimonia eius & pracepta.* CASSIOD. Teſtimonium, eſt per ſigna aliqua præcedentis rei poſita ſignificatio: vnde ſæpe in lege dicitur, *Hoc erit vobis in teſtimonio.* Præcepta ſunt ſicut præcepta legis per Moyſen data.

m *Propitius fuiſti eis.* AVGVSTINVS. Non dicitur niſi peccatis, propitius ignoſcendo, propitius & vlciſcendo, ecce etſi tanti eſſent iſti, aliquid tamen habebant peccati, vnde addit, *in omnes adinuentiones.*

☞ *Vlciſcens.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tu paraſti directiones, *Id eſt præcepta moralia, quæ dirigunt in finem vltimum Matth 19.c.* Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

2 Iudicium. *Id eſt præcepta iudicialia.*

3 Et iuſtitiam. *Id eſt ceremonialia, quę dicuntur iuſtificationes in ſcriptura veteris teſtamenti.*

4 In Iacob tu feciſti. *Ad hæc enim tria genera præceptorum reducuntur omnia mandata, quæ dedit populo Iſrael in monte Sinai, ideo ſubdit Dauid.*

5 Exaltate. *Id eſt, quantum poteſtis laudibus extollite.*

6 Dominum Deum noſtrum. *Pro recognitione ſuorum beneficiorum.*

7 Et adorate ſca. *Id eſt, ante ſcabellum pedum eius: & iſtud ſcabellum dicebatur arca teſtamenti, quę erat ſub propitiatorio, ita quod propitiatorium erat quaſi ſedile Dei, & arca teſtamenti tanquam ſcabellum illius ſedis, ſicut dictum fuit Exod. 25.*

8 Quoniam ſan. *Dicebatur enim arca ſancta, eo quod ſancta continebat, ſcilicet, tabulas digito Dei ſcriptas, & virgam Aaron, & vrnam auream manna plenam.*

9 Moyſes & Aaron in ſa. eius, *Hic ad propoſitum adducitur exemplum ſanctorum patrũ, cum dicitur,* Moyſes & Aaron in ſa. eius. *hoc eſt, fuerunt inter ſacerdotes Deum colentes, quod patet de Aaron, quia fuit ſummus ſacerdos, ſimiliter Moyſes officio ſacerdotali vſus eſt in cõſecratione Aaron & filiorum eius, vt dictum fuit, Exod. 18.*

10 Et Samuel inter eos qui inuo. no. eius. *Prærat enim choro prophetarum dominum colentium, vt habetur 1. Reg. 19.*

11 Inuo. domi. *Humiliter & deuotè.*

12 Et ipſe exau. eos. *Sicut patet de Moyſe & Aaron in Exod. & in pluribus aliis locis, & de Samuele 1. Reg. 7. & 12.*

13 In columna nubis loquebatur ad eos. *Hoc inuenitur ſcriptum de Moyſe et Aaron in pluribus locis, & idem credẽdum eſt de Samuele, eo quod hic dicitur, & maxime, quia Deus cœpit loqui cum eo à iuuentute, vt habetur 1. Re. 3. Et cauſa huius exaudítionis ſubditur, eũ dicitur*

14 Cuſtodiebant teſtimonia eius. *Quantum ad iudicialia & ceremonialia, quę dicuntur quædam Dei teſtimonia,*

15 Et præceptum quod dedit illis, *Id eſt, præcepta moralia, quę magis proprie dicuntur præcepta. Et ponit hic ſingulare pro plurali, eo modo quo dicitur Exo. 8. f. Venit muſca grauiſſima, id eſt, muſcę.*

16 Domine Deus noſter. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem affirmationem.*

✠ Et

MORALITER.

† 1 *Tupa. di.* Id eſt, inſtinctus ad bonum prevenientes hominis liberum arbitrium. Et mutatur hic modus loquẽdi de tertia perſona ad ſecundam, quod fit frequenter in ſacra ſcriptura, & maxime metrice compoſita, qualis eſt liber Pſalmorum.

2 *Iudicium & iuſtitiam.* Id eſt, habitum iuſtitiæ, & eius exercitium feciſti in ſupplantatore vitiorum. Et quoniam ex hoc Deus eſt laudandus, ſubditur.

5 *Exaltate dominum.* Id eſt, excellenter laudate.

7 *Et adorate ſcabellum.* Id eſt, humanitatem Chriſti, quæ inquãtum vnita eſt diuinitati, latria eſt adoranda: ſecundum ſe vero hyperdulia.

9 *Moyſes & Aaron.* Per Moyſen, qui interpretatur extractus ab aquis, ſignificantur religioſi, qui debent abſtrahi à deliciis mundanis, Per Aaron, qui montanus interpretatur, prælatorum ſtatus intelligitur. Per Samuelem, qui fuit miniſter in domo domini, intelliguntur ſacerdotes & clerici, omnes iſti laudare debent nomen domini præ cæteris Chriſtianis.

13 *In co. nubis loqueba.* Id eſt, in gratia ſpiritus ſancti figurata per columnam ignis & nubis, quia illuminat in via morum, & obumbrat contra tentationis æſtum.

14 *Cuſtodie. teſti.* Id eſt, præcepta decalogi, & cõſilia ſaltẽ aliqua.

16 *Do. Deus no. tu exau.* Quia preces eorum erant exaudibiles ex diſpoſitione ſubiectorum.

a ¶ Aug. Quod est propitiatio, castigando ne semper peccare delectet.

a fuisti † eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum. Ex-
b
a ¶ Ergo. ¶ Quia blanditur & cædit, vt pater. b ¶ Secundum quod Deus.
c ¶ Dominum, sed non præter montem eius. Hic est lapis paruus, qui, sicut Daniel dicit, creuit in montem magnum, & impleuit totam faciem terræ, præcisus, id est natus de monte, id est, gente Iudæorum, quę colebat vnum Deum, sine manibus, id est, opere hominum, quia de virgine sine viri commixtione conceptus. ¶ In corpore.

altáte dóminum Deum nostrum, & adoráte in monte sancto eius, quoniam sanctus dominus Deus noster.

☞ A a *Vlciscens.* Ne humana elatio surripe-
2 Cor 12.c † Illis & vindicàs in omnes affectiones.
ret vnde: Datus est mihi stimulus carnis meæ.
B b *Adinuentiones* Alias affectiones. AVGVSTI. quas solus Deus nouerat in cordibus eorum, vnde pœna eis pati eos cum quibus erant, pro quorum peccatis quasi
C gratia esse nollent, non intrarent in requiem.
1 quasi suis dolebant D
per charitatem. Non
2 enim fuit (vt à pleriſque putatur) Moy- E
3 si pœna non intrare
4 in terram promis-
5 sionis in quam &
6 miseri intrauerũt, sed
figura, quod qui sub F
lege essent, & sub

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et vlciscens in omnes adinuentiones eorum. *Id est, puniens defectus eorum, qui non procedebant ex instinctu tuo, sed magis ex eorũ arbitrio: sicut patet de Moyse & Aaron, Num. 20. b. vbi dicitur propter aquas contradictionis.* 1 Dixitque dominus ad Moysen & Aaron: quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dedi patribus eorum, *quia in pœnam huius fuerunt morte præuenti.*

2 Exaltate. *Id est, laudibus extollite.*

3 Dominum. *Ratione generalis gubernationis:*

4 Deum. *Ratione creationis.*

5 Nostrum. *Ratione cultus specialis.*

6 Et adorate in monte sancto eius, quoniam sanctus dominus Deus noster. *Id est, in monte Sion, qui iam erat diuino cultui applicatus: quia, ibi erat arca testamenti ad mysterium à Leuitis & sacerdotibus celebrandum, vt prædictum est.*

Mysticè exponitur psalmus iste de regno Christi, quod accepit in sua resurrectione & ascensione. Quod quidem regnum principes Iudæorum irati, conati sunt destruere, & postea principes Romanorum, sed è contrario factum est, quia principes Romani voluntarie submiserunt colla regno Christi à tempore Constantini, & Iudæi in seruitutem Christianorum principum sunt redacti. Hoc igitur Dauid in spiritu prænidens, per regnum suum figurari, introduxit Christum regnantem, dicens, Dominus regnauit, &c. *& ad eius laudem inducit populum catholicum, ad hoc adducens exempla antiquorum patrũ, qui de regno Christi notitiam habuerunt, & deuotione lætati sunt, vnde & saluator Ioh. 8. g. dicit de Abraham,* Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit & lætatus est. *Hanc autem expositionem in particulari non prosequor, quia diffusè tradita est in glo. super Psal. quę vbique habetur, & in expositionibus aliorum doctorum.*

MORALITER.

† 1 *Et vlciscens in omnes adinue.* Id est, peccata, quæ non sunt ex Deo, sed ab inuentione humana, Et quia ea cito punit, signum est miserationis diuinæ. 2. Macha. 7. c. *Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij indicium est. Ideo sequitur,*

2 *Exaltate dominum,* Ipsum quantum potestis laudando.

6 *Et ado. in mon. san. e.* Id est, in loco diuino cultui consecrato.

ADDITIO I.

In psalmo. 98. Dominus regnauit. *vbi dicitur in postilla.* Circa primum dicit, Dominus regnauit.

Non videtur propria expositio, quam facit in hoc loco postil. de hoc quod dicitur, Dominus regnauit. *id est, regnare me fecit: quia eadem ratione, cũ Saul regnauit, posset dici.* Dominus regnauit: *quia dominus fecit eũ regnare, vt patet. 1. Regũ 10. vbi Samuel dicebat Sauli,* Memisit Deus vngere te in regem. *Sed cum dicitur,* Dominus regnauit, *proprie debet intelligi de regno Christi, in cuius regno dominus vere & proprie regnat, qui quidem est dominus, qui* sedet super cherubim, *vt statim psal. declarat, vnde expositio huius psal. de Christo, prout glossa & glossa & doctores communiter tenent, non est mystica, sed literalis.*

ADDITIO II.

In eodem psalmo. *vbi dicitur in postilla.* Et vlciscens in omnes adinuentiones eorum.

Licet plerumque Deus corrigit, seu punit iustos, non tamen dicitur vlciscens, *nisi contra aduersarios tantum, vt patet discurrenti per scripturas. Et ideo melius videtur dicendum, quod Deus fuit vlciscens in adinuentiones Moysi & Aaron, eo quod iniurias contra eos illatas per Dathan, & Abiron, & eorum complices vindicauit, vt patet Num. 16. & sic magis proprie continuatur cum eo, quod præmiserat, dicens,* Domine tu exaudiebas eos.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psalmus in confessione.* Confessio gemina est, vna est laudis, altera peccatorum, Confessio laudis conuenit perfectis: Confessio peccatorum incipientibus, vnde in hoc psalmo propheta monet ad confessionem.

CAS. Docet hic psalmus, & Deum incessanter laudare, & peccata nostra incessanter plãgere: quia nec in malis est desperandum, nec in bonis debet animus esse eleuatus.

CASSIOD. Primo perfectis præcipuum genus confessionis, id est laudem indicit.

PSAL. XCIX.

b IVbilate. AVGVSTIN. Si vox iubilat exterius, cor intelligat interius. Sonus enim cordis, est intellectus, Iubilus, est sonus lætitiæ sine verbis: quia eis lætitia animi non potest explicari, hic fit à bonis in confessione, à malis in confusione, cum de terrenis adeo gaudent. Iusti vero gaudent, videtes mundo corde, quis Deus, quanta, & quo ordine & quam mirificè fecit.

c *Omnis terra.* AVGVSTINVS. Ad laudem monens. Non vnum angulum terræ hortatur: sed sicut vbique nouit semi-

☞ natam

a ¶ Est. Id est agit de confessione. ¶ Laudis, vel vtraque.

Psalmus in confessione. PSAL. XCIX.

¶ Non alij. a ¶ Non pars, quia vbique benedictio seminata est.

I VBILATE Deo ómnis terra, 1

PSAL.

NICOLAVS DE LIRA. PSALMVS XCIX.

1 IVbilate Deo. *Hunc psalmo præmittitur talis titulus in Hebræo:* Psalmus ad confitendũ, *& in translatione Hier. & in ista, qua cõmuniter vtimur, dicitur* Psal. pro cõfessione: *et idẽ penitus importatur. Ex hoc autẽ titulo nõ apparet autor psal. sed à Iudæis dicitur fuisse Moyses, ab Augustino vero ipse Dauid, sed de hoc non est magna vis, quia autor eius, quicunque fuerit, spiritum sanctum habuit, sed ex titulo prædicto satis apparet ad quid psal. iste factus fuerit, scilicet vt cãtaretur in oblatione hostiæ pacificæ de qua habetur Le. 7. quæ offerebatur domino pro aliquo beneficio ab eo obtinendo, ad quod præexigitur diuina*

☞ placatio

MORALITER.

1 *Iubilate Deo.* Secundum Hebræos Moyses fecit hunc psalmum in oblatione hostiæ pacificæ per Leuitas decantandum.

Mysticè vero potest exponi, vt sit laus decantanda in oblatione eucharistię, quæ est hostia pacificans omnia quæ in cœlis sunt & in terris. Col. 1. c. Et sic dicitur. *Iubilate Deo omnis terra.* id est habitatores omnis terræ.

† *Seruite*

☞ natam benedictionem ita vndique exigit iubilationem.

A a *Seruite in lę.* AVG. Hæc seruitus non est amaritudinis, nec indignationis, sed fœlicitatis & libertatis. Seruum ergo te faciat charitas, quia liberum te fecit veritas. Vnde dominus, *Si manseritis in verbo meo verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas vos liberabit.*

b *In lętitia,* Quia liberati; non murmurantes, vt in deserto: vnde præmiũ subdit,

† iucunditate

c *Introite in conspectu.* Magnum est in

B conspectu tanti gaudere.

Scitote quia dom. ipse est Deus. ✠ ✠ AVG. Quis nescit, *quia dominus ipse est Deꝰ*. Sed de Domino dicit, quẽ non putabant hominẽs Deũ; *Scitote quia dom. ipse est Deus.* Dominus ille non vobis vilescat, quem crucifixistis, flagellastis,

C sputis illinistis, spinis coronastis, veste ignominiosa vestistis, in ligno suspendistis, clauis confixistis, lancea percussistis, custodes ad sepulchrum posuistis: *Ipse est Deus. Scitote quo: do.*

✠ BASILIVS & THEODOR. Symachus autem *cum gloria* dixit. Aquila verò. *In laudibus.* Exultantiũ, & lętantiũ est hymnus.

d *Ipse fecit nos, et non ipsi nos. Populus eius & oues pascuæ eius.* AVGVST. Omne bonum nostrum ex eo, non ex nobis.

CAS. Vel ne quis putet creationem nostram patribus deputandam, qui sunt ministri; sed Deus autor.

✠ BASILIVS & THEODORETVS. Non enim nos nostrum ipsorum conditores sumus. Sic beatus Paulus Athenienses docuit, *Deus qui fecit mundum & omnia, quæ in eo sunt hic cœli, & terrę cum sit dominus, non in manu factis templis habitat nec à manibus hominum colitur, indigens aliquo cum ipse dederit omnibus vitam, & inspirationem, & omnia, fecitque ex uno sanguine, omne genus hominum habitare super vniuersam faciem terræ.* Hoc etiam hoc in loco vates docet: *Ipse fecit nos, & non ipsi nos.* Symmachus verò, *ipse fecit nos, qui non eramus.*

e *Introite.* CAS. Secundo intraturis secundum genus confessionis, nec dubitetur, quia misericordia est ei.

f *Portas eius.* AVG. In *portis* initium est: A confessione incipite ad misericordiam Dei intrare, nõ à vobis facti, laudate eum à quo facti, de hoc alibi, *Incipite domino in confessione, et* cum intraueritis in atria, *confitemini in hymnis*, id est, laudibus. Cum intrantis vos reprehendite cum intraueritis, illum laudate.

✠ ✠ AVG. Semper confitere: semper habes quod confitearis. Difficile est in hac vita vt sic homo mutetur, vt nihil inueniat in eo, quod reprehendatur, opus est vt tu te reprehendas, ne ille reprehendat qui damnaturus est. Ergo & cum intraueris in atria, confitere. Quando non erit confessio peccatorum? In illa requie, in illa æqualitate angelorum.

g *In generatione.* AVGVST. In vna, quæ parit mortales: in altera quæ æternos.

Iubilate deo omnis terra. a ¶ Gratum redemptis seruos esse. b ¶ Non necessitate sed charitate.
c ¶ Aug. In conscientia vbi Deus viuet foris linguâ exaltare facile est.

a seruite domino in † lætitiâ. Introite in conspectu eius in ex-
a ¶ Aug. Quis hoc nescit, sed de crucifixo hoc dicit contra Iudęos.
b ¶ Omnia per ipsum facta sunt. Ex ipso est vnde, coronamur; ex nobis vnde damnamur.

b c d ultatione. Scitote, quoniam dominus ipse est Deus, ipse fecit
a ¶ Sumus. ¶ Alias. Nos autem populus b ¶ Ipse pastor.
c ¶ Scripturarum, in quibus saginantur fidelium mentes.

e nos, & non ipsi nos. Populus eius & oues pascuæ eius, † in-
a ¶ Non foris sterit, vbi hostes extra lupus inuenit. b ¶ In.
¶ Amplitudinem cœlestis beatitudinis, gratiæ plenitudine percepta. ¶ Laudibus.

f troite portas eius in confessione, atria eius in hymnis, † con-
¶ Scilicet. ¶ Nunc, & in futuro. a ¶ Dum laudatur, dulcescit.

fitemini illi. Laudate nomen eius quoniam suauis est domi-
a ¶ Et hic liberat, & in futuro coronat.
b ¶ Id est, in omnem generationem, vel in terrena & cœlesti est eius veritas implens promissa.

g nus, in æternum misericordia eius, & vsque in † generationem
& generationem veritas eius.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

D

Act. 17.

E

† intrate De pœ. dis. 1. c. voluissent in fine

† confessionum

† in secula seculi.

F

Psal. 149. b

☞ GLOSSA

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *placatio, vel pro beneficio obtento, ad quod debet sequi gratiarum actio: & propter hoc talis oblatio, dicebatur, quæda confessio diuinę laudis: & similiter psal. iste, qui decantabatur in oblatione eius. Et diuiditur in tres partes, in prima ad Dei laudem inducuntur omnes generaliter: in secunda populus Iudaicus offerens specialiter, ibi,* Introite in conspectu eius. *Tertiò ministrorum cœtus singulariter, ibi,* Populus eius *Circa primum, sciendum, quod omnis homo à Deo recipit speciale beneficium, (scilicet rationem, & intellectum,) per quod est capax ipsius Dei, quod aliis creaturis inferioribus non conuenit: propter quod ad laudem Dei tenetur assurgere, et hoc est quod dicitur,*

Iubilate Deo omnis terra. *Id est, habitantes in omni terra.*

1 Seruite domino in lætitia, *Quia non placent Deo seruitia coacta, sed voluntaria: et hęc sunt delectabilia.*

2 Intro. &c. *Hic consequenter inducitur populus Hebraicus specialiter, qui offerebat hostias pacificas ad ostium atrij sacerdotum, ita quod videbat oblationem sui sacrificij, & quantum ad hoc dicitur,* Introite in conspectu. e. *id est, ad locum, vnde conspici poterat diuinus cultus in altari holocaustorum, quod non permittebatur Gentilibus.*

3 In exultatio. *Id est, in mentis deuotione, cuius ratio subditur.*

4 Scitote quoniam d.ip.est Deus. *Id est, creator omnium. Quod declaratur in homine, cum dicitur,*

5 Ipse fecit nos, *Dando animam intellectualem, quæ non educitur de potentia materiæ, vnde dicit Philosophus lib. de animalibus, quod intellectus est ab extrinseco, & sic per creationem, quę soli Deo competit, qui est virtutis infinitæ, quæ ad creationem requiritur, eo quod inter ens & nihil nulla est proportio: et ex hoc sequitur, quod sit creator omnium num, quia virtus infinitæ multiplicari non potest, sed est vna tantum.*

6 Populus eius. *Hic inducitur ministrorum cœtus specialiter, quia in oblatione hostiæ pacificæ sacerdotes & Leuitę intrabant ad altare, illis ad offerendum, isti ad cantandum: et quantum ad hoc dicitur,* Populus eius, & oues pascuæ. intro. *Licet enim omnes Hebræi essent populus Dei, tamen sacerdotes & Leuitæ speciali modo dicebantur eius populus, quia ad eius obsequium deputati erant.*

7 Et oues pascuæ eius. *Quia de oblationibus & decimis Deo oblatis erant nutriti & sustentati: eo quod deseruiebant diuino cultui: ideo subditur,*

8 Introite portas eius, *Ad altare diuini cultus,*

9 In confessione, *Scilicet, laudis diuinę, offerendo sacrificia, et cantando cantica: et ad hoc pertinet quod subditur,*

10 Attia eius. *Id est, introite in atria eius, quia altare holocaustorum erat in atrio sacerdotum, quod dicebatur atrium interius: et sic per alia atria, vbi laici erant, transibant prius.*

11 In hymnis, *Id est laudibus ad hoc factis, et à sanctis prophetis.*

12 Confitemini illi, *Confessione laudis.*

13 Laudate nomen eius, quoniam suauis est do. *Id est, citò placabilis hostiis et laudibus denotis.*

14 In æternum misericordiam eius. *Quia semper paratus est indulgere pœnitentibus.*

15 Vsque in generatione. *Fideliter adimplendo promissa. Moraliter autem potest exponi psal. iste, vt sit inuitatio ad Dei laudem, populi communis et ministrorum ecclesię in oblatione eucharistiæ: quæ cum diuinis laudibus debet offerri Deo patri; quia hæc est hostia verè pacifica, per cuius oblationem summus sacerdos Iesus Christus pacificauit omnia, quæ in cœlis, et in terris sunt, Col. 1. c.*

✠ NICOL.

MORALITER.

† 1 *Seruite domino in latitia,* Id est, in mentis deuotione; & idem repetitur cum dicitur,

2 *Introite in conspectu eius, in exultatione.* Et subditur causa,

4 *Scitote quoniam dominus ipse est Deus,* Creator noster latria colendus.

6 *Populus eius & oues pascuæ eius,* Id est, vos populi Christiani

Christiani.

8 *Introite portas eius,* Scilicet, ecclesiæ militantis, quia vobis aperuit portas ecclesiæ triumphantis.

9 *In confessione,* Laudis diuinæ.

13 *Laudate nomen eius, quoniam suauis est dominus.* Proprium enim est misereri & parcere.

15 *Vsque in generatione,* Quia semper implet promissa.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psalmus ipsi Dauid.* Cassio. Psalmus iste continet formam perfectæ sanctitatis, vt centesimus numerus perfectus est.

b *Ipsi Da.* Vt totum, quod hic docetur, virtutibus Christi applicetur, nihil terreno regi. Hic docemur bona appetere, mala renuere, quæ est perfecta conuersatio vitæ.

4 Reg. 22. & 23. & 2. Paralip. 34. & 35.

✻ Basilivs & Theodoretvs. Aliqua exemplaria quaternioni sabbatorum habent, neque apud Hebræum, neque apud alios interpretes, neque apud septuaginta hanc inuenimus additionem. Hoc autem argumẽtum psalmus habet. Iosias Rex omnes Idolorum aras funditus euellit, horum verò sacerdotes confixi & in pristinam pietatem populum deduxit; non autem de sola dogmatum sanitate rationem habuit, verumetiam de officiis virtutis honorans iustitiam, iniuria affectis opem ferens, & iniuria afficientes plectens, ciuium vtilitatis curam gerens; cum hæc à longè beatus Dauid perspexerit, hunc conscripsit psalmũ, & illius virtutem percurrens, & omnibus hominibus, veluti quendam perfectionis characterem proponens.

PSALMVS C.

a Psalmus ipsi Dauid.

¶ Quo modo.

PSAL. C.

¶ In futuro.

a ¶ Ad tuum honorem, qui vtroque laudabiliter vteris.

1 Misericordiam & iudicium cantabo tibi Dõ-

a ¶ Et. ¶ Hieronym. Augustin. Psallere, est in hilaritate operari; & intelligere non potes, nisi in via immaculata, sed in ea intelligitur quãdo ad nos venit Deus.

2 mine: psallãm & intelligam in via immacu-

3 a ¶ Id est, quia. ¶ Quia quasi opera tua psal. & intelligam.

b ¶ Ante etiam quam intelligerem. ¶ Alias, deambulabam.

¶ Aug. Angustias patitur omnis malitia sola innocentia læta est vbi deambuletur. c ¶ Exemplũ omnium.

4 lata, quãdo venies ad me. † Perãbulabam in innocẽtia

5 a ¶ Id est ecclesiæ, vel cordis, in quo quiete habitat bene conscius, alij foras pelluntur, quasi à fumo vel stillicidio vel mala vxore, & in nugis extra quiescunt qui intus non bene possunt.

b ¶ Id est non diligebam.

¶ Id est: nec complacuit mihi iniustitia alterius facientis præuaricationem.

6 g cordis mei, in medio domus meæ. Non proponebam ante

7

b Psalmus ipsi Dauid. Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine: psallam & intelligam in via immaculata. Quando veniet ad me? Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ. Non proponebam ante oculos meos rem iniustam. Facientes

c Misericordiam & iudicium cantabo. Cas. Cantat hic Christus, & nos in illo.

Cassiodorvs. Prius de misericordia & iudicio proponit.

Misericordiam et iudicium cantabo Cas. Hæc duo mutua societate iunguntur: in his breuiter omnia opera Dei includit. Et hic est præmissa causa quare sic se habet, sicut postea subdit.

Avgvstin. De misericordia & iudicio. Nemo de misericordia præsumat ad impunitatem, quia est ei iudicium; nemo immutatus in melius iudicium timeat, quia præcedit misericordia. Semper hæc simul in eo sunt: sed per tempora secundum effectus distinguuntur, misericordia nunc, iudicium in futuro.

✻ Evthymivs. In cantum, inquit, tibi offeram, misericordiam & iudicium tuum: canens nimirum quemadmodum in præsenti vita misereris, & iudicas in futura; Vel, canens, quod misericordia tua iudicio non caret, nec iudicium tuum misericordia. Imitabor præterea ea, quæ cantu meo laudauero, aliorum scilicet miserendo & rectè alios iudicando.

d *Psallam & intelligam.* Avgvstinvs. Hoc dat psallere, vt intelligam mente, quod oculis non patet, id est, credam quod dominus veniet, quem iste tantum desiderat, qui veniet in via immaculata.

Cassiod. Quia mundum transiuit sine peccato; vel, ego psallam & intelligam, existens in via immaculata, quando, &c. Vel, psallam, hilariter operabor, & per hoc intelligam.

e *Quando veni. ad me.* In secundo aduentu, vel obitu cuiusque. Vel, quando venies ad me per carnem in primo aduentu, quia in via immaculata.

f *Per ambula.* Cas. Secundò, quæ sit via immaculata exponit.

Avg. *Perambulabam* Quæ est via immaculata? ea ab innocentia incipit, & in illa consummatur; & non est opus multis verbis: Innocens esto, & perfeciſti iustitiam. Sed duobus modis nocet homo, videlicet si facit miserum, etsi deserit miserum. Innocens est qui nec sibi, nec alij nocet.

Cas. *Perambulabam.* Quasi dicat. Transitoria non quæsiui, sed cucurri viam mundi, existens in medio domus tuæ. Innocentia hoc potest, vt faciat habitare in medio domus Dei, quasi honorabile exemplum aliorum.

g *Non proponebam.* Cassio. Innocentiam per partes exponit. Primò,

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS C.

1 Misericordiam & iu. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hiero. & communi:* Psalmus Dauid. *Ex quo titulo apparet autor huius psalmi, scilicet Dauid: qui videtur fecisse hunc psal. quando cognouit se stabilitum in regno Israel à Deo, secundum quod habetur 2. Reg. 5. b.* Et cognouit Dauid, quoniã confirmasset eum Deus regem super Israel, & *ideo tunc firmiter proposuit bene vti regia potestate ad sui meritum, & aliorum exemplũ; licet ex propria fragilitate, & diaboli instigatione ab hoc proposito aliquando ceciderit, vt in facto Vriæ, et in populi numeratione, seu aliquib. alijs: de quib. tamẽ verè pœnituit. Et diuiditur in tres partes, quia primò ostenditur qualiter Dauid se habuit deuotè erga Deum: secundò mundè ad se ipsum ibi*, Perambulabam in innocentia cordis mei, *Tertiò iuste ad populum, ibi*, Non proponebam antè oculos meos rem iniustam. *Et in istis tribus consistit bonus vsus regie dignitatis.*

Circa primum dicit, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine, *Scilicet, laudibus recognoscens misericordiam tuam, qua me ad regnum promouisti.*

Et iudicium. *Quo Saulem, et domum eius abieciſti. Aliter exponit Ra. Sa. sic:* Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. *Id est recognoscam tuam misericordiam in prosperis attribuens illa tuę misericordię, & non meæ iustitiæ seu potentię: & iudicium tuum in aduersis, illa attribuens equitati tuę iustitiæ, pro demerito meę culpæ.*

2 Psallam & intelligam quando venies ad mè, *Reuelando mihi secretа tua per spiritum prophetiæ, quę est gratia gratis data, et ab habente certitudinaliter cognita, non sic autem est de gratia gratum faciente.*

3 In via immaculata, *Quia spiritus non tangit corda prophetarum quando sunt actu maculati macula carnalium voluptatum: propter quod Moyses, qui cum Deo solitus erat loqui, retraxerat se ab actu matrimoniali, vt dictum fuit, Num. 12.*

4 Perambulabam. *Hic consequenter ostenditur, qualiter mundè se habuit ad se ipsum, cum dicitur*, Perambulabam. *Id est, in operibus meis procedebam.*

5 In innocentia cordis mei, *Id est, in paritate conscientię.*

6 In medio domus meæ. *Quasi diceret, multò plus extra, quia homines, & maximè principes, & potentes, magis sunt soliciti seruarè honestatem inter extraneos quam inter domesticos.*

7 Non proponebam. *Hic consequenter ostenditur iustitia Dauid erga populum, et primò quantum ad malos: secundo quantum ad bonos, ibi*, Oculi mei ad fideles. *Circa primum ostenditur primo Dauid affectus, eum dicitur*, Non proponebam. *Scilicet ad concupiscendum aliquid iniustum cupiditate ductus, exemplo raptorum,*

Facientes

MORALITER.

† 1 *Misericordiam.* Psalmum istum fecit Dauid, quando cognouit se confirmatum in regno Israel, proponens vti regia dignitate ad Dei honorem, innocentiam sui, & populi vtilitatem.

Moraliter autem potest exponi de quolibet rege bono, vel prælato (qui rex est in spiritualibus 1. Pe. 2. b. *Vos estis genus electum regale sacerdotium*, &c.) Intendente ad dicta tria studere. Et quantum ad primum dicit, *Misericordiam et iudicium cantabo.* In prosperis tuam misericordiam laudando, & in aduersis tuam iustitiam confitendo: sed quia non est speciosa laus in ore peccatoris, subditur,

2 *Psallam & intelligam*, Per gratiam instificantem, hoc enim potest probabiliter intelligi per internam consolationem spiritus-sancti. Quantum ad secundum dicit,

4 *Perambulabam*, Id est, perfectè ambulabam.

5 *In innocẽtia cordis mei*, Id est, sine falsa fictione exteriori.

6 *In medio domus meę.* Id est familiæ meæ. Quantum ad tertium dicit. 7 *Non proponebam*: Ad faciendum eam scienter.

† Facientes

☞ Primò, quia nihil habet cum malis, dicit, *Non proponebam*, vsque, *Oculi mei*. Post quod pars ei cum iustis, & quod versutias diaboli de corde fugat, ibi, *In matutinis*.

AVGVSTI. *Non proponebam.* Quasi, *perambulabam in innocentia*: hac vtique (dicit totus Christus,) quod *non proponebam* id est, non diligebam rem iniustam.

a *Non adhæ.* CASS. exponit præuarica. *Cor paruum*, qui præuaricatur corde; declinantem, hæreticum qui à catholicis dissentit: & qui à rectis semitis deuiat nõ agnoscebam quia etsi signati nobiscum sacramentis, non tamen veri sunt.

b *Declinantem à me malignum.* ✻ EVTHYMIVS. Neque enim malignorum hominum amicitias retinere oportet: sed curare, vt omnes accedentes ad nos, meliores efficiantur, & recedentes despicere. Intelligitur etiam hic versiculus de diabolo, vt sensus sit, dæmoni ad me accessum nullum dedi: atque idcirco non contigit, vt aliquando à me declinare, hoc est, recedere eum cognoscerem.

c *Detrahentem secreto.* ✻ EVTHYMIVS. Tanquam malis præditum moribus, atque illiteralem, ac veluti canem latenter mordentem. Secreto autem, hoc est, clam, ideo apposuit: quia is, qui præsenti detrahit, minus peccat; cum is qui præsens est, ab irrogata infamia se tueri possit.

d *Superbo.* AVGVSTINVS. Et Iesus conuiuatus, cum superbis loquitur, & cum Pharisæo, quando venit peccatrix: & nos abstinemus à conuiuio fratrum notabilium vt corrigantur, & cum extraneis comedimus, vt paganis. Quid est ergo, quod ait: *Cum superbo non edebam, & cum insatia, corde, huic non conuescebar?* Habet epulas suas cor superbum & insatiabile, vnde pascitur, & non reficitur. Epulæ enim superbi cordis, quod est insatiabile, est inuidia. Superbia enim mater est inuidentiæ, quæ pascitur, & gaudet alienis malis, sed non satiatur. Hoc ergo cibo superbiæ, inuidiæ, iniquitatis non pascitur iustus, sed cibo iustitiæ. Vnde, *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.*

e *Oculi mei.* Hic alteram partem innocentiæ exequitur, scilicet, quod cũ iustis habet partem, quasi dicat. Cum talibus non edebas, vnde ergo pascebaris?

f *Terræ.* AVGVST. Degentes in terra, vbi tot illecebræ, vnde maior corona. Vel, CASSIODOR. qui per totum mundum sunt.

g *Vt sedeant mecum.* AVGVSTINVS. In veritate fidei mecum permaneant, vel participent mecum regno æterno, vel iudicent mecum.

h *Ambulans in via &c.* BASIL. & THEOD. Non modo de amicis, & consiliariis, verum etiam de ministris multam gessi curam, & seruis; namque eis, qui virtutis studiosi erant, & cuiuslibet sceleris expertes, vtebar.

i *Non habitabit in medio domus mea.* CASSIODORVS. Id est, ecclesię. Etsi aliquandiu toleretur gratia correctionis, non præeminet meritis, nihil potest, non est in populo meo granum, sed palea. *Non habitabit*, hoc maximè conuenit sacerdotibus, vt prauis non cohabitent.

☞ *In matutino*

a ¶ Sed. ¶ Exponit rem iniustam. ¶ A me expuli præuaricationes, sed non homines.
b ¶ Qui legem Dei non faciunt, etsi in ecclesia sunt.

oculos meos rem †iniustam, facientes præuaricationes †o-

a ¶ Non consensi non rectis. b ¶ Tortum.
¶ Quod habet, qui non vult omnia, quæ Deus vult; etsi timet infirmus, (quod præsignauit timens Iesus) tamen subdat se Deo dicens, fiat tantum voluntas tua, vitet malum quantum potest: etsi nõ potest, subeat.
c ¶ Declinat, qui dissimilis est. ¶ Quem proposui primus ad imitandum.

a diui. Nõn adhæsit mihi cor prauum, †declinantem à me ma-

b ¶ Non approbabam, nec mihi placebat. a ¶ Palam non audet, qui falsa tenet.

c lignum non cognoscebam. †Detrahentem secrẽto proximo

a ¶ Ne hoc ageret. b ¶ Tumido corde. ¶ Auaro.

d suo, hunc persequẽbar. Sũperbo oculo & insatiabili corde,

¶ Notabili. a ¶ Corporalia vel spiritualia. ¶ Non pascebar nec delectabar superbię epulis & inuidiæ.
b ¶ Cordis. c ¶ Id est, fideles placuerunt mihi.

e †cum hoc nõn edebam. Oculi mei ad fidẽles terræ, vt †se-

f a ¶ Iudicantes 12. tribus Israel. b ¶ Non alius.
c ¶ Non sibi, non quærens quæ sua sunt, sed quæ sunt Christi.

g deãnt mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi mini-

h a ¶ Euangelium. b ¶ Sed. ¶ Cas. Hoc dicit, ne videatur probare, si quos habet familiares malignos.
c ¶ Id est, in corde meo, vbi mitis & quietus habitat.
d ¶ Quilibet superbus.

i strãbat. Nõn habitabit in mẽdio domus meæ † qui facit su-

a ¶ Quilibet maledicus.
b ¶ Etsi apud se, & apud stultos, apud me tamen non est glorioſus.

perbiam: qui †loquitur iniqua, non direxit in conspectu

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Facientes præua. *Id est, diuinæ legis transgressiones.*

2 Odiui. *Scilicet, eorum malitiam, quia eiusdem virtutis est diligere bonum, & odire malum ei oppositum.*

3 Non adhæ. *Quasi dicat, etsi ex passione fui motus ad horam ad aliquam malitiam, non tamen adhæsit mihi per obstinationem.*

4 Declinantem, *Id est malo igne ignitum, scilicet inuidiæ, iræ, superbiæ et huiusmodi, qui declinabat à Dauid talia detestante.*

5 Non co. *Per approbationem quantumcunque esset mihi proximus, sicut patet de Ioab nepote suo, cuius malitiam non approbauit, sed magis reprobans eum interfici iussit: et quia Dauid non solum puniebat peccata operis, sed etiam oris, ideo subditur,*

6 Detrahentem se. *Id est in eius absentia, & sic est ei celatum; quia non potest audire.*

7 Hunc persequebar, *Ad puniendum. Et quia non solum puniebat peccata operis et oris, sed etiam apparentia in aliis signis ideo subditur.*

8 Super. oculo. *Quia dispositio cordis maximè apparet in oculis.*

9 Et insatiabili cord. *Qualis est auarus, propter quod dicitur auarus, quasi auidus aris, quia non potest satiari pecunia.*

10 Cum hoc non edebam. *Id est, tales non erant commensales mei, nec de domo mea.*

11 Oculi mei. *Hic consequenter ostenditur qualiter se habuit ad bonos; & secundo ueratur qualiter se habuit ad malos; ibi*, Non habitabit. *Circa primum dicit*, Oculi mei ad fideles terræ, *Id est, fui solicitus inquirere vbi tales possent inueniri, & mihi sociari.*

12 Vt sedeant me. *In consiliis & iudiciis, & mensis: et quia non solùm habuit bonos consiliarios, sed etiam bonos ministros, ideo subditur,*

13 Ambulans in via immacula. *Per vitę sanctitatem & honestatem.*

14 Hic mihi ministra. *Id est, in domo mea seruiebat.*

15 Non habitabit. *Hic reuertitur ad ostendendum qualiter se habuit ad malos, eos à se repellendo, cum dicitur*, Non habitabit in medio meo, *Id est, inter ministros meos.*

16 Qui facit su. *Alios despiciendo, vel conculcando.*

17 Qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum. *Quia tales non audebant loqui in presentia Dauid, nec etiam apparere. Et quia aliqui sunt ita mali, quod non solum sunt à principibus bonis repellendi, sed etiam vita priuandi, vt iustitia seruetur, & alij terreantur, ideo subditur.*

☞ In matutino

MORALITER.

† 1 *Facientes præuar.* Quantum ad culpam, sed non quantum ad naturam.

3 *Non adhæsit*, Consentiendo in malum.

4 *Declinantem à me malignum non cognosc.* Id est, non approbabam, sed condemnabam.

6 *Detrahentem secreto proximo suo*, Id est in eius absentia,

7 *Hunc persequebar*, Puniens iusta pœna.

8 *Superbo oculo* Hoc ideo dicitur, quia superbia magis apparet in oculis, quam in aliis partibus corporis:

9 *Et insatiabili corde*, Id est, notabiliter cupido,

10 *Cum hoc non edebam*, Tales enim non debent esse principis vel prælati commensales.

11 *Oculi mei ad fi.* Ad ipsos promouendum.

12 *Vt sedeant*, In consiliis & iudiciis.

13 *Ambulans in via imma.* Nam familia principis & prælati debet esse munda & honesta.

15 *Non habita.* Repetitio est eius, quod prædictum est de superbo & detractore.

† *In matutino*

a *In matutino.* CAS. Tertia pars, vbi ostendit, quis finis sit malorum. Et loquitur hic Christus.

CASSIODORVS. *In matutino.* Post vitatos malos, iustus ad se reuersus, addit quod suggestiones dæmonum de corde expulit: *In matutino*, id est, quando in initio tentationis, quasi in crepusculo incipiũt apparere.

b *Interfi.* Oratione, qua debent eiici, ne crescant.

c *Peccatores.* Dæmones, qui omnem carnem faciunt peccare

d *Ciuitat. do.* Anima iusti, vnde diabolus dispergitur, & remouetur.

e *Omnes operan. ini.* Id est, submissiones vel immissiones diaboli.

AVGVS. Iam enumerauit, quod ei non adhæserunt nisi boni, quasi: Cur ergo malos in tua ciuitate tanto tempore toleraſti? quia tempus est misericordię, nox est, nondum omnia manifesta, & in nocte tentationes, in qua pertranseunt bestiæ syluæ, & catuli leonum, id est, diaboli, & quærunt escam sibi, à Deo, scilicet, vt tentent fideles; vnde, *Sathanas expetiuit vos cribrare sicut triticum.* Ab homine triticum non manducatur, nisi cõteratur, vt panis fiat. Sic neminem manducat diabolus, nisi prius per tribulationem contriuerit. Sed *in matutinis*, cum venerit dies iudicij, mittentur mali in ignem, hoc & iusto conuenit, qui præuidet hoc futurum, & ideo se sic habet.

Luc. 22. 31

a ¶ Aug. In nocte parco, tolero, corrigo: sed cum dies cœperit, & omnia erunt aperta, quę modo occulta, dum nescitur qualis post erit bonus modo, vel malus. Et ideo modo tolerantur mali à longanimi, vt corrigantur: quod si non fecerint, tempore misericordiæ, interficientur.

† matutinis

a oculorum meorum. In † mãtutino interficiebam omnes pec-

b

c

a ¶ Quare? b ¶ De societate ecclesię.
¶ Modo enim in ea sunt, sed parcitur eis, quia tempus misericordiæ, sed tempore iudicij separabuntur. Ecce finitur psalmus in eo, vnde cœpit. Misericordiam & iudicium can. ti. do.

† disperdã

d catores, ũt † disperderem de ciuitate domini omnes operan-

e tes iniquitatem.

B AVG.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In matutino, *Id est, celeriter, sine expectatione, ne superueniret impedimentum.*

2 Interficiebam omn-peccatores, *Qui pro peccatis suis erant digni morte, quod patet de Rachab & Baana, qui proditiosè interfecerant Isboseth, per hoc credentes placere ipsi Dauid: sed ipse eos interfici statim iussit 2. Reg. 4. d. Si autem in cõtrarium arguatur de Ioab, qui proditiosè interfecit Abner. 2. Re. 3. e. & tamen distulit punitionem eius vsque post mortem suam: Dicendum quod Dauid nunquam fuit ita firmatus in regno, nec ita potens, sicut Salomon filius eius, vt patet ex 2. & 3. Re. & ideo non potuit eum in vita sua ita punire absque periculo seditionis, sicut tempore Salomonis, de quo fuit Dauid reuelatum, quod regnare pacificè absque populi seditione: & ideo punitionem eius rationabiliter distulit, prout dictum fuit 2. Regum. Ad quid autem Dauid interficiebat peccatores, subditur,*

3 Vt disperde. *Id est, de Ierusalem, quam dominus ad cultum suum elegit, vt habetur 2. Paralip. 6. a. & per ipsam intelligitur totum regnũ Dauid, in quo Ierusalem metropolis erat.*

4 Omnes operantes. *Quantum poterat fieri per viam humanam Moralitas autem huius psal. est, quod quilibet princeps se habeat secundum formam hic à Dauid traditam, deuotè se habens erga Deum; mundè & honestè ad seipsum, et iustè ad populum sibi subiectum.*

MORALITER.

† 1 *In matu.* Id est, celeriter ad præcauendum de infectione aliorum.

2 *Interficiebam.* Materiali gladio, quantum ad principes; & spirituali quantum ad prælatos.

3 *Vt disperderem.* Id est, de communitate bonorum, ne per malos inficiantur.

3 *Inter-*

C

GLOSSA ORDINARIA.

a *Oratio pauperis.* AVGVST. Secundum formam serui pauperior in membris, in quibus sunt & pœnitentes: quos in se transfigurans, dicit, *Cinerem tanquam panem man.* Ecce quomodo comparantur tam ima alto. Sicut duo in carne vna, ita & in vna voce: sicut etiam à propheta, Esaia sponsus & sponsa dicitur his verbis, *Sicut sponso alligauit mihi mitram, & sicut sponsam induit me ornamento.* Sponsus propter caput, sponsa propter corpus.

Genes 2. d. Eph. 5. g.

Esa. 61. d.

AVGVST. Christus pauper in nobis, & nobiscum, & propter nos, hic orat in persona pœnitẽtis, suam deiectionem, & deiectionis causam recognoscentis, & à peccatis liberari atque in pristinum statum restitui petentis. Monet ergo suam aduertere miseriam, & Dei petere misericordiam.

✻ BEDA. Babylonicæ captiuitatis prædictis ærumnis, tristibus etiam læta, id est, spem reuersionis adiungit. Aliter, vox Christi & ecclesiæ cum ascendisset Christus ad patrem.

a ¶ Psalmus iste est. b ¶ Id est, Christi in se & in membris.
c ¶ In miseriis in quas deiectus per peccatum primi parentis.

Orãtio paũperis, cùm ânxiaretur, in con-

a ¶ Per quem solum liberari potest.

spectu dõmini effudit precem suam.

PSALMVS CI.

b Dominе exaudi orationem meam,

PSALMVS CI.

b *Domine exaudi orationem meam.* CASSIODORVS. Quintus psalmus pœnitentiæ; quartus qui oratio dicitur.

1

CAS. Prima pars captatio deprecatiua.

☞ *Et clamor*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CI.

1 DOmine exaudi. *Huic Psal. præmittitur talis titulus in Hebræo, & in translatione Hiero.* Oratio pauperis cum anxiaretur, Et corã domino effunderet eloquium suũ. *Ex quo titulo non apparet aliquis autor determinatus; tamen secundum Aug. Dauid fecit hunc psalmum, secundum Hebræos verò autor in particulari est incognitus, tenetur tamen absque dubio, quod aliquis habens spiritum sanctum fecit ipsum, quicũque fuerit ille. De materia verò huius psalmi dicunt expositores aliqui, quod loquitur ad literam de anxietate, in qua fuit populus Sion, id est, illi qui remanserunt ibi de voluntate Dauid, ipso fugiente inde propter Absalõ 2. Re. 15 & isti fuerunt Sadoch, et Abiathar, & alij sacerdotes ibi de mandato Dauid arcam reportantes, & Chusi Arachites amicus Dauid, & decẽ concubinæ ad custodiam domus derelictę, vt habetur ibidem: & isti afflicti propter fugam Dauid domini sui vacabant orationi pro eius reditu: et sic intitulatur iste psalmus,* Oratio pauperis, *Scilicet, populi in Sion remanentis modo prædicto. Sed hæc expositio non habet apparentiam, quia in hoc psalmo fit mentio de ædificatione Sion, quæ in reditu Dauid non fuit ædificata sicut tempore Salomonis, de quo fuit Dauid reuelatum, quod regnare pacificè absque populi seditione: & ideo punitionem eius rationabiliter distulit, prout dictum fuit 2. Regum. Ad quid autem Dauid interficiebat peccatores, subditur,*

Luc. 22. 31

MORALITER.

1 *Domine exau.* Psalmum istum literaliter exposui de populo Israel anxiato tempore Antiochi illustris, & pro sua liberatione ad Deum clamante.

† MORALITER.

a *Et clamor.* Oratio creuit in clamorem. *Veniat*, non obstent nubes, quæ iniquis.

CASSIO. Epimone per tres versus, id est crebra repetitio sententiæ.

b *Quia defe.* CASSIO. Secunda pars, in qua est flebilis oratio, in qua exponitur, quæ paupertas, quæ tribulatio. Vnde clamet, iã aperit, *Quia defecerunt.*

c *Defecerunt sicut fumus, dies mei.* AVGVSTINVS. Elato enim Adam dies deficiunt, virtus animi contrahitur. Miseria pium iudicem mouere potest.

d *Ossa mea sicut cremium aruerunt.* AVGVSTINVS. Fortes, quorum frixorium sunt, qui scandalizantur. Tantum frigitur bonus, quãtũ amat, vnde, *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scãdalizatur, & ego non vror?* Vel, fortitudo animi, recordatione peccatorum, quasi frixa contrahitur. Vel, timore iudicij confrixa sunt ossa mea? Iam enim frigitur homo, dum timet se arsurum.

e *Percussus sum vt fœnum & aruit cor meum, quia.* AVGVSTI. Mortalis factus. *Fœnum* viret, sed percussum facilè sentit iniuriam: Si caro hominis in lege Dei virens, ab eadem succisa aresci.

✻ EVTHYMIVS. Quemadmodum herba percussa tabescit, ita ego flagellis percussus, in corde meo contabui nulla consolatione inuenta, quæ flammam meam irrorando ac refrigerando mitigaret.

f *Oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus.* CASSIO. Natura peccantium ostenditur, quia dum peccatum appetitur contemplatio Dei non habetur.

AVGVSTINVS. Vel, oblitus à voce diaboli, vnde, *Os meũ adhæsit carni.* Id est, ratio sensualitati cõ sensit.

g *Mei.* AVG. Non illorum, qui de terrenis, & non de spiritualibus gemunt, quos ille gemit, & sicut adhærent ossa carni, sic fortes infirmis portando eorum infirmitatem, vnde Apostolus, *Nos firmi debemus infirmitatem infirmorum portare.*

h *Pelicano, nycti. pas.* AVG. Tres aues, tria loca ponit, vnus homo vel plures possunt habere personam trium auium, Tria loca, sunt tria genera hominum. Verus prædicator si venit inter eos, vbi Christiani non sunt, pellicanus est in solitudine, Si ad eos qui fuerunt & ceciderunt, tunc nycticorax est in parietinis, quia nec tenebras eorum deserit, sed vult eos lucrari: Si venit ad eos qui crediderunt, nec ceciderunt, manentes in domo, sed tepidè agentes, passer est in tecto.

☞ Clamat

a ¶ Aug. Repetitio: in geminatione effectus petentis ostenditur. b ¶ Ecce oratio.
¶ Cas. respuis munus iniquorum, sed non pœnitentium deuotorum.

a & clãmor meus ad te † veniat. † Non auertas faciem tuam à

a ¶ Pœnitente. ¶ Sed à peccato. b ¶ Aug. Quia in membris, non vno tantum, sed omni tempore tribulatur. c ¶ Mihi humili.

mẽ: in quacunque die tribulor, inclina ad mẽ aurem tuam. In

a ¶ Et. ¶ Aug. In omnibus fidelibus, & in omni tempore inuocat.
b ¶ Aug. Quia iam non terram, sed cœlum peto; cui desiderio dicis: Adhuc loquente te, dicam, ecce adsum, &c.

quacunque die inuocauero te, † velocirer exaudi me. † Quia

a ¶ Propter elationem superbię. b ¶ Non lux sed tempora vitæ.
c ¶ Quæ carnes portant; vel fortes, qui infirmos. ¶ Animæ fortitudo.
d ¶ Fasciculus de lignis aridis vel merges. Vel potius dicuntur illa parua frusta quæ remanent in sartagine.
¶ Alias, in frixorio confrixa sunt.

defecerunt sicut fumus, dies mei: & ossa mea † sicut cremium

a ¶ In Adam, à quo propagata miseria. b ¶ Quia omnis caro fœnum.
c ¶ Sterilitate peccati.
d ¶ Sed vnde hoc? quia panem, id est, præceptum, quod Deus dedit omisit, & bibit venenum serpentis; sed modo crucifixo domino redit commemoratio, & comedit panem, qui de cœlo descendit.

aruerũt. Percussus sum † vt fœnum, & aruit cor meum, quia obli-

a ¶ Custodire. b ¶ Verbum Dei.
c ¶ Quapropter quia oblitus. Nunc gemo, non pro terrenis, sed pro æternis, & pro aliis, qui de terrenis gemunt, &.

tus sum † cõmedere pãnem meum. A võce gemitus mei, adhęsit

¶ Alias, ossa mea. a ¶ Auis est, quę in solitudine habitat.

os meum carni meæ, Similis factus sum pellicano † solitudinis.

1 2 3 4 † † † 5 6 7 † 8 9 10

† perueniat
† citò.
† sicut herba.
† manducare. 1. Cor. 11.
† Ne
† sicut titio exusta sunt
† qui habitat in solitudine.
Iob. 19. c. E
† 7 q. 1. c. aduersitas. §. cũ verò.
Rom. 15. a. F

A B C D

NICOLAVS DE LIRA.

vt dictum est supra psal. 86. Accipiendo igitur de dictis eius, quod verũ est, videtur mihi, salvo meliori iudicio, quod psal. iste ad literam loquitur de anxietate populi Israel, cum desiderio deprecantis pro aduentu Christi, quod maximè contigit tempore Antiochi illustris, qui suprà modum afflixit populum, Israel, vt habetur 1. & 2. Mach. et quanto plus affligebatur, tanto magis deprecabatur, pro aduentu saluatoris. Et secundum hoc psal. iste in duas partes diuiditur, quia primo ponitur afflicti populi deprecatio, secundò ipsius per Christum subleuatio, ibi, Tu autem domine in æternum permanes. *Prima in duas quia primo ponitur populi petitio, et secundo ad hoc allegatur ratio, ibi,* Quia defecerunt sicut fumus dies mei. *Circa primum dicit Psalmista in persona populi anxiati:* Domine exaudi orationem meam. *Procedentem ex corde, quia oratio est ascensus mentis in Deum secundum Damascenum.*

1 Et clamor meus, *Procedens ex ore,*

2 Ad te veniat, *Id est acceptus sit coram tẽ.*

3 Non auertas faciem tuam à me. *Depellendo orationem meam, sicut homo auertit faciem ab eo quem non vult exaudire.*

4 In quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. *Loquitur de Deo ad modum hominis, qui inclinat aurem ad audiendum petitionem, quam vult exaudire: & quia non solum petit exauditionẽ, sed etiam exauditionis velocitatem propter magnitudinem tribulationis præsentis, ideo subditur,* Velociter exaudi me.

5 Quia defecerunt. *Hic consequenter pro dicta exauditione allegatur ratio, et primo ex facto: secundo ex verbo, ibi,* Tota die, &c. *Factum quod primo allegatur est pondus tribulationum populi Iudaici tempore Antiochi, qui nitebatur totaliter destruere legem Dei, vt patet 1. Machabæorum & 2. & hoc est quod dicitur,* Quia defecerũt sicut fumus dies mei, *Id est, sunt propinqui defectui, nisi tu adiuues.*

6 Et ossa mea sicut cremium aruerunt. *Cremium dicitur à cremo, cremas: et est illud quod in patella remanet de fractione. Antiochus vero nolentes dimittere ritum Iudaicum faciebat frigi in sartaginibus & cremari, vt habetur 2. Macha 7.*

7 Percussus sum vt fœnum. *Quia sicut fœnum ad ardorem solis desiccatur, sic populus Israel ex ardore tribulationis Antiochi pro magna parte deficiebat: aliqui per mortem, et aliqui per transitum ad ritum Gentilem, vt habetur 1 Macha. 1.*

8 Quia oblitus sum comedere panem meum. *Quia multi de populo fugerunt ad loca deserta, vbi non habebant panem ad comedendũ, secundum quod dicitur 2. Machab. 5 d.* Iudas autem Machabæus secessit in desertum locum *ibique inter feras in montibus cum suis vitam agebat, et fœni cibo vescentes demorabantur.*

9 A voce gemitus mei, adhæsit os meum carni meæ. *Hic accipitur caro pro cute, secundum quod dicit Hiero. & Hebręi quia tam ex fame, quam ex animi anxietate caro tabescebat, et sic cutis ossibus adhærebat.*

10 Similis factus sum. *Quia sicut dictum est, populus fugerat ad deserta.*

Factus

MORALITER.

MORALI. autem potest exponi de quolibet verè pœnitente & ad Deum clamante pro liberatione sua per aduentum gratiæ diuinæ. Et sic dicit, *Domine exaudi orationem meam,* cordis scilicet & oris: ideo subditur,

† 1 *Et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam à me.* Pro peccatorum meorum enormitate.

4 *In quacunque die tribulor,* Per veram contritionem.

† *Inclina ad me aurem tuam,* Exaudiendo meam petitionem.

† *In quacunque die in.* Repetitio est eiusdem sententiæ pro maiori exauditione.

5 *Quia defecerunt sicut fumus, dies mei,* In vanis & malis operibus consumpti:

6 *Et ossa mea sicut cremium.* Id est, vires animę, quarum aptitudo ad bonum diminuitur per multiplicationem culpæ.

7 *Percussus sum vt fœnum,* Quod aresci tempore ardoris, sic ego feruore tentationis.

† *Et aruit cor meum,* Defectu deuotionis.

8 *Quia oblitus sum comedere panem meum,* Id est, sacræ scripturæ studium; & sumere deuotè eucharistiæ sacramentum. Et quoniam ex hoc appetitus carnis incenditur, & sic ratio debilitatur & à carne premitur, ideo subditur.

9 *A voce gemitus mei adhęsit os meum, carni meæ.* Id est, ratio consentit sensualitati.

10 *Similis factus sum pellicano.* Cuius pullos serpens occidit; & similiter diabolus bonum opus interimit.

† Sicut

A Clamat eis, qui sub tecto, id est, sub carne torpent, cum ille super carnem, Vnde, *qui in tecto, non descendat tollere aliquid.* Et alibi, *Quod in aure auditis prædicate super tecta.* Vel, per has aues Christus accipitur. Pelicanus dicitur (etsi non certum sit) rostro pullos suos occidere, & triduo lingere: tunc rostro sanguinem suum super eos fundere, vnde illi reuiuiscunt; sic Christus occidit, vt Paulum persecutorem; & suo sanguine viuificat iuxta illud, *Ego occidam, et ego viuere faciam, percutiam & sanabo.* In solitudine, quia solus de virgine natus: Post natiuitatem verò venit ad parietinas, id est, ad passionem, vbi à ruinis occiditur, id est, Iudæis; sed & eos amat, dicens, *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Tunc fuit quasi *nycticorax in parietinis.* Sed qui ibi dormierat, *vigilauit* in resurrectione, & volando in cœlum factus est *passer singularis in tecto*, id est, cœlo, vbi interpellat pro nobis; vel diuersa genera pœnitentium notat per has aues; Pelicano aui nimiæ maciei & soliuagæ comparantur eremitę, Nycticorax, qui à publico remotus, dum alij nocte huius seculi dormiunt, vigilat: & sibi quærit escas mentis. Qui si non inter homines, extra est in alto, dicens eis, qui in nocte dormiunt.

† nycticorax in parietinis, seu bubo solitudinum. Deut. 32. f.

† s, di. c. si quis diaconus.

† elisisti. Lucæ. 23. c.

† velut.

B C

Vel, passer sagax ad alta virtutum fugit, vbi tutus à laqueis. Qui solitarius vel vnicus, propter charitatem (quem ex multis vnum facit) est in tecto, vel ædificio propter altitudinem fidei, vt non descendat aliquid tollere de domo, id est, carne.

Similis factus sum pellicano solitario. ✻ Evthymivs. Fugiens nimirum multitudinis conuersationem & solitudinem quærens. Est autem pellicanus animal quoddam, quod solitudine delectatur.

Factus sum sicut nycticorax, &c. ✻ Evthymivs. Hoc animal natura timidissimum est: atque ideo vndecunque fugiens in domorum ruinis commoratur. Ego, inquit, veluti nycticorax in desertis ac solitariis locis versor. Aiunt nicticoracem in domiciliis seu tuguriis degere, ac nocte clamare præ formidine, atque ideo hoc nomine à Græcis appellatur, quod nocte clamet: non secus igitur de nocte ad Deum se clamare dicit, dum hostium incursum reformidat. D

a ¶ Vigil & teter coruus noctis.

factus sum sicut † nycticorax in domicilio. Vigilaui, & factus

a ¶ Alias, vnicus. ¶ Alias, singularis. b ¶ Quasi occido & viuifico, ideo. c ¶ Quia peccatores membra facio. ¶ Dicentes. Quare magister vester manducat cum publicanis & peccatoribus?

sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant

a ¶ Dum cum eis fruerer seculari vita. b ¶ Ore palam, sed ficte. c ¶ Conspirabant.

mihi inimici mei: & qui laudabant me: aduersum me iurabant

a ¶ Quare? b ¶ Quia hæc genera hominum in membris habere volui. c ¶ Etsi hoc ad literam, magis tamen de calice domini, quem lachrymæ faciunt dulciorem.

† Quia cinerem tanquam panem manducabam, & † poculum meum

a ¶ Vnde hoc. b ¶ Quę in Adam, cum qua nati sumus. ¶ Vnde: Fuimus & nos natura filij iræ. c ¶ Quam metui actualiter peccando.

cum fletu miscebam. A facie iræ indignationis tuæ quia

a ¶ In honorem faciendo ad imaginem tuam, qua omnia animalia superamus, grauius allisisti, nihil enim habet hanc miseriam peccati & gehennæ, nisi homo. b ¶ Obscuri & vani. c ¶ Quasi inutiles pereunt.

eleuans † allisisti me. Dies mei sicut vmbra, declinauerunt:

¶ Sine rore gratię. a ¶ Hoc ego iusto iudicio tuo patior, sed tu viges vt liberes, qui viguisti vt me humillares. b ¶ Temporalem saluat æternus.

& ego † sicut fœnum, arui: Tu † autem domine in æternum

a *Domicilio.* Augustinvs. Vel parietinis, quæ vulgò dicuntur ruinæ, vbi parietes stant sine tecto, vbi habitat nycticorax auis, quæ noctem amat.

b *Tota die.* Cassi. Vel, in persona iusti totum accipi potest, quasi dicat, ita frigor pro aliis, & gemo. Et ad cumulum mali; *Tota die expro. mi. inimi. mei,* quos aliter nequit perdere, arte quadā diabolus vult decipere: facit irridere pœnitentes, quasi iurent in eorum detestatione irrisores, qui laudabant eos, dum cum eis seculares erant, quia cinerem, id est, reliquias peccatorum, quia etiam tenuia peccata, id est, leuia per pœnitentiam sunt consumenda; vel, in deiectione reficiebar, adeò placebat mihi. E

† potum.

† verò.

c *Cinerem* Avg. Per cinerem & fletum pœnitentes significantur. Cinis enim & cilicium sunt arma pœnitentium. F

d *Poculum.* Cassio. Temporalem iucunditatem. Vel desiderium patriæ pro dilatione lachrymis miscui; vel potum scripturarum, quę antiqua recolunt.

e *A facie irę.* Cas. *Ira* vltio; *Indignatio*, motio animi, qua indignamur etiam filiis. Ira dicitur impetus in puniendos, quæ in Deum non cadunt. Sed est antropopathos.

f *Irę.* Vnde & dominus ait, *Ira Dei manet super eos, qui non credunt.* Non ait, veniet; sed manet, quia non tollitur, in qua natus est. Ioan. 3. d.

g *Dies mei sicut vmbra declinauerunt.* Quia ego à vero die declinaui, similes mihi sunt declinantes dies mei.

h *Tu autem, &c.* Cas. Tertia pars, vbi ostenditur certitudo impetrandi

NICOLAVS DE LIRA.

29. 1 Factus sum sicut nycticorax. *Quæ non apparet de die, nec clamat: sic multi de populo absconditi in locis occultis, non audebant de die comparere, nec etiam aliquem strepitum emittere, ne deprehenderentur.*

2 Vigila. *Non potens dormire præ anxietate animi.*

3 Et factus sum. *Fugitini enim non vadunt vniti: sed magis dispersi, & quilibet abscondit se, vbi potest.*

4 Tota die. *Hic consequenter allegatur ratio exauditionis ex verbis iniuriosis & improperiosis, quę satellites Antiochi proferebant contra Deum, & populum: & hoc est quod dicitur,* Tota die exprobrabant. *Et plus affligebatur populus ex blasphemiis contra Deum, quàm contra seipsum.*

5 Qui lauda. me. *Scilicet, deriforiè, sicut homini timido aliquando dicitur: Ecce homo magna constantia, & tale improperium per oppositum irrogatum magis solet pungere.*

6 Aduersum me iu. *Id est, iurantes execrando sibi malum, ponebāt me, tanquam exemplum, dicens: Si non fecero hæc, ita male accidat mihi, sicut populo Iudæorum; & quod sensus sit iste, ostendit translatio Hier. quę sic habet,* Exultantes mihi per me iurabant. *Exultantes mihi dum cum eis seculares erant, quia cinerem, id est, reliquias peccatorum, quia etiam tenuia peccata, id est, leuia per pœnitentiam sunt consumenda; vel, in deiectione reficiebar, adeò placebat mihi.*

7 Quia cinerem tanquam panem. *Modicum habens de pasta, eam decoquens in cineribus: & sic cineres erant admisti in pane.*

8 Et poculum meum, *Id est, lachryma fluebant, de oculis meis præ dolore, ita quod cadebant in scypho vel in vase, in quo debebam bibere, Et quia ista miseria contigit populo ex Dei permissione propter peccata, populi commissa, ideo subditur.*

9 A facie iræ, *Id est, vindictę tuæ, secundum quod dicitur* 1. *Mach.* 1. g. Et facta est ira magna super populum valde.

10 Quia eleuans. *Id est, grauiter, sicut grauius alliditur, qui de alto deiicitur. Potest etiam dici, quod Iudæi fuerant eleuati tempore Esther & Mardochęi, vt habetur in libro Esther, et hoc, tempore monarchiæ Persarum, cui successit regnum Græcorum, de quo exiuit* radix peccati Antiochus illustris 1. *Mach.* 1. *& isto grauius afflixit Iudæos, quam aliquis præcedentium regum.* 11 Dies mei sicut vmbra, *Id est, quasi ad nihilum redacti sunt, sicut vmbra.* 12 Et ego sicut fœnum *Id est, præ feruore tantæ tribulationis quasi defici.*

13 Tu autem do. *Hic consequenter describitur populi consolatio* per

MORALITER.

† 1 *Sicut nycticorax in domicilio.* Id est, mundus factus sum ex peccato. Nycticorax enim est auis immunda secundum legem. Sed quia pœnitens peccatum suum cognoscit, subditur,

2 *Vigilani,* Per cognitionem peccati.

3 *Et factus sum sicut passer.* Auolans à peccatorum consortio, quod propriè fit religionem intrando, ideo subditur.

4 *Tota die exprobrabant, etc.* Secundum spiritum detestantis religionis statum.

5 *Et qui lau. me.* Dum essem cum eis in insolentiis.

6 *Aduer.* Id est, conspirabant ad me retrahendum.

7 *Quia ci.* Allegantes asperitatem victus mihi impossibilem.

9 *A facie ira inds.* Id est, talem asperitatem substinebam, ne grauiorem incurrerem in purgatorio, vel in inferno, propter peccatorum meorum grauitatem, ideo subditur,

10 *Quia eleuans al. me.* Id est, allidi me permisisti, sicut ille, qui de alto cadit, grauius conquassatur.

11 *Dies mei sicut vmbra, &c.* Id est, in peccatis consumpti sunt.

13 *Tu au. do.* Post afflictionem pœnitentis, hic consequenter ponitur subleuatio saluatoris; & primò ostenditur eius potestas,

† ad

impetrandi veniam. Iam consurgit lapsus ad prophetandum, iam pœnitens caput releuat.

AVGV. Memoriale promissum memorabile, de te reparatio nostra, quia tu nostri, vel nos memores tui.

a *Venit tempus.* AVGVST. Quia omnia ordine voluit Deus fieri, & tempus ad hoc disposuit, vbi opportunitas apte ordinata est.

b *Lapides eius.* AVGVST. Sunt lapides in Sion, sunt & non lapides. Lapides placent seruis, & ipsi serui terræ miserentur. Lapides sunt, prophetæ, ibi prædicatio, inde sumptum est euangelicum officium. Serui ergo, id est, apostoli agnoscunt in lapidibus eloquia Dei: & de terra formant imaginem Dei, dum terreni mundantur, quorum miserentur. Sicut ergo de puluere formatus est homo, ita de puluere ruentium parietinarũ Dei imago reformatur. Inde est, quod misso spiritu sancto multi eorum crediderunt qui dominum crucifixerunt.

Et timebunt gentes nomen tuum domine. ✠ BASILIVS, & THEODO. Nam videntes nostram reuersionem, ciuitatisque instaurationem ij, qui nostras afflictiones conspexere, & Reges & Principes, & subditi, tuam admirabuntur potentiam, & timentes, te solum esse Deum credent: hoc quidem factum finitimi admirati sunt, sed tantum abfuit vt crederent Deo vniuersitatis, etiam vt ipsi eodem tempore bellum intulerint. Cæterum hoc in loco sermo diuinus, omniũ gentium, & regum cõuersionem præcinit: quarum rerum alias quidã iam perfectas videmus, alias vero futuras esse speramus, inquit, enim diuinus Apostolus, *Nondum enim illi omnia subiecta videmus*, veruntamen docuit omne genu ipsi flectendum esse, cœlestium, terrestrium, & infernorum.

c *In gloria.* AVG. Qui primo visus est in infirmitate in illa Sion, vnde, *Vidimus eum non habentem speciem neque decorem.*

d *Orationem.* Hoc agitur in ædificatione Sion, orant, gemunt ędificantes, qui sunt vnus pauper, & pauperes multi, vnde in titulo singulariter, hic pluraliter. Sed vnus dicitur propter veritatem pacis ecclesiæ, multi propter latitudinem.

e *Scribantur hæc.* CAS. Qui supra pœnitentia sordebat, iam honore prophetæ decoratus, præcipit hæc, quæ dixit, testimonio scripturæ firmari, vt ætas futura discat.

f *In genera.* AVG. Hæc quando scribebantur, non sic proderãt generationi veteris testamenti, prosunt alteri, id est, nouæ.

☞ *Quia*

a ¶ Quia non obliuiscēris nostri. ¶ Memoria qua memor nostri es.
b ¶ Promissionem habemus vitę quæ nunc est, & futurę. ¶ Præsenti. c ¶ Futuram.

†memoria tui

permanes, & † memoriale tuum in generatione & generationem. Tũ exurgens miserebis Sion, quia tempus miserendi eius, † quia venit tempus. Quoniam † placuerunt seruis

a ¶ Nam. b ¶ Ad regnandum. ¶ Qui quasi dormiens distuleras, prius.
c ¶ Id est Iudææ: vnde apostoli & alij fratres.
d ¶ De quo, Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum de muliere, factum sub lege.

B

†quoniam venit tẽpus vt miserearis eius

a ¶ Acceptabile. b ¶ Et vere misereberis c ¶ Apostolis.

a

a ¶ Prophetę firmi placent. b ¶ Sion. c ¶ Dum terreni mundantur. d ¶ Qui modo timere nesciunt.
¶ Sed non tantum in Sion, veniet & alius paries de gentibus.

b tuis lapides eius, & terræ eius miserebuntur. Et timebunt

¶ Maiorem sua.

gentes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam

a ¶ Ideo. b ¶ Hoc modo agitur. c ¶ Tandem, quod non modo. ¶ In ędificata.
d ¶ Alias, maiestate.

c tuam. † Quia † ędificauit dominus Sion, & videbitur in glo-

a ¶ Ædificabitur, quia. b ¶ Qui spiritu pleni orabant, vt veniret.
c ¶ Hoc est respicere Dei, quod non spernere.

†Quoniã †ędificabit †pauperũ

d ria sua. Respexit in orationem † humilium, & non spreuit

a ¶ Firmiter teneantur, vel habeantur. b ¶ Quod reparatio per Christum, destructio per Adam.
c ¶ Ad opus generationis nouę. d ¶ Vnde si quis in Christo noua generatio est, vetera transierunt.
Ecce noua facta sunt omnia, Apoca. 12 b.

C

†preces

e † precẽ eorũ. Scribantur hæc in † generatione altera, & pop-

e f

1 Philip. 2.

D

E

†bene placitum habuerunt seruis tui in Ela. 53. a.

† generationem alteram seu posteram.

NICOLAVS DE LIRA.

per aduentum Christi, quæ hic per Psalmistã prædicitur, & sic per Christum postea fuit impleta. Et diuiditur residuum huius psalmi in tres partes, quia primo describitur ecclesię promotio per aduentũ Christi, secundo futura tribulatio tempore Antichristi, ibi, Respõdet ei. Tertio vitę præsentis cessatio in fine mundi, ibi, Initio tu domine. *Prima in duas:* quia primo describitur ecclesiæ promotio, secundo ex hoc concluditur gratiarum actio, ibi, Scribantur hæc. *Prima in duas:* quia primo ponitur ecclesiæ promotio per Christum immediate, secundo mediantibus apostolis, ibi, Quoniam placuerunt.

Circa primũ sciendũ, quod Christus ratione deitatis permanet in æternum: & hãc veritatẽ cõfessi fuerũt Iudæi. Io. 12. c. dicẽtes, Nos audiuimus ex lege quia Christus manet in æternũ, & sic per suam æternam potentiam mutat tempora, et ętates, transfert regna, atque constituit, Dan. 2. c. & sic aliquando de tribulationibus releuat ad prosperitatẽ, & econuerso deijcit secundum voluntatẽ suam: & hoc est quod dicitur, Tu autem do. in æter. *Id est*, stabiliter, *et quia* stabilis manens dat cuncta moueri, *vt dicitur* 2. de consolatione: *ideo subditur.*

1 Et memoriale. *Quia vno intuitu videt successionẽ omniũ generationũ. Et subditur* cõsolatio Iudæorũ Christũ expectantiũ, 2 Tu exurgẽs. *Videtur enim hominibus iacere, quando nõ prabet eis auxilium, & per oppositum surgere, quando præbet.* 3 Misereb. Sion. *i. populi colẽtis Deum in Sion, de quorum numero erat sanctus Simeõ, Lu.* 2. *d. propter quod* respõsũ accepit à spiritu sancto nõ visurũ se mortẽ, nisi prius videret Christũ domini, *quẽ omnes etiã alij iusti expectabãt quod fuit adimpletũ quãdo ibi in tẽplo fuit oblatus, quod erat in monte Sion, et quãdo ibi prædicauit & miracula fecit, et quãdo in cœnaculo Sion super apostolos spiritũ sanctũ misit, secundũ quod dicit Hier. in epistola ad Paulinũ de omnibus sacræ scripturæ libris: & tũc fuit adimpleta prophetia Zac. 9. b.* Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalẽ: ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, & ipse pauper. *Secũdũ quod allegat Mat. 21. a. & per hoc, quod dicitur hic,* pauper, *manifeste patet quod cõsolatio populi in aduẽtu Christi nõ erit intelligẽda per exhibitionẽ bonorũ tẽporaliũ, sed spiritualiũ: quę tãto meliora sunt quãto quæ sunt animæ corporalibus præferũtur.* 4 Quia tẽ. *Secũdũ quod fuerat dictũ per prophetas, & maximè Dã. 9. vbi aduẽtus Christi sub certis hebdomadibus annorũ diffinitur.* 5 Quia ve. *Hoc reduplicatur ad maiorẽ assertionẽ.* 6 Quo. pla. *Hic cõsequẽter ponitur promotio ecclesię, quę facta est per Christũ mediãtibus apostolis, qui prædicauerũt fidẽ Christi primo in Ierusalẽ & Iudæa, vt habetur in Act. apost. ideo subditur* Quo. pla. *i. apostolis.* 7 Lapi. *i. fideles de Iudæis cõuersi qui fuerũt primi lapides in ædificio spirituali ecclesiæ positi, sicut prædictũ fuerat Zach. 9. d. post verba supra præmissa de aduẽtu Christi,* Et saluabit eos dominꝰ Deus eorũ in die illa, vt gregẽ populi sui quia lapides sancti eleuabũtur super terrã eius. 8 Et ter. *i. Iudęa, in qua primo apostoli prædicauerũt, & multa miracula fecerũt, Act. 2 g.* Multa quoq; prodigia & signa per apostolos in Ierusalẽ fiebãt, & ibi *subditur:* Omnes etiam qui credebãt erãt pariter, & habebãt omnia cõmunia, possessiones quoque & substantias vendebant, & diuidebant omnia omnibus prout vnicuique opus erat: *& ideo lapides isti super terram eleuati per contemptum temporalium apostolis merito placuerunt.*

9 Et ti. *Quia fides Christi per apostolos aliosq; discipulos diffusa est ad gẽtes per alias orbis partes.* 10 Et om. *Quia non solũ vulgares receperũt fidẽ Christi, sed etiã principes maximi, vt patet impletum in pluribus regnis terrarum, & in omnibus implebitur ante finem mundi.*

11 Quia ædi. *i. ecclesiã, quæ merito Sion vocatur: quia ibi incepit per Christi oblationẽ, prædicationẽ, miraculorũ operationẽ, & spiritus sancti missionẽ, vt supra dictũ est.* 12 Et vi. *Ibi enim manifestauit gloriã suæ resurrectionis apostolis, & etiã ascensionis: quia de mõte eleuati ascẽdit, qui est iuxta Ierusalẽ, Act. 1.* 13 Respe. *Adimplendo petitionẽ illorũ, qui humiliter, & deuote petebãt eius aduentũ.* 14 Scriban. *Hic cõsequẽter cõcluditur gratiarũ actio: quia tantũ beneficiũ nõ est dandũ obliuioni, & ideo dicit:* Scribã. *Quia scriptura deseruit memoriæ.* 15 In gene. *i. vt generationes sequẽtes habeãt de hoc notitiã: & sic factũ est per euãgelistas, & apostolos, qui doctrinã Christi, & opera descripserunt vt fideles populi assurgerẽt ad laudẽ Christi, ideo subditur.* 16 Et po. *i.*

✠ *popu-*

MORALITER.

† ad hoc faciendũ, cùm dicitur. *Tu au.* Ex quo patet æternitas suæ potẽtiæ. 2 *Tu exur.* Potes facere per teipsum quicquid placet voluntati tuæ. 3 *Misere.* i. ecclesiæ ex peccatoribus pœnitentibus, vt plurimũ collectæ. 4 *Quia tẽ.* Durat supple, vsq; ad tẽpus iudicij. 6 *Quo pla. seruis.* i. angelis. 7 *Lapi.* s. ecclesiæ qui sunt pœnitẽtes. Lu. 15. b. *Gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiã agente.* 8 *Et ter.* i. ecclesiæ, procurantes eius promotionẽ in bonũ. 9 *Et ti.* Sicut videmus impletũ per earũ cõuersionẽ ad Deum. 10 *Et omnes re.* In conuersione Constantini, cui omnes reges erant subiecti. 11 *Quia ædi.* Tunc enim ædificatæ fuerunt multæ ecclesię, & apparuit gloria ecclesiæ. 13 *Respexit in o.* Id est, Christianorum prius abiectorum. 14 *Scribantur.* Vt de tantis beneficijs posteri laudent Deum.

† *Quia*

2 *Quia pro.* AVG. Post gemitus dolentis, iam sunt verba consolationum, iam gaudet pauper. Et quia supra dixit, *Ædificauit dominus Sion*, Et item, *Scribantur hęc*: Modo vtrunque declarat, quasi hoc est, quod dixi scribendum, *Quia prospexit.*

b *Prospexit.* Vt præterita dicit, quæ erant futura.

ç *Compedito.* AVG. Timor Dei, compedes sunt, in quibus gemunt ad impetrandam misericordiam: de quibus dicit scriptura, *Audi fili & excipe sententiam meã, & ne abijcias consilium meum, & infer pedem tuum in compedes illius, & in torquem illius collum tuũ & erunt tibi compedes eius in protectione fortitudinis, & torques illius in stolam glorię*, quas soluunt qui martyres occidunt, & solutis vertuntur in gloriam.

CASSIODORVS. Compediti, sancti, qui legalibus vinculis astricti, non sunt vsi noua libertate, qui orabant vt Deus mundum à peccatis solueret, & filios eorum, qui fraude diaboli perempti sunt, à paternis erroribus liberaret. *Vt sic annuntient.* Prædixit futura in Sion: hoc factum est dum ibi primum *loquebantur variis linguis apostoli magnalia Dei*, vnde in generalem ecclesiã concurrit sermo eorum.

d *Vt solueret filios.* AVGVST. Nos autem sumus filij illorum mortificatorum, qui soluimur à nodis peccatorum, & vinculis cupiditatum.

e *Respondit ei in via virtutis suæ.* CASSIODORVS. Quarta pars, vbi post certitudinem veniæ, dicit, quod de sua breuitate ad æternitatem transeat.

AVGVSTINVS. *Respondit.* Quia: Dico, vt annuntiem nomen domini, & laudem eius in Ierusalem. Et respondit ei, domino, scilicet, laus vel Ierusalem, Laus, quando ei gratias agunt vocati ab illo, dum credunt vel bene viuunt. Vel Ierusalem, non illa reproba quæ occidit prophetas, sed illa, quæ multos filios parit, vocata respondet: non contemnit, sed fructum reddit.

AVGVSTINVS. *Respondit ei.* Id est, credit resurrexisse Christum. Sed quia pręuidet quosdam dicturos, fuit quidem quondam ecclesia congregans omnes in vnum, sed iam desinit.

f *Paucitatem*, inquit, *dierum meorum*: non æternitatem illorum, vbi ero, sed temporales dies, quandiu ero in hoc seculo.

g *Nuntia mihi.* Propter illos, qui dicunt, iam non esse ecclesiam. Non vacat vox ista, non est inanis petitio. ipsa enim via, id est, Christus sic annuntiauit, *Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* Totum tempus vsque ad finem, est illa exiguitas dierum: quia omne quod finitur exiguum est, vt inde transeatur in æternitatem. *Nuntia.* Et.

h *Ne reuoces me in dimidio dierum meorum.* Non sic fiat, vt hæretici dicunt: vsque in finem seculi perduc me, non in dimidio dierum meorum reuoca, sed perfice mihi exiguos dies vsque in finẽ seculi, vt post, dies æternos. Cur autẽ de exiguitate quereris?

☞ *Quia*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *populus Christianus, qui creatur per baptismum, per quem cõstituitur in esse gratiæ, quæ creatur in anima.*

1 Quia prospexit de excelso, &c. *Tunc enim propriè terram prospexit oculis suæ misericordię, quando visitauit nos oriens ex alto in sua incarnatione.*

2 Vt au. ge. compeditor. *Id est, peccatorum, qui à diabolo tenebantur compediti consuetudine peccandi.*

3 Vt solueret filios interemptorum, *A vinculis ignorantię, & infidelitatis.*

4 Vt annuntient in Sion nomen domini, & laudem eius in Ierusalem. *Id est, in ecclesia, quę nomine Sion, & Ierusalem designatur: secundum quod dicit Apostolus ad Hebr. 12. f.* Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cœlestem, &c. *In qua fideles annuntiant nomen domini, eius fidem liberè confitendo, & prædicando, et laudes ei debitas exhibendo.*

5 In conueniendo populos. *Per diuersas orbis partes dispersos.*

6 In vnum. *Id est, in vnitatem fidei per charitatem formatę. Et quia non solum vulgares venerunt ad vnitatem fidei, sed etiam principes, ideo subditur,* Et reges, vt seruiant domino.

7 Respon. *Hic consequenter describitur tribulatio fidelium tempore Antichristi, quę erit acerbissima, tamen brevis in tempore, secundum quod dicitur Mat. 24. b.* Erit enim tribulatio magna, qualis nunquam fuit ab initio mundi, vsque modo, neque fiet: & nisi abbreuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur, *Et hęc breuitas petitur hic in persona ecclesię tunc tribulandæ, cùm dicitur,* Respondit ei. *Id est, ecclesia ipsi Christo, & loquitur de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetię.*

8 In via virtutis suæ. *Id est, patientię, quę tunc erit maximè necessaria.*

9 Paucitatem dierum meorum. *Id est, dierum afflictionis meę.*

10 Nuntia mihi. *Vt ex breuitate valeam aliqualiter confortari. Littera Hebraica, & Hieronymi planior est, quæ sic habet:* Afflixit in via *scilicet huius vitę*, Fortitudinem meam, *quia tunc fortes in fide supra modum affligentur*, Abbreuiabit dies meos. *Id est, dies afflictionis meę, propter electos, vt prędictum est. Et quia tunc tanta erit tribulatio, quod videbitur aliquibus de ecclesia, quod fides catholica debeat totaliter deficere: ideo subditur in persona ecclesię,*

11 Ne reuoces me. *Totaliter auferendo de præsenti vita.*

12 In dimidio dierum meorum, *Id est, ante mundi terminum, quod est tempus statutum durationis ecclesiæ militantis, secundum quod dicit saluator Mat. vl. d.* Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

☞ In ge-

MORALITER.

† 1 *Quia prosp.* Scilicet, oculo suæ misericordiæ.

2 *Vt au. ge. con.* Id est, pœnitentium prius constrictorum retibus peccatorum.

3 *Vt solueret filios.* Id est, opera meritoria, quæ per peccatum erant mortificata, & reuiuiscunt gratia recuperata.

4 *Vt annuntient in Sion nomen domini.* Id est, in ecclesia nominibus Sion & Ierusalem significata.

5 *In conueniendo populos in vnum.* Id est, ad conueniendum magnos, mediocres, & paruos in ecclesiasticam vnitatem de qua Ephesiorum quarto. b. *Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma.*

7 *Respon-*

Respondit ei. Hic describitur profectus peccatoris per pœnitentiam reuersi, cum dicitur, *Respondit ei.* Scilicet peccator domino,

8 *In via virtutis suæ.* Id est, reuersus ad viam virtutis, & gratiæ.

9 *Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.* Ad ipsos addendo. Nam qui addit ad præterita, ostendit, & nuntiat ea fuisse pauca: hoc autem dicit peccator reuersus desiderans recuperare amissa præterito tempore.

11 *Ne reuoces me.* A præsenti vita.

12 *In dimidio dierum meorum,* Id est, ante naturalem vitæ terminum. Et ad hoc inducit rationem, dicens.

† *Inge-*

☞ Quia *in generatione, & generationem sunt anni tui.* id est, quia licet A illi dies vsque in finem seculi durent, tamen exigui sunt in comparatione tuorũ, qui nõ mutantur, quia æterni sunt. Vel ne sinas me reuocari à cursu cælestium, vt hæream curæ temporaliũ, quin hos dimidios & futuros dies continuẽ. Vel, dies dicit, quos in bono in præsenti agit vir sanctus, in quibus meretur præmium vitæ. Dies enim habet, qui eos hic in luce bonæ vitæ agit: sed non sunt b nisi dimidij, si non ad- c B dantur æterni. d

In via virtutis. Avgvst. In fide, qua resurrexisse credit Christum. Via virtutis fuit, Christus post resurrectionem, cum iam non e infirmus, sed fortis in f cælo, vocat ecclesiam. Laus fidei est, nõ quia credit mortuum, quod & paganus credit, sed glorificatum. g

C Vel, breuiter diffinitur religio Christiana, cùm dicitur *via virtutis.* h

Vel, in generatione generationum. Est generatio generationum, quæ non transit, collecta de omnibus, id est, sancti. In illa erunt anni domini, qui non transeunt, id est, æternitas Dei, quæ est ipsa substantia Dei, nihil habens mutabile.

a *Initio tu domine.* Quasi, ne reuoces, quia ad æternitatem tendo, quam exponit, dicens, *Initio tu domine terram.*

b *Ipsi peribunt.* Avg. Ipsi cæli peribunt, de proximis terræ hoc
2. Petri. 3. c. constat, vnde & Petrus, *Terra autem, & cæli qui nunc sunt, eodem verbo, repositi sunt, igni reseruandi.* De superioribus non est certum, sed si manent, non in se, sed in Deo manent.

c *Tu autem permanes.* Avg. Sicut æternitatẽ eius ostendit creando omnia, sic manendo post mutata. D

d *Et omnes* vel omnia, quod non de angelis, sed de mutabilibus.

e *Sicut vestimentũ* secundũ corpus, quod more vestis cõsumitur.

Et omnes sicut vestimentum veterascent, &c. ✠ Basil. & Theod. Symmachus autem sic, *Et omnes sicut vestimentum senescent, & sicut amictum mutabis eos & mutabuntur.* Omnia enim quæ cernuntur, senescent, vestimentorumque vetustatem imitabuntur: Tu autẽ ipsa immutabilis, & renouabis, & immortalia pro mortalib. facies. Hoc & diuinus Apostolus inquit, *Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* E

f *Et sicut opertorium mutabis eos.* Cælos accipe, qui omnia operiunt, qui etiam mutabuntur.

g *Et anni tui non deficient.* Avg. Qui erunt in generatione generationum. Sed an ibi esse poterimus? vtique, quia filij seruorum tuorum habitab. F

h *Filij seruorum.* Avg. Vt filij intrauerunt terram promissionis, non parres; quod significat nouos populos intrare, non veteres. Intrauerunt tamen de illis patrib. duo, scilicet, Iosue & Caleb: quia & in requiem veram intrauit vnus & vnitas, Christus & ecclesia cum omni nouitate filiorum.

Filij. Hilaris cõclusio filij prophetarũ, & apostolorũ, nedũ ipsi.

i *Semen.* opera, vnde fructus æternus.

k *Dirigetur*, quia nihil tortum intrat.

¶ Vel num. a ¶ Quia æternitate præcedit, omnia, quæ fecit. ¶ Sine initio ante creaturas extitit. 1

à generatione & generationem anni tui. † Initiò tu domine 2 †

a ¶ Verbo domini cœli firmati sunt, sed quod verbo fecit, hoc & manu, id est, virtute.

b ¶ Ad literam, vel Iusti, qui secundum vestimentum, id est, corpus peribunt, sed mutabuntur in melius.

terram fundasti: & opẽra manuum tuarum sunt cẽli. Ipsi 3 4
b
peribunt, tu autem permanes, & † omnes sicut vestimen- † 5
a ¶ Mutata dicuntur, quia iam non corruptioni, sicut ante, subiacebunt.
tum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos, & mu- 6

a ¶ qui dixisti. Ego sum qui sum. b ¶ Immutabilis, & omnipotens.

c ¶ Licet omnia ex te, & per te, & in te: non sunt tamen quod ipse es. ¶ Etiam.

tabuntur: tũ autem idẽm ipsẽ es, & anni tui non deficient. 7 8

¶ Opera sine quibus nemo intrat. ¶ In tuis annis.

Filij seruorum tuorum † habitabunt, & semen eorum † in 9 10

¶ In æternum.

k seculum dirigetur. 11

† In principio, seu pridem.

† omnis

† coram te stabilietur. Rom. 8.

† in habitabunt.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In generatione & generationem, *quasi dicat: tu domine, cuius duratio est æterna, potes faciliter hoc facere pro voluntate tua.*

2 Initio tu domine terram. *Hic consequenter describitur vitæ præsentis cessatio, quæ erit in generali resurrectione. Motus enim cæli ordinatur ad completionem numeri electorum: & ideo ipso habito cessabit, & hoc est quod dicitur Apocalypsis decimo. b.* Iurauit per viuentem in secula seculorum, quia tempus amplius non erit. *Et qui talia præcedent ex potestate, & voluntate Dei, qua vna est in patre, & filio & spiritu sancto: ideo dicitur,* Initio tu domine terram fundasti, *id est, tu domine Iesu Christe* fundasti terram initio, *id est, principio temporis: Et dicit* Fundasti, *quia terra est centrum mundi.*

3 Et opera manuum tuarum sunt cæli, *& per ista duo intelliguntur omnes aliæ creaturæ.*

4 Ipsi peribunt tu autem permanes, *Sicut enim æternitas sequitur omnimodam stabilitatem & immutabilitatem, ita tempus motum, & mutationem. Solus autem Deus est omnino immutabilis: Cæli autem superiores sunt mutabiles quantum ad situm, inferiores autem vt aer, quantum ad alterationem. In omni autem mutatione est aliqua deperditio, quia cessat aliquid esse, quod prius erat: & sic in fine mundi cæli peribunt, nõ quantũ ad substantiam, sed quantũ ad aliquam dispositionem: nem, quia corpora cælestia cessabũt à motu locali, elementaria à mutua actione, & alteratione, substantijs eorum remanentibus, ideo subditur,*

5 Et omnes sicut vestimentum veterascent *à statu in quo sunt.*

6 Et sicut opertorium mutabis eos, *quia sicut adueniente æstate vestis hymalis mutatur, quia non est amplius necessaria, remanente tamen eius substantia: sic corpora cælestia, & elementaria mutabuntur à statu, in quo sunt, quia non erit amplius necessarius, completo numero electorum.*

7 Tu autem idem ipse es *f. omnino immutabilis.*

8 Et anni tui, &c. *non est per hoc intelligendum, quod in æternitate, quæ est mensura durationis diuinæ, sit aliqua successio, sed quia eam apprehendere non possumus, nec per consequens exprimere, nisi per comparationem ad tempus.*

9 Filij seruorum. *i. apostolorum, quos genuerunt per verbum euangelij, secundum quod dicit Apostolus. j. Cor. iij. d.* In Christo Iesu per euangelium ego vos genui: *& isti sunt vere Christiani.*

10 Habitabunt. *f. æternaliter coram te post terminum huius vitæ.*

11 Et semen, &c. *quia semper actu & continue in Deum ferentur. Moraliter potest exponi psalmus iste de quilibet vere pœnitente, qui de peccatis commissis afflingitur per pœnitentiam: & Deum depeccatur vt ad se veniat per gratiam, & ipsum in aduersis stabiliat per patientiam, vt sic in termino vitæ præsentis perueniat ad gloriam.*

MORALITER.

✠ 1 *In generatione.* quia sunt æterni, propter quod mei nihil sunt ad tuos comparati: ideo non sunt rescindendi.

2 *Initio,* scilicet ecclesiæ.

† *Tu domine terram fundasti,* id est, actiuos terrena bona dispensantes.

3 *Et opera manuum tuarum sunt cæli.* i. contemplatiui.

4 *Ipsi peribunt.* i. à præsenti statu transibunt: nam actio non manebit nebit in patria, nec contemplatio ænigmatica.

† *Tu autem permanes,* omnino immobilis.

5 *Et omnes sicut vestimentum veterascent.* secundum statum in quo sunt, vt dictum est supra.

9 *Filij seruorum.* i. imitatores apostolorum.

10 *Habitabunt,* tecum in æternum.

11 *Et semen eorum.* Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem expressionem.

ADDITIO.

In psal. cj. Domine exaudi. *vbi dicitur in postil.* Circa primum dicit Psalmista.

Clamor *in scripturis sæpe significat affectum cordis, iuxta illud:* Verba mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum. *vbi glo. vbi glo. Clamorem, id est affectũ cordis: verba enim auribus percipiuntur. Clamor autem, qui est affectus cordis, intelligitur, quia quasi intus legitur, vnde in hoc loco, cum dicit,* Exaudi orationem meam, *prodicit,* Et clamor meus ad te veniat, *proprius habet intelligi de affectu cordis qui sine vocis strepitu ad Deum venit, &c.*

GLOSSA ORDINARIA.

✠ Beda. Post illas beati pauperis humillimas preces, & pœnitentiæ gemitus explicatos: totus hic psalmus Domini laude redundat, & præcedentes lachrymas præconiorum gaudia sequuntur. Namque ipse Dauid, vt semper, Christum, cui laus datur, insinuat. Per totum quidē psalmum prophetaloquitur. In prima parte præcipit animę suę benedicere Dominum & beneficiorum eius recordari. Secunda dicit qualia Moysi præstiterit, & reliquis fidelibus suis, vt ipse intelligatur à sæculis semper fuisse munificus. Tertia ad angelos verba conuertit, virtutesque supernas, ac reliquas rationales creaturas inuitat, vt Domini iugiter laudib. occupentur.

a ¶ Christo fit hic psalmus.

Psalmus ipsi Dauid. CII.

¶ Vnde. Sacrificium lau. hon. ¶ Quod sibi, omnibus consulit.

a

1 † Benedic anima mea † domino, & o-
2 a ¶ Omnis cogitatio, omnes vires, nulla discrepent.
¶ Nunquam deest, qui audiat interiora: & ideo nunquam sileant.
¶ Iterat expressius.
3 mniâ † quæ intra me sút nomini san-
4 a ¶ Repetitio ad exhortationem valet.
5 cto eius. Benedic anima mea domi-
a ¶ Vt semper benedicas. b ¶ qui bona pro malis dedit.
¶ Hæ sunt tribulationes. ¶ Remittendo eas.
6 no, & noli obliuiſci omnes retributio-
7 8 nes eius. † Qui propitiatur omnib. iniquitatib. tuis, qui sa-
a ¶ Aug. Post remissionem, quia corpus infirmum, & ex langore multa suggeruntur animæ, carnalia desideria titillant, & quibusdam capitur: sanat infirmitates, nunc fouendo blandis, nunc secando asperis.
b ¶ Aug. In de sanat languores, quia redimet de corruptione, quæ tanta est in corpore, vt aggrauet animum: sed finietur, cum inducet incorruptionem. ¶ Pretio sanguinis. ¶ Vel met.
9 nât omnes † infirmitates tuas. Qui redimit de † interitu vitā
a ¶ Si viceris, quod non nisi ab eius misericordia. ¶ Iam incorruptum.
10 g tuam, qui coronat te in misericordia & miserationib. Qui
a ¶ Aug. Post coronam non restat lucta, in qua iuueris, sed satiaris his, quæ hic desiderabas, atque suspirabas.
b ¶ quando non? hic vbi nemo repletur, sed semper indiget, sed quando renouata erit iuuentus tua.
11 12 h † replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ
13 ideo necessariū fuit cōmemorare illic misericordiā & miserationes, vbi videretur sic reddi debita, vt null⁹ esset loc⁹ misericordiæ.

PSAL CII.

a *Benedic anima.* Avg. Post preces pauperis præconia gaudentis.

Avg. Omnes qui in Christo, quasi vnus homo sunt, qui excitat & hortatur animam suam, vt benedicat dominum, volens diffinire cur benedicendus, ne quis ad hoc piger inueniatur. Clama voce, si est homo, qui audiat, sine voce, si non est, qui audiat homo: quia audit Deus.

Cas. Per sua beneficia hortatur benedicere Deum.

Avg. Propheta in persona generalis iusti loquens, secundum superiorem vim animæ, id est, rationem exhortatur animam ad benedicendum, dicens,

b *Noli obliuiſci.* Avg. Non sit ante oculos delectatio peccati, sed damnatio & remissio Dei: cogita omnia mala tua, quia quot ea, tot bonæ retributiones Dei.

c *Retributiones.* Avg. Non tributiones. Tribuit, homo malapro bonis, & retribuit ei Deus bonapro malis. Tribuit, cum me fecit: retribuit, cum iustificat.

d *Qui propitiatur.* Avg. Hoc agit in baptismi sacramento.

e *Qui sanat omnes infirmitates tuas.* Hoc agit in vita fidelis hominis, dum cōcupiscit caro aduersus spiritū, vt si, quæ nolumus faciamus, qui lāguores vetustatis de die in diem crescēte nouitate sanantur ex fide, quæ per dilectionem operatur.

f *Qui redimit, de corruptione vitam tuam,* hoc fit in vltima resurrectione mortuorū.

g *Qui coronat, &c.* hoc fit in iudicio, vbi cū rex sederit in throno redditur⁹ vnicuiq; secūdum opera eius, quis gloriabitur se habere gloriosū cor & mundum à peccato?

h *Vt aquila iuuentus tua.* Avg. Similitudo tanta data est, quanta potest esse de re mortali ad immortalitatem. Dicitur aquila dum senio grauatur, rostri immoderatione crescētis vnco nō posse os aperire, & cibum capere, & inde languescit: sed quodam naturali modo collidit ad petram rostrum & executit onus nostri, & redit ad cibum, & omnia reparantur ei, vt fiat iuuenis. sic & quod nos impedit comedere panem nostrum, petra aufert, & excutit vetustatem. i. Christus, vt in eo renouemur, quibus vetustas clausit os, oblitis manducare panem nostrum.

☞ *Facien*

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs cii.

Benedic anima. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hier.* Dauid. *nisi quod præponitur litera lamech, ad designandum, quod est datiui casus: & videtur quod psal. iste sit quædam laus diuina ab ipso Dauid composita. Et secundum hoc diuiditur in tres partes, quia primo Dauid ad Dei laudem excitat naturam humanam; secundo angelicam, ibi,* Dominus in cælo, *tertio omnem creaturam, ibi,* Benedicite domino omnia. *Prima in tres, quia primo Dauid excitat se ad Dei laudem ex beneficijs à Deo sibi collatis singulariter, secundo ex beneficijs collatis populo Israel specialiter, ibi,* Faciens misericordias, *tertio omnibus iustis generaliter, ibi,* Misericordia. *Circa primum dicit sic Dauid, se excitans ad Dei laudem,*

1 Benedic. *Et accipitur hic benedictio confessionis. s. laudis diuinæ, qua minor benedicit maiori: & non pro benedictione consecrationis, qua fit econuerso. secundum quod dicit Apostolus Hebr. vij. b.* Sine vlla contradictione, quod minus est à meliori benedicitur. *Per hoc autem, quod dicit,*

2 Anima mea, *Intelliguntur potentiæ animæ exteriores, vt visus, auditus, & sic de alijs.*

3 Et omnia, *supple, benedicite.*

4 Nomini sancto eius, *& per hoc intelligūtur omnes potentiæ interiores, s. intellectus, voluntas, phantasia, sensus communis, & appetitus sensitiuus: omnia enim ista diuinis laudib. debent applicari.*

5 Benedic. anima *exponatur sicut prius.*

6 Et noli obliuiſci. *quia secundum quod dicit Seneca de beneficijs, Omnium ingratissimus est, qui beneficij accepti oblitus est. Dauid autem a iuuentute à Deo magna beneficia recepit, qui ex tunc leonē, vrsū & Goliam gigantem interfecit: & cū iunior inter fratres esset, in regem vnctus fuit per Samuelem.*

7 Qui propitiatur. *Dauid enim valde grauiter legitur peccasse in adulterio cum Bethsabee, & homicidio Vriæ & in numeratione populi: & tamen de istis obtinuit remissionem à Deo, vt habetur. ij. Reg. & vlt. & per consequens de alijs minoribus peccatis.*

8 Qui sanat omnes infirmitates. *s. spirituales, vt dictum est, & etiam corporales: quia Dauid bellis assuetus aliquando sustinuit plagas, & graues ictus: de quibus beneficio Dei fuit sanatus,*

9 Qui redimit, &c. *quando Saul fecit custodiri domum Dauid de nocte vt interficeretur mane, & fugiens saluatus est. j. Reg. xix. Similiter quando Saul & viri eius cingebant Dauid in modum coronæ, ita quod desperabat se posse euadere, & tamen saluatus fuit Dei ordinatione. ij. Reg. xxiij.*

10 Qui coronat te. *quando fuit coronatus in regem super tribum Iuda. ij. Reg. ij.*

11 Et mise. *quando fuit coronatus postea super totū Israel. ij. Reg. v.*

12 Qui replet in bonis desid. tuum, *Dauid dando de aduersarijs victoriam. ij. Reg. v. & vj. & diuitias, & gloriam.*

13 Renouabitur. *s. in resurrectione futura, qua resurgent in ætate virili. Dauid autē mortuus fuit in ætate senili. iij. Reg. i. Vel potest referri ad coronationem Salomonis qui viuente adhuc patre institutus est rex ab eo, cum esset adhuc iuuenis: & sic senectus Dauid fuit quo-*

☞ *dammo-*

MORALITER.

† 1 *Benedic anima mea domino,* Iste psal. est quædam laus diuina ab ipso Dauid pro collatis sibi beneficijs facta. Moraliter autem potest exponi de quolibet viro de diuinis beneficijs grato: propter quod dicit, *Benedic anima mea domino,* vt laus mea sit ex ore & corde, & non sicut laus hypocrytæ.

6 *Et noli obliuiſci omnes retributiones eius,* Nam talis obliuio cedit ex corde ingrato.

7 *Qui propitiatur omnibus iniquitat.* si vere pœnitueris.

8 *Qui sanat, &c.* non solum spirituales, sed etiam corporales, quantum spectat ad animæ salutem.

9 *Qui redimit de inter. vitā tuā.* id est, animā corpus viuificantē.

10 *Qui coronat te.* i. disponit in cælestibus coronare.

11 *In misericordia & miserationibus, &c.* id est, in misericordiæ effectibus.

12 *Qui replet in nobis desiderium tuum.* non malis? nam hoc est iræ suæ signum: Sicut populo desideranti carnes, dedit ei ad malum suum, Num. x.

13 *Renouabitur, &c.* sc. mente. ij. Corint. iiij. d. *licet is qui foris est homo noster corrumpatur: tamen is qui intus est, renouatur de die in diem.* Et quoniam hoc prouenit ex Dei misericordia, maxime afflictis iniuste, Sequitur,

† *Faciens*

☞ A a *Faciens*, AVGV. Secunda pars, vbi monet benedicere per ea, quæ antiquis facta sunt, & posteris fiunt.

b *Misericordias*. AVG. Quas consequentur, qui inimicos diligũt, & in se peccantibus dimittunt. Hunc misericordiæ fructum dominus scribens in terra, cùm accusaretur adultera, exigebat: Antè

Iohan 8.a. enim in lapide Deus, signans ludęorum duritiam; Sed inclinatus in carne scripsit in terram humanæ mentis fructum parituræ. Inclinatio enim ipsius incarnationis humilitatem significat, per quã misericordię fructũ in Christianis erexit. Hæc autẽ misericordia in omnes facié, da est. vnde Apostolus, *Operemur bonũ ad omnes, &c.* Et illud, *Omni petenti te tribue, Et si esurierit inimicus tuus, ciba illum.* Legitur tamẽ alibi, *Ne tradas peccatori. Nesuscipias peccatores.* i. non amore iniquitatis suscipias. Econtra, *Omni petenti te tribue, Et si esurierit inimicus tuus, ciba illum*, subueni naturæ, nõ iuues peccatum. Sic qui dat iusto proalia causa, nisi quia opus Dei est, non dat iusto, ideo dicitur, *Qui recipit iustum in nomine iusti, merc. iu. ac.* Puniendi sunt iniqui, non animo vltionis, sed dilectionis, vbi potentior occurrit: nec potes corrigere vel monere, tolera securus, quia non erit impunitus. Post *misericordiam* enim subdit de iudicio, dicens, *Et iudicium.*

† eis qui

† opera studia sua. † patiens, & † multæ misericordiæ.

B

Gal 6. c.

d

Luc. 6. c. Prou. 25. a. Infr. 136. b.

† confirmauit

C

† eum

e

f

g

† Memẽto quia Matt, 10. d.

c *Moysi*. AVG. Per Moysen omnes sanctos accipe: tamen eum specialiter nominat, quia per eum data est lex, vt cõuincatur languidus, & prodatur in quinque porticibus quinque librorũ legis, nõ sanetur

Iohan. 5. a.

sanetur: vt sic quærat medicũ, & sanetur vnitas in piscina. Lex ergo data est vt superbus humilietur, humilis cõfiteatur, & sic sanetur. Hæ sunt occultæ viæ, quas ostendit Moysi, per quem legem dedit, vt abundaret delictum.

D

Notæ fecit, &c. ✠ BAS. & THEOD. Non autem ex pœnitentia hanc nobis tractauit salutẽ, sed à principio hãc per vates sanctissimos pręcinuit, & per diuinum Mosem nostrã adumbrauit salutem, & mare sancti baptismatis figura fuit, lapis vero immortaliũ riuorum vmbra, cælestisq; cibi manna imago extitit, & alia, ne singula percurram, sic possunt inueniri apud illos adumbrata.

† indignatur

E

d *Quoniam*. AVG. Cælum vndique circa terrã: vnde etiam peccãtib. lux, aer, spiritus, pluuia, vnde fructus: sine cælo desinit terra, sic protectio Dei super timentes.

† oriens

e *Quantũ distat, &c.* AVG. Quando peccatum remittitur, occidũt peccata, gratia oritur, peccata in occasu, auertere ergo ab occasu peccatorum, & rende ad ortum gratiæ, & surgis.

F

f *Recordatus est &c.*

† sicut

AVG. Vel secundum aliã literam: *Memento, quoniam puluis sumus.* q.d. *Cognouit figmentum.* i. infirmitatem nostram: quod figmentum conuersus ad Deum dicit *Memento quia puluis sum.* i. perfecueret erga nos tua misericordia, ne obliuiscamur gratiæ tuæ. Vel,

g *Homo sicut fœnum, &c.* AVG. Homo enim sicut *flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & non in eodem statu permanet & tanquã flos agri sic efflorebit* totus splendor humani generis, ho-

☞ nores

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *dammodo mutata in iuuentutem, inquantum filius representat patris personam secundum illud Eccl. xxx.* Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: reliquit enim similem sibi post se.

1 Faciens. *Hic consequenter recitat beneficia populo Israel collata, vt sic non solum ipse, sed etiam totus populus Israel ad Dei laudem excitetur. Et diuiditur in duas partes, quia primo recitatur beneficiorum collatio, secundo ad hoc inducitur ratio,* Quomodo miseretur. *Circa primum, primo ponitur beneficium liberationis de Aegypto, cum dicitur,*

Faciẽs misericordias dominus &c. om. iniur. pa. *Id est, filijs Israel, qui multas iniurias passi fuerunt ab Aegyptijs, vt patet in Exod. quibus fecit* misericordiã *eos liberando, &* iudiciũ, *Aegyptios, multipliciter puniendo. secundo ponitur beneficium datæ legis, cum dicitur,*

2 Notas fecit. *i. præcepta legis, quæ erant viæ veniendi ad salutem.*

3 Filij Israel. *i. mandata sua voluntatis expressiua: quæ nota fecit filijs Israel immediate per seipsum quantum ad præcepta decalogi. Exo. xx. & per Moysen quantum ad alia, tertio ponitur beneficium diuinæ miserationis, cum dicitur,*

4 Miserator & misericors, *qui dicitur* misericors *ratione effectus interioris, & miserator actu, ratione effectus exterioris.*

5 Longanimis. *diu expectans peccatores ad pœnitentiam.*

6 Et multum. *quia* misericordia *super exaltat iudicium, Iac. ij.*

7 Non in perpetuum. *s. electis suis, quibus finaliter placatur.*

8 Non secundum peccata nostra fecit nobis, *puniendo nos citra condignum, quia tanta est offensa, quantus ille qui offenditur. Deus autem infinitus est, & per consequens offensa per peccatum mortale commissa.*

9 Quoniam secundum altitudinem. *Altitudo cœli à terra accipitur secundum medietatem diametri cæli, & adhuc deficit spissitudo terræ à superficie vsque ad centrum: punctus autem orientis distat à puncto occidentali in cœlo secundum totum cœli diametrum, & ideo per minorem distantiam intelligitur remissio pœnæ & per maiorem remissio culpæ, quæ est maius malum, quia opponitur bono spirituali, pœna autem bono corporali, & hoc est quod dicitur,* Quoniam secundum altitudinem. *à ter. i. secundum magnam mensuram suæ misericordiæ.*

10 Corroborauit misericordiam, *liberando eos à malo pœnæ.*

11 Quantum distat, *id est, secundum mensuram maiorem suæ misericordiæ.*

12 Longe fecit à nobis, iniquitates, *liberando nos à malo culpæ.*

13 Quomodo miseretur. *Hic consequenter huius miserationis ponitur ratio, & primo ex parte diuina bonitatis cum dicitur,* Quomodo miseretur pater filiorum, *secundo ex parte humanæ fragilitatis: & primo quantum ad animam, cum dicitur,*

14 Quoniam ipse cogn. figmentum. *i. fomitem inclinantem nos ad peccatum: & sic exponunt Hebræi, iuxta illud Gen. viij. b.* Sensus, & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. *Secundo quantum ad corpus cum dicitur,*

15 Recordatus est. *quantum ad corpus quod in pulueres resoluitur, vnumquodque enim resolutur in ea, ex quibus componitur.*

16 Homo sicut fœnum, *virens ad tempus modicum,* 17 Dies eius, *id est, vita eius.* 18 Tanquam flos, *quia sicut flos agri ad co-*

☞ *lorem*

MORALITER.

☞ 1 *Faciens misericordias dominus, & iudicium omnibus iniuriam patientibus,* Et subduntur misericordiæ exempla, cum dicitur,

2 *Notas fecit vias suas Moysi.* i. bono prælato, qui dux est populi.

3 *Filijs Israel.* id est, eius subditis per ipsum.

4 *Miserator & misericors dominus, longanimis, & multum misericors,* per tot nomina exprimitur misericordia Dei, quia licet sit simplex & vnica, tamen à nobis explicari non potest ad plenum etiam per nomina multa.

7 *Non in perpetuum ira. neque in æternum comminabitur.* quasi diceret: Sed ad modicum tempus, nam adueniente potentia statim adest Dei misericordia.

☞ notes, diuitiæ, &c. Flos
A fœni non est annus, quod pulchrius est, cito transit: sed verbum domini manet in æternũ: quod propter te caro fœnum. s. factum est. Ex te ergo puluis es, sed ex misericordia illius aliquid, vnde subdit: *Misericordia domini.*

a *Efflorebit.* Cas. id est, ad plus sic florebit, vel efflorebit. i. deflorebit. Et sic est intentiuum, vel priuatiuum.
C *Quoniam spiritus pertransiuit in illo.*

✻ Evthym. Quæcunque aërem, seu spiritũ trahunt, & remittunt, corruptibilia sunt. Vel, per *spiritum* animam intellige, quæ in vniuersum corpus pertransit, & statuto ac determinato tempore ab eo exit.

Et non subsistet.

✻ Evthym. In præsenti scilicet vita, moriens vt homo.

b *Et iustitia.* Aug. Misericordia & iustitia retributio est. Dicit, *super filios filiorum;* Multi

a ¶ Intentiuum, vel priuatiuum. ¶ Fœnum vel flos. b ¶ Et vere. ¶ Ecce qui tumebat abit.
c ¶ Vel dum est in illo variatur & post exit. ¶ Hic est finis morientium.

a efflorebit. Quoniam spiritus pertransit in illo, & non † subsistet, & non cognoscet † amplius locum suum. Misericordia autem domini ab æterno, & vsque in † æternum super timentes eum. Et iustitia illius in filios filiorum, † his qui seruant testamentum eius. Et † memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea, Dominus in cęlo parauit † sedem suam, & regnum † ipsius omnibus dominabitur. Benedicite † domino omnes angeli eius potentes † virtute, facientes verbum † illius, ad audiendam vocem sermonum eius. Benedicite † domino omnes virtutes eius, ministri † qui facitis voluntatem eius. Benedicite † domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius, benedic anima mea † domino.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

a ¶ Cum mundus cœpit administrari. b ¶ Sine fine.
¶ Non aliter. ¶ Et ne omnes præsumant, subdit hic, &c.
a ¶ Aug. non vt memoriter pronuntient, sed agant, quod si nimis multa tibi videntur in duobus mandatis charitatis omnia implentur. Tene radicem charitatis, & tota arbor in te est. Finis enim præcepti est charitas.
a ¶ Christus, qui descendit, & ascendit.
b ¶ De bonis & malis iudicabit in cęlo existens, qui prius in terra derisus est. c ¶ Iudiciarii.
a ¶ Ne impotentem putes. b ¶ Quod facitis amo.
a ¶ Non mali. b ¶ Id est potestates. c ¶ Non vitio, vt diabolus. d ¶ Verbo Dei non es iustus, nisi cum facis.
a ¶ Cas. Id est humiles, non superbi, qui suum autorem norunt & venerantur, hi tales digni sunt benedicere, non alij: vel, per vos nos audiamus, vestro exemplo instruemur. ¶ Sine strepitu.
a ¶ Verbum toties iteratum concitat animos. ¶ Ille ordo angelicus.
a ¶ Ne te iactes, qui facis voluntatem eius. b ¶ Cum bene viuis, omnia opera eius benedicunt.
¶ Cælestia terrestria.
a ¶ Sic vbi non dominatur, ibi non benedicatur, vbique est, vbique benedicatur, nullus excusatur.
b ¶ Vnde cœpit ibi finit: vnde à benedictione profecti sumus, ad benedictionem redeamus.

Multi iusti non habẽt filios, nedum filios filiorum, sed *filij* sunt opera; *filij filiorum* merces operum.
D
† erit

c *Dominus in cœlo paran sedem suã.* Cas. Prædicat iudicium futurum, ne peccantes insoleſcant; quasi, Et debes esse memor vt facias quia dõ. in cę.
† seculum
† custodiẽtibus

d *Benedicite domino omnes angeli eius, potẽtes* Cas. Tertio monet cæleſtes & omnes alias creaturas benedicere. *Benedicite domino, &c.* Aggratulãdo dicit, nõ imperando, vel monendo.
E
† memoriæ retinẽtibus mandata eius vt faciant.
† thronum suum
† fortitudine

e *Ministri eius.* Aug. Vos benedicite: mal' & si lingua tacet, vita blasphemat, si hymnũ cantat, tamen multos intuentes mala, mittit in blasphemias. Siergo vis benedicere Deũ, fac verbũ eius fac voluntatem eius: vnde in Leuitico, Os turturis subetur retor queri ad ascellas, vt quod habet in ore ostendat in opere:
† facientes
F
† dominũ

Leuit. 1. b.

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *lorem solis deficcatur, sic vita hominis ad calorem febris, vel alterius infirmitatis, statim exterminatur.*

1 Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet. *Quod potest dupliciter exponi: Vno modo de spiritu vitali, qui egreditur à corde, & in aliis partibus facit sensum & motum, & ipso deficiente deficit corporalis vita, Alio modo de spiritu rationali, qui cum pertransiit à corpore desinens ipsum informare, deficit vita, secundum quod dicitur primo de Anima in fine, quod egrediente anima corpus expirat, & marcescit.*

2 Et non cognoscet amplius locum suum. *In translatione Hieronymi habetur: & non cognoscet eum vltra locus eius, & vtrunque verum est: quia sicut existentes in vita præsenti non cognoscunt ea, quæ fiunt in receptaculis defunctorum: sic nec defuncti ea quæ fient in locis viuentium, secundum quod dicit Augustinus libro de cura pro mortuis agenda. Et est intelligendum hoc de lege communi, quia aliquando fit aliter ex reuelatione speciali. Sciendum etiam, quod beati vident in verbo ea, quæ faciunt ad augmentum beatitudinis suæ, & sic vident ea, quæ fiunt hic inferius ad reuerentiam eorum, & honorem.*

3 Misericordia autem domini ab æterno, & vsque in æternum. *Hic consequenter accipitur ratio laudandi Deum ex beneficijs omnibus iustis collatis, cum dicitur,* Misericordiam autem domini ab æterno & vsque in æternum, *id est, absque termino à parte finis.*

4 Super timentes eum, *timore filialis reuerentiæ, qui manet etiam in patria: secundum illud psal. xviij. c.* Timor domini sanctus permanet in seculum seculi.

5 Et iustitia eius in filios filiorum, *qui sunt imitatores paternorum bonorum.*

6 His qui seruant testamentum eius, *corde retinendo, & opere adimplendo: & per hoc patet litera versus sequentis.*

Quomodo Deus vbique

7 Dominus in cælo parauit sedem suam, & regnum ipsius omnibus. *Hic consequenter inducit Dauid ad Dei laudem angelicã creaturam, Circa quod sciendum, quod licet Deus sit vbique per essentiam, præsentiam & potentiam tamen est in cælo speciali modo, scilicet per apertam visionem, & hoc est quod dicitur,* Dominus in cælo parauit sedem suam, & regnum ipsius omnibus. *& quia ibi videtur clare à sanctis angelis, ideo subditur,*

8 Benedicite domino omnes angeli. *benedictione laudis diuinæ quæ minor benedicit maiori, vt dictum est.*

9 Potentes virtute, *quia virtus eorum, etiam naturalis, supra modum excedit virtutem omnium corporalium: & quia hæc virtus remansit in dæmonibus, ideo dicitur Iob. xlj. d.* Non est potestas super terram, quæ ei comparetur: *veruntamen quia sancti angeli omnino sunt obedientes diuinæ voluntati, Ideo subditur,*

10 Facientes verbum illius. *Isti sermones sunt diuinæ reuelationes, quæ primo fiunt angelis superioribus, & per illos medijs, & per medios inferioribus: & per inferiores sanctis hominibus, secundum Diony. de angelica hierarchia.*

11 Benedicite domino omnes virtutes eius. *Hoc exponitur dupliciter: Vno modo de omnibus angelis communiter, qui aliquando dicuntur Dei virtutes propter excellentiam virtutis, Alio modo specialiter de ordine medio angelorum secundæ hierarchiæ, qui dicitur ordo virtutum, eo quod ministertaliter operantur in miraculis factis diuina virtute contra solitum cursum naturæ, ideo subditur,*

12 Ministri eius, *per talia enim miracula ostenditur, quod Deus in creaturis non agit ex necessitate naturæ, sed ex libera voluntate.*

13 Benedicite domino omnia opera eius in omni loco benedictionis eius, &c. *Hic vltimo inducit Dauid omnem creaturam ad Dei laudem, dicens,* Benedicite domino omnia opera eius. *Creaturæ enim intellectuales laudant eum proprie, quia capaces sunt ipsius per cognitionem & amorem: Aliæ autem creaturæ laudant eum metaphorice, inquantum in eis, & in earum proprietatibus relucet Dei sapientia & bonitas eius, & inquantum sunt materia laudis diuinæ creaturis intellectualibus.*

☞ PSAL.

MORALITER.

✠ 1 *Quoniam spiritus* id est, anima egredietur à corpore, qua egrediente corpus expirat, & marcescit, primo de Anima.

2 *Et non cognoscet amp. locum suum* secundum præsentem statũ.

3 *Miseri. autem do. ab æterno.* ad electos.

4 *Et iustitia illius in filios filiorum his qui ser. te. eius.* reddendo prẽmium illis secundum merita ij, Timo. iiij. b. *Reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi dominus in illa die. &c.*

7 *Dominus in cœlo.* Hic inducuntur angeli ad laudem Dei, qui de meritis hominum gaudent cum dicitur, *Dominus in cælo parauit sedem suam*, licet enim sit vbique, tamen ibi magis relucet virtus gloriæ suæ.

11 *Benedicite do. om. angeli.* Sunt enim *administratorij spiritus, propter eos qui capiunt hæreditatem salutis.* Heb. j. d. Consequenter ad Dei laudem omnis creatura inducitur, cum dicitur,

13 *Benedicite domino omnia operaeius.* Nam in eis relucet virtus diuina, & sic quodammodo Deum laudãt, quia sunt hominibus & angelis materia diuinæ laudis.

† MORA-